

477



2 400 40. MADE IN SPAIN

Delo collegio de la conf^a de b^s de granada

R.4996 *Ba*

ANDREÆ
TIRAQVELLI
REGII IN CVRIA
PARISIENSIS
SENATORIS

EX COMMENTARIIS IN
PICONVM CONSVETVDINES
Sectio de Legibus Connubialibus,
& Iure maritali.

Postrema hac editione feliciùs, quàm antea renata,
accuratissimèque repurgata.
CVM INDICIBVS COPIOSISSIMIS.



LUGDVNI,
APVD GVLIELMVM ROVILLIVM,
SVB SCVTO VENETO.

M. D. LXXXI.

CVM PRIVILEGIO REGIS.



Del collegio de la comp^a de los de granada

P. 4996

B^a

ANDREÆ
TIRAQVELLI
REGII IN CVRIA
PARISIENSIS
SENATORIS

EX COMMENTARIIS IN
PICTONVM CONSVETVDINES
Sectio de Legibus Connubialibus,
& Iure maritali.

Postrema hac editione feliciter, quàm antea renata,
accuratissimèque repurgata.

CVM INDICIBVS COPIOSISSIMIS.



LUGDVNI,
APVD GVLIELMVM ROVILLIVM,
SVB SCVTO VENETO.

M. D. LXXI.

CVM PRIVILEGIO REGIS.





IO. VICTORII IN EFFIGIEM ANDREÆ
TIRAQUELLI, REGII IN CURIA
Parisiensi Senatoris, Hexastichon.

*Iam nihil est, venerande senex, quod pulla sororum
Stamina, vel Stygias quod verearis aquas.
Subtrahet hæc vultus morti pictura perennem
Ingenio vitam tot tua scripta dabunt.
Ergo ubi fatalem Lachesis tibi neuerit horam,
Magna tamen fugiet pars Acheronta tui.*


Extraict du Priuilege du Roy.

Par grace & priuilege du Roy est permis à Guillaume Bouille Libraire & Imprimeur, ou
faire imprimer une fois ou plusieurs, et presens liure intitulé Andreæ Tiraquelli, Regij Consiliarij,
De legibus Connubialibus & Iure maritali. reueu, corrigé & augmenté par le Dit Tiraquellus. et est fait
Defens de par lez Seigneurs, à tous autres Libraires, Imprimeurs, & personnes quelconques, de moy
imprimer, ne faire imprimer, vendre, ne distribuer, es ses parçes, terres & seigneuries, led liure ainsi reueu,
corrigé & augmenté, si ce n'est par le consentement dud Bouille: & ce jusques au temps & terme de douze
ans, à compter du iour & date que sera paracheuë & imprimée led liure, sur peine d'amende arbitraire,
et de confiscation des liures qui en auroyent imprimé. Et a fin qu'aucun ne puisse pretendre ignorance du
presens priuilege, led Seigneurs veut & entent, que l'extrait d'icelluy estant mis au commencement ou
à la fin dud liure, serue pour toute notification, comme si la signification estoit faite sur l'original.
Ces choses ont esté par plaisir, comme plus à plain est contenu & déclaré par les Dictes lettres & priuilege
sur ce données à Moulins le xx. de Fevrier, mil cinq cens soixante six.

par le Roy et son Conseil,

Signé, *de VABRES.*

Et scellé du grand sceau en Cire jaune à simple queue.



IOANNES NICOLAUS
VICTORIVS LECTORI

SALVTEM D.



Erissimum est, Candide Lector, & quouis oraculo
certius, quod à Solone iam senescente vsurpatum ac-
cepimus, πολλὰ ἀεὶ διδασκόμενοι γηράσκομεν. Adeò nul-
la est ætas aut tam prouecta, aut tam multiplici rerū
cognitione prædita, cui non multa quotidie addiscē-
di suppetat occasio. Idque cū in omni vitæ ratione
perpetuum sit, nescio tamen quo pacto in optima-
rum disciplinarū studiis potissimum elucescit: quip-
pe quarum tam latus est campus, tam vastus Ocea-
nus, vt cū plurimum spatij in iis confeceris, multò
tamen plus superfit, & antè in ipso cursu obruaris, quàm expetitur illum ἔγ-
κυκλοπαίδειας portum contingas. Quod cū ita sit, nemini mirum videri debet,
summis quotidie ingeniis vsuuenire, vt quæ olim iuuenili quodam cæstro impul-
si, frigidius ieiuniūve tractarunt, eadem prouectiores, confirmato iam multa le-
ctione iudicio, locupletanda sibi putent, aut accuratiùs elimanda. Quotus enim
quisque tam paratus, rationibùsque omnibus tam probè subductis, ad opus ali-
quod scribendum accedit, qui si idem denuò argumentum tractandum suscipiat,
non multò id & absolutius præstare possit, & copiosius: tot præfertim quotidie in
lucem emergentibus scriptoribus, qui superiorum seculorum incuria densissimis
obrti tenebris iacuerunt. Quare cū ea semper vel præclarissimis ingeniis data
sit venia, vt quoties visum esset, scripta sub incudem reuocaret, eam certè strenuus
Ciuis Pontificiūque Iuris προκασίης, eximiūmque Senatorij ordinis decus, An-
dreas Tiraquellus, suo quodam iure sibi potest vèdicare, qui cū tam multis tum
publicis, tum priuatis negotiis distringatur, vt mirum sit, vllum ei non dicam tam
multa scribendi, sed omnino liberum spiritum ducendi otium suppetere: tanta ta-
men animi contentione, tam indefesso studio promouendis commodis tuis incum-
bit, vt pro iis Diis sese Manibus deuouisse videatur: cūque eaiā sit hominis ætas,
vt veluti veteranus gladiator, quàm plurimis iam reportatis palmis, rudè iam olim
debuerit meruisse: tam strenuè tamen etiā nunc in hac arena defudat, vt vel ex gre-
ge florentium ætate vix quemquam inuenias, quem illi opponas ἀνταγωνιστήν. Sed
quorsum attinet hæc à me cōmemorari, cū eadem vel me tacète loquantur cū
aliè plerèque, nulli non expositè, impigerrimi fenis lucubrationes, tum verò hæc
noua Legū Connubialium fœtura, suprema iam manuta reconcinnata, rã copio-
sa rerū atque sententiarum supellectile locupletata, tam multis denique, tamq; in-
signibus Græcorum pariter ac Latinorum scriptorū flosculis illustrata, vt nouum
potius fœtū edidisse, quàm iam olim natū interpolasse, videri possit. Nouā itaque
operis huius editionē cū adornaret singularis solertiæ bibliopola Gulielmus Ro-
uillius, nos quoque (quæ nostræ hîc errant partes) quantum ingenio eniti, quan-
tum labore perficere potuimus, dedimus operam, vt opus luce dignissimum tuas
in manus quàm emendatissimum perueniret. Vale.



IACOBVS SPIFAMVS IN
SENATV PARIENSI INQVI-
SITIONVM PRÆSES, AD
LECTOREM.



Lampridem, studiose Lector, fama ipsa & facie mihi notus erat Andreas Tiraquellus, ac miro quodam affectu, animique propensione ad eius amorem ducebar. Hoc enim commodi inter cætera virtus affert, vt quos semel complexus est, non modò claros & illustres reddat, sed etiam absentum & ignotorum beneuolentiam eis conciliet. Quòd si virtuti etiam eruditio accedat, & pulcherrimo nexu inter se copulentur, tum demum excellens quiddam & rarum existit, quod specie ipsa & pulchritudine beneuolentiam simul & admirationem parit. Vtraque laude cum celebrem esse Tiraquellum intelligerem, hanc nostram opinionem non confirmauit modò, sed (quòd rarò accidere solet) auxit etiam eius præsentia, & quotidiana cum eo consuetudo. Nam cum plus minùs biennium illius clâsis in Senatu Parisiensi Regis Christianissimi beneficio sim præses, in qua Cõsiliarij dignitatem honoratissimè sustinet, multæ & graues controuersia acciderunt, quibus in promptu excutiendis expendendisque sapientiam non mediocrem, ingeniique & doctrinæ, famam vero minorem, nec satis eius virtutibus & ornamentis conuenientem depræhendi. Etenim siue censeat ipse, ac de propòsita causa sententiam dicat, siue summam controuersia seriè quæ exponat, renuntiatoris parteis agens, Dij boni, quanta fide, quanta æquitate ac diligentia hoc facit, vt integritatis, an doctrinæ laude potius sit commendandus, meritò dubitare possis. Siue enim vnus, siue multorum, siue priuata, siue publica causa sit, ita hercle in ea se gerit, vt nihil, nisi rectè studium, & publicam vtilitatem, præ se ferre videatur. Qui licet natura lenis & perquam humanus sit, in iure tamen æquòque & bono retinendo, ita est seuerus & constans, vt nec spe allici, nec gratia flecti, nec autoritate frangi, nullius denique causa à recto, ne transuersum quidem (quod aiunt) vnguem dimoueri possit. Adeò hercle, vt apud omnes abstinentiæ & iustitiæ gloria illustre sit nomen Tiraquelli. Huic autem virtuti & naturæ tam excellenti, quæ sola ad parandam famam satis esse possit, rarâ quandam & incomparabilem in omni literarum genere eruditionem adiunxit. Cuius ipse dat nobis specimen ac testimonium locupletissimum tum sermone, tum sententia dicenda, tum lucubrationibus, & editis monumentis. Eruditionem non parum arguit sermo ac colloquium, sed multò apertius dictio sententiæ extemporanea: omnium verò maximè stylus & lucubratiõ. Sermo nostri Andreæ cum de omni negotio, tum maxime de rebus ciuilibus, tersus est, elegans, & venustus: dicenda autem & explicanda sententia acutus, copiosus, grauis. Tum demum profert se ingenij lumen, fecunditas memoriæ, cognitio antiquitatis, recondita doctrina. Hæc autem cum magna sint & præclara, tum multò vberius se proferunt in libris, & editis ab eo operibus. Licet enim multis & magnis negotiis occupatissimus sit, domo, ac familia, quæ illi ampla & numerosa contigit, regenda, Republica Senatorio munere administranda: si quid tamen vacui temporis superfit, non ludo, non conuiuio, non voluptatibus, sed totum id legendo, commentando, lucubrando impendit, præclaras animi meditationes literis committens, quo non de suis tantum ciuibus, sed etiam de alienis, de exteris, atque etiam posteris bene mereatur. Tantum illi iuuantij propositum, vt non solum suis ope, opera, consilio: sed etiam absens, etiam mortuus, scriptis, exemplo, & memoria sui prodesse velit. Multa iam & præclara, tot rebus distractus, ingenij documenta in lucem dedit, quæ immensam lætionem, memoriæ antiquitatis, diligentiam incredibilem declarant. Vt verò nihil reliqui faceret ad summam doctrinam, & meliori fide lucubrandi ac scribendi munus impleteret, literarum Græcarum studium adiunxit, in quo eam posuit operam iam natu grandior, tantumque breui tempore profecit ac promouit, vt à teneris annis institutum fuisse, & in eo omnes animi neruos intendisse, credas. Existimauit enim vir acri ingenio præditus, quærendos esse fontes, ipsamque Politicæ rationem, Philosophiæ huius nostræ ciuilibus veluti fundamentum, à Græcis, Platone potissimum, Xenophonte, Aristotele, & Plutarcho traditam, omnino peredam esse. Artis etiam humanitatis, ac mansuetiores Musas, cum grauibus studiis simul colere solet, quod omnem eruditionem harum elegantia defuitam, mancã ferè ac parum profuturam putet. His, inquam, dotibus ad scribendum accessit noster Tiraquellus. Ex magno autem velut aceruo ea potissimum tractanda suscepit, quæ & frequenter inter ciues accidere solent, & magnum præstant vsum in Republica gubernanda: in quibus ne minus experientem arbitreris Tiraquellum, indefessum legis vxoriæ patronum habes, multo iam tempore editum iustum opus in breuissimam l. si vnquam. C. de reuoc. don. cuius medullam explicare non cuius facile fuerit. Eam tamen inuolutam antea & obscuram ita eruditè interpretatus est, vt doctorum hominum iudicio illam planè euoluerit, & perspicuam omnibus reddiderit. Causas enim, & fines, & consequentia acutè inuestigans, quicquid simile, diuersum, pugnans, contrarium, aut excogitari, aut in iure Ciuili vel Pontificio vsquam reperiri potest, id totum in eo opere, ordine pulchro digestum videbis. Ab imo enim ad summum rem ita tractat, vt nihil omnino accidere, nec facti species aliqua fingi possit, cuius explicatio non statim tibi occurrat. Alterum item eius opus est, in mores, & instituta, seu consuetudines Pictorum, in quo non doctrinæ tantum, & ingenij, sed etiam pietatis laudem consecutus est. Nunc ab eodem autore, studiose Lector, tibi prodit in lucem aliud opus, incredibili eruditione referum, vtilitate fructuosum varietate iucundum, ad vitam beatè traducendam penè dixerim necessarium. Huic titulum fecit De legibus connubialibus. Hic autem quid primùm mirari conuenit: an solertiam hominis, & iudicij acumen, an œconomia rationem, an

memoria vim, an variam & infinitam propè lætionem? An non hæc omnia summa in hoc opere & singulari laude prædicanda? Nonne arduum & immensum fuit, tot autores euoluere? tot scriptorum genera circumuolitare, ex quorum veluti flosculis in morem apiculæ aliquid decerpas ac delibes, quod ad opus absoluentium conducatur? Tot scriptores excutere veteres, nouos, Græcos, Latinos, Philosophos, Iurifconsultos, Poetas, Oratores, Historicos, nonne summa commendatione dignum? Cuius autem memoriæ tam multa, tam varia, tam diuersa, in locis posita, mente complecti potuisset: illa verò tam dispersa & velut dissipata membra in vnum corpus cõpegisse, & certa ratione ac pulchro ordine digessisse, vt omnia inter se cohæreant apta rerum serie, nonne summi opus est artificis? Inter cætera autem, iudicium hominis singulare, & prudentiam non possum non admirari, qui hoc sibi argumentum ad scribendum delegit, in quo neruos ingenij intendere, & studium, operamque suam collocaret. Nimirum vidit homo sapientissimus, vnũ esse inter omnia, quod obseruatum, vel neglectum, tum priuatim, tum publicè, salutem, aut perniciem summam hominibus afferre solet. Non parum refert, quibus quisque parentibus nascatur. Nam (vt inquit Horatius)

Fortes creantur fortibus, & bonis:

Est in iuuenis, est in equis patrum

Virtus: nec imbellem feroces

Progenerant aquile columbam.

Multò autem magis interest, quibus præceptis, quibus exemplis domesticis, à primis annis instruiamur. Magnas quidem vires habet natura ad honestatè vitæ vel turpitudinem, sed maiores habet educatio recta, quæ prauam naturam corrigit, & vertit in bonam. Quod pulcherrimo exemplo suis ciuibus ostendit Lycurgus, productis in medium duobus catulis. Vtraque autem curam, & gignendi, & educandi, connubium in se complectitur. Quinetiam Reipublicæ felicitas, non minus quam vitæ priuatæ, ex connubio potissimum pendet. Etenim qui malis, & obscuris prognatus maioribus, qui prauis opinionibus imbutus, qui turpibus exemplis formatus, qui domi inhonestè viuere & præesse consuevit, eum in magistratu præclarè se gesturum, & Rempublicam sanctè atque integrè administraturum sperabimus? Propterea cum ad benè beatèque viuendum tantum momenti esse in connubio Philosophi illi veteres existimarent, de eo rite ineundo colèdoque per multas leges diligenter scriptas nobis reliquerunt. Hanc eandem rationem secuti conditores vrbiæ & legislatores, quàm plurima statuerunt, quæ ad auspicandum matrimonium, quæ ad retinendam inret coniugis charitatem, quæ denique ad educandam prolem pertinent. Inde scilicet nate sunt leges de sponsalibus, de dotibus, de diuortijs & repudijs, de adulterijs, de ritu nuptiarum, de pactis dotalibus, de rei vxoria actione, de dorum repetitione, solutis matrimonijs, & huius generis non pauca. Cui ignotum est, apud Athenienses, Lacedæmonios, Romanos, præcipuum semper fuisse connubij curam? Nulla enim de parte Reipublicæ tuenda tam solliciti fuerunt Lycurgus, Solon, Censores Romani. Quemadmodum enim bene cultum coniugium bonos ciues & magistratus, ita neglectum & violatum ex florenti ac beata Republica miseram eandem reddit Rempublicam. Cum autem sit veluti fundamentum ciuitatis, quid mirum est, à sapientibus viris tantam eius habitam fuisse rationem? Quis speret domum pulchram & integram, vitiatam aut malè iactis fundamentis? Quæ res, obsecro, dedit initium ciuitatibus? nonne connubium? Quidnã dispersos homines in agris vnũ in locum congregauit? Quæ res ex feris & immanibus mites reddidit & mansuetos? nonne connubium? Quæ res fidem colere, iustitiam retinere, communis cõmodi causa labores periculaque subire: an alia res quam connubium? Nihil est hercle tam genuinum & secundum naturam, quam sexus in sexum propensio, & penitus institum prolis desiderium, quo alter in alterius potestatem se tradit, sibi ius sui corporis adimens. Societas autè illa viri, & femina cum sit omnium prima & honestissima, & necessaria in Republica, quàm diligenter, quàm accuratè cautum fuit legibus, ne rescinderetur: quàm grauis pœna violati coniugij constituta fuit? Quàm religiosam verò & sacram rem putarint Ethnici, vel hinc manifestum est, quòd quos deos connubij præsidès existimarent, summo cultu venerarentur, ac non nisi illis auspicijs, & veluti testibus, inirent coniugium. Habebant louem Gamelium fidei coniugalis vindicem: habebant Iunonem Pronubam: habebant Venerem. Præter pacta sponsaliorum, præter iurandum, præter datas dextras, osculum, stipulationem, arrham, Iunoni, Veneri, & Gratijs fiebat sacrificium: vt Iuno castum, Venus fecundum, & Gratia iucundum & beneuolentia plenum connubium redderent. Non immolabant autem vicissimam cum felle, sed exequum fel post aram abiiciebant, vt contrahentes matrimonium intelligerent, deposita morum animorumque acerbitate & amarulentia, quæ exasperat odia potius, quam medetur erratis, suauiter & iucundè viuendum esse. Si tanto studio ac religione colendum connubium Ethnici existimauerunt, pudeat nos nostræ impietatis, qui tam parum honoris ei deferimus, imò verò negligimus atque aspernamur: cum sciamus, à Deo Patre in Paradiso dicatum, à Christo præsentia & miraculis consecratum: cum sciamus, inquam, à Spiritu sancto sacramentum hoc suscipientibus gratiam suppeditari, & arcanum mutua charitatis affectum aspirari. Mirum est, me hercle, tot connubia, tam luctuosa, tam infelicia, tam misera inter Christianos hodie reperiri. Cuius rei causam vel præcipuam esse crediderim, quòd res tam sacra nihil ferè ducitur, quòdque & delectus & conuictus nulla propemodum ratio haberetur. Sed quò delabor imprudens: quid plura dispo de connubio? cum Tiraquellus noster hoc argumentum tam copiosè tam absolutè tractarit, vt quicquid apud autores vsquã inueniri, aut ingenio excogitari possit, id omne hoc eleganti opere sit complexus. Eorum enim, quæ vel ad ineudum, vel ad colendum, vel ad peragendum connubium pertinent, nihil quicquam prætermisum videbis. Vt autè rectè ineatur, monet delectu opus esse, qui positus est in tribus bonorũ generibus. Inter animi bona primùm spectandum esse pietatem: in corpore, bonam valetudinem, statam formam, atatem in fortunis, claritatè generis, virtute partam. Vt verò contractum connubium rite colatur, docet quomodo concilianda beneuolentia, deinde fouenda, postremò quomodo sacienda, si rescindatur. Conciliari autem ac confirmari natura, similitudine morum, & quitate, mutuis obsequijs, officijs, monitis, adhortationibus, & pignoribus: contrarijs rescindi. Tertium est, de peragendo coniugio partim spectans ad vxorem, vt animo tranquillo, corpore vegeto, matura atate, tempore non alieno concipiat: partim ad prolem, vt suscepta, pietate & ingenuis artibus instituat. Connubij autem doctrina vt omni ex parte absoluta esset, controuersias etiam forenses, quæ deducuntur in iudicium, (quod nostræ professionis est) non prætermisit. Hoc opus Leges connubiales inscripsit, quòd iis obtemperare eum oporteat, qui bonum ciuem, & beatam vitam agere velit, sed tantò studiosius, quanto naturæ iura scriptis legibus sunt præstantiora. Breues sunt & perspicue (quod legum proprium est) vt & facile intelligi, & memoriæ mandari possint. Aggreffus est autem hoc opus, vt Reipublicæ ab hæc

infelicitum coniugiorum peste grauiter laboranti succurreret, & contracturi matrimonium haberent, veluti Theſium ſilum, quod tuto ſequi poſſint. Neque verò ex iis tantum, quæ apud alios legerit, ſed potiùs ex iis quæ longo vſu obſeruauit, & experiendo didicit, ſuas leges conſcripſiſſe exiſtmes. Quapropter Legiſlatorè con nubialem optimo iure vocauerim, quòd primus ſancta con nubiorum iura, velut leges Decemuirales, in tabulis ſpectanda publicauerit. Multas leges de matrimonio Lycurgus tulit, multas Solon, multas Numa Pompilius, Decemuiri: nemo tamen (abſit verbo inuidia) tam exactè ab imò ad ſummum, quàm noſter hic Legiſlator con nubialis. Eas ipſe cum lego, videor hercle mihi naturam ipſam audire, apud homines è loco ſuperiori ſua iura promulgantem. Atque vti nam aliquando leges hæc trinundino promulgatæ cõſurtiatis comitiis perferantur, & in æs incidantur, vt qui in animis ſuis inſculptas non certant, eas in tabulis ſcriptas legant. Quamquam hæc tabule noſtri Legiſlatoris, diutiùs (vt opinor) quàm Decemuiròrum duraturre ſunt, ſi modò vlla ſit Reſpub. quæ honeſti & recti curam gerat. His autem legibus ſcribendis, quis quæſo, noſtro Tiraquello aprior reperiri poterat: qui ad rem con nubialem natura factus, doctina ex cultus, vſu denique con firmatus ſit. Etenim ne ſis inſcius, in con nubio ſuauiſſimè viuens, iam peruenit ad canos, ad eò. nulas rei vxortæ moleſtias ſentiens, vt nudiuſtertius vxorem duxiſſe videatur. Ac ſi quando cum optima con iuge colloquentem con ſpicias, dicas hercle te audire Auſonium ſua carmina vxori recitantem,

Vxor viuamus, quod viximus, & teneamus

Nomina, quæ primo ſumpſimus in thalamo.

Nec ferat vlla dies, vt commutemur in euo:

Quin iuuenis tibi ſimſtue puella mihi.

Quamquam hunc amorem non tam efficit corporum voluptas, quàm pietatis in vtroque ſtadium, morum ſimilitudo, æqualitas, mutua obſequia, cõmuniã pignora. Tam arcta certè & ſyncera inter eos charitas eſt, vt inter con iugum laudatiſſima paria meritò reponi poſſint. Nec dubitò, quin hic noſter Decemuir con nubiales leges ſcribens, in con ſcientia vitæ ſuauiſſimè actæ in matrimonio libenter acquieſceret, felix vxore, felix ſobole. Soboles enim numeroſa illi contigit, ingenua, probæ indolis, vtriuſque parentis virtutem referens. Vxor verò caſtitaris & amoris erga maritum laude celebranda, ad eò hercle vt noſtro Tiraquello feliciorum in hac re Publium Rubrium Celerem fuiſſe non exiſtmem, qui monumento ſuo inſcribi iuſſit, cum Caia Ennia vxore vixiſſe annos quadraginta tres, meſes octo, ſine querela. Quamuis autem ſeuerus ſit hic noſter Legiſlator, æquior eſt tamen, quàm nonnulli, in vxores, & ſexum muliebrem, cuius tot flagitia maritis adſcribenda putat, qui con iuges ſuas ad pudorem modeſtiamque non inſtituunt, nec præceptis & diſciplina domeſtica, vitæque honeſtæ exemplo ad cultum virtutis formant. Habes igitur, ſtudioſe Lector, Leges con nubiales, quibus ſi libenter obtemperes, felicem in con iugio vitam exigere poteris. Habes cõtrouerſias omnes de re vxoria, quæ inde naſci poſſunt, & in forum deduci, diligenter explicatas. Legant ergo lucubrationem hanc ducturi vxorem, legant matrimonio iuncti, legant & cõlibes. Nemo erit (ſat ſcio) qui ex huius læctione fructus vberes non reportet, & noſtro con nubiali Legiſlatori gratias ingentes non habeat, per quem intel ligant ſe non parum profeciſſe. Antea quidem hominem diligebam, verùm virtute eius & doctrina, tum diſceptandis quotidie rebus, tum ſcriptis, & hoc potiſſimum opere propiùs ac certius cognita, tanta ad amorem facta eſt acceſſio, vt mihi temperare non potuerim, quin tibi & hoc opus & operis autorem, quo poſ ſem modo, commendarem. Quamquam quid mea aut cuiuſquam prædicatione eget opus tam eruditum, tam neceſſarium, votis omnium tam expetitum: autor verò ad eò celebris? Gratulor propterea mihi & curiæ ipſi in qua Præſidis autoritatem gerimus, quæ tales habeat con ſiliarios de rebus magnis, & cõtrouerſis nõ mi nori æquitate, quàm ſapientia, conferentes nobiſcum & con ſultantes. Gratulor ciuibus, & Gallis hominibus, qui per huiuſmodi viros ius ſuum ſumma cum integritate obtineant, & rebus ac fortunis tranquillè ſummòque in otio perfruantur. Maximè verò atque ad eò immortales ſapientiſſimo & po tentiſſimo Regi noſtro Franciſco gratiæ ſunt habendæ, à quo tales rebus ge rendis & reipublicæ adminiſtrandæ præficiuntur, qui non tantum populo prodeſſe, verum etiam noſtrum Gallicum non mediocriter illuſtrare poſſint. Lutetia Pa riſorum, pridie Calendas

Septemb. 1545.

ROB.

ROBERTI RIBAVDELLI AD D. I. SPIE AMUM Præſidem meritiſ. de D. And. Tiraquello, ſocero ſuo.

*Qui priùs ingenium ſoceri me iura docentis
Admirabar, opes Helladis & Latij,
Nunc magis admiror magno te autore probarum,
Quòd laus laudati eſt maxima ab ore viri.*

MICHAELIS HOSPITALIS, REGII
in Curia Pariſienſi Senatoris.

*Qui nondum planè verſus, nondumque politus,
Olim imprudentis domini liber aenea clauſtra
Ruperat, effraeto veluti qui carcere fugit
Hinnulus, & ſpatiis decurrere gaudet aperis:
Tandem opera magna, ſtudioque retractus herili
Sub clauem, triſteſque ſoros, ibi tempore longo
Oppreſſus latuit. Nunc multo, quàm fuit antè,
Diuitior, plenis & iam maturior annis,
Redditur in lucem: qui tantum diſtat ab illo,
Quàm grauis & ſapiens annis iuuenilibus ætas.
Uſq; ſcias planè perfectum, autore libenti
Prodit, iudicium, Lector, graue cuius apud te eſt.*

*Multa quidem monumenta tua virtutis habemus:
Andrea, multis venit tibi gloria rebus:
At te non alio tantum iactaueris vſlo,
Iudice me, nullo ingenium tibi ſemage colles,
Quàm quo vincla doces animis aptare duorum,
Et quibus ille roget verbis, quibus illa ſequatur.
Quæ ſunt con iugij ſtantis, quæ iura ſoluri,
Uno cuncta ſimul con cluſa volumine iuſto.
Scripſeris haud dudum quamuis opus vtile, noſtro
De con ſeruandis in nomine rebus auitis,
Quæ vel nequitia, vel dura ſorte propinqui
Mutarunt dominum, atque alieno iure renentur:
Ipsa tibi fœcunda licet natura, nouarum
Quotidie rerum ſpecies formæſque miniſtre,
Atrox alium iungens, alio deſuncta, laborem:
Ingenij ſpecimen nequeas tamen edere manus.
Sic etenim macra & ſterili verſatus es in re,
Tot doces iſt huc, bona tot peregrina culiſti,
Ut nihil vberius, meliùſve hæc viderit ætas.
En, dici quod ſæpe ſolet, præſtantia poſſe
Ingenia è paruis elephantos reddere muſcis.
Sic Culicem noſter, ſic Gracus luſit Homerus
Prælia ranarum nunquam pugnatæ duello.
Tandè eſt humanis maior mens ignea rebus.
Quæ penetrat calos, & tartara tendit ad ima,
Dilatat, con ſtringit, adauget, diminuit res.*

Ille idem, populum qui annos triginta potentem
Aequis iudiciis rexit, quem splendida virtus
Ad summum opravit magna cum laude Senatum,
Publica qui quondam illustravit iura, domos nunc
Instruit hic nostras privatis legibus. Est hoc,
Est hominis sapientis opus: nam qui, cedo, possit
Esse magistratus, dominus qui nesciat esse?

B. A. R. T. H. O. L. O. M. A. E. I. F. A. I. I., R. E. G. I. I.
in Curia Parisiensi Senatoris.

Quod iuuenis, iam cum veterano cui libet aut par,
Aut prior, Andreas opus olim Connubiale
Struxerat, ecce senex incudi reddere pergit.
Forsthan huic aberat lectissima dictio, secti
Præteriti ipsa loquax infantia præterit. At qui
Principio amussis ringentibus insimulatum
Transfugij iacuit, repetito ab origine legum,
Verum intermisso cultu: tantisper amico
Doctorum latuitque sinu, experrecta iuuentus,
Dum patrium errorem novit, pleno hocque theatro
Plausibile excipiens, in Palladis arce locavit.

Sed malè compactum prius, ordine oportuit apto
Ponere, idemque modo renouare. Nihil minus: imò
Sic media extremis coniunxerat, vltima primis,
Gigneret ut minima mutatio vocis hiulcum.

Collocupletandum saltem id fuit: omnia noscendum
Attigerat capita argumenti diuitis huius.
Quin inopinata sterilem farcire sagina
Visus agrum potius: nam sacra pagina vtriusque
Huc accersitis compluribus, atque Sophorum
Præceptis scite veluti tetigisset acu rem,
Appositæque adeò nostris civilibus, hisque
Per satyram quasi collectis adtexuit, ut non
Hac aliunde, pennæ ac propria, prompsisse putetur.

Omnibus expletum numeris age porro, quid ista
Consilij sarcire, frequens quem muneris ergo
Cura subit, grauiorque, sinat quàm hunc orio abueit?
Scilicet ille fori quadragenarius actor,
Pube prius scripti circum præcordia iuris.
Acriter exacta, studiis paribusque verendam
Hanc in canitiem protracta, protinus vltimo
Iuris vbi scrupolis controuertitur, hæret?
Iudicij formæ an fractibus vsque moratur?
Effæctus seniove, impar oneris ve fatiscit?
Quem non decursu iuuenum commilitij huius
Assequitur solers, neque viribus hausca, senectus?
Nempe vel hoc melius canabinos, pyxididis instar
Pandora, virum omnigeno plerunque refertos.

Voluerit

Voluerit folliculos sciat, in mediūque referre
Concessum causas, queis primum sterve cadere
Arbitrium, cuius reuocatio nomine pender:
Nemo etiam nodos aperire, anigmata Iuris
Doctius, ac vbiuis occurrant, soluere: nemo
Sanctius, ac maiore animi candore, rogatus
Quid cum proposita statuendum sentiat in re,
Dicere: duriciem legis quoque flectere ad æquum.
Denique in officiis hoc nemo est promptior. Ut se
Ad lacus alterius referentis corripit, (eius
Ætati facile quod quisque remisit vltro)
Membranas replicans, hinc sapius absque specillo
Has carpiim recitans, res quatenus vrger, inanis
Lectio tempus pretiosum prodigat. Hic si
Disidium vari, quem pro se quisque tuetur,
Exoritur sensus, dicti citius ne præhædat
Ancipitis speciem, rimetur acutiùs eius
An commissuras, an nexus extricet harum
Clariùs, haud planè cernas: nihil impigro eidem
Exciderit, ne musca quidem præteruoler: auris
Tinniat ad tenuem quemuis arrecta susurrum.
Temporis articulos ita verò digerit omnes,
Ut molles aditus sibi labi perferat agrè.
Aut atro infuso expiscabitur aufugientes
Sepiolas, euerriculo præcurrere doctus
Verborum: aut facti magis eruet intima, nedum
Nequiter is succisivas impenderit horas.
Qui pluteos omnes iuuenilibus antè cecidit
Ictibus, his demum procliuiibus, atque sciurus
In cancellato gradiens se circum agit orbe.
Non igitur mirum, si scriptiter, hicq; senilem
Adiciat dextram, quò pristina dona proleptis
Confirmet, nunc triceno doctissimus vsu,
Tot propè pignoribus sublatis, pacta libenter
Diuina humanaq; domus consortia seruans,
Quæ, reor, ethnicus afflatus Rex numine, primis
Fundamenta velut fixit cum mænibus vrbi
Inde propaganda. Nam quæ subsistere dudum
Publica res valeat sine fædere coniugiorum?
Latiùs ergo patet thema, angustis neque iuris
Finibus arctatur, procurrere quò magis illi
Collibuit, ne quod prudens vel omitteret hilum.
Hic ferme nimius, Doctoribus inque citandis:
Tanti pace viri liceat quod dicere. Verum
Idem syncerus, nec refractarius autor,
Maluit id, proprio ne quem fraudaret honore.
Iudicio interea visus non iuris elenchos
Expressisse meros, sed queis inductio legum
Nulca paraphrasis intertextu possit iniri.
Quem semel atque iterum versu celebravit amico,

Heroum

*Heroum noster qui non nisi nomine Græco
Ingreditur carmen, sed non malus inde Poeta:
Stultitia haud illum referens, sibi qui gruis olim
Optauit collum: sed qui hac præstabilis arte,
Rara animi quoque libertate Philoxenus, vna
Induxit metra quæque Dionysæ litura.
Is, sed me reprimam, de albæ fidelia eadem
Ne geminos videar splendentes vndique muros.*

IACOBVS VERIVSIVS TORNVTVS,

Curia Parisiensis Consiliarius, in editum ab Andrea

Tiraquello collega suo libellum, hoc
carmen ludebat, 1546.

*Dum Iuno innumeris sentit connubia formis
Sacra prophanari, tum Dea conqueritur.
Concilium cogit relinquarum mæsta Dearum.
Quæ tanti esse potest, dicite, causa mali?
Exleges, aiunt, sunt vxor & ipse maritus:
Nec bene coniugij seruat vterque faces.
Huic morbo quærenda salus: tu delige, si cui
Diua viro faueas, qui tua iura ferat.
Delige, cui commissa tibi mysteria mandes,
Possit qui leges, Iuno, docere tuas.
Protinus Andrea meminit Dea, eumque fauoris
Argumenta sui plura tulisse refert.
Grata vxore frui, fauor est non paruus: & illam
Ex vno natos tot peperisse, fauor.
Quin, quod facunda est vxor, quod dedita sacris,
Quod non indocta est, quodq; pudica, fauor.
Acclamant omnes, qui scribat dignius, esse
Neminem, & huic mandant munera tanta viro.
Assensit Dea, & Andrea committit, ut ipse
Hac ferat, hac dicter nomine iura suo.
Credere igitur, liber hic ex sacro numine Diuum
Prodit, & sacer est, nec nisi sacra docet.
Hunc legite vxores, illum seruate mariti:
Hoc iure vxores viuite, vósque viri.*

D. ANDREAE TIRAQUELLO

Parisiensi senatori amplissimo, Sal-
monius Macrinus.

*Docte permultum Tiraquelle miror,
Curia causis ita te occupatum,
Ex Senatorum numero & verendis
Patribus vnum:
Adde tam densa sobolis parentem.
Floridaq; vxoris adhuc maritum,
Cum tamen matres ea penè partu
Uicerit omnes:*

Miror.

*Miror, inquam, te potuisse tantos
Et tot auctores studio belluatum
Improbo, excerptas cumulaſſe tot res
Ordine pulchro.*

*Quippe tu callens vtriusque lingua
Non modo angustas, tua pensa, leges,
Ac sacrosanctos Canones, piæq;
Dogmata vita:*

*Rhetorum at libros, veterumque uatum,
Quicquid & scripsere recentiores,
Prorsus hausisti sitiens, & ora
Impigra mergens.*

*Nulla gestarum monumenta rerum
Te latent: nosti medicas & artes:
Abdita & nosti sophia, & Mathesis
Scripta vetusta.*

*Omnium Andrea, potes vnus instar
Esse, vti quondam Antimachus Platoni
Dixit: humani ingenij & probas, qua
Quantaque sit vis.*

*Pictones tali celebres alumno
Hinc tuos aequè tumeant ob ortus,
Ac suo tellus Cecropis Solone,
Sparta Lycurgo.*

I D E M.

*Quæstio de variis si fortè coloribus orta est,
Iudicis haud partes cæcus obire potest.
Hic de connubiis agitur, de lege marita,
Quid facere vxorem, conueniatque virum:
Edita quo pacto rectè sit alenda propago,
Et quibus institui debeat illa modis.
Quis melius quam tu queat id Tiraquelle docere?
Cui proba sit coniux, pignora totque domi:
Quiq; in coniugio multos ita vixeris annos,
Laserit ut castum nulla querela torum.
Ne norit quam quisque, in ea se exerceat artem,
Ut meus insigni carmine Flaccus ait.*

Andræ Tiraquello Claudius Coteraus.

*Qui binis manibus totidem coniungit, agétne
Is, quæcunque volet, cautius & citius?
Sic binis oculis binos adiunge, videbis
Certius obiectum, pluraque prospicies.
Hac tibi connubiū: cum quo dum vir bone, regnas,
Vxori & natis scribere iura potes.
Non abs re id facias: nam iura adsunt, ubi lites:
Perpetuis morbis assiduus medicus.*


NICO



NICOLAUS QUÆLAINVS IN QVI-
SITIONVM IN CVRIA PARIENSI PRÆSES,

Andrea Tiraquello, eiusdem Curia Consti-
liario doctissimo.

Dedicatio hæc
hæreticis sapit hæ-
theranorum, qui
sine feminis vivere
non possunt, et uer-
tatam vitam uixi-
mitati et in libris
anteponant. Ideo
Comite legenda
vel delenda.



Legantissimum tuum de legibus Connubialibus & Iure maritali librum, quem supra annos abhinc xxv. plus minus edideras, Tiraquelle humanissime, cum semel atque iterum perlegissem, diu apud me anceps cogitavi, quoniam iudicio à D. Paulo dictum esset, homini commodum esse, uxorem non attingere. Adeo magnos & vberes fructus, matrimonium vniuerso generi humano afferre, ex illo tuo doctissimo opere didiceram. Veneratque tum mihi in mentem Metelli Numidici, cui si librum tuum videre licuisset, nunquam, mea certe sententia, iustis connubiis iniquior in hæc verba prorupisset: Si sine uxore esse possemus, Quirites, omnes ea molestia lubenter careremus: sed quoniam ita natura tradidit, ut nec cum illis satis commodè, nec sine illis villo modo viui possit, salutis perpetuæ potius, quam breui voluptati consulendum est. Quis enim inspectis tuis legibus, non iudicabit beatissimum esse & fortunatissimum, cum uxore vitam in matrimonio transigere, si secundum eas in deligenda, instituendaque uxore, tam diligenter sibi quisque prospiciat, quam tu ad eam rem appositissimas utilissimasque leges omnibus præscripsisti? Cui quidem per iucundo nec minus fructuoso operi, cum te accessionem parare, & eam incudi adornare intellexerem, non potui pro meo erga te amore, & propenso in Rempublicam studio, non hoc epistolio te hortari, ut accessionis eius editionem accelerares, ipsi Reipublicæ in primis utilem, ac etiam necessariam. Nam cum matrimonium præcipuam esse radicem, & fontem primarium, unde bona pars felicitatis humanæ scaturiat, nemo est qui ignoret, an non ex usu Reipublicæ fuerit, matrimonij rectè instituendi, & instituti bene conseruandi leges præscribere? Quorum vtrunque tanta fide, diligentia, arte, studioque abs te eo libro doctè & copiosè pertractatum est, ut iam nemo supersit eorum, qui tuum in deligendis vxoribus consilium sunt experti, qui coniugalem vitam, cæteris omnibus viuendi generibus non anteponat: ut interim de iis taceam, quos in cœlibe vita coniugum fortunam vel admirari cogis. Perge itaque, Tiraquelle doctissime, perge, inquam, librum tuum varia, multiplicique, ac recondita quadam & singulari editione refertum in lucem emittere, & literatos omnes, quos nouis in dies officiis magis ac magis tibi deuincis, scriptorum abs te librorum, quos supra nonnum iam annum pressisti, editione demereri stude.

Vale.

EIVSDEM



EIVSDEM AD LECTOREM.

Dulcia lector amas? sunt hic dulcissima quæq;
Vtilia an quæris? Nihil legis utilius.
Sive vtrunque voles, Tiraquellus abundat vtroque,
Quo linguam exornes, quoq; colas animum.
Si vis connubij fontes, si ut Iulia cesset
Lex in adulteriis, hæc Tiraquellus habet.
Hæc lege, quæ pulchra faciant te prole parentem,
Quæq; regenda docent qua ratione domus.

ALEXANDRI GOEVROTII IN EADEM
Curia Consiliarij, alludentis ad patriam, oppidum,
& nomen Autoris.

Præcipiti currit Pictis fons patrius vnda.
Vrbs, cuius, referunt nomina fontis aquæ.
Vrbis Apollineæ riuus fons undique manat,
Quæ circumflectit docta Diana choros.

EIVSDEM.

Sparge marite nuces, fontem duc pronuba Iuno:
Instaurant nuptis fœdera fontis aquæ.

IACOBI PELETARII CENOMANI
Hexastichon.

Hic tibi Natura leges, diuinæq; iura,
Atque humana uno sunt resoluta libro,
Coniugij ut discas quænam sint vincula, ritus,
Delicia, imperium, pax, amor, atque fides.
Est ergo interpres Natura hominumq; Deumq;
Qui tibi tam doctum dat Tiraquellus opus.

★★



MICHAEL TIRAQVELLVS
FONTINIENSIS PRAEFFECTVS
LECTORI S.



ANDREAS Tiraquellus parens meus, paulò post quàm uxorem duxisset, Commentarium de legibus Connubialibus ediderat. Id opus, etsi multis mendis, peruersionibusque, typographi negligentia scatens, cum sic rectissimis studiis atque artibus præditi homines amplecterentur, ut multa exemplaria paucis admodum annis, per omnes fere terrarum oras circumlata sint (omnibus enim coactis scriptoribus, quod quisque commodissimè scripsisse videbatur, magno studio excerpserat, & ex variis ingeniis excellentissima quæque libauerat, atque in hoc *αὐτῶν* coniecerat, adeò ut nullum omnino commentationis genus Bibliotheca rectius inscribatur) cum mea sponte, tum amicorum hortatu, eum orauit, ut librum formis denuo exprimi pateretur. Quod etsi mihi abnuisset, (otij enim tantum sibi non esse asserebat, ut Commentarios opistographos quidem illos, & minutissimè scriptos relegeret) precari tamen atque obtestari non destiti. Ad extremum pietas erga fratrem (quid enim fratrem factum eum non appellem, qui mei patris mente, ut Iouis cerebro Pallas, editus, mihi plus quàm consanguineus est?) ita importunum flagitatorem reddidit, ut lucis huius aspectum ei tandem exorarim. Quod tamen antè consequi non potui, quàm me ex eius chirographo diligenter omnia descripturum reciperem, exemplumque, quod Typographus sequeretur, conficerem. Quem laborem hoc lubentius suscepi, quod hac mea opera effectum iri sperarem, ut opus acri & certo grauissimorum hominum iudicio probatum, in publicum exiret. Tu igitur eo Lector fruere.

& Andreæ Tiraquello parenti meo, cuius studium in publicis commodis promouendis nunquam quiescit, gratiam habeto. Vale. Fontini. Anno millesimo quingentesimo quadragesimo quinto.



ANDREAS



ANDREAS TIRAQVELLVS
CANDIDO LECTORI
SALVTEM.



AXIMAM iis deberi ab omnibus gratiam, quæ de Repub. literaria bene mereri student, candidè Lector, nemo est adeò rerum iniquus æstimator, qui inficiari audeat, si modò verum est, quod à Cicerone, Romanæ eloquentiæ parente, accepimus, nullum viuendi genus sine literis commodè institui posse. Equidem cum ab ineunte ætate me totum literarum studio deuouissem, omnes animi ingenique neruos eò semper contuli, intendique, ut quoquo modo bonarum disciplinarum studiosis, si non multum, at certè, quoad liceret, pro vitibus prodessem. Quod ut consequi possem, neque sumptibus in comparandis mihi bonis autoribus, neque vigiliis in iis euoluendis vnquam peperi: & tamen parum feliciter mihi ea res hætenus successit. Nam cum ante annos plus minus triginta, Tractatum de Legibus connubialibus & iure maritali, in communem studiosorum vtilitatem, non sine labore maximo edidissem, fuerunt qui lucubrationes meas sibi impudenter adscribere cupientes, quas sciebant cum plausu aliquo à viris doctis excipi, totum eum librum quasi membratim discerptum, cum mendis, quibus librariorum incuria priores editiones scatebant, in suas commentationes transferre ac transcribere non erubuerint. Qua ergo rei indignitate commotus, omnino ab hoc scribendi genere mihi abstinentum duxeram, ne quid tale in posterum in libros meos committerent. Verùm hoc meum consilium vicit amicorum quorundam, non infimæ notæ virorum necessitudo, quibus aliquando, ea quæ mihi in memoriæ subsidium adnotaram, communicauit, nihil tamen minùs cogitans, quàm ut me autore, in publicum prodirent. Quæ cum illi studiosè perlegissent, impensè probare, cõmendare, admirari etiam (quod citra arrogantiam dictum velim) visi sunt, atque ut in lucem emitterem instantissimè flagitare, adeò ut & minitarentur se edituros, quæ ex illis meis commentariis exscriperant & adseruabant, si ipse editionem diutius differrem. Sic enim mecum exostulabant, Quandiu quos in scriniis tuis thesauros habes, ceu Plautinus quidam Euclio, supprimes? quandiu eos publicæ studiosorum vtilitati inuidebis? An ignoras bracteata fortunæ bona communione decrefcere ac minui: vera bona, quò latiùs diffuderis, eò meliora reddi & illustriora? Quandiu tam doctos commentarios in apertum proferre ac expromere cunctaberis? Tum egomet mihi succensere cœpi, qui libros meos tanto tempore apud tales viros esse permisissimè, ut ex eis aliquid exscribendi otium fuisset, quod mihi vel inuito, cætera edendi necessitatem adferret. Negabant enim se diutius, quod habebant pressuros, etiam si ipse grauarer reliqua addere: sed potiùs opus *ἀκεφάλου* emissuros, quàm tanto commodo studia amantium bonas disciplinas fraudaturos. Ego contrà causabar occupationes, ætatem, curam rei familiaris, & alia non pauca, per quæ mihi non licebat ea, quæ olim scripseram, relegere, etiam si maximè edita cuperem. Verùm illi huiusmodi excusationes minimè admittentes, cum tamen & iustæ essent, & verissimæ, quò

constantius illis refragabar, hoc impensius urgebant: neque prius cessarunt, quam me de sententia deiectum cognouerunt. Eorum itaque cum precibus, tum minis victus, dedi herbam, & passus sum exire nuper Commentarios de Retractibus, utriusque dextris auibus, hoc certe consilio, ut vel satiati desinerent flagitare maiora, vel ipsi certe desisterent ab edendi consilio, quod præ se ferre videbantur. Sed nec ea editione ipsorum desiderio satisfactum est: imò viribus nondum bene collectis ab vniuerso eo labore, qui in editione eorum Commentariorum mihi necessariò subeundus fuit, impetrarunt, imò verò extuderunt, ac extorserunt eius operis recognitionem, cuius antè memini, id est, De legibus connubialibus: quod ita à me auctum, & multis iisque nouis accessionibus (quas tibi non minus vtilis, quam iucundas, fore confido, studiosè Lector) locupletatum est, ut iam nouum opus merito videri possit, licet re vera ne apicem quidem editionis spe ab initio adiunxissem: sed in eum librum, quicquid egregium & notatu dignum quotidiana lectio, vel ipse forensium rerum vsus suppeditabat, tanquam in penum aliquem, ne memoria excideret, tumultuariè, & (ut ita dicam) *ἀποροχέλιος* congregabam. Habes itaque, candide Lector, consilij mei rationem: habes opus, argumento quidem & inscriptione tibi notum, cæterùm stylo, rerum copia, & ordine nouum, in quo multa ab ipsa antiquitate repetita, non pauca ex Theologis, Medicis, Philosophis,

& cæteris humanitatis, ut vocant, autoribus, cum Græcis, tum Latinis, quos omnes non ex professo, sed obiter quandoque aliud agentes interuifimus, explicata comperies: ut interim infinita Iuris utriusque loca, à me hoc libro partim enarrata, partim integritati restituta omittam: quæ si tibi probari sensero, abunde magnum laborum meorum fructum percepisse fatebor, neque vnquam me huius editionis pœnitebit. Vale Lector, & fruere.



ANDREAS TIRAQVEL-
LV S S T V D I O S I S.



U O D votis omnibus patres, atque atavi nostri optauerunt, optandumque imprimis censuerunt, ut statim vel paulo post perfectum absolutumque cernerent opus, iam tum excimè inchoatum, instaurata post longa secula lingua Latina: id nostrademum atate consecutos se Dei Opt. Max. beneficio plerique omnes existimant. Passim enim videmus Latine non rhetorici solum, sed etiam philosophari, ἀθηναίως γλωσσῶν, ἑταλοῦν: idè sic Latine, ut Barbaris illis sexagenarijs, qui sibi in disciplinis quibusque tanquam in latifundijs pradijs suis regnabant non impudenter magis, quam superciliosè, de ponte deiectis, vix fuga locus ullus rucus sit. Plaudenda sanè rerum catastrophe. Verùm ea factorum vis est, ut mala, cum in imum vitiatorum descenderunt, cum demum exolescere incipiant: & vice versa, bona degenerare, cum ad summum profectus euaserunt. Mouentur scilicet omnia, nec stare diu quicquam rerum natura patitur. Sic Roma illa caput orbis, cum ab exiguis profecta inijs eò creuisset, ut, quod Liuius ait, magnitudine sua laboraret, sic funditus diruta iacet, ut solis extet ruinis. Sic & corporis habitus, cum ad summum bonitatis deuenit, (quod scribit Hippocrates) id est, cum mensuram crescendi impleuerit, ut interpretatur D. Hieronymus, in deterius labatur oportet, nisi continuo soluatur, ut rursus habeat, in quo possit crescere. Id nunc agunt studiosorum ingenia, ut litera illa, quæ vulgato, adpositoq; nomine humana vocantur, non solum instaurentur, & ut cum nostris Iuris authoribus loquar, restituantur in integrum, in suumq; statum illum pristinum veluti postliminio reuertantur: verum etiam alius, si fieri possit, fastigium attollant, nec iam nobis pœnitendus sit (id quod plerique censent) sed plaudendus potius earum multis seculis interitus. In Iuris legumq; scientia nitore suo restituenda, plus aliquanto negotij, quam in reliquis videbatur, tum propter disciplina eius præstantiam, tum propter Barbarorum, arcem ipsius ter longissima temporis præscriptione vsque occupantium, peruicaciam. Tanta quippe fuit quondam Iuris amplitudo, tantus legum nitor, tanta Iurisconsultorum priscorum & eruditio, & eloquentia, ut si illorum industriam describere, & laudare *κατ' ἀξίαν* velim, non proæmium, sed librum integrum explendum habeam. Uno tantum verbo eos describam, quo se maxime Demosthenes *περὶ τῶν συμμαχιῶν* priscos Athenienses laudare dicebat. *ἐγὼ γὰρ ἐκείνων μὲν παύσασθαι ἔχοντα ἔγνων, μέγιστον εἶναι τὸ ποιεῖν γεγενημένους, μάλιστα τῶν ὑπ' ἐκείνων προαχθέντων ἔδειξεν ἄλλοι παραδείγματα δεδωκυῖα ἰσχυρῶς.* Nec est, quod magis admirem quam tot seculis neminem exstitisse, qui illorum ingenium & eloquentiam, nõ dico superare (id enim supra votum semper fore credo) sed assequi, æmulari, vel etiã imitari potuerit. Certant nostra atate multi cum Liuiò: non pauci Terentiũ effingunt: Ciceronis simia complures sunt: Ouidium multi è vestigio imitantur: ad Maronis venam quidam aspirant: qui hætenus Ulpianum, Paulum, Papinianum & ceteros Iurisconsultos post annos plus minus mille ducentos reddere vel studeat, vel speret, ut diatribas omnes obieris, neminem certe reperies. Tanto enim eloquentia fulgore legum tenebras illustrent, ut admirationis materiam magis, quam imitationis spem, posteris reliquisse videantur. Quid, quaeso, vel Ulpiano

Ulpiano eloquentius, vel Paulo nervosius, vel Callistrato doctius, vel Papiniano acutius, vel Scauola pressius, vel Caio florulentius, vel Africano subtilius, vel Pomponio iucundius, vel Celsoneidius, vel Tryphonio candidius? ut ceteros non inferioris nota taceam. Quamquam ne nostra quidem tempestate effœta sit natura, quin paria illis ingenia producat, modo solertissima perspicacissimaque quæque ingenia in eam vnam Philosophiæ partem (pars enim est non infima Philosophiæ legum iurisque peritia, si Tullio, Ulpiano, Iustiniiano credimus) incumbant. Certe quo vno promoueri potissimum poteramus, id nos maxime deficit. Et sunt luculentissima Iurisconsultorum illorum monumenta, quæ & Iustiniani primum culpa, deinde & longa temporum iniuria periisse creduntur. His accedit, quod non alij temere vlli rerum publicarum gubernaculis admoventur, non alij rerum habenas obtinent, non alij Regum vel Imperatorum latus cingunt, quàm qui legum iurisque scientia opinione celebrantur. Et erat sanè hanc in vulgum spargi de Iurisconsultis opinionem iustissimum: nec Reges nunc, aut respublicas falleret, si ij essent ipsi, quales dicuntur, ac creduntur, qualesque priscos illos fuisse constat, in omni scilicet disciplina exercitatos, antiquitatis non ignaros, historiarum scientes, in Philosophorum gymnasiis expolitos, rerumque usu & experientia probatos. Tales enim esse decet, & qui ad Reipublicæ munia capeffenda destinantur, & quibus principes stipendiati, augustiores se vulgò haberi volunt. Sunt tamen nostro quoque seculo non parum multi, à quibus vetustatem belle interpolari experimur, quorumque auspicijs si summa rerum gererentur, alius esset regnorum rerumque publicarum status. Sunt Budæi, sunt Deloini, sunt Valea, sunt Minutij, sunt Beraldi. Longolius anno superiore magna literarum iactura occubuit. Habet Anglia suos Tunstillos, Paceos, Moros: habet Germania Capniones, Zazios, Caniunculas: Italia Cottas, Alciatos. Et ne singulos percenseam Iurisconsultos, quibus etas nostra beata censeatur, angulus nullus vsquam est, in quo non aliquis ingenium suum ad vetustatis normam exigat. Quo nomine seculo nostro gratulari frequenter ipse soleo, adde ingeniorum feraci: cum Tullius sanctè deierare ausus sit, singulas etates vix binos oratores habuisse. Nunquam tamen tam bene cum rebus mortalium actum est, ut in vlllo ordine non maior pars (quod est apud Liuium) vincat meliorem. Sunt passim rabula forenses, sunt quos Demosthenes aduersus Aeschinè $\alpha\epsilon\gamma\mu\omicron\lambda\omicron\gamma\epsilon\varsigma$ & $\omega\epsilon\delta\iota\tau\omicron\iota\mu\mu\alpha\tau\alpha\delta\prime\alpha\gamma\omicron\rho\alpha\varsigma$, Demosthenes alter Leguleios Latinus vocat, Gothorum reliquia, quibus operapretium est in circulis, in conuiujs (neque enim iam palàm audent) ex longo exilio redeuntibus literis melioribus obstrepere. Quia ergo, ut iam dixi, homines isti totius humanitatis expertes, rerum summam plerunque suo arbitratu moderantur, in eoque sunt ordine, qui (quod leges duodecim Tabularum præcipiunt) vitio vacare creditur, cæteris specimen est: adeo mordicus putria ista iuris, ut ita dicam, simulacra retentant, ut animam potius ex sedibus suis, quàm ea ex manibus exrundi patiantur: pro ijsque non secus, atque pro aris & focus, certare tota ope consueuerunt. Turpe enim putant, sibi noxa futurum, si semel vulgus eos intus & in cute dignoscat. Tum demum enim detracta $\lambda\epsilon\omicron\tau\omicron\upsilon\iota$ ista magistratuum & dignitatum, in pistrinum dedendos se præuidet. Ea sunt, quæ amores istos nostros, dies noctesque sollicitos habent, ne quid exeat, ne quid excudatur, ne quid importetur, ne quid editum, excusum, importatū legatur, quod in Accursium, aut Bartolum incurrat. Horum enim confirmatam, ac sacrosanctam multorum seculorum opinione auctoritatem conuelli, aut labefactari piaculare esse putant: veteribus (sic enim heri, vel nudiuertius natam barbariem vocitant) stari malunt, nihil ex antiquo motum probant. Hi sunt, quibus apud Tullium etiam alabaster plenus vnguenti putrescere videtur, qui nihil legere sibi imperarunt, nisi quod D. quod C. quod S. quod extrà, in authen. quod glos. Barto. Bal. Innoc. Hostien. Ioan. And. identidem literis pollicariibus, tanquam gemmis quibusdam, illustratum, primo statim conspectu viderūt. Cum his mihi, cæterisque literaturæ humanioris studiosis, non bellum solum, sed prælium: nec prælium duntaxat, verum certamen propè quotidianum est: exercenturque vulgò maledictis etiã paruulorum. Nec vllus est eorum, qui animi contentionem ad augustiores illas disciplinas appulerunt, qui non sibi præ oculis statim, ut in eis professus fuerit, proponat de his vel triumphare,

vel, vel spoliū aliquod referre. Sic etenim tum demum se dignos arbitrantur, qui in doctorum senatum assumantur. Indidem tot iam legum genuina interpretatio, tot titulorum iuris syncerus sensus illis extortus è manibus, & antiquis possessoribus assertus. Ornantur studiosorum ades, & bibliotheca libris eius nota, tanquam manibus spoliisque hostium. Et inter hos nostra atque etiam superioris memoriæ iuris tum peritos, tum studiosos, ad publica decora excitatos, consilia varia diuersaque animaduerto. Sunt enim, qui cum possent, nolunt mentis suæ sensum testimonijs illustrioribus firmare. Congruum etiam magis, & æquius censent, collato pede, paribusque armis in prælium descendere, & instar Davidis illius hostis ignauissimi ceruicem proprio mucrone ferire. Sunt qui non nisi deauratis, & insignibus, planeque Romanis armis, sibi decertandum putant, stylumque non ad presentem scenam, sed ad tempora paulo mox futura accommodant, Menandrum imitari, qui, teste Quintiliano, iustiora posteriorum, quàm suæ ætatis, iudicia consecutus est. Cum his manum Barbari conferentes, se potius ocyusque victos dici audiunt, quàm sentiunt. Triumphant tamen & victi, apud suos atque etiam $\alpha\lambda\iota\theta\epsilon\lambda\alpha\mu\beta\epsilon\upsilon\varsigma$ non minus, quàm qui verè debellarunt: dubiam scilicet eam victoriam esse putant, quàm non intelligunt, quàmque de se fieri, quia nesciunt, non existimant. Ego certè, ut de me tandem dicere incipiam, cum iam inde ab adolescentia ita affectus essem, ut magnopere cuperem Pictones municipes meos, gentem alioquin nec bardam, nec stupidam, ad augustiorem hanc Philosophiæ partem capeffendam, illustrandamque animare, Commentarios inchoaueram, ante annos propè septem in consuetudines eorum, non sublimi illo grauique dicendi stylo, quem effingere, si velim, nequeam: neque si maxime possem, in hoc certè argumenti genere velle. Ea semper fuit consilij mei ratio. Noui enim & scio, qui fructus eius existat apud eos, qui iuuandi potissimum erant. Scio item, quàm frigeant iaceantque Commentationes illæ, quæ prorsus nitore carent, nihilque aliud quàm legum capita sonant. Mediam quandam viam iniui (medio enim turisimè commodissimeque itur) sicque stylum contemperavi, ut legentes nostri ea, quæ tanquam propria agnoscunt, imprudentes in ea incidant, quæ nosse maxime debuerant. Ea sunt Philosophorum placita, Oratorum decreta, antiquitatis historiarumque monumenta, Poetarum carmina, populorum ritus, mores gentium, quibus D. glos. Barto. & alius huiusmodi notas inferioris notæ & doctrinæ scriptorum, tanquam hamum esca obtexisse mihi videor, quo sensim vorato velut inuiti aut imprudentes ad letionem humaniorum scriptorum attraherentur: iam inde (ut ille ab vnguibus leonem) intelligentes, alios esse libros, quibus maxime niti assereque possit, & illustrari iuris legumque peritia. Eius porro libri sectionem quæ de legibus Connubialibus erat, vix prima deformatam manus (ut Horatij verbis vtar) nedum extremam expertam, amicus quidam alteri, qui sibi legendam à me impetrarat, subripuit: sublatamque, in scio me, & eo cui legendam dederam, impressori excudendam tradidit. Circumfertur interim libellus ille, teriturque legentium manibus: ego quoque interim reliquum opus meditor, & paro, cum ecce Almaricus Buchardus Sanctonum Suprapæfectus, amicus, hospesque meus, librum aduersus me nuncupatim edit: libellum illum meum (argumentis quàm adpositis, tuum erit, Candide lector, iudicium) concidit, sugillat, conterit. Dolui equidem non tam quòd ille nihil à me lasus aduersus me scripsisset, neque enim mihi magnopere ab huiusmodi timendum puto, quàm quòd homo amicus, cuius nomen quàm celeberrimum, clarissimumque esse cupio, tale sui specimen dederit. Ego quid hîc dissimularem? at prouinciatim nomen meum viuo me, quod aiunt, & videnter traducitur. Tacerem? at conuicijs amicorum propè quotidianis impotentique desyderio satisfaciendum fuit. Opus totum commentariorum nostrorum semel ederem? at tomi, & ingentes, & multi, quos vix datum est recognoscere. Hac menses aliquot voluenti, animoque versanti, tandem mihi visum est, sectionem eandem, multis, quæ subtruria videbantur, derasis, sed multo pluribus adiectis, amicis efflagrantibus, ut offam Cerbero, obrudere. In qua & $\upsilon\pi\epsilon\tau\epsilon\mu\alpha\upsilon\tau\epsilon\varsigma\ \alpha\pi\omicron\lambda\omicron\gamma\epsilon\mu\omicron\iota$, & Almarico, qui eam ipsam insectatus est, obiter respondeo, non eum titulo statim à limine perstringens,

perstringens, non obiecta omnia sigillatim refutans, non conuicia conuiciis retaliens, non singula eius argumenta & capita excutiens & examinans (id enim amicitia nostra uereri condonare mihi persuasi) sed locos tantum illos firmans & ampliand, quos ille labefactare & conuellere conatus est. Tu lector optime, quicquid id est operis, boni consules, comosque ceteros aliquot, eiusdem farinae expectabis, quibus uniuersas Pictorum leges municipales, quas consuetudines vocant, enarrare, illustrare, enodareq; studuimus. Valeto. Anno millesimo quingentesimo vigesimaquarto.

GVLIELMVS ROVILLIUS LECTORI S.



NON est quod rei nouitate offendaris, candidè Lector, si hoc in opere excudendo nonnihil uideamur deflexisse à protritit Typographorum uestigis, qui in Iurisprudantium Commentariis Pandectarum libros non temere aliter, quam nota huius D. compendio, solent annotare. Nam cum eius consuetudinis initium à crassa tantum superiorum atatum inscitia profectum, nullaque iusta ratione subnixum constaret: nihil causa uisum est, cur eam Barbariem, quantumuis inueteratam, tam pertinaciter tueremur: cum praesertim ueteres ea nota usus non fuisse, satis constaret. Auspiciatius itaque uisi sumus facturi, si geminum illud Digamma Aeolicum, D. litera, quae primum in Digestorum nomine locum obtinet, grauisimis praesertim autoribus, commutarem.

Vale.



CONSUEVDINVM
PICTAVIAE, TITVLVS
DECIMVS QVINTVS.

De la puissance & administration des marys. §. Primus.



DES ce, que homme & femme, foyent nobles, ou roturiers, sont mariez ensemble au pais de Poictou, par la coustume d'iceluy, la femme est en pouuoir de son mary, & n'est plus en pouuoir de son pere, si elle l'auoit. Et ne peut valablement contracter, sans le consentement expres de son mary, durant leur mariage, ne administrer les biens communs d'entre eux, ne les siens propres, sans l'auctorité & consentement de sondict mary.



Continuo quam uir & femina, siue nobiles, siue ignobiles, matrimonium simul inierunt in Pictauia, ex more illius gentis, uxor est in potestate mariti, nec amplius est in potestate patris: nec potest uiliter contrahere sine consensu expresse ipsius mariti, nec bona eorum communia, ac nec sua quidem propria, sine auctoritate & consensu eius, administrare.

GLOSSAE PRIMAE XVI. LEGES
CONVIBIALES COMPLECTENTIS,
PARS PRIMA.



VIDES igitur, Candidissime Lector, ex Pictauorum consuetudine, uxorem esse in potestate uiri, non patris. Ea que ferè perpetua est & generalis in Gallia. Ex Romanorum uero legibus, uxor contra in potestate patris est, non uiri. l. j. in fi. & l. seq. ff. de liber. exhib. & l. j. §. quod si in patris. & l. quoties. ff. solu. mat. & l. j. §. j. ff. de liber. agnos. & l. j. §. vlt. & ibi glof. & Bart. & l. eum qui §. si nupta. ff. de in iur. & in l. fed interim. §. idem ait. & ibi Bald. qui eum §. legit cum l. si eum seruum. §. inter uirum. ff. de donatio inter uir. & uxor. & l. iij. & l. nec inter. & l. si ut proponis. C. eod. & l. filia. la. ij. & l. licet in sacris. C. de collar. & l. si uxor. & ibi glo. Cyn. Bart. Alber. Bal. & Salyc. C. de condit. infer. & l. j. & ibi quoque Cyn. Fab. Bald. Paul. Cast. & Corne. & iterum l. quod scitis. rursus q; l. non sine. C. de bon. qua liber. & l. si ut proponis. C. de nupt. & l. dos à patre. & ibi gl. j. C. solu. mat. & §. j. in fi. & ibi Ange. Aret. Instit. de S. C. Tertul. & §. vlt. uerfi. sin autem sub potestate. in auth. de aqua. dori. Et not. glo. in l. parentes, & ibi Paul. Castr. & Rom. qui eam legem legunt cum §. vlti. l. rei iudicata. ff. solu. matri. & in l. item legato. §. vlt. & ibi Alber. ff. de legat. iij. & Ioan. And. post Ros. in addit. Spec. titu. qui filij sunt legit. col. iij. in addit. cuius initium est, Ros. in praetoria. Signo. Homod. confi. clxvj. quaestio disputanda, col. v. Bald. confi. cxxxvij. quidam nobilis. col. j. lib. j. & confi. ccxxvj. praemis verbis statuti, uerfi. praterea nupta. lib. v. & Petr. Anch. confi. 213. pro isto patre, in prin. Card. Flor. confi. xcj. respõdeo, paulò ante fi. Panor. in c. non est, col. j. ext. de despon. & in c. cum contingat, col. vj. uerfi. uenio ad secundam. de foro compet. & in c. mulieres, in j. not. de sent. excom. & in c. literas, col. vlt. de restit. spol. & in c. ex parte, col. iij. eo. tit. Anto. Prat. inter confi. Alex. confi. cxxxij. uerè crudelis, col. j. uerfi. & si forte. lib. iij. & ipse Alex. confi. cxxxv. uisò processu, col. iij. uerfi. praterea posito, lib. vij. Franc. Aret. confi. lxxij. praesupponitur. col. ij. & Fran. Curt. senior confi. ix. Ticinensi statuto, col. antepe. & confi. lxxij. antiquissima, col. cvj. uerfi. ad tertium. & Corn. confi. lv. pro decisione, col. antepe. in fi. lib. j. & confi. xxvj. uidetur dicendum,

Uxor non in uiri potestate est, sed patris Ro. legibus.

col. vlt. lib. iij. & confi. clxxvij. circa quod, ante fi. eo. lib. iij. & Soci. confi. ccxxiiij. praefens consulta-
tio, col. viij. verf. iij. ad idem, lib. ij. vbi ex hoc colligit, quod remanet agnata, & sua. & Io. Crotus in
rep. l. frater à fratre, in xvj. q. ff. de cond. indeb. & doc. vbiq. Nam nec filius ipse familiam per matri-
monium liberatur patria potestate, l. inter. §. filiusfa. & l. marit. §. carerum. & l. filiumfa. de adult.

*Nisi in concu-
bitu & ope-
ris.*

¶ Nisi tamen, quantum ad filiam, in duobus, videlicet in concubitu, quem carnis debitum nostri
vocant, & in operis: in quibus de iure civili vxor est in potestate mariti, non etiam patris, vt vo-
lunt glos. in dista l. si vxorem. & in dicto §. j. & ibi quoque Ang. Are. Instit. de S. C. Tertul. per tex.
in l. sicut. ff. de oper. liber. & glo. in c. quod Deo. xxxij. q. v. & Bart. in d. l. j. §. j. ff. de iniur. idem Bar.
Imol. Pau. Castr. in d. l. rei iudicatae, iuncta l. sequen. ff. solu. matri. Bald. in l. asiduis, col. ij. in fin. C.
qui pot. in pign. hab. & in c. j. verf. quæro vtrum vxor. tit. an marit. succe. vxor. in benefi. Panor.
in d. c. literas. col. penult. de restit. spol. & in c. literis. in fi. de testib. & in c. illud. col. vj. verf. ad pro-
positum. de praesumpt. & in d. c. mulieres, de senten. excom. Ioan. Ana. in c. cum causa, col. ij. verf.
nota quod contradictio, de rapt. & Anto. à Prat. in dicto confi. cxxxij. vbi luculentissimè differit,
de quibus operis hoc intelligi debeat. Et Franc. Curt. senior dicto confi. ix. vbi supra.

*Vxor Gallo-
rum legibus in
potestate viri.*

¶ Dicit tamen Ioan. Fab. in d. §. j. Instit. de S. C. Tertul. quod ex consuetudine Franciæ vxor transit
in viri potestatem, quamvis etiam remaneat in patris potestate. Idem verò Fab. in §. ij. col. ij. verf.
quid si vir. Instit. quod cum eo. dicit simpliciter, quod in partibus Franciæ vxor est in potestate
viri, nulla de patris potestate facta mentione. Et idem dicit in l. j. C. de bon. marit. & in l. non sine.
C. de bon. quæ liber.

De eadem re.

¶ Atqui ex nostra consuetudine, vt hinc scribitur, vxor est in potestate viri duntaxat à patris scilicet
potestate per matrimonium liberata. Cuius etiam consuetudinis, qualis hinc est, meminit Ma-
fuer. non omnino malus autor in titu. de iniur. §. item filia vxorata, & in tit. de dot. & mat. §. item
de consuetudine vxor. & in titu. de praescript. §. item & pro ista parte, & in titu. de possess. §. item
maritus. vbi tamen huiusmodi consuetudinem non ita simpliciter dicit disponere, sed tum de-
mum, cum maritus est sui iuris: tanquam scilicet (vt id illi addas) alium non possit habere in sua
potestate, qui ipse suæ potestatis non est. l. sic eueniet. ff. de adult.

*Longobardo-
rum legibus
uxor in potes-
tate viri.*

¶ Et est similis (vt redeamus) apud Longobardos consuetudo, vt expressim scribitur in l. j. & l.
pen. & l. vlt. tit. quali. mulie. libe. alie. permis. est. & refert glo. in l. velles. C. de reuoc. don. & ibi quo-
que Bald. qui dicit, quod hoc iure vtuntur in multis locis & per statuta locorum: & idem Bal. in
l. si inuita. C. de nupt. & in d. c. j. & ibi etiam Card. Alex. titu. an marit. succe. vxor. & ipse Bal. confi.
cxxxix. cuius exordium est, statuto communis Afsisij, in fin. lib. v. & Alber. in d. l. si vxorem. C. de
condi. infer. & Felin. in dicto c. illud. in princ. de praesump.

*Gallorum ve-
tus mos in ca-
re.*

¶ Et sanè hæc Franciæ consuetudo, fortassis è curiculo, vt alia pleraque, à veteri Gallorum more
defluxit, quem huiusmodi fuisse Caesar lib. vj. Comment. refert, vt viri in vxores sicuti in liberos,
vitæ necisque haberent potestatem. Enimvero quemadmodum ea vetus parentum in liberos po-
testas crudelior quidem atque acerbior iure est coercita Romanorum legibus. l. in suis. in fi. ff. de
libe. & posthu. & l. vlti. C. de patr. potest. & glo. vtrobique, & facit l. inauditum. ff. ad leg. Corne. de
ficar. & l. diuus. ff. ad leg. Pomp. de parric. illudq; solum superest, vt filius in potestate patris sit, ci-
tra vitæ necisque arbitrii. C. titu. proximè allegato, per totum. Ita etiam (vt omnia fermè ad vsu
clementiorem humanioremq; redacta sunt) virorum in vxores vetus illa potestas in ea ipsa re
immutata est, vt scilicet non liceat viro vxorem impunè interimere, ac ne castigare quidem, nisi
moderate, vt infra dicitur. Sed quod de filiis leges sanxerunt, id etiam in vxoribus nostra con-
suetudo ex veterum more reliquum fecit, vt essent in virorum potestate, remoto necis arbitrio.
Quem locum, & alia pleraque è primis illis nostris legibus Connubialibus quispiam in sua To-
pica fermè ad verbum transposuit, vir sanè & legum, & artium humanarum peritissimus, sed hac
in re mihi parum æquus, qui nomen meū vbiq; suppresserit: id quod libens dissimularem: sed
veritus sum, ne qui libellum illum nostrum primū anno 1513. ac iterum anno 1516. rursum 1524.
impressum non viderunt, existiment hæc loca illi me contra surripuisse, cuius Topica non nisi
anno 1520. primū impressa sunt. Sed ad rem ipsam reuertamur.

*Queritur de
quodam huius
lib. plagario.*

¶ Hic mos quoque apud Hebræos ex lege Mosaica fuisse videtur, vt matrimonium filiis à pa-
rentum potestate dirimeret, transferetq; eam in viros, vt facillè colligi potest ex eo quod scribitur
Leui. cap. xxj. quo vetabatur sacerdos contaminari in mortibus cuium suorū, nisi tantū in con-
sanguineis & propinquis: id est, super patrem, matrem, filium, filiam, fratrem quoque, & sororem
virginem, quæ nō esset nupta viro. Et cap. seq. Si filia sacerdotis cuiuslibet ex populo nupta fue-
rit, de his quæ sanctificata sunt, & de primitiis non vescetur. Cuius rei rationem adiicit non om-
nino contemnendus interpret Nicolaus Lyrensis, quoniam scilicet non iam esset in patris pote-
state, & familia. Quod & ipsum expressim signatur Num. 30. cap. vbi si filia nondū nupta aliquid
vouisset, tum demum ex voto obligabarur, si pater vel consensisset, vel tacuisset: nupta verò, viro
aut consentiente, aut dissimulante, quod & ad potestatem viri in vxorem trahit D. Augustinus lib.
Quæstionū super Nu. 4. c. lix. & repetitur in Decretis canonicis in c. manifestū. & c. voluit. 33. q. 5.
¶ Quinetiam illud affirmare aßeueranter audeo, longo antè interuallo, quàm leges Mosaicæ latae
essent, veluti lege naturæ id ipsum institente, filias postea quàm desponsatæ fuerant, nō perman-
sisse amplius in parentū potestate. Quod eo testimonio comprobauerim, quod cum de Rebecæ
nuptiis

*Natura lex
gibus vxor in
potestate viri.*

nuptiis tractaretur, illa nequiquam in consilium admissa est: sed veluti inscia, non inuita tamen,
verum parentum votis obsecundans, ab illis nuptui traditur. At postea quàm desponsata fuit, de
profectionis die à parentibus consultitur: veluti iam eorū potestatem egressa, quod scribitur Gen.
24. c. & à D. Ambrosio annotatur in lib. de Abrahā Patriarcha, in c. vlt. & in c. honorantur. 32. q. 2.
¶ Ab eo autem, quod de lege naturæ diximus, nihil omnino abest, quod tradit Diuus Augusti-
nus in c. caput, in fi. xxxij. quæst. v. Fœminas viris suis seruire communi lege naturæ. Et in lib. j.
de nuptiis, & concupiscentia, ad Valerium, cap. 9. Nec dubitari, inquit, potest, naturali iure viros
potiùs fœminis, quàm viris fœminas principari. Et in epistolam Pauli priorem ad Corint. ca. 6. 5.
Fœmina, inquit, viro subiecta est lege naturæ. Apud Græcos autem commendatur ille versus fe-
narius Alexidis in ea fabula, cui titulus est, γυναικοκρατία, citante Athenæo lib. iij.

De eadem re.

γυναικι δ' ἀρχαυ ἔδιδασιν ἡ φύσις.

Natura non sinit præesse fœminam.

Et huic quoque rei testimonio sunt, bruta animalia, quæ veluti id ipsum dictante natura, ita vi-
uunt, vt mares imperent fœminis. Nam Plin. lib. viij. cap. 3. loquens de Hyænis, Mares, inquit, sin-
gulis fœminarum gregibus imperitant.

*Bruta quoque
id ipsum sequi*

¶ Sed & illud apud celebratissimos Græcorum populos Lacedæmonios obseruatum fuisse conie-
cto, vt filia tantisper in potestate patris esset, dum cœlibem vitam duceret: statim verò quàm ma-
trimonio fuisset mancipata, viri subiret potestatem. Huiusce autem rei coniectandæ ansam præ-
buit dictum Lacænæ à Plutarcho in Apophthegmatis Laconicis relatum: quæ cum interrogaretur,
an se vitandam concederet, respondit, Equidem cum puella essem, didici parere patri, & hoc
egi: mulier autem viro. Huic ergo, si iusta rogas, manifestum facias primū.

*Lacedæmonio-
rum in care-
mos.
Lacænæ dia-
ctum.*

¶ Quamquam illud non me lateat, fuisse plerisque, qui scriptis tradiderunt, Spartanas mulieres vi-
ris suis dominari solitas: quod & ex Aristotele licet deprehendere lib. ij. Politicorū cap. 7. & con-
firmat Plutarchus in Lycurgo, referens Lacedæmonios vxores heras vocare solitos. Sed hoc, vt
infra dicemus, commune omnium Græcorum fuit. Subdit autem post pauca Plutarchus, quod
cum peregrina quæpiam mulier Gorgoni Cleomenis regis filia, Leonidæ autem vxori diceret,
μόνα ἦν ἀνδρῶν ἀρχετέ ὁ Λάκαινα. id est, Solæ viris imperatis, ὁ Lacænæ: respondit, μόνα γάρ
τις ἦν ἀνδρῶν. id est, Solæ enim viros parimus. Quod etiam recenset in Apophthegmatis La-
conicis non semel. Qui & ipse in comparatione Lycurgi & Numæ Pompilij tradit Lacedæmo-
nias mulieres audaciores, & in ipsos viros in primis viriles. Et hoc quidē, vt reor, mouit Aristo-
telem, vt diceret lib. j. Rhetoricorum ad Theodecten, cap. 5. malas fuisse Lacedæmoniorum mu-
lieres, ideoque eos media propè felicitatis parte priuari.

De eadem re.

¶ Sed quocunque se modo res hæc habeat, ab hac nostra consuetudine non admodum abludit
illud Euripidis in Danaë apud Stobæum, Sermone 71. & iterum 75.

*Vxor legibus
mariti subest.*

γυνὴ γάρ ἐξελεύσεται πατρῶων δόμου,

οὐδ' ἦν πατρῶν ὄν, ἀλλὰ ἔλεγχος.

Mulier enim egressa paternam domum,

Non amplius parentum est, sed mariti.

Et illud quoque Quintiliani, aut eius, vt plerique existimant, qui de Oratoriis institutionibus ele-
gantissimè differuit, declamatione 259. Virgo pertinet ad patrem: tamen nupta pertinet ad mari-
tum. Accedit quoque id, quod Plato, aliàs muliebrium virtutum admirator, viros tamen fœmi-
nis, tanquam gregi custodes, praefecit, statim circa initia lib. v. de Republ. Cui accedens discipulus
ipsius Aristoteles, Politic. lib. j. cap. 8. Vir quidem, inquit, vxori praest & filiis, tanquam liberis qui-
dem ambobus, sed nō eodem imperij modo: sed vxori quidem ciuilitate: filios autem regit: masculus
enim, quàm fœmina principalior est. Et idem lib. ij. Oeconomicōn cap. 1. Existimare autem,
ait, debet mulier verè cōposita, mores viri esse legem vitæ suæ impositam sibi à Deo. Cui finitimū
est illud D. Pauli ad Rom. 7. rursumq; prioris ad Corin. 7. Mulier quāto tempore viuuit vir eius, al-
ligata est legi ipsius. Quod & repetitur in c. sicut alterius. 7. q. j. & in c. additur. 27. q. ij. & in summa
33. q. j. atque aliis cōpluribus locis. ex quibus constat, esse in viri arbitrio, legem, quā velit, modò sit
honestæ, vxori imponere. Ad quod & illud pertinet Homeri lib. 9. Odyf. de Cyclopiibus loquētis,

Cyclopes.

—Θεμιστεύει ἡ ἑκάστος

πατρῶν ἢ δ' ἀλόχων.—

Id est,

—Ius quisque ministrat

progenitis ac vxoribus.—

Quem locum citat Aristoteles lib. Politic. i. cap. item primo. & lib. Ethicorum x. cap. 9. atque etiam
Plato lib. ij. de Legibus. Inter multas Pittaci Mitylenæi, vnus ex septem sapientibus, aureas sen-
tentias, illa non postremo loco, habenda, γυναικὸς ἀρχε, id est vxori dominare. Refert Cornelius
Tacitus in lib. de Moribus Germaniæ, apud Sithones fœminas dominari: In quo (vt ille ait) non
modò à libertate, sed etiam à seruitute degenerant.

Sithones.

¶ Quid, quod apud prisicos Romanos vir de coniugis capite & fama cum propinquis iudicabat?
Cuius rei testis est locupletissimus Cor. Tacitus lib. xij. Romanæ historiæ, cum inquit: Pompo-
nia Græcina, insignis fœmina, Plancio, qui ouans se de Britannis retulit, nupta, ac superstitionis
externæ rea, mariti iudicio permessa: isque prisico instituto, propinquis coram de capite fama que

*Vir iudex
uxoris.*

coniugis cognouit, in fontemq; pronuntiauit. Dionysius quoq; Halicarnassens lib. ij. Cognati, inquit, simul cum viro de his iudicabant, in quibus erat violata pudicitia. De quo etiam aliquid Liuius iij. dccad. lib. ix. quo in loco de Bacchanaliorum abrogatione loquitur: Cuius hæc verba sunt, Mulieres damnatas cognatis, aut in quorum manu essent, tradebant, ut ipsi in priuato animaduertent in eas. & Valerius Maximus lib. ix. tit. iij. quo loco loquitur de Spurio Posthumio Albino, &c. seq. Suetonius in Tiberio, cap. 35. Id autem ex lege Romuli erat, cuius hæc verba sunt: **ADULTERII CONVICTAM VIR, ET COGNATI, VTI VOLENT, NECANTO.** Et ad huc quoque morem antiquum respicere videtur Callistus in d. c. sicut alterius. vij. q. j. cum dicitur, Sicut alterius vxor nec adulterari ab alio, nec iudicari, nisi à proprio viro permittitur. &c. Vbi tamen glo. huius moris inscia, illud trahit ad correctionem, de qua postea dicemus.

14
Vxores viros dominos uocare debent.

¶ Adde, quod Diuus Ignatius, Ioannis Euangelistæ discipulus, in ea epistola, quam ad Antiochenes scripsit, Mulieres, ait, honorificent viros suos sicut carnem suam: & non audeant eos proprio nomine vocare. Hæc ille. Sed quoniam igitur nomine (in quibus) illos vocabunt? Id certe nos docet Sara illa sancta mulier, de Abraham viro loquens: Dominus, inquit, meus vetulus est, ut scribitur Gene. 18. cap. & repetit D. Petrus in sua prima Epist. Canonica, aut potius catholica, ut Latinum Græco respondeat, cap. 3. his verbis, Sic enim aliquando & sanctæ mulieres, sperantes in Deo, ornabant se, subiectæ propriis viris, sicut Sara obediebat Abraham, dominum eum vocans. Hæc Petrus. Ex quo D. Chrysostomus in Epist. ad Corinth. Homilia 26. Priscæ, ait, illæ mulieres viros suos dominos vocabant. Quin & Bersabee Dauid maritum dominum vocat, & se ancillam illius, iij. Reg. cap. i. Quibus ad stipulatur & illud Virgilianum lib. iij. Aeneid.

—Connubia nostra

Reppulit, ac dominum Aeneam in regna recepit.

Cuius loci autoritate fretus Marcellus, vir in perscrutandis nominum proprietatibus admodum diligens, scribit, dominum pro marito aliquando accipi. In quo etiam significatu posuisse quibusdam videtur Imperator Diocletianus in l. si liqueat, ibi, consentiente domino. C. de inoffic. donat. quam ad id nuncupatim not. Salyc. Quamquam nihil huc, ut reor, pertinet. Nam ibi, Dominus, dicitur respectu rerum donatarum, quarum scilicet maritus erat dominus, non autem respectu vxoris. Sed, quod in confesso est, Dominus, pro marito ponitur in sacris literis, Iudicum cap. 19. cum scribitur: At mulier, recedentibus tenebris, venit ad ostium domus, vbi manebat dominus suus. Ibi enim haud dubie de marito loquitur. Huc quoque alludit illud Ouidij, si ipse est, in Epistola Acontij ad Cydippen,

Elige de vacuis, quam non sibi vendicet alter:

Si nescis, dominum res habet ista suum.

Plutarchus autem in eo libro, cui titulum nuncupauit, In principe requiri doctrinam, scribit, Persarum regem ceteros omnes pro seruis habere, præter vxorem: cuius tamen conueniebat maxime esse dominum.

15
De eadem re ex iurisconsultis & aliis.

¶ Quæ cum ita sint, eas proinde prudentissimas fuisse arbitror scæminas, quarum altera ad maritum scripsit in hæc verba: Cum petenti mihi à te, domine charissime, &c. ut à Iurisconsulto nostro relatum est, in l. ea quæ, in prin. vbi Bald. not. ff. de donat. inter vir. & vxor. Altera, quæ marito hæres extiterat, ita testamento cavit apud Iureconsultum in l. Lucius. §. quæ marito. ff. de leg. ij. Maui, & Sæproni, dilectissimi filij, præcipitote omne, quicquid ex hæreditate bonisve Titij, domini mei, patris vestri, ad me peruenit. Et iterum paulò post: Necnon etiã, siquid post mortem Titij domini mei solui, agnoscat, quem tex. ad hoc no. Bal. ibi. & Albe. in l. aduersus. C. de cri. expi. hære. Et admodum fallor, nisi & ita quoque accipitur in l. vxorem. §. testamento. ff. de lega. iij. quamuis aliò trahi possit. Nec silentio prætereunda est Lucretia, quæ apud Ouid. lib. ij. Factorum, de marito loquens, ait:

Mittenda est domino (nunc nunc properate puella)

Quamprimum nostra facta lacerna manu.

Neque Matidia Diui Clementis mater, quæ Faustianum maritum, dominum quoque vocat apud ipsum Clementem, lib. recognitionum ix. cap. vlti. Neque Diua Natalia, quæ Diuum item Adrianum maritum, dominum quoque appellabat: si tamen in ea re satis tuta est Iacobi, quem de Voragine vocant, autoritas.

16
De eadem re. Megistone diuum memorabile.

¶ Non immeritò igitur Plutarchus autor grauissimus, in eo libello, cui titulus est, De claris mulieribus, laudat Megistonam Timoleontis vxorem, quæ Aristotimo Eliensium tyranno, præcipienti captiuis mulieribus, in quarum numero & ipsa erat, nuntios cum literis ad maritos, qui Elidem obsidebant, mittere, eosq; ut obsidione desisterent, rogare: alioquin se paruos natos in earum conspectu prius, ipsas deinde omnes verberibus cæfas interfecturum minitabatur: talibus verbis respondit: Si quid in te virilis prudentiæ aut consilij resideret, non utique mulieres iubes, quæ factò opus essent, suis viris præscribere: sed nos ad ipsos, tãquã dominos nostros, permiffissis proficisci.

17
Vxores quæ uiris dominantur, uituperantur.

¶ Sed sicut Sara, Bersabee, Lucretia, Megistona, quæ se vltro maritis subiecerunt, eos ut diximus, dominos vocantes, sunt ob id plurimum laudandæ: ita sunt acerrima reprehensione dignissimæ; quæ è diuerso sibi laudi assignant, quòd maritis præfint, quòd illos non habeant dominos, sed ne pares quidem, quòd illos contemnant atque despiciant, nullã omnino eorum habentes rationem. Nã (ut idem Plutarchus in lib. cui tit. fecit γαμικὰ παραγγέλματα, id est, cõnubiales admonitiones, scribit)

scribit) locupletes & principes, cum honori Philosophos habent, & semetipsos ornant, & illos. At Philosophi cum obseruat opulentos, haud quidem illos clariores, sed se ignobiliores faciunt. Hoc etiam vsu euenit mulieribus, cum se viris subiiciunt atque obtemperant, laudem consequuntur. Cum verò præesse volunt, magis eas dedecet, quàm eos, qui subiiciuntur. Scitum est & illud Euripidis in Oedipo: Vxor, quæ sapit, viro inferuit: quæ non sapit, eum spernit.

Γάσπα γὰρ δούλην παρέθηκεν ἀνδρὸς ἢ σάφρων γυνή.

ἢ δὲ μὴ σάφρων, ἀνοία τὴν ἐύνονθ' ὑπερφρονεῖ.

Et illud Philemonis apud Stobæum in Præceptis Connubialibus,

Ἄγαθὴς γυναικὸς δὲν, ὃ Νικος γάσπα,

μὴ κρείττον' εἶναι τὸν ἀνδρὸς, ἀλλ' ὑπήκοον.

Bona vxoris est, ò Nicostrata,

Non imperare viro, sed obedire.

Nec minùs memorabile est, quod tradunt sacra litera, Vasthi reginam Assueri mariti mandatum ut ad se veniret, contempsisse, ob idque fuisse repudiatam, ut hinc discerent cunctæ vxores & maiorum & minorum, maritis suis deferre honorem, ut scribitur Hester j. cap.

18 ¶ Qui locus me submonet, ut mulieres commonefaciam, ut si se ab hominibus honorari cupiãt, (cupiunt autem maxime, ut alibi dicemus) maritos in primis honorent, sibiq; dominari facile patiantur, nec molestè ferant. Sciãt, maxima ex parte omnem suum honorem atque dignitatem ex honore dignitateq; virorum pendere. Vix enim vxor honorabitur, nisi & apud homines maritus in honore, pretio, existimatione fuerit. Sunt certè vxores vel honoris, vel dedecoris, & cuiuscunque conditionis maritalis ferè participes, ut quotidie videmus, & leges nostræ apertè comprobant. l. foemina. ff. de Senat. & l. cum te. & l. vlti. C. de nupt. & l. vlti. C. de incol. lib. x. & l. j. & l. mulieres. C. de dignit. lib. xij. & in auth. de consul. circa medium, cum multis fi. Idque ex legibus antiquis, quando apud Liuium lib. x. ab vrbe condita, Virginiam Auli filiam Patritiam Volumnio plebeio nuptam, matronæ sacris Pudicitia arcuerunt, tanquam scilicet desisset esse Patritia, quæ plebeio nupserrat. Idque adeò procedit, ut filia naturalis efficiatur legitima, si legitimo viro nupserrat, ex Angeli sententia in §. quod verò. in auth. quibus modis natural. eff. sui. Ideo dicit glo. in l. j. C. de in ius vocand. quòd vxor propter maritum honoratur.

De eadem re.

Vxores honoris ac dedecoris maritalis participes.

19 ¶ At viri, quibus vxores dominantur (quorum ut id transeunter attingam, magnus est numerus, ut dicit Cy. in l. ij. C. de test. Cui concinens Hosti. in summa. titu. de iureiur. §. quomodo censetur, versi. sed cum metus, tradit multas scæminas esse, quæ maritos verberant) hi igitur (ut repetã) omnibus sunt contemptibiles, pro vilibusq; & abiectis habentur, ut è nostris quoque annotauit Alex. consi. clvj. viso processu causæ vertentis inter Apolloniam. col. iij. versi. secundo respondeo, lib. v. Et Pet. à bel. perti. in l. curatorem. C. de inter. matr. miserimos eos esse dicit, qui vxoribus obedire coguntur. Sed & ibi Cy. maritos veluti deridet, qui cum ex D. Hieronymi, imò D. Pauli ad Ephes. v. cap. sententia, vxores diligere, non autem timere: ab illis verò diligi, & timeri debeãt: sunt tamen adeò miseri & gallinacei (ita enim loquitur) ut non audeant inuitis sibi vxoribus extrahere sarabulas, ut ipse ait, & post eum Bal. ibi qui hos quoque maritello vocat. & Ang. in l. j. C. de his qui pat. vellibe. occid. Itaque Esaias maximus Prophetarum (Dauid semper excipio) veluti in maximum Iudæorum vituperium, de illis scribit in iij. c. Mulieres dominatæ sunt eis. Nam (ut Democrates testis est, aut Democritus) uti eum citat Stobæus Ser. 72. & Maximus Philosophus, idemq; Martyr, locorum cõmunium cap. xxxix. (nisi utrobique mendum sit) ὑπὸ γυναικὸς ἀρχεῖ, ὅθεν ἀνδρὶ ἐχάτη. id est, à muliere dominari, summum est viro dedecus. Id quod etiã Philoni tribuit Antonius Monachus, Melissæ tom. 2. Ser. 34. Quibus consonat illud Euripidis in Electra:

καὶ τοὶ τὸ δ' αἰχλὸν προσάσει τῆν δαμάτωρ

γυναῖκα, μὴ τὸν ἀνδρα.—

Quo significatur, turpe esse, vxorem domi præfidere, non virum. Sed & hæc est (ut illud addas) summa seruitus. Quandoquidem mulier, si primatum habeat, contraria est viro, ut attestatur Ecclesiasticus xxv. cap. Adde item, & summa miseria. Nam, ut scribit Augustinus in lib. de Catechumenis rudibus, & reassumit Beda in 1. ad Corinth. 2. cum scæmina dominatur in virum, peruersa & misera domus est. Scribit Iustinus lib. 32. quòd cum Daci cum Oloro rege aduersus Bastarnas male pugnant, ob vltionem segnitia, iussu regis coacti sunt ministeria vxoribus, quæ ipsas antea fieri solebant, facere. Neque id antè mutatum fuisse, quàm ignominiam bello acceptam virtute delerent. Plutarchus in præceptis connubialibus cap. v. quæ malunt, inquit, stolidis viris imperare, quàm parere sapientibus, similes illis sunt, quæ ducere potiùs volunt cæcos, quàm intelligentia visuque præditos sequi. Ex quibus illud confiteri necesse est, ut si huiuscemodi viri vxorum imperio parentes, ceteris sunt contemptui, & vxores quoque eorum fore contemptibiles.

De eadem re. Viri qui vxoribus subsunt pro uilibus habentur.

Vxoribus uiris obedientium laus.

20 ¶ Contrà verò, illas è honoratioribus futuras, quò magis viros honorauerint, vel testimonio D. Hieronymi, aut (ut Erasmus putat) Paulini Nolani ad Celantiam, de ratione rectè viuendi, vbi ita scribit: Præcipuè autem in coniugio venerabili atque immaculato, apostolicæ regulæ ordo teneatur. Seruetur in primis viro autoritas sua, totaque à te discat domus, quantum illi honoris debeat: tu dominum illum obsequio tuo, tu magnum illum tua humilitate demonstra: tantò ipsa honoratior futura, quantum illum amplius honoraueris. Caput enim (ut inquit Apostolus) mulieris est

vir. Nec aliunde magis reliquum corpus ornatur, quam ex capitis dignitate. Quibus etiam adstipulatur ille Mimus Senecæ, nisi sit Publij Syri (quod multi asserunt) aut alterius,

Casta ad virum matrona parendo imperat. Quo planè significatur, eam matronam tum demum imperare, ac veluti in sublimi loco esse, cum viro paret.

¶ Quid, quod verbum Dei O.M. mulierem alloquentis Gene. 3. Sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui. Et D. Petri in 1. epistola, cap. 3. Mulieres subditæ sint viris suis. Quod & usurpauit Paulus, qui ad usque tertium cælum raptus est, ad Ephes. 5. & repetit ad Coloss. 3. Cuius rei rationem adiiciens in ipso cap. 5. ad Ephesios. Quoniam (inquit) vir caput mulieris est. Quod & ipsum prius dixerat, priore ad Corinth. 11. & repetitur in cap. 1. extrâ de frigid. & maleficia. & in cap. non mœchaberis. xxxij. quæst. v. & fermè per totum xxxij. q. v. & alibi sæpe. Et ob id fœminæ, dum maritantur, velari solent, vt se nouerint semper maritis suis esse subditas. cap. fœminæ. xxx. q. v. & in cap. mulier. xxxij. quæst. v. Et alibi, Quæcunque mulier sibi comam amputauerit, quam Deus ad memoriam subiectionis illi dedit, tanquam resoluens ius subiectionis, anathema sit. dicit tex. in cap. quæcunque. xxx. dist. quem facit singu. Ro. singul. ccccxcvj. est nunc Florentiæ. Idque dicit menti tenendum Matth. ab Afflict. in cap. 1. §. rursus. in fin. ritu. quæ sit pri. cau. benef. amit. Super quo festiuiter simul & venustè dicit Gul. à mon. Lau. in cle. cum ex eo, in verbo, continentès. & ibi post eum Cardin. in j. oppo. de senten. excom. quod canon vetuit, ne mulieres comam amputarent, vt mariti quicquam in eis inuenirent, vnde possent vxores trahere & ligare. quod not. ad id, quod paulò mox subiiciemus. Illud tamen obiter dicemus, apud Arimphæos, fœminas æquè ac mares comam tondere, vt tradit Solinus cap. 27. Sed, vt redeamus, ea quæ suprâ diximus, fortè mouerunt Bald. vt diceret in cap. 1. titu. an mariti. suc. vxor. vxorem esse in potestate viri de iure canonico: quod & idem dicit Albe. in l. si vxorem. C. de cond. infer. & in l. aduersus. C. de cri. exp. hæred. Porro D. Augustinus Homilia xliij. de fœminis loquens, Nulla, ait, sit in vobis proteruitas, nulla superbia, non contumeliosa ceruix, non aliqua inobedientia: prorsus tanquam ancillæ seruite. Idem in D. Ioannem tract. ij. illud interpretans, Qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, &c. Ponitur (ait) caro pro vxore, quemadmodum & spiritus aliquando pro marito. quare? quia ille regit, hæc regitur: ille imperare debet, ista seruire. Nam vbi caro imperat, & spiritus seruit, peruersa domus est. Quid peius domo, vbi fœmina habet imperium super virum? Recta autem domus, vbi vir imperat, fœmina obtemperat.

¶ Ex hac autem viri in vxorem potestate illud proficiscitur, quod hanc ille potest ex causa moderatè castigare, vt voluit glo. in l. & si quemcunque. §. vlt. in fi. ff. ad leg. Aq. & glo. in auth. vt lice. matr. & auix. §. quia verò quædam mulieres, in verbo, sufficere. & glo. vlti. & doct. in c. quemadmodum, extra de iureiur. & glo. in §. criminis, in verbo seruum. xxv. dist. & in c. cum beatus. xlv. di. & in c. sicut alterius, vbi & Archi. col. vlt. vij. q. j. & in c. nullus clericorum. xvij. q. iij. & in §. in hoc, in glo. vlt. & in c. placuit. xxxij. q. ij. & in c. hæc imago, in verbo, & penè famulas. xxxij. q. v. & Alber. Gand. in tractat. maleficiorum, tit. de pœnis reorum, col. vlt. & Bal. in l. filius. C. de patr. pot. & in l. nec patronis. C. de ope. li. & confi. clxxvj. Cecilia recessit à Francisco, in prin. lib. j. Lucas Pen. in l. quicunque. col. ij. & iterum iij. C. de mili. lib. xij. Signo. Homo. confi. lxxij. Titius calce percussit. in princ. Anto. in c. cum contingat. col. ij. & ibi etiam Panor. col. vj. de foro comp. Idem Pano. in c. ex transmissa, post prin. de restit. spoli. Ro. in l. iij. §. si cum omnes. col. ij. ff. de S. C. Sylla. sing. iij. incip. licet vxorem delinquentè. Card. Flor. confi. ix. in facto dominæ. col. ij. versic. similiter si iudex. C. epolla in l. j. §. sed sciendum. nu. 96. ff. de ædil. edict. & l. Marcellus, de verb. sign. & Ang. in tract. maleficiorum, in verbo, admenauit, ante fi. & Alex. in l. miles. §. qui iudicati. ff. de re iud. & in addi. ad Bart. in l. iubemus. C. de repu. Paris Pute. in tract. Syndi. in verbo, captus illicitè. verb. officiales. nu. 3. Philip. Deci. in l. fœminæ. quæ est ij. colum. vij. versic. xxxvj. ff. de reg. iur. Et è Theologis Diuus Bonauentura in iij. senten. distin. xxxvij. vbi etiam Richar. & alij. & Astessanus (istos enim & similes aliquando, & nonnunquam etiã multò inferiores aduocamus, propter eos qui nullos alios libros legerunt) Astes. igitur lib. viij. suæ summæ, titu. xx. artic. iij. & Angel. Claua. in verbo, vxor, versic. iij. Et ad hoc bonus est textus in cap. duo ista. xxij. quæst. iij.

¶ Sed & clericus potest paulò seuerius vxorem castigare, vt dicit glo. in d. §. criminis, per tex. in d. c. placuit, per quem etiam tex. asserit glo. d. c. quemadmodum, & ibi quoque Panor. quod clericus potest incarcerare vxorem. & in id dicit ipse Panor. eum menti tenendum, & declarat, quomodo sit intelligendum. & idem voluit Zenzel. in extrauag. Ioan. xxij. incip. antiquæ concertationi, in verbo, nouerit conuenire, ad fin. Guil. à mont. Laud. & Card. Flo. in d. cle. cum ex eo. & Ioan. Fab. in l. j. C. de priuat. carcere. & Rom. d. sing. iij. vbi facit sing. text. & glo. in d. c. placuit. Ioan. Ana. in cap. ij. post princ. extrâ de cle. percuss. & Felin. in d. c. cum contingat, in fin. de foro compe. Alex. in d. l. iubemus. Iason in d. l. miles. §. qui iudicati. & Deci. & Astes. vbi sup. Hipp. Marfi. in l. j. §. ad quæstionem, col. ij. versic. limita. iij. ff. de quæstio. Quæ res veteri more legibus permixta est, quando Alexander Macedo apud Curtium lib. vij. criminibus ab Hermolao obiectis respondens, à maritis vxores verberari, castigari, vt à tutoribus pupillos, ius esse tradit.

¶ Nec otiosum est verbum, moderatè, à nobis suprâ positum. Neuter enim, neque clericus, neque laicus, potest vxorem atrociter verberare, vt dicunt ferè omnes, quos allegauimus. Quod si fecerit, potest vxor agere iniuriarum contra virum, ex quorundam sententia, quos refert Ioann. And. in

And. in addit. Spec. in rub. de iniur. vers. est quæstio de vxore: qui tamen subdit, sibi probabilius videri, vt agat vxor actione in factum, vt fama mariti illæsa præseruetur, per text. in l. 2. C. rerum amo. & in l. non debet. ff. de dolo, & l. si quis vxori. ff. de furt. quod dictum sequitur, & dicit se nunquam alibi legisse, Alex. in l. diuortio. §. si fundum, col. 4. vers. item in quantum. ff. solu. mat. & ita refert se Paduæ consuluisse: & Catelli. Cot. in memoriali incip. actio iniuriarum, & iterum in memo. vxor atrociter verberat. Quin & si vir vxorè atrociter verberauerit, ob idq; vxor aufugiat, & adulterium committat, non poterit eam maritus accusare, nec dotem ex vxoris adulterio lucrari ex forma statuti, vt no. consuluit Petr. Ancha. conf. 408. probata. Sequitur & commendat Ange. Aret. in tract. maleficiorum, in verbo, Che m'hai adulterato. col. 11. & Ioan. Lup. in repet. rubr. de dona. inter virum & vxorem. §. 20. col. 2. versic. idem est quando maritus. Sed de hac re iam satis. An autem honestum sit viro vxorem verberare, dicemus postea.

25 ¶ Illud quoque ex ea potestate procedere videtur, quod cum mulier quicquam facit sibi incommodum, marito verò commodum, id fecisse præsumitur metu & reuerentia maritali, ideoq; sibi non præiudicat de quo, quia id recipit quasdam declarationes, vide glo. & doct. in l. j. §. quæ oneranda. ff. quarum rer. act. non dat. & glo. in c. plerique. 1. q. 7. & Bart. in l. quæ dotis. ff. solu. mari. & in disput. incip. mulier habens magnum patrimonium, col. 2. vers. sextò probo. & Bald. in l. si sine voluntate, ad princ. C. ad Velleia. & conf. 293. factum sic proponitur, col. 2. vers. 2. opponitur, lib. 3. & Panor. in c. nonne, col. pen. de præsump. & in c. cum contingat, in j. not. de iureiur. Alex. confi. clvij. viso instrumento, col. pen. lib. 2. & conf. xvj. ponderatis narratis, col. pen. lib. 3. & conf. cij. super eo, de quo quæritur. col. 4. vers. item potest vltra supradicta, eo. lib. iij. & conf. cxliij. an mulier, col. pen. lib. 5. & confi. lxxxvij. viso processu, col. ij. vers. & prædicta, & iterum versic. nec etiam ad hoc, lib. 6. & Franc. Aret. confi. xxij. quatuor dubia, in ij. dubio, & Barb. confi. xxxvij. omnipotentem, col. vlt. lib. 4. Ang. Aret. in §. omnes autem, vers. quadrupli. & ibi etiam Iaf. col. 7. vers. & proximè dista, Insti. de actio. & per Cano. tam antiquos, quam recentes, in cap. caussam matrimonij, ext. de offi. deleg. Philip. Dec. confi. ccxxxij. dura admodum, col. 3. vers. nec obstat id, si dicatur.

26 ¶ Item & hinc prodit, quod dicunt Ioan. And. & Panor. in d. c. literas, ille col. 2. in verbo, in certis, hic col. pen. vers. dicit Io. And. extrâ de resti. spoli. quod vxor tenetur marito lauare pedes & caput, & parare cibos, & aliàs semper vel Phrygio seruire marito, vt vtar verbis Virgilij lib. 4. Aeneid. Quibus adstipulatur illud Ennij, Exin Tarquiniū bona fœmina lauit, & vnxit. aut, vt Seruius citat, lib. 6. Aeneidos, Tarquinij corpus bona fœmina lauit, & vnxit.

Quod de vxore intelligit Donatus in Hecyra Terentij, qui hinc vxores dictas putat, quod maritos lauabant & vngebant. Nam & apud Thraces, vxores maritos lauant, & ministeria obcunt, vt testis est Heraclides in Politicis. Sed & coquinariam facere, & lectum parare marito tenetur, vt tradit Benedi. Capra, confi. lxxij. cum viso, colum. iij. vers. circa quod dicendum est. Nam & apud priscos illos populos etiam regi vxor sua coquebat cibaria, vt scribit Herodotus lib. viij. non multum ante finem. Illud autem, scilicet lectum sternere, ancillare munus erat, vt videre licet ex illo Homeri versu lib. Odyssæ 20.

ἡ μὲν δὲ μὴ ἀνωγειν ἑποσὸρῆσαι δὲ μὴ ὄσιν.
Hæc quidem lectos iussit substernere ancillas.

27 ¶ Sed hæc tamen (ne id omitteremus) limitat ipse Pan. in d. c. literas, nisi mulier esset nobilis, cui esset dedecori ista facere. arg. l. interdum. ff. de ope. libe. quod & idem dicit Felin. in c. illud. col. 4. de præsumpt. & Philip. Dec. confi. 202. vt præsens consultatio. colum. 4. vers. nec obstat quod talia. & Ant. & Corset. in tract. de pot. & excel. regia. q. 30. in fi. & Io. Lup. in repe. rub. de dona. inter vir. & vxor. §. 31. num. 2. & iterum §. 50. col. pen. versic. item præter copulam. Et è Theologis, non illis quidem doctis, Bapt. Saly. in sua summa, in verbo, vxor, vers. vlt. Quod tamen clanculum carpere videtur Barb. in addi. Bal. in l. si vxorem, col. ij. C. de condi. infer. ea videlicet ratione, quod nõ debet fieri deterior conditio creditoris propter nobilitatem debitoris, nisi aliter esset iure cautum: de qua re diximus latiùs in tract. de nobilitate, cap. 20. nu. 94. similiter licet vxori. & 8. sequen.

28 ¶ Illud etiam ex eodem fonte manat, quod vxor mutat proprium, virique sortitur domicilium, atque forum, non vir vxoris. l. cum quædam, & ibi not. ff. de iurisd. omnium iud. & l. exigere. ff. de iud. vbi Bald. per illum tex. dicit, quod vxor trahitur ad aliud domicilium vi matrimonij, & l. ea quæ. & l. vlt. §. item rescripserunt, mulierem. & ibi Bart. ff. ad municip. & l. vlt. C. de incol. lib. 10. & l. j. C. de mulie. & in quo loco, eo. lib. x. & l. mulieres. C. de dignit. lib. 12. & no. Cyn. & Bal. in l. ij. C. de iurisd. om. iud. vbi dicunt, quod ita vir trahit vxorem ad suum domicilium, vt ea nullo pacto teneatur respondere in domicilio pristino. & ipse Bald. confi. 227. si quaratur, post princ. lib. iij. & confi. 418. super primo puncto. lib. 4. & confi. lxxij. punctus talis est, Petrus de ciuitate. in 2. dubio, lib. 5. Albe. in ij. parte statutorum, q. 10. sed quid si Veronenf. Rapha. Co. conf. xxvj. ad statutum. in princ. Rom. in l. si conuenerit. col. ij. vers. nunc examinemus, & col. seq. vers. sed dubium est. ff. de iurisd. om. iud. Corn. confi. xxvj. videtur dicendum. col. vlt. lib. 4. & Doct. vbi que. Quod & iuris antiqui fuisse probat illud Virgilij lib. iij. Aeneid.

Et patrio Andromachen iterum celsisse marito.

riarum agere possit contra maritum.

Vxor an & quando aliquid fecisse videtur metu & reuerentia maritali.

Vxor an teneatur viro lauare pedes, & alia id genus facere.

Vxor unde. Thraci uxores lauant maritos, aliæque ministeria obcunt.

Vxor uiri forum & domicilium sequitur.

21 Diuini legis vxor uiro parere debet.

Fœmina comam amputare non debet, & quare.

Arimphæorū fœmina. Vxor de iure canonico in vi potestate est.

Caro pro vxore. Spiritus pro marito.

22 Vir potest uxorem moderatè castigare.

23 Sed clericus paulò seuerius.

24 De eadem re. Vxor an iniuriarum.

Nam, vt scribit Seruius, cum locum edifferens, secundum ius loquitur: vxor enim domicilium viri sequitur.

²⁹ *Vxor eius ciuitatis ut viri.* ¶ Est item vxor eius ciuitatis cuius, cuius & vir est, vt tenet glo. in l. ciues. & ibi Bart. Ang. in fin. & Io. Plat. col. ij. C. de incol. lib. x. & Bart. in d. §. item rescriperunt. vers. quæro vtrum vxor. Bal. cōfi. cxxxix. statuto communis Afsisij. col. ij. vers. 2. est considerandum. lib. 5. vbi pulchre dicit, quod ea propriè dicitur esse ciuis eius ciuitatis, & comprehenditur sub statuto loquente de ciuibus, siue de his qui sunt alicuius ciuitatis. Ant. conf. xxv. vifa forma contractus, circa med. & Imol. consil. 73. in casu proposito. col. vlt. Fulg. conf. 93. ad id de quo Rom. in d. l. si conuenerit. col. vlt. vers. sed nunquid. Pau. Cast. in d. l. cum quædam. post prin. Io. Plat. in d. l. j. in prin. C. de mulie. & in quo loco. lib. x. Ang. Aret. in §. j. col. vlt. vers. quæro an vxor. Instit. de pat. pot. & Maria. Socin. consil. 36. restè ac maturè. col. ij. & Corn. conf. lv. pro decisione. col. antepen. lib. j. & iterum conf. 81. primus cōsultationis articulus. col. 5. vers. idèd cū vxor. eo. l. j. & conf. ccij. circa præsentè. col. ij. li. itè ij. & d. conf. 26. col. vlt. lib. 4. & conf. 41. videtur in hac cōsultatione. col. vlt. d. li. 4. Hinc apud Liuiū li. j. ab vrbe condita, Romulus proclamat, vxores in societate fortunarum, ciuitatisq; & liberorū fore.

³⁰ *Vxor eiusdè orig. ut uir.* ¶ Quinetiam eiusdem est originis, vt voluit glo. no. in l. origine. C. de municip. & orig. lib. x. quam sequitur Bart. qui limitat, in d. §. item rescriperunt. vers. vltèrius quæro. Sequitur quoque, & commendat Signo. Homo. conf. clxvj. quæstio disputanda. col. 7. vers. præterea mulier originaria. Bal. in sua Margarita, in verbo, mulier. vbi eam facit sig. & in l. pen. in prin. col. j. vers. sed quæro vltèrius. ff. de iurif. om. iud. & in rub. ff. sol. mat. post prin. vbi illā dicit valde no. & per eam dicit, quod per matrimonium vxor vnitur marito, tanquā principaliori, mutatque forū originis, adeo vt non possit in sua originali terra conueniri: & conf. ccclj. in bonis feudalibus. col. ij. lib. j. vbi per illā dicit, quod mulier per matrimoniū mutat originem, quod ad forum iudiciale. & conf. 411. quidā Mediolanensis. ante fi. eo. lib. j. vbi eam pro notab. allegat, & conf. ccclvj. Seia origine paterna. col. vlt. vers. præterea quia ista Seia. eo. lib. j. vbi eam quoq; dicit sing. nec esse alibi, ad hoc, quod origo viri dat ius nouæ originis vxori. & conf. cccx. ad euidentiā. col. vlt. lib. iij. vbi per eam dicit, quod matrimoniū mutat originem. vbi tamen id declarat. & conf. cccxxxix. super primo puncto præmittendū est. col. ij. vers. quæritur quid iuris, lib. 4. vbi dicit, quod nuptiæ habent vim originis: nam origo viri propter sacramenti vnionē reputatur vxoris: quia vxor iungitur viro, tanquā digniori: & eadē cōditio est vnitorum. allegat no. in d. l. origine. & conf. 100. cōsiderato quod dicta domina Agnes. post prin. lib. 5. vbi per illam glo. dicit, quod matrimoniū huius naturæ est, vt transfundat originem vxoris in originem viri. Id quod etiam subiungit probari ex virtute vnionis, in qua id quod potentius est, trahit ad se id, quod minus dignum est, vt plenè legitur, & no. in c. j. extra ne sede vacan. sed nulla maior vnio, quàm coniugalis, per quam vir & vxor efficiuntur vna caro, & vna substantia in duabus personis, de iure diuino, quod cōsistit in veritate, & non in fictione: & ideo propriè vxor est effecta naturalis, & originaria cōmunis ipsius mariti. Hæc Bal. qui & idè ferè scriptum reliquit conf. cxxxix. statuto cōmunis Afsisij, eo. l. v. vbi ex hoc consuluit, quod stante statuto Afsisij, vt nulla mulier ciuitatis Afsisij possit contrahere sine præsentia viri: quamuis statum debeat strictè interpretari, & in casu vero, non ficto, per iura vulgaria: tamen istud statutū ita debet intelligi, vt mulier Perusina nupta Afsisij, non possit contrahere sine præsentia viri: tanquā ea dicatur esse ciuis Afsisij verè & propriè, & non fictè. & idem Bald. in consil. 226. præmissis verbis statuti. vers. in contrariū videtur. eo. l. 5. vbi dicit per illam gl. quod per matrimoniū mutatur ius originis. & idem Bald. in l. voluntas. in prin. C. de fideic. vbi dicit, quod matrimonium est eius naturæ, quod trahit mulierem ad originē viri. sed in eo loco erranter allegat l. mulieres. de municip. & orig. cum nulla sit huiusmodi lex in illo tit. nec dubium est, quin voluerit citare d. l. origine. & idem Bal. in addi. Spec. tit. de deci. §. j. in fi. & in tit. de cens. §. nūc dicendū. in fi. quibus locis dicit per illam glo. mulierē sequi originē viri: non quod naturalis (inquit) veritas & substantia tollatur, sed quoad effectum ciuiliū munerum, per quædam iura quæ allegat. & idem quoque Bal. in l. 2. in fi. & ibi etiam Ang. C. de iurif. om. iud. & Fran. ipsius filius Baldi inter con. eiusdem, in subscriptione conf. lxxiij. punctus Paulutius. li. 5. vbi dicit, quod lex rapit vxorem ad originē viri, per not. in d. l. origine. & Pan. conf. 100. illud in dubium reuocatur. in fi. lib. 2. Ro. qui eam gl. dicit sing. in d. l. si conuenerit. col. vlt. & Io. Plat. in d. l. origine. & latè Maria. in rub. extra de foro compe. col. 4. vers. 66. & Cor. d. cōf. lv. col. antep. lib. j. & d. conf. ccij. col. ij. li. ij. & d. conf. xlj. li. 4. & Soc. conf. 227. præfens cōsultatio. col. 7. vers. quibus suppositis. lib. 2. & conf. 81. non est dubium. in prin. lib. iij. vbi illam glo. dicit sing. & Io. Camp. in tract. statutorum excludentiū fœminas à successione. 4. lib. quid si in loco. in prin. & Iason, in l. si pluribus col. 6. vers. 4. in quantum Bar. ff. de leg. j. vbi ex hoc dicit, quod mutatio fori, quæ fit per matrimonium, est aliis potentior: nam licèt aliàs domiciliū originis mutari non possit. l. senatores. ff. de senat. mutatur tamen per matrimonium, per gl. in d. l. origine. Tu tamen hinc vide Card. Flo. conf. 91. respondeo per ordinem. in v. dubio.

³¹ *Vxor de familia viri.* ¶ Est quoque vxor de familia viri, non patris. l. quicumque. C. de re milit. lib. 12. vbi & hoc no. Bar. & l. pen. §. Iulianus. vbi hoc quoque nor. Alber. ff. quod fal. tut. aut. vbi videtur probari, hoc quoq; in sponfa procedere: sicut etiam annotauit Bal. ibi. & in l. maximum. col. vlt. vers. 4. quia ista filia. C. de lib. præ. & Ang. conf. cclxxxij. in aduertentia. col. 3. Maria. Soci. Senior conf. 30. quamuis. col. 3. & Corn. consil. xlj. videtur in hac. col. vlt. lib. 4. Iason conf. cxlij. venerabilis. col. 7. vers. vj. facit lib. ij. &

lib. 2. & Phil. Dec. in l. j. col. iij. vers. illud etiam notandum. C. vnde vir & vxor. & Matth. Affi. in c. j. §. item si fidelis. col. 6. vers. scias tamen. tit. quib. mod. feud. amit. Vnde Antistius Labeo, Iuris ciuiliis peritissimus, cuiusq; cum maximo laudis præconio meminit noster Pomponius in d. liij. ff. de orig. iur. Labeo (inquam) lib. 4. ad edictum prætoris, Soror, inquit, appellata est, quod quasi seorsum nascitur, separaturque ab ea domo, in qua nata est, & in aliam familiā transgreditur. quod & repetit Aulus Gellius, aut vt alij malunt appellare, Augellius, lib. Noctium Atticarum 10. c. 13. Itaq; eleganter iurisconsultus in l. pronuntiatio. in fi. ff. de verb. signi. Mulier, ait, familiæ suæ & caput est, & finis. vbi tamen Alberi. scribit post Oldra. nulla lege reperiri, vxorē esse de familia viri. quod & repetit in tract. statutorum parte vlt. quæst. 110. quid si statuto. Et id iuris quoq; antiqui est. Scribit enim Liuius lib. 6. secundi belli Punici, Capua, quæ ad Annibalem descuerat, à Fuluio recepta, Campanis in singulas familias à senatu decreta facta fuisse. Aliorum enim bona publicāda, ipsos, liberósque eorum vendendos, extra filias, quæ nupsissent, priusquam in potestatem populi Romani venissent: tanquam scilicet iam descissent esse in familia patrum, sed in familiam mariti venissent.

³² ¶ Hoc autem & fulcit, quod apud Bœotios curus axis, quo vèsta erat in domum mariti noua nupta comburebatur: vt id signum esset, eam illic perpetuò remansuram, vt retulit Plutarchus. Problem. Roma. cap. 28. Cui ceremoniæ confinis est & alia Romanorum, apud quos sponfa iam obtecto flammeo capite, cum extulisset pedem è primis ædibus, vertebatur in gyrum, atq; ita ducebatur in domum sponsi, ne sciret viam redeundi ad ædes parentū. Quæ & ipsa apud Hebræos illos omnium primos obtinuisse, non obscure ostendunt ea verba Iudic. 12. c. Abessan habuit 30. filios & totidem filias, quas emittens foras maritis dedit, & totidem filiis suis accepit vxores, in troducens in domum suam. Vt tamen interim non prætermiserim Epiçteti sententiam huc pertinentem, apud Antonium Monachum, in 2. parte Melissæ, c. 9. θυγατῆρ ἁλλόθιοι κτήρια ὑπαρχοῦσι πατρὶ. Filia aliena possessio est patri.

³³ ¶ Et ista, quæ diximus, videlicet mulierem sequi forum, domicilium, & familiam viri, adeo vera sunt, vt etiam si vxor litiget cum marito, se defendendo, sequitur tamen forum mariti, vt est textus, si solerter expendatur, in c. constitutis in præsentia nostra procuratore. extrà de testi. & ita solerti subtilique ingenio illum annotat Bal. ibi in j. no. quem sequitur Iason in d. l. cum quædā puella. col. 1. & ibi quoque Philip. Dec. col. ij. ff. de iurisdic. om. iudic. Et hæc quidem, etiam si agatur ad dissolutionem matrimonij: nam haud secius vxor sequitur forum viri, per tex. in c. ex parte. vbi id no. Ant. extrà de restit. spoli. Super quo tamen vide ibi Panor. in 4. no. tenentem contrarium.

³⁴ ¶ Hinc autem fit, quod no. dicit Bart. si tamen is fuit, de quo statim dicemus, in l. quoties. C. de priuilegio. lib. 12. esse sing. notandum tex. ibi. quod priuilegium concessum alicui, & omnibus descendētib; masculis & fœminis, ita demum competit fœminis, si nondū in matrimonium transierint: quia postquam virum assumunt, ad alium dicuntur se transferre, & statum suum & forum mutare. Sequuntur Ang. & Io. Plat. in d. l. quoties. Rom. & Ias. in d. l. cum quædam. & idè Ro. in l. j. in fi. prin. ff. de S. C. Sylla. vbi ad hoc dicit tex. in d. l. quoties. sing. seque ita de facto dixisse, & obtinuisse. & Brix. in suo repertorio, in verbo, posteri. vbi dicit illud dictum Bartol. esse multum sing. & ita fuisse obtentum de facto. & Corn. consil. cccxxx. quanquàm in hac cōsultatione, col. 3. & iterum col. antep. vers. concludendum. lib. 3. & Bart. qui hoc quoque dictum dicit sing. in c. cōsensus. ad fi. de reb. eccles. non alien. dū simpliciter illū citat, & in addi. Bald. in l. voluntas. in prin. C. de fideic. & iterum in addi. Panor. in c. præsentia. col. 6. de prob. & in repe. l. cum acutissimi. col. 65. C. de fideic. & Laurus à palatiis Rube. in tractatu statutorum excludentiū fœminas, char. antep. col. 2. vers. & adde quod si concederetur. vbi id etiā dicit sing. Feli. in c. de monialibus. paulo ante finem, de sent. excom. & Iason in l. j. ad fi. ff. de const. prin. vbi & hoc dictum esse sing. & perpetuò notandum. & Georg. Nat. qui hoc etiam dicit sing. in repet. c. quamuis. char. 17. col. j. vers. 11. quæro de pact. lib. vj. & nouissimè Franc. Curt. iunior, conf. v. facti contingentia col. antep. vbi hoc quoque dictum allegat pro sing. & Franc. Ripa lib. 2. respon. c. 3. visis instrumentis. col. vlt. & Marian. Socin. iunior, dubitans tamen, consil. clxviij. præsentis auscultationis. col. 12. nu. 57. lib. 2.

³⁵ ¶ Sed illud te hinc scire oportet, Lector, nos, cum suprà citauimus Bar. in d. l. quoties, de priuilegio. scho. non frustra eam clausulam adieciisse, si tamen is fuit. Quoniam multi addubitant, alij constanter affirmant, eos commentarios, qui nomine Bart. circumferuntur in illum 12. lib. C. & in maiorem partem lib. 11. non esse Bart. sed cuiuspiam Contis, aut, vt alij dicūt, Coneris, aut, vt item alij, Cōtilli Perusini. Ferunt enim Angelum dixisse in l. j. C. de peri. eor. qui pro magi. interue. lib. 11. Bart. ipsum scripsisse tantum vsque ad illum tit. & reliquum eorum 3. lib. esse illius Coneris. Et ita nōnulli illum allegant, licet in meo Codice nihil de eare dixerit. & inter ceteros Alex. in l. j. col. 2. ad fi. ff. qui satisd. cog. & in l. diuortio. §. interdum. col. ij. vers. non ob. d. l. ff. sol. mat. & in rub. ff. de acquir. har. post prin. & in rub. ff. de nou. ope. nunti. col. 8. vers. allegatur ibi. & aliquid tetigit in l. si filiosa. §. si vir. col. 3. vers. adde quod hoc fuit. ff. sol. mat. & in l. Gallus. §. ille casus. col. iij. vers. addo Bald. ff. de libe. & posth. Et idem quoq; dicit Iason in l. omnes populi. in leç. Ticinensi, post prin. ff. de iust. & iur. & in l. si fideiussor. §. vlt. col. 2. ff. qui satisd. cog. & in l. quidam cum filiū. ff. de verb. oblig. Sed & ipse Alex. conf. 50. visis actis. col. vlt. lib. ij. dicit omnes commentarios, qui dicuntur esse Barto. in tit. de agri. & cens. lib. 11. & alios multos tit. eiusdem lib. non esse illius, sed d. Contis Perusini.

Bœoticorum mos. Romanorum ceremonie. Hebræorum mos.

Vxor etiā de fendēdo se sequitur forum mariti, etiā si agatur ad dissolutionem matrimonij.

Priuilegium concessum de descendētib; an competit filiabus maritatis, vide inf. nu. 35.

Bart. an sit lect. trium li. C. Quorū.

Perusini. id enim satis arguere stylum vtriusque. Et idem propemodum dicit idem Alexan. conf. cxxv. viso processu. col. ij. li. vj. vbi expressim loquitur de hoc dicto, quod dicitur esse Bart. in d.l. quoties. C. de priui. scho. lib. 12. Quinetiam Corn. conf. 214. licet in hac, lib. 1. dicit nonnullos asserere, eam lec. iij. lib. C. non esse ipsius Bart. & nihil præterea dicit.

36 De eadem re.

¶ At certè præter illam styli differentiam, sunt & alia, quæ eam op. confirmant. Nam ipse Bart. in l. legatorum, in fi. prin. ff. de lega. ij. se citat ex l. j. C. vt nullus vicari. lib. 11. & tamen in illis cõmentariis nihil scriptum est in eum tit. Et è diuerso, is, qui eos commentarios scripsit, se quoq; citat ex authen. si quis in aliquo. C. de eden. & ex corpore, vnde ea sumitur, scilicet ex tit. vt spon. larg. in quibus nihil omnino de ea re scripsit Bart. Idem in l. j. C. de strat. aut, vt alij legunt, stator. lib. 12. se remittit ad ea quæ scripsit in l. j. ff. si quis testa. liber esse iussus fuer. in qua etiam de ea re nihil scribit. Sunt tamen alia, quæ in contrarium coniecturam præbeant. Nam ipse Bart. in l. j. C. de infa. lib. x. & rursus in l. j. C. de condi. in pub. hor. eo. lib. (de quorum locorum autore ipso non dubitatur) se citat ex l. j. C. de digni. lib. 12. Et in ea ipsa l. j. col. ante pe. vers. sed hîc potest dubitari, appositissime, & vt nostri loquuntur, pertinenter, & ad propositum, citat ex l. Labeo. ff. de supel. leg. vt ex vtriusque loci collatione apertè videri potest. Præterea Bal. qui post Bart. ipsum id certius nouit in cap. olim ex literis. de rescr. citat eundem Bart. ex l. litibus. C. de agri. & cens. li. 11. vti etiã faciunt Imo. & Ang. in l. Imperatores. col. vlt. ff. de appel. & Panor. in c. ij. de seq. poss. & fruct. vt non immeritò D. Claudius Seyfel. in l. vt vim. col. vlt. ff. de iust. & iur. cuius est bona pars eorum, quæ diximus, de ea re dubitauerit: ita tamen vt potius in eam opi. inclinet, vt integri illi cõmentarij sint Bar. Illud autem certū est, multū interesse inter Bart. maximæ autoritatis virū, & illum Contem nullius propemodum, vti semper inter artifices longa est differentia. l. inter artifices. ff. de solur.

37

¶ Sed cuiusque illi cõmentarij sint, satis constat contrarium illius dicti, quod nomine Bart. citatur ex d. l. quoties, tenuisse Balum conf. cxxxix. statuto communis, ante medium. & nulla eius mentione facta. Alex. in d. l. cum quædam. col. 2. vers. & faciunt ista. & etiam in d. conf. cxxv. viso processu, col. ij. vers. prædictis etiam non obstantibus, lib. 7. & Maria. in quodam consil. incip. reuerendus dominus de Rouerella. & Petr. Philip. Corn. sibi contrarius, conf. clxxxvij. circa quod est primò videndum, col. vlt. lib. 4. & Feli. sibi contrarius, in c. nouit, col. j. & ibi etiam Philip. Dec. in fi. 6. not. de iudic. & idem Felin. in c. super eo, col. j. de testib. Mouentur plerique omnes per ea, quæ not. Bart. ipse in d. l. vlt. §. idè responderūt, vers. vlt. quæro. ff. ad municip. cū dicit, quòd mulier nupta nō definit esse ciuis ciuitatisque originis, quoad priuilegia, fauores, & cõmoda: modò propter id non distrahatur à viri famulatu, quemadmodum etiã tradit Bald. in d. l. cū quædam. & Pau. Cast. in d. l. voluntas. in prin. C. de fideic. & in l. rei iudicata. §. focero. cum l. seq. ff. sol. mar. & conf. lxxxix. possit quis dicere, lib. ij. vbi eleganter limitat, & Card. Flor. conf. cxxxv. Titius ciuis. Ioan. Plat. in l. origine. C. de muni. & orig. lib. x. & in l. mulieres. C. de dignit. lib. 12. Panor. in c. postulasti, col. ij. de foro compet. & Bened. Capra. conf. 21. cū de duobus, col. pen. Alex. conf. l. vj. consideratis verbis, col. pen. vers. & per hoc apparet. lib. j. & conf. 20. viso processu caussæ vertētis. ad fi. lib. 2. & conf. c. j. ex inspectione, post prin. lib. 3. & d. conf. cxxv. viso processu caussæ. lib. vij. & Ang. Aret. in §. j. col. vlt. vers. quæro an desinat. Instit. de par. pot. & Socin. conf. 227. præfens consultatio, col. 9. & Fran. Curt. senior conf. 27. magnificus vir, col. 14. & Corn. conf. ccij. circa præsentem, col. 2. lib. ij. & conf. 241. de duobus, col. ij. vers. ij. pro hac parte. eo. li. 2. & conf. 177. circa quod est primò videndum, col. vlt. lib. 4. & ipse Dec. in l. ij. col. j. & iterum col. 3. in fi. C. vnde vir & vxor. & conf. 223. in casu proposito, col. 2. vers. 3. non obstat. & Ioan. Campe. in tract. dotium. in vlt. parte q. 71. quid si in loco. & Franc. Curt. Iunior conf. 5. facti contingentia, col. vlt. & nouissimè Ioa. Amic. conf. xx. statuto in j. dubio. Nec obstat, inquiunt nōnulli ex prædictis, d. l. quoties, quia nō loquitur de filia nupta: nec si loqueretur, deberet extendi, cū sit contra ius commune.

38 Privilegium concessum generi & posteris, non competit eis, qui ex fœminis nati sunt.

¶ Illud autem minimè dubium est, quod & huc pertinere videtur, quòd priuilegium immunitatis concessum generi & posteris, ad eos non pertinet, qui ex fœminis nati sunt, cū id expressim cautum sit in l. j. §. vlt. ff. de iure immun. Tanquam scilicet qui ex fœmina nati sunt, non sint ex genere ac familia, vnde exiit. Quod tamen intellige in priuilegio, vt iam diximus. Secus in beneficio à principe concessio, quod in natòs ex fœmina transit, vt tradit Imo. in l. si ita scriptum. ff. de legat. j. quem sequitur Alex. in l. quia personale. ff. solu. mar. & conf. clx. viso themate, post mediū lib. 2. Alibi autem idem Imo. videlicet conf. clx. post exhibitum cõsiliū, asserit d. l. in fi. procedere in omni priuilegio contra ius commune. quod & idem tradit Ant. conf. 9. viso puncto. Sed tu de hoc vide, quæ plenius diximus in tractatu Retraetuum, tit. j. §. j. glo. 9. in verbo, ou lignager, nu. 239. ceterū, & seq. vbi videre poteris.

39 Vxor an teneatur sequi maritum.

¶ Ex hac quoque maritali potestate videtur manare, quòd vxor tenetur sequi maritū qui ex causa aliò proficiscitur: eumque etiam vagabundum, quocūque vadat, si iam à principio sciebat eum esse eiusmodi, vt scribit glo. in c. vnaquæque. 13. q. 2. & glo. in c. si quis in necessitate. 34. q. 2. & glo. in c. j. & ibi etiam Host. & alij, extrà qui matr. accu. poss. & Guil. Cun. & Alb. in l. obseruare. §. proficisci. ff. de offic. proconf. Odoff. in l. j. C. de vxor. mili. & ibi quoq; Cy. dum remittit ad id quod scribit in l. libertæ tuæ. C. de oper. liber. vbi hoc voluit, & Alb. in d. l. j. & Bal. in l. qui manumittuntur. C. eo. tit. Idè Bal. Ang. Imo. Ro. Ale. & omnes fermè in l. si cū dotē. §. si maritus. ff. sol. mar. Imo. in rub. ff. eo. col. 2. vers. an autè vxor. vbi facit sin. gl. in d. c. vnaquæque. Bar. in l. Mœua. §. vxore. ff. de annu.

annu. leg. Inno. Hosti. Anto. & Panor. vterque Card. in c. de illis. vbi & aliquid per gloss. extrà de sponfal. & in c. j. de coniug. lepro. vbi & Pan. nor. non valere consuetudinem contrariam. Hosti. in summa, tit. de sponfa. sub rubr. de matri. §. quis sit effectus. vers. sed nunquid vxor. & tit. de coniug. lepro. vers. debet ergo. & tit. de coniug. seruo. §. & an consensus domini, vers. quid si dominus vult vendere. Raph. Com. conf. 1. post medium, vbi huic rei dicit nihil ob stare prætextum sanctitatis. Panor. in c. de vxore, col. vlt. extrà de sepul. Ang. Aret. in §. j. paulò ante fi. Instit. de S. C. Terul. Cepolla conf. euilium caussarum 48. casus talis est, processum est, col. 4. vers. 3. vxor tenetur, Ant. Corfe. in suis sing. in verbo, vagabundus. Ant. Bauer. in repet. l. cum filio, col. 3. in fi. ff. de lega. 1. Ioan. Corf. & Aufre. in deci. Tholo. 86. item fuit quæsitum si mulier. Ioan. Lupus in repet. c. per vestras. §. 9. num. 13. de donat. inter vir. & vxor. In qua etiam sententia sunt è Theologis, quos Sumistas appellant, vt & qui illos duntaxat legunt, habeant, quos sequi possint. Atestianus, in sua summa, lib. 8. tit. x. artic. 2. vers. vtrum cõiuges post carnis copulam. & Ang. Claua. in verbo, vxor. vers. vlt. & Barpr. Saly. in eodem verbo, statim. post prin. Quinetiam, si ignorabat vxor, qualis esset maritus, tamen si facilè atque honestè illum sequi possit, id certè facere tenetur, vt vult Bart. in d. §. vxore, & Bald. in d. l. qui manumittuntur. & plerique ex supradictis. Atque etiam si in contractu matrimoniali pactum sit, vt vxor non teneretur sequi maritum: tamen tenetur, si ex causa noua aliò migret, nec tenebitur ad poenam in eam rem statutam, vt voluerunt Ant. & Pan. in d. c. j. extrà, qui matr. accu. poss. Tradit Aelianus in lib. v. de Animalibus, Onagros magna vxorum multitudine gaudere, & quòd maritus ducit fœminas, omnino eas sequi.

40 ¶ Ex hac, inquam, potestate illud exit, quòd maritus potest in vxorem manum iniicere, & ab eo fugientem propria autoritate capere, atque detinere: vt voluit glo. in d. c. j. de coniug. lepro. Bal. & Pau. Cast. qui hoc dicit menti tenendum, in l. j. C. vbi quis decu. vel coar. & idem Bald. in l. j. ante fi. C. de rapt. virg. Imo. & Alex. in l. miles. §. qui iudicati. ff. de re iudi. & Ioan. Plat. in l. generali, col. 2. C. de decur. lib. 10. & Marthæ. Afflic. in constit. Sicilia, incip. pacis cultum. col. 4. vers. an autem pater. & Zazius conf. 19. per prouidos. col. 3. vbi expressè dicit, virum habere in vxorem manus iniectionem. Quod & iuris antiqui fuisse ante tempora nostrorum Iuriconsultorum, quorū tamen leges scriptas habemus, ostendit illud Hermiones Ouidianæ ad Oresten maritum:

Vir potest uxorem fugientem propria autoritate capere.

Aut, tua cura mei si te pia tangit, Oreste, Iniice non timidas in tua iura manus.

Id est, in me vxorem tuam. Nisi dicas, id quoque fuisse ex legibus Græcorum, cū vterque, vxor & maritus, fuerint Græci. Et bene facit tex. in c. cū causa, ad fi. extrà de rapt. & dicam latius infra in glo. 2. en pouuoir de son mari. in 1. q. num. 25. incip. tum quoque quòd in eo.

41 ¶ Illud quoque, quòd vxor tenetur marito reuerentiam, vt nostri non ineptè vocant, exhibere, l. 1. §. cū autem. C. de rei vxor. actio. & l. alia causa. §. vlt. ff. solu. matr. vbi Rom. & Franc. Aretin. ex hoc inferunt, quòd cū ex iuris dispositione generaliter ea personæ, quibus reuerentia præstanda est, siue venia & iussu Prætoris in ius vocare non possint. l. generaliter. ff. de in ius vocan. ideo non potest vxor maritum in ius vocare, non petita venia. & sequitur Philip. Dec. in l. vlt. paulò ante fi. C. eo. tit. quamuis contrarium teneat Alex. in l. generaliter, in fi. ff. eo. quoque tit. quod maximè notandum moneo. Et huc vergit, quod Plin. ad Geminiū li. epist. 8. ita laudat vxorem Martini: Quam illa (inquit) reuerentiam marito suo præstitit, cū ipsa summam mereretur.

Vxor reuerentiam marito exhibere debet. Vxor virum in ius nō uocat sine venia.

42 ¶ Hinc item fit, si credamus Iac. Beluisio in sua practica caussarum criminalium, tit. de lenonibus, col. 9. vers. sed quæ est ratio, quòd de iure Ciuili maritus vxorem, non etiam vxor maritum de adulterio potest accusare, vt dicit tex. esse in l. 1. & ibi glo. & Cyn. C. de adulte. Nempe nec seruus dominum accusare potest. l. 1. §. quod autem dictum est. ff. de offi. præf. vrb. Quid autem de iure Canonico? vide quod in hac re not. in §. publico. 32. q. 1. & in c. apud nos. & in c. vlt. 32. q. 5. & Pan. in c. tuæ. de pcur. & in c. j. in ij. not. vt lite non contest. & per Theologos in 4. sent. dist. 35. in princ.

Vxor virum adulterii accusare non potest.

43 ¶ Nec accusare tantum potest maritus vxorem adulterij, secundum leges Romanorum, sed & eam in adulterio deprehensam nonnunquam occidere, secundum distinctionem l. Gracchus. C. de adult. cum simil. atque etiam secundum leges Longobardorum, vt cauetur eod. tit. de adulter. l. 2. si quis cum vxore sua. & refert glo. in c. inter hæc. 33. q. 2. de quo tamen postea dicemus. Nunquam autem potest vxor virum in adulterio deprehensum interimere: nulla enim lex est, aliquid tale dicens, vt dicitur in simili in auth. de non eligen. secun. nub. §. optimum itaque. cum concor. quas alibi dabimus. Quinimo M. Cato in oratione, quæ de dote inscribitur, apud Gellium lib. 10. c. 23. In adulterio, inquit, vxorem tuam, si deprehendisses, sine iudicio impunè necares. Illa te, si adulterares, digito non auderet contingere, neque ius est. Ideoq; apud Plaut. in Mercatore, Syra in ea re conditionem mulierum conqueritur in hæc verba,

Vxor nunquā potest virum in adulterio deprehensum occidere.

Ecastor lege dura viuunt mulieres, Multoq; iniquiore misera, quàm viri. Nam si vir scortum duxit clam vxorem suam, Id si rescisuit vxor, impunè est viro. Vxor viro si clam domo egressa est foras, Viro fit caussa: exigitur matrimonio. Vtinam lex esset eadem, quæ vxori est, viro.

&c.

Quæ

Vxori non licet uirū repudiare ob adulterium.

44 *Vxori mœchi mœcham non licet.*

Libido in fœmina fœdior, quàm in viro.

Quæ leges à Romulo initium sumpserunt, qui, vt tradit Plutarchus in vita ipsius, fecit viro potestatem repudiandæ vxoris, si in adulterio deprehensa foret: vxori autem non fecit. Quam legem iterum sanxit Constantinus Imperator, vt patet ex l. eiusdem, incip. placet. tit. de repudio, in Codice Theodosiano, vbi ius facit marito repudiandæ vxoris, si ea mœcha sit: non etiam vxori repudiandi mariti, si muliercularius sit: hoc enim verbo vtitur. Quod & à Græcis profectum videri potest, ex eo loco Euripidis in Medea, ἡ δὲ δῖον τ' ἀνήναδ' ἰστέον. id est, Neque licet repudiare maritum. Sed & legibus Mosaicis viro licebat vxorem repudiare, Deuter. 24. Matth. 5. & 19. Marci 10. Lucæ 16. Nullibi autem legitur, illis ipsis legibus licuisse vxori repudiare maritum.

¶ Imò verò (vt & id quoque addam) licet maritus sit impudicus, non licet tamen vxori esse impudicam: quin, si ea adulterium commiserit, possit à marito, qui & ipsum adulterium quoque commisit, accusari, tex. est in l. si vxor. §. iudex. iuncta glo. ff. de adult. vbi Ang. dicit id menti tenendū: & ita intelligit eum tex. qui multis videretur probare contrariū, cum maritus autor fuerit impudiciæ vxoris per lenocinium, siue aliter, quàm per suam ipsius mariti impudiciam.

¶ Quamquam & eius, quod dictum est, vxorem non posse maritum adulterij accusare, aliæ per gl. & doct. in d. l. j. C. de adult. redduntur rationes, quàm viri in vxorem potestas. Quorum ego rationibus, & huic, de qua loquimur, maritali potestati, aliam quoque obiter hic addam, vt hoc quasi diuerticulo legentium animos oblectem. Quoniam videlicet impudicitia sit multò detestabilior, fœdiorque atque turpior in muliere, quàm in viro, vt dicit glo. in §. si qua cum seruo. l. 2. q. 2. hanc esse rationem dicens, quare mulier seruo se proprio commiscens capitali se supplicio addicit, vt est ibi tex. & in l. j. C. de mulie. quæ ser. prop. se iunxer. Contrà verò masculus, qui commiscetur ancillæ suæ, nulli pœnæ obnoxius est: vt est tex. licet nō alleget, in l. vlt. C. com. de manu. Id quod etiam comprobatur Fabi. Quintil. lib. 5. Oratoriarum institutionum, quo loco de exemplis differit, scribens non idem esse dominum cum ancilla coisse, quod dominā cum seruo: neque illud quàm hoc tam turpe esse. Plato tamen lib. 11. de legibus æquè punit virum, qui ex serua propria liberos susceperit, ac fœminam, quæ etiā ex seruo proprio liberos susceperit. Caterùm Vespasianus apud Suetonium cap. 11. autor senatui fuit decernendi, vt quæ se alieno seruo iunxisset, ancilla haberetur. De viro autē, qui cum aliena ancilla congregaretur, nihil dicit. Idem autem, quod illa glo. affirmat Ioan. Fab. in §. masculi. Instit. de nupt. Et simile quippiam dicit Spec. tit. de actore. §. j. vers. sed vtrum masculo. & ibi Ioan. And. in addit. quod maius probrum est amicis & generi, si mulier luxuriam, quàm si vir (nam nostri passim luxuriam pro libidine vsurpant) quod & post eum repetiit Pan. in c. pastoralis, in fi. iij. col. extrā de iudi. Et, vt ait Imo. in l. ex facto. §. si quis rogatus fuerit, si sine. col. 3. vers. item secundum Angelum. ff. ad Trebel. magis infamatur domus ex adulterio mulieris, quàm viri. quod & retulit Fran. Are. conf. 31. cōsiderata diligenter. col. pen. Bart. autē in l. hæredibus. §. Titius. ff. ad Trebel. dicit maius esse probrum fœminis, habere filios naturales, quàm masculis, secundum mores nostros, per l. si qua illustris. C. ad Orphi. vbi est optimus tex. & sequitur Alex. in d. §. si quis rogatus, col. 3. vers. item fallit tertio. Ad hoc respiciens Ecclesiasticus noster, illud prudenter monet, c. 42. Super filiam luxuriosam confirma custodiam, ne quando faciat te in opprobrium venire inimicis. De filiis verò nihil omnino dicit. Et alibi c. 6. nulla masculorum quoque facta mentione scribit, Filia tibi sunt: serua corpus illarum. & rursum, c. 26. In filia non auertente se, firma custodiam & c. Quibus & germanum est illud Plautinum in Epidico,

—Non nimis potest

pueritiam quisquam seruare suæ filie.

Hoc idem ferme sensit glo. in c. debitum. extrā de biga. non ordin. cum dicit, quod maior castitas exigitur in vxore, quàm in viro. Quod & antè scripserat glo. in l. palam. §. quæ in adulterio. ff. de ritu nupt. his propè verbis, Maior castitas etiam secundum mores hominum exigitur à fœminis, quàm à viris. Quod etiam voluere Guil. Cun. in l. si lenones, & iterum in l. raptores. C. de epif. & cler. & Alber. in d. §. quæ in adulterio. & in l. j. col. ij. vers. quærit glo. & ibi etiam Salyc. col. item 2. vers. quarto. cum glo. C. de raptu virg. per l. si à furioso. C. de nupt. Collec. post Hug. in c. vestra. col. 3. vers. & notabat vnum. extrā, de cohab. cleric. & mulier. & Ioa. Ana. in c. tanta, col. ij. de simo. & Alex. conf. 24. animaduersis his. col. x. eadēque penult. vers. & præsertim vbi non eadem ratio. lib. 2. & Philip. Dec. conf. 425. in casu proposito, col. iij. & D. Bene. in repe. c. Raynutius. in verbo dotem, quam ei dederat. nu. 38. & iterum in verbo, cuidam Petro tradiderunt, nu. 53. de testa. Ex quo fieri dicunt glo. in d. §. quæ in adulterio. & Guil. in d. l. raptores. Alber. & Collec. vbi supra, quod licet mulier in adulterio deprehensa sit infamis ipso iure, vt est text. ibi: secus tamen in masculo: scilicet vt ex deprehensione non sit infamis. Quod etiam dicit alibi ipsa glo. videlicet in l. & si crimine. C. de adult. quam facit sing. Alex. in suis addi. ad Bar. in d. §. quæ in adulterio. Huic autē sententiæ subscribit Petrarca & Poeta & Orator sui temporis facundissimus, in eo libro, cui est tit. de reme. vtri. for. lib. 1. dialogo 76. cum inquit, Haud dubie sexus muliebris quàm masculus, maioris est debitor castitatis. Propterea quamuis mater meretrix non possit filiam ipsam meretricem exhæredare, vt voluerunt Pet. à Bella Pertic. Bal. Fulg. & recent. in l. in arenam. per illum tex. C. de inoffi. testa. & Bal. in l. si filiam. eo. quoque tit. & Phil. Dec. in c. cum ecclesiasticæ. in iij. notat. de excep. Pater tamen, quantumuis meretricarius & libidini addictus, potest huiusmodi filiam exhæredare: quoniā mulieres magis decet esse pudicas & castas, quàm mares, sicq; cessat ratio illius

l. in

kin arenam. Super quam etiā hoc postremum dicit Fulg. in fi. & post eum Iason, & ipse etiā Fulg. in auth. sed si post. eo. tit. & ante eum Io. Fab. ibi, ad fin. & Pet. à Bel. pert. Guil. Cun. Cyn. & Ang. in d. l. si filiam, eo quoque tit. & Bened. in rep. c. Raynutius, in verbo, dotem quā ei dederat. nu. 37. & seq. de testa. Item licet substitutio facta sub conditione, si institutus decedat sine liberis, euanescat, si institutus relinquat naturales tantum, vt per gl. & alios in c. in præsentia. de probat. per tex. in d. l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad Treb. vbi & hoc voluerunt Bart. Ang. & alij recent. qui concord. afferunt. Hoc tamen non procedit in filia testatoris hærede instituta, in qua conditio liberorum non intelligitur de naturalibus tantum, secundum Bart. in d. l. hæredibus. §. j. ff. ad Treb. Ang. Imo. & Alex. in iij. fal. in d. §. si quis rogatus. Pan. in d. c. in præsentia. col. vj. vers. hæc verba quod naturalis. & ibi quoque Phil. Dec. col. xv. vers. quinto fallit. Qui mouentur ea ratione, quod maior castitas exigitur in muliere, quàm in viro, ideoq; nō videtur testator sensisse de huiusmodi filiis. Et hac quidem, vt opinor, ratione, quod impudicitia magis est dedecori mulieribus, quàm viris, statuit Iuriconsultus, in l. oratione. ff. de ritu nupt. quod nepoti vxorem ducenti pater etiam debet consentire, nedum auus: neptis verò si nubat, aui autoritas sufficit. Vbi dicit Accurs. qui ad hanc rationem respicit: Oportet enim accelerare nuptias mulieris, vt scilicet non differantur propter autoritatem patris, ne quid interim turpe admittatur: quasi diceret, nihil tale in masculo timeri. quam glo. ad hoc ponderauit, & dicit nota. Ro. in repe. l. si verò. §. de viro. in viij. fallen. ff. sol. matr. & etiam Card. Flor. conf. xlix. cum testatoris voluntas. col. ij. vers. in super intelligendo. & nouissimè Alcia. lib. j. de verb. signi. quem penè integrum ex d. repet. Rom. confecit: sed elegantius multò totum argumentū tractauit. Eadem quoque ratione fieri existimo, vt sicut annotauit Ro. in dicto loco. & nouissimè Gaspar Vale. Portugalenfis, doctor non cōtemendus in pulchra rep. l. imperium. col. vj. vers. vltra istam doct. Bart. in fi. ff. de iurisd. om. iud. vt qui in prouincia aliquid administrant, quanquam filios in ea matrimonio collocare prohibentur. l. qui in prouincia. ff. de ritu nupt. non tamen filias. l. si quis officium. in fi. ff. eo. quod & reassumit Alcia. vbi supra. Item vt tutor vel curator, licet non possit filium suæ pupillæ, etiam adultæ in matrimonium collocare. l. si tutor. C. de incer. mat. potest tamen filiam pupillo dare iam adulto. l. curatorem. C. eo. & l. libertū. la. ij. in fi. ff. de ritu nupt. ne videlicet, vt iam dictum est, quoquo pacto protrahantur filiarum nuptiæ, in quibus timor est infamiæ & turpitudinis in se, genusq; suum, & amicos, magis quàm in masculis. Et hanc rationem vtrique casui assignat Cyn. in diuersis locis, priori quidem, videlicet de eo qui in prouincia administrat, in l. vnica. col. ij. vers. tertium quare est. C. si rector prouin. posteriori autem de tutore & curatore, in d. l. curatorem, quam nuper citauimus. vbi & ante eū hoc idem adscripserat Petr. à Bel. pert. Hinc quoque manare dicit Host. in Summa, tit. de biga. non or. §. quare bigamus. vers. quinto quæritur, quod mulier corrupta inter sanctimoniales cooptari non potest, per cap. iuuenculas. 20. quæst. j. licet vir corruptus & sacris & religioni mancipari possit, & etiam in Episcopum consecrari. cap. habuisse. 23. dist. & cap. acutiūs. 26. dist. & cap. fraternitatis. 34. dist. quoniam videlicet multò sit turpior impudicitia in muliere, quàm in viro: licet & aliàs quoque rationes in illud adferat: sicuti & glo. in d. c. acutiūs. Et hinc quoque deduci potest, quod corruptam accipiēs in vxorem, etiam si ea nunquam antea nupsit, bigamus est. c. j. & cap. maritum. 33. dist. & cap. curandum, & cap. præcipimus. 24. dist. Viri autem corruptio citra matrimonium nō eum bigamum facit. c. pen. de biga. & d. c. fraternitatis. 34. dist. quanquam & hoc aliò referant glof. & Inno. in c. debitum. de biga. & Host. ipse in d. §. quare bigamus, vers. sed quare exigitur. Sed & hinc fit, quod licet mulier priuetur dote propter adulterium. l. consensu. C. de repud. & c. plerunque. extrā de donat. inter vir. & vxor. vbi etiam glo. Card. Flor. Anto. & alij asserunt, quod perdit donationem propter nuptias, quam debet lucrari ex pacto vel statuto: tamen vir non perdit huiusmodi donationem, secundū Iaco. Put. in l. si dotali. ff. sol. matr. quæ refert & sequitur Guid. Pap. sing. lxxxv. vers. licet vxor priuetur. Et hæc quoque natura apertè docuit. Nam si quando cadauera defunctorum fluctibus euehuntur, fœminarū prona fluitant, virorū supina, veluti natura ipsa pudoris disciplinam inter defuncta corpora discernente: vt tradunt Plin. lib. 7. c. 17. & Solinus ca. 5.

46 ¶ Hac quoque ratione, quod castitas magis decet mulieres, quàm viros, maiusque dedecus atque infamiam inuri domui, familiæ, generi mulieris impudicitia, quàm viri, plerique Theologi asserunt mulieris adulterium, cæteris paribus, esse grauius, quàm viri, vt latè tradit Martinus cognomento Magister, Parisien. doctor, & is quidem pro tempore egregius, in eo lib. quem de temperantia scripsit. quo loco de luxuria differit, in ix. quæst. qua sciscitatur, vtrum adulterium sit species luxuriæ ab aliis distincta, in v. conclusione. & Astessanus in Summa, lib. viij. tit. xj. arg. iij. vers. quis grauius peccat, quamuis alij alias quoque rationes assignant, vt per ipsos Theologos in iij. sentent. distin. xxxv. & è nostris Imol. in l. is qui reus. col. xiiij. vers. sic tunc restat dubium. ff. de publi. iudic. & alibi à me dicitur in ix. lege connubiali, num. 90. incip. & hac inter alias. Itaque (vt concludamus) cum sit adulterium in vxore tam fœdum, tam detestabile, tam ignominiosum, non item in viro: habeatq; potestatem vir in vxorem, non vxor in virū (vt vtranque à nobis dictam rationem coniungamus) non mirum cuiquam videri debet, si vir vxorem adulterij accusare, vel in eo deprehensam repudiare, & nōnunquam interimere potest, non etiam vxor virum. Et hanc nuncupatim rationem huic rei assignauit Marius Solomonius in l. Gallus. in prin. char. vlt. vers. hæc eadem causa. ff. de liber. & posthu. ne in hac re solus esse videar.

Meretricius filia meretricis ex heredere potest. Naturales filij faciunt cessare conditionem.

Pater debet consentire nepoti ducenti uxorem, non etiam nepti.

Magistratus non possunt filios in sua prouincia matrimonio collocare, filias possunt. Tutor potest suam filiam pupillo dare in matrimonium.

Corrupta inter moniales nō cooptatur.

Bigamus quis.

Vxor ob adulterium dote priuatur. Non uir donatione ob nuptias.

Adulterium in fœminis grauius quàm in uiris, uide infra num. 85.

47

Dominari debet, qui uiribus corporis praestat.

Sed ut ad id, unde paululum digressi sumus, reuertamur, facit ad nostram consuetudinem, ultra praedicta, quod dicebat Plato, autore Laertio, Principatus quinariam esse distributionem, alium legitimum, naturalem alium, alium secundum consuetudinem, quartum secundum genus, quintum violentum. Per naturam autem (quae est secunda species. aliae enim nihil ad hunc locum pertinent) mares, ut ille dicit, ubique gentium, non modo inter homines, verum inter caetera quoque animantia praesunt. Id quod & nos supra ex aliis probauimus nu. 9. ab eo autem. Cuius rei duas esse potissimum rationes praecipuas ex D. Augustino animaduertimus. Primum decet naturaliter illum dominari & praeesse, qui sit corporis uiribus praestantior: contra eum seruire, atque modis omnibus cedere, qui sit infirmior. Nam ut eleganter differit Iosephus apud Egesippum lib. 5. excidij Hierosololymitani, cap. 17. lex naturae eadem omnibus hominibus, uolatilibus, feris, bestiis infusa, ut unusquisque cedat potentiori: taurus leoni, ceruus uirgo, leopardo caprea, aquilae accipiter, accipiter atumba: ipsi tauro iuueni inferiores, arietu ouium greges, hirco caper, ne diuersi tantum generis esse videatur aliqua sententia. Cuius etiam sententiae meminit ipse Iosephus lib. 6. belli Iudaici cap. 12. Graece quidem: sed in hanc sententiam: Hanc autem validissimam legem, tam feris bestiis, quam hominibus esse praefinitam, potentioribus cedere. Pindarus Poeta Thebanus existimat iustum imperium ac secundum naturam esse, ut potentiora imbecillioribus dominentur, sicuti recenset Plato lib. 3. & iterum iij. de Legibus. Secundum quam sententiam Brennus rex Senonum, interrogatus a Romanorum legatis, quamobrem Clusium Hetruriae urbem obsideret, Iure, inquit, naturali, is qui minus fortis est, potentiori cedere iubetur. Nam eo etiam pecudes & bruta animalia uti deprahendimus, cum tauros, leones, aquilas, caeteraque animantia, ideo dominari videmus, quod aliis uiribus praecellant. quod & vos Romani secuti estis, cum Fidenates, Ardeates, Veios, Volscos non alia ratione subegistis, quam quod illis praestantiores uiribus essetis. Autor Plutarchus in Furio Camillo. Quod & nostris retulit Alciat. lib. Paradoxorum 2. cap. vlti. Porro Plato ipse lib. iij. de Legibus inter septem rationes imperandi, hanc quintam posuit, ut potentiores imbecillioribus imperent. Idem in Gorgia scribit, natura comparatum esse, ut praestantior plus habeat, quam inferior, & potentior, quam debilior.

48 Captus in bello fit seruus capientis.

Hanc autem rationem considerasse uidentur legumlatores, dum uictum captumque in bello uictoris seruum fore uoluerunt. ff. & C. de capt. & postlim. reuer. per totum, & late per doct. in l. ex hoc iure. ff. de iustit. & iure. Quam legem non apud Romanos modo, sed & apud externos fuisse satis constat, vel Cyri Persarum regis testimonio, qui apud Xenophontem hac pronuntiat, νόμος γάρ ἐν πάσῃ ἀνθρώποις ἀϊδίως ἐστίν, ὅταν πολεμῶντων πόλις ἀλώ, τῶν ἐλόντων εἶναι καὶ τὰ σώματα τῶν ἐν τῇ πόλει, καὶ τὰ χεῖματα. Id est, Lex est inter omnes homines perpetua, quando belligerantium urbs capta fuerit, cuncta eorum esse qui ceperunt, & corpora eorum, qui in urbe sunt, & pecunias. Hanc Cyrus. Cuius etiam rei meminit Aristot. lib. Politic. 4. cap. item 4. Proinde cum Alexander deuicto Dario exutis armis balneum intrans dixisset, Eamus in Darij balneum sudorem pugnae loturi: familiaris quidam, Minimè per Iouem, inquit, Darij, sed Alexandri. Fortunas enim uicti & esse & dici bona uictoris oportere, testis Plutarchus in Alexandro. Et apud Dionysium Halicarnasseum lib. originum Romanarum 6. Romani Auruncis sua repetentibus in bello ante capta, responderunt, iustum se censere, quaecumque aliquis per uirtutem hostibus adimens possideat, ea ipsum tanquam propria posteris suis tradere. Et paulo post in oratione Titi Largij Romani, Nos, ait, pulcherrimas, iustissimasque possessiones putamus, quascumque bello captas obtinemus. Et rursum lib. 8. Senatus Ro. Volscis urbes a Romanis captas repetentibus, ita respondit: Nos praeclearas ducimus possessiones, quascumque bello uincentes capimus, non primi ipsi instituentes hanc legem, neque eam magis hominum, quam Deorum, putantes esse, cum Graecos omnes Barbarosque uideamus ea uentes. Et apud Caesarem lib. 1. Commentariorum, Ariouistus ius esse belli ait, ut qui uicissent, ius quos uicissent, quemadmodum uellent, imperarent. Et apud Tullium in 3. in Verrem act. P. Seruilius quae signa & ornamenta ex urbe hostium & uirtute capta, belli lege atque imperatorio iure sustulit. Et apud Liuium 4. Decadis lib. 3. Quo, inquit, uicto omnia quae illius fuissent, iure belli Seleuci facta sunt. Et apud Iustinum lib. 38. Mithridates id dicit esse iuris gentium, ut uictores eorum qui uicti sunt, bona occupent. Et huc quoque alludere uidetur illud Virgilij circa prin. lib. 10. Aeneidos, — Tum res rapuisse licebit.

49 An autem id procedat de iure diuino.

Idque etiam obtinere uidetur de iure diuino, & in foro, quod appellat, conscientiae, cum bellum iustum est, per not. in cap. ius gentium. j. distin. & in c. dicat. xxij. q. v. ubi Ambrosius ex lib. Patriarcharum scribit praedam utique fuisse in potestate uictoris Abrahae. & e recentioribus Theologis firmat Adrianus Florentius, qui nostra memoria Pontificatum Rom. gessit, in quaest. quas fecit, lib. 4. sent. in tract. de restitutione, in quaest. cuius hoc exordium est, aggredior casus speciales. de quo late per ipsos recentiores scholasticos in ipsum quartum librum sent. distin. xv. & e nostris expressim uoluit Bal. autoritate Ray. a Penna forti, in cap. 1. col. iij. uerfi. sed nunquid id quod capitur. titu. de milit. uasal. cui cont. est. & sequitur Iason in l. j. in iij. notab. ff. de acquir. possess. in utraque lect. & etiam sentit idem Bal. in l. si quis pro redemptione. col. ij. uerfi. nota quod ista spolia. C. de donat. post Inno. in cap. sicut. extra de iure iur. & expressissimè Per. Anch. in cap. peccatum. col. xvj. uerfi moueor primò. de reg. iur. lib. vj. Et id probat illud Num. 31. ca. ad fin. Unusquisque enim, quod in praeda rapuerat, suum erat. Et 4. Regum 13. ubi ita scribitur: Porro Ioas filius Ioachaz tulit urbes de manu Benadab filij Azahel, quas tulerat de manu Ioachaz patris sui iure praelij. De quo tamè uide ipsum

ipsum Iason. confi. lx. in quaestione quae uertitur inter illustrem, post princ. lib. j. & Alciat. in l. hostis. ff. de uerbor. signific.

Secundum, ut qui plus habet rationis, ingenij, prudentiae, consilij, dominetur: qui minus, seruiat. Nam, ut ait Solomon Prouer. 11. c. Qui stultus est, seruiet sapienti. Et xvij. c. Seruus sapiens dominabitur stultis filiis. Quam eandem sententiam aliis uerbis expressit sapiens ille concionator Iesus filius Syrach. Eccles. 10. Seruo sensato liberi seruient. Idque est, quod Aristot. lib. j. Politic. dicit, eos seruos esse in Repub. qui inscitia rerumque ignoratione tenentur: qui uero ingenio praestant, naturaliter dominos. Legerat ille apud Platonem praecceptorem in eo. lib. iij. de Legibus, a nobis supra citato, septem esse rationes, quae ad dignitatem imperandi facere uidentur, quae sunt paternitas, nobilitas, dominatio, potentia, senectus, prudentia, fors: sed prudentiam omnibus anteponi, ut intelligatur quae humanae saluti expediat. Sed & uterque legerat illud Euripideum in Iphigenia: ὦς ἀρχῶν ἀνδρῶν, πᾶς εὐνεσίῃ ἢ ἔχων τύχῃ. Id est, ut Erasmus uertit, Princeps ille, quisquis praeminet prudentia.

Dominari debet, qui uiribus animi praestat.

Dionysius quoque Halicarnasseus in proemio originum Romanarum scribit, Naturae legem omnibus esse communem, quam nullum tempus dissoluit, deterioribus semper imperare meliores. Est autem uetus prouerbiu, Quicquid dominatur, vim Dei habere, cuius meminit Artemidorus Daldianus lib. de Somniorum interpretatione, ij. cap. 37. & iterum cap. 74. Astronomi quoque illud confirmant, testantes Solem ac Mercurium praeter caeteris planetis propinquos assidue in caelesti circuitu comites inuicem esse: ut uidelicet, quicumque Solem syderum dominum uiderint absque sapiente Mercurio in caelo nunquam incedere, plane intelligant, & in terris potentiam atque dominationem nunquam absque sapientia, uel concedi debere, uel concessam diu posse regnare.

Prouerbiu. Astronomoru sententia.

Quod & ipsum hac ratione comprobo. Nam si qui praestant uiribus corporis, debeant dominari, ut dictum est, multo magis qui consilio uiribusque animi. Quoniam in omni negotio, nedum in re militari, constat nimio plus habere momenti & ponderis rationem consiliumque, quam robur corporis, ut apud Homerum poetam prudentissimum lib. xxij. Iliad. Nestor & ipse prudentissimus Antilochum filium alloquens, his elegantissimis uerbis ostendit,

Animi uires corporis praepollent.

Μᾶτι βί δ'ρυτόμος μέγ' ἀμεινων ἢ βίηφι
Μᾶτι δ' αὖτε κυβερνήτης ἐνὶ ὄνοπι πόντῳ
Νῆα δοῦν ἰθύνει ἐρεχθόμενῳ ἀνέμοισι.
Μᾶτι δ' ἐνίοχος πῶδ' ἔχει ἐνίοχοιο.
Consilio sane multo quam robore, praestat,
Hirsutam quicumque parat succidere syluam.
Consilio rursus nauclerus in equore nigro
Dirigit undinagam nauim raptantibus Austris.
Consilio auriga aurigam uincit, praestit.

Id est, ex Erasmi translatione:

Et ad uerbum, ut facilius lectores linguam Graecam discant: Prudentia incisor lignorum multo melior, quam uiribus. Prudentia autem rursus gubernator in nigro Ponto Nauem uelocem dirigit iactatam uentis. Prudentia autem auriga superat aurigam.

Cui finitimum est illud Titinij apud Nonium Marcellum: Sed in sapientia gubernator nauim torquet, non ualentia. Id est, fortitudine, ut idem Nonius interpretatur. Idemque pollet illud Ciceronis in Catone: Non enim uiribus, aut uelocitatibus, aut celeritate corporum magnae res geruntur, sed consilio, & auctoritate, & sententia. Et quod idem scribit lib. 1. Offic. Parum sunt arma foris, nisi sit consilium domi. Quod & citat Panor. in c. ex multa. col. ij. uerficu. nota quod pollens consilio, extra de uoto. Neque longè hinc disidet illud Horatij Odarum lib. 3. Ode iij.

Vis consilij expers mole ruit sua:
Vim temperatam dij quoque prouehunt
In manus: ijdem odere uires
Omne nefas animo mouentes.
Testis mearum centimanus Gygas
Sententiarum. Notus & integra
Tentator Orion Diane,
Virginea domitus sagitta.

(alij legunt Gyges)

Valerius Flaccus lib. 4. Argonauticon in hanc item sententiam scribit, Sape acri potior prudentia dextra. Ex quo olim (ut tradit Phornutus in Palaestris) Mercurius cum Hercule colebatur, cum ratione fortitudo moderanda sit. Nam qui sola ui corporis nituntur, rationemque negligunt, his apposita illud quispiam dixerit, Δαίμονε φθίσει σε τὸ σὸν μένος, id est, Miser perdet te robur tuum. Hæc autem duo postrema capita, ut erant in prima editione, integra, suppresso meo nomine transposuit Barpole. Chasseneus in suo Catalogo gloriae mundi, parte xj. in viij. consideratione, de qua re alibi dicam plenius.

Mercurius cum Hercule colebatur.

Chassenci futurum.

52 Sed vt reuertamur, Solomon in Ecclesiaste, c. 9. in eandem sententiam, Dicebam, inquit, meliorem esse sapientiam fortitudine. Et post pauca: Melior est sapientia, quam arma bellica. Quam sententiam citat è nostris Ioan. Fab. in proemio Instit. §. j. ad probandum sapientes legumq; doctores esse preferendos militibus. Consonat eidem Philo, aut quisquis is fuit, qui librum edidit Sapient. cap. 7. Melior est sapientia, quam vires, & vir prudens quam fortis. Et Phocylides;

Βέλτερος ἀλκιέντερος ἔφυ σεβασίμενος ἀνὴρ.
Melior forti est sapiens vir.

Et Euripidis quoque illud, à Polybio lib. i. historiarum commendatum,

Σοφὸν ἐν βῆλῃμα τὰς πολλὰς χεῖρας νικά.
Prudens unum consilium multas manus vincit.

Quod & à Galeno est vsurpatum in Exhortatione ad bonas artes. & à Stobæo, ferm. 51. & Antonio Monacho, Melissæ lib. i. Serm. 10. Cui simile est illud eiusdem Euripidis apud eundem Stobæum Sermo. 52.

Βραχὺ δὲ δένος ἀνδρὸς, ἀλλὰ ποικιλίαι τραπίδων.
Αἰεὶ γὰρ ἀνδρὰ σκαίου ἰχυρὸν φύσει
ἥσων δ' ἐδοικα τ' ἀδενὸς τε καὶ βφῆ.

Quo significatur, exiguum esse viri robur: præualere autem animi industriam. Semper enim virum imperitiam & robustum corpore, minus timendum, quam imbecillum & sapientem. Et illud quoque eiusdem;

ῥώμη δὲ σ' ἀμαθὴς πολλαίσι τίθει βλάστην.

Robur cum imperitia sæpe

damnosum est. Quibus subscribens Agamemnon apud Homerum Iliad. 2. intrepide asserit, facile se Troia potiturum, si decem sibi adessent Nestori similes: tanquam pluris faceret decem Nestorum consilium, quam magnam militum manum. Eius hæc verba sunt,

Αἰ γὰρ Ζεὺ τε πάτερ, καὶ Ἀθηναίη, καὶ Ἀπολλών,
τοῖσδε δέκα μοι συμφραδμόνες εἶεν Ἀχαιῶν.
τῶκε τὰχ' ἠμύσειε πόλις φριάμοιο ἀνακτός
χερσὶν ὕφ' ἡμετέρῃσιν ἀλῆα τε πρὸρβομένῃ τε.

De qua re Tullius in Catone maiore: Dux ille Græciæ nunquam optat, vt Aiæc similes decem habeat, at vt Nestoris: quod si acciderit, non dubitat, quin breui Troia sit peritura.

53 Neque admodum hinc abludit historia poetica, quam lepidissimè narrat Homerus ipse Odyssæ vij. quemadmodum Vulcanus claudus, cum suspectam haberet vxorem Venerem, quod d furtim cum Marte congregeretur, nec vires suppetere, quibus adulterium depræhenderet, ad artes ingeniumq; confugit. Lectum suum adamantinis, atque inuisibilibus catenulis circumuinxit: quod vbi fecisset, foras abire se simulat. Deinde cum in archæissimis essent complexibus Mars & Venus, vinculis illis hoc magis irretiti, quod magis se circumagerent: ecce venit repente Vulcanus, & aduocato Sole, Deos omnes adhibet depræhensi adulterij testes: quo loco dicit Homerus vnum Deorum ita dicentem:

—Κικάνη τοι βραδύς ἀκύνυ:
ὡς καὶ νῦν ἠΦαισος ἐὼν βραδύς εἴλεμ ἄρηα
ὠκύνάτοῦ πρ' ἔοντα θεῶν οἱ Ὀλυμποῦ ἔχουσι
Χωλὸς ἐὼν τέχνησι, τὸ καὶ μάλιστα ἰΦείλει.
Nonnunquam assequitur tardus celeremq; citumq;
Sic vti nunc Vulcanus, vt est vestigia tardus,
Mauortem cepit, qui perniciosissimus vnus
Cunctorum, quicumque tenent supera astra, Deorum.
Et quanquam est claudus pede, rem tamen arte peregit.
Proinde etiam debet pænas deprensus adulter.

Id est, vt vertit Erasmus;

Cui sententiæ confinis est & illa Menedemi Philosophi ex Satyræ Omphalæ Achæi Poætæ Tragicæ apud Laërtium,

ἢ λίσκετ' ἄρα καὶ πρὸς ἀδενῶν παχύς,
καὶ πρὸς χελώνης αἰετὸς ἐν βραχέι χρόνῳ.
Capitur cygo & ab infirmis celeri
Aquilamq; breui testudo vincit.

Illud quoque Agamemnonis Sophoclei in Aiace flagellifero:

—Οὐ γὰρ οἱ πλαταῖς,
οὐδ' ἐυρύνοπι φῶτες ἀσφαλίστατοι:
Ἀλλ' οἱ φροῖντες εὐκρατῆσι πανταχῶ.
μέγας ἢ πλευρᾶς βῆς ὑπὸ σμικρᾶς ὀμῶς
μάσπηγος ἄρθος εἰς ὄδῳ πορεύετ'.

Quibus significatur, non semper grandia illa & vasta corpora esse firmissima: sed qui bene sapiūt, vbiq; dominari. Nam & bouem amplissimi lateris, ab exiguo tamē flagello in rectā viam deduci. Eodem pertinet alia & quidem vera historia, quam recenset Plutarchus in vita Sertorij, & Valerius Maximus lib. 7. cap. 3. Plinius Secundus lib. Epistol. 7. epist. 9. & Sextus Iulius Frontinus lib.

Stratage

Grædia corpo
ræ non semper
esse firmissima
54
De eadem re.

Stratagematum i. cap. 10. atque iterum lib. vlti. cap. item vlti. & è nostris tetigit Io. And. in cap. j. in verbo, difficile. extrâ de treuga & pace. quod cum Sertorius ipse, dux strenuus, suis copiis ex barbara turba conflatis, rationibus persuadere non posset, in re militari plus habere momenti consilium, quam vires temerarias, postea quam illi parum feliciter pugnassent, hoc commentum vsus est. Aduocata totius exercitus concione, duos equos adduci iubet: alterum macie senioq; confectum, alterum vegetum, cauda pilosa. Atque macilento illi iuuenem adhibet, prægrandi corpore, & admirandis viribus. Contrâ vegeto pusillum & imbecillum admouet homuncionem. Tum vtrique caudam equinam vellere iussit, præmiumq; proposuit ei, qui prior absoluisset. Pusillum, vt illi præceptum erat, singulos pilos robusti equi paulatim vellens, breui spatio totam compilauit caudam. Iuuenis ille iam triumphum ante victoriam canens, è diuerso caudam omnem gracilis equi simul manibus vtrisque vi atque impetu conatur euellere. Qui cum frustra sudaret, risui fuit circumspectantibus. Sub hæc assurgens Sertorius, cuius consilio iussuq; hæc acta fuerant, Videtis, inquit, commilitones, quantum plus possit ingenium, quam vires. ad quam historiam respiciens Horatius lib. 2. Epistolarum ad Augustum ait:

Vtor permissio, caudæq; pilos vt equina
Paulatim vello, & demo unum, demo etiam unum,
Dum cadat elusus ratione ruentis acerui,
Qui redit ad Fastos, & virtutem æstimat annis.

55 Satis ergo superque probatum est, eos qui viribus corporis & animi præpollent, dominari, alios verò seruire naturaliter debere. Sed constat mares, quam fœminas, esse robustiores corpore, animo quoque multò præstantiores. Primum quidem manifestius est, quam vt probatione egeat: sed ne sine autoritate aut ratione dixisse, quicquâ videamur, id certè constanter affirmat Hippo. lib. 6. Epidemion parte ij. cap. vlti. & Lactantius lib. i. cap. 16. Et ex eo satis probatur, quod vir ita nominatus est, quod maior in eo vis est, quam in fœmina: & hinc (vt dicit Lactantius Firmianus in lib. de opificio Dei, cap. 12.) virtus nomen accepit. Mulier verò (vt Varro interpretatur, & repetit ipse Lactantius, & D. Augustinus, si is est, ferm. de tempore 243.) à mollitie dicta est, immutata & detracta litera. Quod & scribit Gratianus noster in §. sed illud. xxxij. q. vij. Nam & ab Homero lib. 8. Iliad. mulieres peculiari epitheto θηλυπαιρα vocantur tanquam molles.

Sertorij histo-
ria commen-
dabilis.

Mares fœmi-
nus corpore
robustiores.

Vir à vi, &
virtute dici-
tur.
Mulier à mol-
litie.

θηλυπαιρα ἢ γυναικες ἐν μεγάροισιν ἐκάσῃ

τῶν μέγα καίοντων.

Et idem in hymno Veneris, virgines ἀπαλόχρας, id est, molles corpore appellat.

ἢ δὲ τε παρθενικὰς ἀπαλόχρας ἐν μεγάροισιν

Ἀγλαὰ ἔργ' ἐδίδραξεν.

Mirum est quod scribit Plato in Timæo, virorum animas quæ in hac vita molles sunt & effeminata, in mulieres reuiuiscere.

56 Hanc autem mollitiem licet Gratianus ad animum trahat, vti etiam facit glo. in c. j. de cland. despon. Lactantius tamen ad corpus refert: illi subiungēs, quod prius dixerat, plus videlicet roboris maribus esse attributum. Quod & idem dicit ipse Lactantius lib. j. Diuinarum institutionum, cap. 16. & ante eum Galen. in comment. quos ipse edidit in suum ipsius librum de pulsibus, comm. i. asserens ob id maribus maiores pulsus esse, quam fœminis. Et etiam Ouid. propemodū in fi. lib. 9. Metam. dū describit mutationē Iphidis fœminæ in marē, vbi hos versus inter cæteros adscripsit,

De eadem re.

—Nec candor in ore

Permanet: & vires argentur: & acrior ipse est

Vultus: & incomptis breuior mensura capillis.

Plusq; vigoris adest, habuit quam fœmina.

Quid faciat? pugnet? vincetur fœmina pugnans.

Et Silius, cum vocat fœminam imbellem, lib. ij.

Parietibusq; domus imbellis fœmina seruet.

Et iterum lib. ij. Fastorum,

Et hinc illud Plinij, loquentis de Helleboro lib. xxv. cap. 5. Vetant dari senibus & pueris: item mollibus ac fœminei corporis animiue exilibus, aut teneris: & fœminis minus, quam viris. Et his omnibus antiquior Xenophon in Oeconomico, & Aristot. lib. de Historia animalium iij. cap. vlti. & istis quoque priores Pausanias, & Socrates, ille in Symposio Platonis, hic lib. v. de repu. non vno tantum in loco. Ante omnes Moses Deut. cap. 28. mollitiem & teneritudinem mulieribus priuatim assignat: Tenera, inquit mulier, quæ super terram ingredi non valebat, nec pedis vestigium figere propter mollitiem & teneritudinem in vno tantum loco.

Maribus ma-
ior pulsus quâ
fœminis.

57 Sed & ipse Aristoteles lib. ix. de Historia animalium cap. i. atque etiam Aelianus in lib. eiusdem titu. & Plinius lib. xj. naturalis historię, cap. 49. scribunt, mares in omni genere animalium fortiores esse atque animosiores, præterquam in pantheris & vrsis. Auicenna verò, aut qui eum traduxit, lib. de animalibus ix. circa initia, leopardos & lupos excipit. Albertus autem ille Magnus, maximus rerum naturalium indagator lib. viij. de animalibus, cap. i. vrsos & leopardos. Alibi scribit Aristoteles lib. iij. de Generatione animalium, cap. 6. fœminas sua natura debiliores esse, quam mares. Et orbicularium quæstionum lib. iij. cap. 9. scribit arma ad pugnam viresq; exercendas nulli fœminæ à natura tribui. Idem quoque lib. iij. de Historia animalium, c. vlt. & iterum lib. 3. de par-

De eadem re.

Maribus et
ma natura tan-
tum dedit aut
potiore.

Aegyptiorum
lex.
Cantharus si-
ne foemina.
Issedonum fo-
mine fortes ut
viri.

58
De eadem re.
Foemina citius
occubere pre-
sumitur quam
mas.

59
Mas presumi-
tur prior na-
tus.

60
De eadem re.

Marem robu-
stiolem fieri,
quam foemina
congnit.

61
Mulier non
potest leuare
fardam.

tibus animalium. cap. i. rursusq; de Generatione animalium. lib. vij. cap. 10. autor est, partes, quas ve-
lut arma natura animalibus dedit, vt dentes, cornua, aculeos, calcaria, & cetera generis eiusdem:
aut maribus tantum naturam ipsam concessisse, aut certe potiores atque robustiores, quam foemi-
nis. Quod & ipsum affirmant Plinius lib. xj. cap. 36. & Pausanias de Alcis loquens lib. v. Galenus
lib. ij. de Causis pulsuum, post princ. & Albertus lib. de Animalibus 12. c. vlt. ad fi. & lib. xvij. tract.
ij. cap. 5. vbi ex hoc dicit mulieres citius crescere, compleri, ac senescere, quam viros, vti etiam e no-
stris dicit glo. in c. vlti. xxxij. q. iij. Host. & Io. And. in c. literas. de despons. impu. Panor. in c. vbi. eo.
tit. Io. And. in c. vlt. col. ij. de don. inter vir. & vxor. & Card. Alex. in c. ad eius. col. j. dist. vj. Nec aliud
significabat lex Aegyptiorum, qua constitutum erat, vt fortissimus quisque cantharon, id est, scara-
beum, in annullo sculpru gereret. Id enim animal esse abnuo id est, sine foeminis: ita legulatore
innuente, mares, minimeq; effoeminatos esse oportere, qui strenue pro patria essent dimicaturi, vt
prodit Aelian. lib. de Natura animal. 10. c. 15. Herodotus autem in Melpomene scribit vnam omnium
gentium esse, scilicet Issedones, quos alij Effedones vocat, quibus foemine peraeque fortes sunt, ac viri.
¶ Et vt legum quoque autoritate in eam rem afferamus, ex hoc effici potest (quanquam alij aliud
trahunt) vt si mas & foemella eodem casu mortem obeunt, praesumatur vir, tanquam robustior,
diutius vixisse, & foeminae superstes fuisse, nisi contrarium probetur, per text. in l. si quis duos. §. si
maritus. ff. de reb. dub. & in l. cum hic status. §. ambo. ff. de dona. inter vir. & vxor. & in l. si possessor.
§. si eodem. vbi & hoc not. glo. & Bald. ff. de relig. & sumpt. fune. & voluit praeterea Specu. titu. de
procur. §. j. col. iij. vers. xxv. & Signo. consi. clv. in processu facto, col. vlti. & Aegid. Bellame. in cap.
dilecti. col. xj. vers. v. de arbir. Rom. qui id assignat debilitati sexus, in l. si cum dotem.
in fin. solu. matr. & Fran. Cre. sing. l. ij. statuto cauetur. & Felin. in c. capitulum sanctae crucis, col.
antepen. extra. de rescript. & Hippol. Marfil. in repet. rubr. C. de proba. col. lxxxij. De quo tamen
vide Sign. consi. ix. quomodo praesupponitur. & Fran. Aret. consi. 50. copiose, per totum. & Card.
Alex. in c. vlti. in prin. col. iij. vers. per supra dicta, extra de don. inter vir. & vxor. & Guid. Pap. in
tracta. praesumpt. col. xj. vers. i. praesumitur vxorem.

¶ Sicuti & e diuerso, cum dubitatur, vter prior natus sit, mas an foemina, mas praesumitur prior
exisse ex vtero, vt voluit glo. in l. idem erit. & ibi etiam Bald. ff. de statu hominum. per tex. qui ta-
men non probat, in l. si fuerit. §. vlti. ff. de rebus dub. & ibi quoque Paul. Cast. qui id tribuit robori.
Nam & Aristoteles lib. vj. de Natura animalium, cap. 4. scribit, columbas magna ex parte marem
& foeminam vno partu edere: sed priorem marem, posteriorem foeminam. Quod & Plinius retu-
lit lib. x. cap. 58. & Aelianus lib. j. de varia historia. Idemq; de canibus tradit ipse Plin. lib. x. cap. 68.
Quanquam de hominibus contrarium voluerit Bart. in d. l. idem erit. quam legit cum l. Arethusa.
ff. de statu homi. & in l. si extraneus. & ibi recentiores. ff. de condict. ob cau.

¶ Nec huic sententiae desunt scriptores Theologi, inter quos Alex. Hales, doctor illustris, si ad il-
lius tempora respicias, & ex cuius schola, veluti ex equo Troiano, multi Theologi scholastici pro-
dierunt, in ij. parte suae non minus doctae, quam saecundae Summae, qua appellat, quaest. lxxxvij.
membro v. tradit congruisse, mulierem fieri corpore infirmiore, virum autem fortiolem. Idque
quatuor rationibus. Primum ex parte actionis, & passionis. Deinde ex parte regiminis, & subie-
ctionis. Praeterea ex parte nutriendae prolis. Postremo ex parte spiritualis significationis. Quae
omnia membratim & articulatum prosequitur, ac longè lateq; declarat.

¶ Hinc quoque prodiit, quod ex legibus Longobardorum scribit glo. in cap. i. §. hoc autem. in ver-
bo, legibus. in fin. tit. qui feuda dare possunt. mulierem non posse leuare siue remittere fardam, id
est, inimicitiam: quam ibi sequuntur Bald. in §. & quia vidimus. col. penul. vers. item glo. ista. Mart.
Laud. Iaco. Alua. & Card. Alex. & alia glo. in cap. i. titu. an mut. vel imperfect. Angel. in l. filius qui
patri. ad fin. & ibi Fran. Aret. col. penul. ff. de vulg. & pupil. & idem Ange. in l. pro haerede. §. vlt. ff.
de acquir. haere. vbi dicit sing. priorem illam. & in l. iij. §. Cato. paulò ante fin. & ibi quoque Imol.
Raph. Co. & Pau. Castr. qui & eam glo. dicunt fin. Barba. & Alciat. ff. de verb. oblig. & ipse Angel.
consi. lxxvij. municipali, col. j. vbi & illam dicit sing. & consi. cclxxxix. viso facto. col. j. vbi eam dicit
singul. & intelligit de inimicitia, quae vindictam facti exigit. Flor. in l. per fundum. col. ij. vers. ad-
uerte tamen. ff. de scrui. rusti. praed. & in l. si plures. §. haec autem. circa medium. ff. de his qui deiec.
vel effuder. vbi etiam dicit priorem illam glo. allegari pro sing. & Io. Ana. in c. cum oporteat. col. 3.
vers. nunquid autem. extra de accusa. & consi. xxvij. viso casu, col. j. & Lud. Bolo. in repet. auth.
habita. char. antepenult. vers. sed quid de hermaphrodita. C. ne filius pro patre. Ex hocq; dicunt
Bald. Alua. & Card. Alexan. in dicto cap. i. §. & quia vidimus. titu. qui feud. dare possunt. quod si
ex statuto pax sit impetranda ab haeredibus occisi, non eam potest mulier concedere. De quo tu
vide & Bart. & alios in dicto §. Cato. & ibi inter ceteros Bald. à Bart. in repet. col. vlti. Bald. in l. ex
hoc iure. ff. de iustit. & iure. & in l. omnes populi, eo. tit. & in l. ij. C. de libert. & eorum liber. & in l.
cum inter. ad fin. C. de fideicom. libert. Ro. qui huic contradicere videtur in dicto §. Cato. & in l. j.
§. potuisse. ff. de S. C. Sylla. & in d. l. pro haerede. §. vlti. & ibi etiam Alex. & Franc. Aret. de acquiren.
haered. ipsos Alex. & Fran. Aret. in d. l. filius qui patri, illum, col. pen. hunc in fi. Corne. consi. lv. pro
decisione, col. iij. lib. j. Bened. in repet. cap. Raynutius. in verbo, duas habens vxores, nu. 130. Iason
in l. cum filiosam. col. xix. vers. i. quinto facit. ff. de legat. j. Philip. Dec. in c. in praesentia, col. xxij.
vers. in primis intenta. & consi. ccccccxxvij. accuratè & diligenter, num. 6. & seq.

¶ Neque

62 ¶ Neque enim mulieris pugnare proprium est, vel plurimorum testimonio supra citatorum, &
praeterea Alex. consi. 10. viso instrumento, col. ij. vers. sed praemissis, lib. v. & Matth. ab Afflict. decif.
Neapol. 320. Ioannes. & Homeri, qui lib. Iliad. 6. tradit telam, ac colum, & ancillarum curam, esse
mulierum propria: bella autem virorum. ita enim facit Hectorem haec ad vxorem pronuntiantè,

Αλλ' εἰς οἶκον ἴσθητὰ θαντῆς ἔργα κόμισε,
ἴσθητ' ἀλακάρτω τε, καὶ ἀμφιπόλοισι κέλευε
ἔργον ἐπιχειρῆσαι, πόλεμῳ δ' ἀνδρῶσι μελίσει.
Curatibi, diuūm effigies, & templa tueri:
Bella viri, pacemque gerant.—

At propius ad Homerum accedit illud Ouidij, lib. xij. Metamorph.

—Colūmque,
I, cape cum calathis: & stamina pollicis torque:
Bella relinque viris.

Ex quo profectum est & illud Graecorum prouerbium, μή μάχαραν αἶρε θῆλυ, id est, ne gladium
tolle mulier: in eos, qui sese immiscerent rei, cui sunt minime idonei. Et fenarius ille prouerbialis,
γυνὴ στρατηγείῃ, γυνὴ στρατεύει.

Foemina exercitum ducit, & foemina militat. In eum videlicet, cui negotium committitur, cui pe-
nitus est ineptus. Quod autem ipse Homerus lib. v. Iliad. Venert rebus bellicis interdicit, aliud per-
tinet: vt alibi in decimaquinta l. Connubiali dicemus, num. 17. incip. idem e nostris At idem Ho-
merus facit Hectorem Ajaci haec dicentem:

Μᾶτι με ἔσθ' ἄρ' αὖτε παιδὸς ἀφαιρῆσαι κέρτιζε,
ἀε γυναικὸς, εἰ κ' οἶδε πολεμικὰ ἔργα.
Ne me, tanquam puerum debilem, tenta,
Vel mulierem, que nescit bellica opera.

Huc quoque pertinet, quod Varro Martem ita dictum dicit, quod maribus in bello praesferet. Et
quod ante illum Plato in Cratylo, ἀρην dictum putat, ἀρὶ ἄρην, id est, à mare, tanquam scilicet
bella viris peculiariter conueniant, non foeminis.

63 ¶ Ex hoc autem, quod quae mascula sunt, ea quoque sunt valentiora & firmiora, exiit, vt mascu-
lum pro forti, ac vehementi vsurparit antiquitas, vt attestatur Nonius Marcellus, in id Varronem
citans, in ea Satyra, cui ὄν λῶγας, titulus est. In quem etiam sensum apud Persium Satyra 5.
illud scribitur:

—Mascula bilis
Intumuit, quam non extinxerit vna cicuta.

Et apud Horatium li. Epistolarum j. ad Meccenatem: & apud Ansonium, Mascula Sappho dicitur,
quamuis id postremum alij aliud trahant. Et mascula proles, pro forti apud eundem Horatium
lib. Carminum 3. Ode 6.

Sed rusticorum mascula militum
Proles, &c.

Sed & sunt, qui apud Plautum in Pænulo, meretricem masculam legunt: sed metri necessitas, sen-
susq; concinnitas exigunt, vt legatur, meretricem masculam, vt & Pylades admonuit: nā & me-
reticem postea aliam minusculam vocat. Haec enim erat aetate minor, illa maior.

64 ¶ E diuerso verò Hippocr. lib. Aphorism. 5. cap. 16. & iterum libro Epidemion 6. cap. 11. σαρκῶν ἐκ-
λάθουσι, id est, carnium effoeminationem posuit pro debilitate, per translationem, vt priore loco
annotat Galenus ipsius interpretis: quoniam foemina est masculo debilior. Cornelius autem Cel-
sus lib. j. cap. 9. eum locum Hippocratis interpretans, si nimius, inquit, calor est, corpus effoeminar.
Et hinc quoque mulier, sicuti scribit idem Hippocrates Aphorism. sectione 7. cap. 44. & repetit
Plin. lib. 7. cap. 17. ἀμφιδέξις, siue πρὸς δεξι. id est, ambidextera, nunquā fit, id est, quae ambabus
manibus pro dextera vtatur. Cuiusmodi Aioth fuisse testatur liber Iudicum cap. 3. & septingētos
viros, habitatores Gabaa, ita sinistra, vt dextra, praeriantes, eiusdem lib. Iudic. c. xx. & Hectorē Ho-
merus lib. 7. Iliad. & Asteropaeum ipse Homerus, eiusdem operis lib. 21. Nempe ob naturae mulie-
bris imbecillitatem, vt prodit Galenus in eo loco. Nam si ambabus, inquit, manibus, ob neruorum
robur ac masculorum, quidam viri vtuntur: consentaneum est, nullam mulierem vti posse, quae
satis habeat, si sola dextera modicè vtatur. Nam & Amazonas ferunt mammam dexteram exu-
rere, vt plurimo alimento ad manum eiusdem regionis proueniente, ei maior addit vigor, vt quae
& ipsa sit natura debilis. quod & inibi repetit Oribasius in Cōmentariis Hippocr. sed hūc Apho-
rismum posuit 40. lib. 6. Sed eius rei aliam rationem reddit Quintus Curtius libro 6. Scio autem
Platonem lib. 7. de Legib. scripsisse, mulieres Ambidexteras quoque fieri. Sed is certè (vt ex ver-
bis eius facillè colligitur) intelligit arte & exercitio: Hippocrates & Plinius, natura. Huc quoque
quadrat, quod ab iis scriptum est, qui numerorum rationes scrutati sunt, parem numerum foemi-
nam esse: imparē, marem: vt tradit Plinius lib. 2. cap. 49. quoniam scilicet, impar numerus semper
fortior est ad omnia: vt abundanter differuit Macrobius lib. 1. de Somnio Scipionis, & e nostris
Lucas Pen. in l. 3. post prin. C. qui mor. se excus. libro 11. Ex quo illud Virgilij,

—Mascula bilis
Intumuit, quam non extinxerit vna cicuta.

Proles, &c.

Sed & sunt, qui apud Plautum in Pænulo, meretricem masculam legunt: sed metri necessitas, sen-
susq; concinnitas exigunt, vt legatur, meretricem masculam, vt & Pylades admonuit: nā & me-
reticem postea aliam minusculam vocat. Haec enim erat aetate minor, illa maior.

64 ¶ E diuerso verò Hippocr. lib. Aphorism. 5. cap. 16. & iterum libro Epidemion 6. cap. 11. σαρκῶν ἐκ-
λάθουσι, id est, carnium effoeminationem posuit pro debilitate, per translationem, vt priore loco
annotat Galenus ipsius interpretis: quoniam foemina est masculo debilior. Cornelius autem Cel-
sus lib. j. cap. 9. eum locum Hippocratis interpretans, si nimius, inquit, calor est, corpus effoeminar.
Et hinc quoque mulier, sicuti scribit idem Hippocrates Aphorism. sectione 7. cap. 44. & repetit
Plin. lib. 7. cap. 17. ἀμφιδέξις, siue πρὸς δεξι. id est, ambidextera, nunquā fit, id est, quae ambabus
manibus pro dextera vtatur. Cuiusmodi Aioth fuisse testatur liber Iudicum cap. 3. & septingētos
viros, habitatores Gabaa, ita sinistra, vt dextra, praeriantes, eiusdem lib. Iudic. c. xx. & Hectorē Ho-
merus lib. 7. Iliad. & Asteropaeum ipse Homerus, eiusdem operis lib. 21. Nempe ob naturae mulie-
bris imbecillitatem, vt prodit Galenus in eo loco. Nam si ambabus, inquit, manibus, ob neruorum
robur ac masculorum, quidam viri vtuntur: consentaneum est, nullam mulierem vti posse, quae
satis habeat, si sola dextera modicè vtatur. Nam & Amazonas ferunt mammam dexteram exu-
rere, vt plurimo alimento ad manum eiusdem regionis proueniente, ei maior addit vigor, vt quae
& ipsa sit natura debilis. quod & inibi repetit Oribasius in Cōmentariis Hippocr. sed hūc Apho-
rismum posuit 40. lib. 6. Sed eius rei aliam rationem reddit Quintus Curtius libro 6. Scio autem
Platonem lib. 7. de Legib. scripsisse, mulieres Ambidexteras quoque fieri. Sed is certè (vt ex ver-
bis eius facillè colligitur) intelligit arte & exercitio: Hippocrates & Plinius, natura. Huc quoque
quadrat, quod ab iis scriptum est, qui numerorum rationes scrutati sunt, parem numerum foemi-
nam esse: imparē, marem: vt tradit Plinius lib. 2. cap. 49. quoniam scilicet, impar numerus semper
fortior est ad omnia: vt abundanter differuit Macrobius lib. 1. de Somnio Scipionis, & e nostris
Lucas Pen. in l. 3. post prin. C. qui mor. se excus. libro 11. Ex quo illud Virgilij,

—Numero Deus impare gaudet.

Bella uirorum
propria non
foeminarum.

Masculū pro
forti & uehe-
menti.
Mascula bi-
lis.

Mascula Sappho.
Mascula pro-
les.

Mascula me-
retrix.
Plauti locus.

Effoematio
carnium pro
debilitate.

Aioth ambi-
dexter.
Asteropaeus
ambidexter.

Amazones
cur mammam
dexterā exu-
runt.

Numer. im-
par mas est,
par foemina.



65
Mas & foemina in herbis, plantis, arboribus, virgultis.

Mares plantae, plus viriū habent, quam foeminae.

Amabiles quo pacto redduntur mares. Sappho cur Phaonē adamavit.

Plinii error. Theodori Gazae error.

Mares quomodo fiunt.

Ad idem.

Palma foemina sine mare nihil gignit.

Balani que proprie dicantur.

¶ Nec hinc etiam abhorret, quod licet Aristoteles lib. de Generatione animalium primo, cap. xx. eodemque vlt. non semel scribat, mare à foemina non separari in herbis, plantis, arboribus, & virgultis: quod & item adstruit lib. de Historia animalium 4. cap. 11. Alij tamen naturæ rerum scriptores hisce rebus, quibus maior vis est, masculi nomen ac titulum assignant: quibus minor, foemina: vt patet ex eo, quod scribit Dioscorides lib. 4. cap. 5. & seq. vbi de polygonio siue sanguinaria aut sanguinali foemina tractat. Tamen si Paulus Aegineta diuersa tradit in eadem verba, lib. 6. Sed hæc sententiarum diuersitas hinc manauit, quod is, vt & nonnulli alij, teste Plinio lib. 27. ca. 12. putauit, polygonon foeminam masculam esse, & è diuerso. At in vniuersum illud verum est, quod diximus, maiorem esse vim ac efficaciam in plâtis, arboribus, & herbis masculis. Nam quod in his sit sexuum differentia, ex eo patet quod Abies sexu distinguitur, vt scilicet altera sit mas, altera foemina, vt tradit Theophrastus lib. 3. Historiæ plantarū, cap. 10. & Plin. lib. 16. cap. x. Abrotanum, siue potius Abrotonum, vt placuit Dioscoridi lib. 3. cap. 15. Plinio lib. 21. cap. item 21. & Galeno lib. 6. Simplicii. Acer, ipsi Plin. lib. 16. c. 16. Agaricus Dioscoridi lib. 3. c. j. & Plin. lib. 25. c. 9. Anagallis, siue Corchorus, Dioscoridi lib. 2. c. 198. & Plin. lib. 25. c. 13. Apiū, Plinio, ex autoritate Chryssippi, ac Dionysij libro xx. cap. 11. Aristolochia, Nicandro in Theriacis, Dioscoridi lib. 3. ca. 4. & sequen. & Plinius lib. 25. cap. 8. & Apuleio, aut (vt alij vocant) Apuleo Celso, de viribus herbarum, cap. 12. Aron, Plinio libro 24. cap. 16. Arundo, siue Calamus, Dioscoridi, lib. 1. cap. 115. & Plinio lib. 16. cap. 35. non semel. Asphodelus, Plinio, ex Dionysio, li. 22. cap. item 22. Buto-nicum, Theophrasto libro 4. Histor. plant. c. 10. Calamus, vide supra Arundo. Centum capita herba, quam Eryngion Græci nominant: de qua Plinius libro 22. cap. 8. illud mirum dicit, eam habere duplicem radicem, alteram marem, alteram foeminam: & si viris mas contigerit, amabiles fieri: ob idque Sappho Mitylenæam Phaonem Lesbium adamasse: quod tamen portentosum dicit ipse Plinius. Chamæleon, eidem Plinio lib. 22. cap. 18. Chamæpitys, Dioscoridi lib. iij. cap. vlti. Cisthos, Dioscoridi libro j. cap. 117. & Plinio libro 24. cap. x. Conyza, quæ & Cunila & Cuni-lago dicitur, & Pulicaris ipsi Plinio libro xx. cap. xv. & libro xxj. cap. x. Corchorus, vide supra Anagallis. Cornus, Theophrasto libro 3. de Historia plantarum, cap. 12. & iterum libro 5. capit. item 5. & Plinio libro 16. cap. 25. Cupressus, aut, vt alij vocant, Cypressus, Theophrasto lib. Historiæ plantarum 3. cap. item 3. & libro 5. cap. 5. & libro de Causis plantarum 4. cap. 5. & Plinio lib. 13. cap. 15. & iterum libro 16. cap. 33. & Didymo, apud Constantinum Cæsarem, (vt præfert titulus operis γεωπονικῶν, hoc est, agriculturæ: siue is fuit Dionysius Cæsius Vticensis, vt aliis placet: siue alius quispiam: de quo in nostro Tractatu Nobilitatis, cap. 31. num. 153.) apud inquam, eum autorē lib. 11. cap. 16. vbi dicit cupressum marem sterilem esse. Cynosorchis, vide infra Orchis. Cypereus interpreti Nicandri in Alexipharmacis. Eryngium, vide Centumcapita. Faba, Octauio Horatiano, aut, vt alij vocant, Theodoro Prisciano, libro 4. de Physica scientia ad Eusebium filium, quo loco de calculi luxatione differit. Ferula, Plinio libro 20. cap. 23. Ficus, D. Basilio, Hexameri Homilia 5. Filix Dioscoridi libro 3. capit. 175. & Plinio libro 27. cap. 9. & ante hos Theophrasto lib. 9. Historiæ plantarum, cap. 20. Glycyfide, quæ & Pæonia dicitur, Plinio libro 27. c. x. Harundo eidem libro 16. cap. 36. Hedera, Plinio lib. 16. cap. 34. & Theophrasto lib. vj. de Histor. plant. cap. 2. in princip. vnde Plinius videtur totum eum locum accepisse. Verum Ruel-lius libro de Natura stirpium j. cap. 87. contendit mendum esse in exemplari Theophrasti, cui in-nixus est Plinius, atque etiam Theodorus Gaza, qui eum locum Latinum fecit. Neque enim ibi legendum κισσός, id est hederam, sed Cisthon, de qua diximus: viciniamque vocabulorū Plinio imposuisse. Ilex, Plinio lib. 16. cap. 6. Iuncus, eidē, lib. 21. cap. 18. & Theophrasto de Plantis lib. 4. Larix, eidē lib. 16. cap. x. & iterū cap. 40. Laurus, eodē lib. cap. 29. Libanus Oribasio lib. ἐπιπέρι-σων 2. cap. 57. Linozostis, quæ & Parthenion, & Mercurialis, Dioscoridi lib. 4. cap. 179. Plin. lib. 25. cap. 5. qui & illud mirum de ea dicunt (vt id obiter dicam) marem facere, vt mares gignantur: foeminam, vt foemina, si à purgatione, aut (vt transtulit Plinius) à conceptu bibarur, tritaque fo-lia genitalibus admouentur. Malua, illi autori γεωπονικῶν, ex autoritate Didymi libro 15. cap. 5. Mandragora, Dioscoridi lib. 4. cap. 70. & Plinio lib. 25. cap. 13. Mercurialis, vide supra Linozostis. Myrtus, Pausaniæ in Eliacis, vbi loquitur de simulacro quodam Veneris, facto ex myrto foemella. Orchis, quæ & Cynosorchis, id est, canis testiculus: de qua dicitur, marem esse maiorem & proce-riorem: & si maiorem edant viri, mares generari: si maiorem foeminæ, foeminas: vt est videre apud Dioscoridem lib. 3. cap. 142. & Plinio lib. 27. cap. 8. Pæonia, vide supra Glycyfide: & præterea apud Dioscoridem libro 3. cap. 149. & Serapionem, Simplicii, cap. 61. Palma, Herodoto lib. j. non adedè longè à fine. Theophrasto, libro 2. Histor. plantar. cap. 8. & libro 3. de causis plant. cap. 23. vbi scribit, fructum perdurare in palma foemina nunquam posse, nisi florem maris cum puluere ei insperferint, & Plinio lib. 13. cap. 4. qui & illud memorabile tradit, palmas foeminas sine maribus non gignere: & Philostrato in Iconibus, illo capite, quo tractat de paludibus: & Iulio Polluci lib. 2. cap. 12. quo loco differit de nominibus oleæ, vitis, ficuū, & palmarum: vbi ex autoritate Herodoti & Xenophontis, tradit palmæ foeminæ fructus proprie Balanos dici, & Leontio & Florentino in illis Georgicis: & ex eorum autoritate Constantino illi, aut quisquis is fuit, libro 10. cap. 4. vbi id dicunt, palmam ipsam amare, & quidem ardentem, alteram palmam: neque prius desiderium in ipsa cessare, prius quàm ipsam mas consoletur. Videre enim est, inquit, arborem ipsam incurua-

tam, nec ferentem proprium firmamentum, neque fructum producentē. Atque hoc ipsum agri-colam non latere: nosse enim illum quod amet, quam verò amet, ignorare. Ideo multas palmas il-le contingens, rursumque ad amantem regrediens, eamque manu attingēs, quasi osculum muruò ministrare videtur. Quam verò palmam desideret, affectuum, ac (si ita dicere liceat) manuum nutu aliquo modo significat. Ad illam enim respicit, & in illam radicibus extensis, se amanter iniicit, eamque quasi amplectitur. Medela igitur amoris est, vt agricola frequenter masculam contingat, & manus suas amanti admoueat, & maximè vt flores de capite masculæ ademptos, in caput amā-tis imponat. Hoc enim modo amorem mitigat, & palma ipsa splendida reddita, postea pulcher-rimum, optimūque fructum feret. Et præter hos D. Basilio, Hexamer. Homilia 5. vbi etiam tra-dit, palmam quæ foemina dicitur, in marem pronam, blandioribus ramis nutare, quasi gestientem, atque amplexum maris percipientem. Stirpiū verò cultores inter ramos tunc, quasi femina quæ-dam, maris florem lanuginemque immittere, atque ita illam quasi voluptatem inde percipere, se-que demum rursus erigere, ad formamque propriam suas comas restituere. Quod & idem pro-pemodum scribit D. Ambrosius lib. 3. eiusdem tit. cap. 13. Est etiam, inquit (quod mireris) ipsis fe-xus in pomis, est discretio sexus in arboribus. Nam videas palmam, quæ dactylos generat, plerū-que inclinantem ramos suos, & subiacentem, & concupiscentiæ atque amplexus speciem præte-dentem ei arbori, quam palmam marem appellat pueri rusticorum, &c. De quo & tu videas Cæ-lium Rhodig. lib. 20. cap. 34. Parthenion, vide supra Linozostis. Pastinaca, Serapioni Simplicium, cap. 166. Picea, Plinio libro 16. cap. x. Pinus, Theophrasto libro 3. Histor. plant. cap. x. & iterum lib. 2. eiusdem operis nono, cap. 2. Pistacium, Damaegeroni illi autori γεωπονικῶν, lib. 10. cap. 12. vbi scribit, pistacia feri circa Calend. April. marem & foeminam coniunctis naturis, mare ad Fauonium dorsum habente: ita enim connexas fructum vberiore producere. Polum, Nicā-dro in Alexipharmacis. Pollicaria, Theophrasto lib. Historiæ platarum 6. cap. 2. Polygonon, Dioscoridi lib. 4. cap. 5. & seq. Plinio lib. 27. cap. 12. & Galeno lib. Simplicium 8. quibus locis Dio-scorides & Galenus nuncupatim dicunt, foeminam non tam efficaces vires habere, quàm marem: vti etiam tradit Serapion Simplic. cap. 351. vbi tamen interpretes erranter putat hanc esse, quæ vul-gò Virga pastoris appellatur. Pylion, Plinio lib. 27. cap. 12. Pulegium, eidem lib. xx. cap. 14. & Apuleio Celso de viribus herbarum, cap. 93. & Serapioni Simplicium, cap. 310. Publicaris, vide supra in Conyza. Quercus Plinio libro 16. cap. 6. Rapa, Theophrasto lib. Histor. plant. cap. 4. & Plinio, libro 18. cap. 13. & lib. 19. cap. 6. Ruta, Pythagoræ, & ex eius autoritate Plinio libro xx. cap. 13. Satyrion, eidem Plinio libro 26. cap. 10. Scilla, illi ipsi libro 19. cap. 5. & iterum lib. 20. cap. 9. Sorbus, Theophrasto libro 3. Histor. plant. cap. 12. Taxus, Plinio lib. 16. cap. x. Tere-binthus, Theophrasto lib. 3. cap. 15. & Plinio lib. 13. cap. 6. Tilia, eidem autori, eodem lib. 13. cap. x. Tithymalus, Dioscoridi lib. 4. cap. 155. aut, vt alij computant 159. & Apuleio Celso lib. de viribus herbarum, cap. 109. Verbasco, Dioscoridi lib. 4. cap. 115. Plinio lib. 25. cap. x. & Galeno lib. Simpl. 8. cap. de phlomo. Verbenaca, Plinio lib. 25. cap. 9. Viscum, eidem lib. 16. cap. 44. eodemque vlt. Vrtica, eidem Plinio, lib. 21. cap. 15.

66 ¶ Et generaliter idem Plinius libro 13. cap. 4. arboribus, inquit, imò magis omnibus, quæ terra gignit, herbisque etiam, vtrumque sexum esse, diligentissimi naturæ tradunt. Quod & ipse innuit libro 16. cap. 33. dum dicit, hederæ esse duo genera, scilicet marem & foeminam, vt reliquarum her-barum, & D. Basilio Hexameri homil. 5. & Diuus Ambros. lib. eiusdem, tit. 3. & ante hos Theo-phrastus lib. Histor. plant. 1. cap. vlt. & iterum libro 3. cap. 9. & seq. vbi dicit, arborum vniuersarum plures differentias intelligi: sed eam publicam, qua mas, & foemina distinguuntur: quorum alter sterilis est, altera fructifera. Vbi autem ambo sunt fructiferi, foeminam ferre fructum meliorem: nisi fortè mares eas vocari libeat: esse enim nonnullos qui ita vocent. Nam & Diodorus Siculus lib. 2. c. 3. tradit Aegyptios arbores ferentes contra Græcorum morem appellare mares: foeminas verò quæ adiuvant maturitatem. Et ante hos omnes Aristoteles non obscure lib. j. de Generatio. ani-mal. capit. item j. & libro quoque Plantarum, vbi eius sententiæ Empedoclem autorem laudat. Vt minus mirum videatur, viscum, quod ex quibusdam arboribus nascitur, sexu quoque distin-gui, vt aliud sit masculum, aliud foemineum, vt patet ex Plinio lib. 16. cap. 44.

67 ¶ Quod non aliunde fit, quàm quod aliis insunt marium vires, alii foeminarum, eo, quem supra diximus, modo. Nam & Theophrastus ipse eiusdem illius operis lib. 5. cap. item 5. & Plinius lib. 16. cap. 41. tradunt, in arboribus mares in totum esse robustiores firmiorisque foeminis: quod & è recentioribus tradit Cælius, qui nullum antiquiorum citat lib. 20. cap. 34. Dioscorides autem lib. j. cap. 81. scribit, inter thura principatum obtinere thus masculum. Idque tradit Plinius lib. 12. cap. 14. tributum religioni, ne sexus alter vsurparetur. Ex quo illud Virgilij Ecloga 8.

Verbenasque adole pingues, & mascula thura.

Et illud Ouidij in Carmine de Medicamine faciei:

Cumque Ammoniaco mascula thura sale.

Id autem ex his est, ex quibus theriaca con-ficitur, vt videre licet ex Galeno, (si is est) in lib. de Theriaca ad Pamphilianum. & ex Paulo Aegi-neta libro 7. cap. 11. Et aliàs sæpe eo vtuntur Medici, vt videre licet apud Plinium (si is est) de Re medica lib. 2. cap. 16. & cum apud alios, tum apud Aemylum Macrum, aut quisquis is fuit, qui librum de herbis conscripsit, eo in loco, vbi de cinnamo agit.

Serapionis locus.

Mas & foemina in omnibus, quæ terra gignantur.

Arborum foeminarū fructus melior.

Arbores mares robustiores.

Thus masculum.

68 Lapidēs & gemmas sexu distingui.

Et metalla. Et solum. Et sabulum.

69 Mares animi uiribus fœminis præstant. Viri appellatione potior animi pars significatur. Mulieris infirmior.

Minerua cur sine matre nata dicitur.

70 Fœminarum consilium inualidum, fragile, infirmum.

71 Mulieres fragiles.

Mulieribus cur potestas contrahendi interdicta.

¶ Sed, ut redeamus, non ob aliam quoque causam, nisi quod mares sunt efficaciores, lapides quoque & gemmæ sexu distinguuntur. Quod de Magnete tradit Plinius ex autoritate Sotaci lib. 36. cap. 17. Et de Aetite idem eo. lib. cap. 21. in princ. & de Carbunculo & Sandastro, quam alij Garamantitem vocant: & de Carchedonio, & Sandastro, lib. 37. cap. 7. & de Iaspide & Saphiro, eodem lib. 37. cap. 9. Et de Diphrite, eiusdem lib. cap. x. Et de lapide Syriaco Galenus Pharmacorum πρὸς τὸν 85 lib. x. c. j. Et de Cyaneo lapide, Solinus cap. xxj. Vti etiam metalla, ut de Stibio tradit Plin. lib. 33. cap. 6. quanquam & id quibusdā lapis esse creditur. Sed & solū fabulosum aliud esse masculinum, aliud fœmineum videri potest, ex eodē Plinio lib. 35. c. 14. nisi ibi mēdum sit. At certè mendū non est: cūm & ipse Plin. lib. 31. c. 3. tradat sabulum quoppiā masculinum esse, ut Vitruuius lib. 2. c. iij. Quid quod in singulis elementis quædam sunt mascula, quædam fœminea, si Aegyptiis credamus id ipsum opinantibus. Nam aerem marem iudicant, qua ventus est: fœmineum, qua nebulosus & iners. Aquam virilem vocant mare, muliebrem omnem aliam. Ignem vocant masculū, qua ardet flamma, & fœmineum, qua lucet innocuus tactu. Terram fortiozem marem vocant, saxa cautēque: fœminæ nomen assignant huic tractabili. Id quod à Seneca traditum est Naturalium quæstionum lib. 3. Ex quibus intelligis, semper ei quod fortius est, sexum virilem tribui, quod debilius, fœmineum.

¶ Secundum quoque, in quo diximus, mulieres esse, quàm viros, animi viribus longè inferiores, in confesso est, vel autoritate sacrarum literarum, quæ (ut annotarunt plerique docti Theologi in enarratione primi Psalmi) viri appellationem vsurpant, cūm potiozem animi partem significare volunt, quam Philosophi, rationem, Paulus spiritum appellat. Rursum mulieris vocabulo infirmiozem mentis nostræ portionem indicant, quam nos affectum, Theologi ipsi carnem vocant. In id quæ referunt illud eiusdem Psalmi primi, Beatus vir, qui non abiit in consilio impiorum. Illudque primi Regum 26. cap. Nunquid vir es tu? Atque illud Iudicum cap. 7. Gedeon filius Ioas, vir Israel. Et Esaiæ 59. cap. dicit Deus, quia non est vir. Nec id quidem iniuria, cūm multis placeat mulieres fermè rationis esse expertes. Nam diuinus ille Plato dubitare videtur, vtro in genere ponat mulierem, rationalium animalium, an Brutorum. Martianus autem scribit Mineruam natam esse sine matre: quoniam in fœminis prudentia non est: cuius dea est ipsa Minerua. Versus Martiani sunt huiusmodi in hymno Palladis,

Hanc de patre ferunt sine matris fœdere natam,
Prouida consilia quod nescit curia matrum.
Γυναῖκες ἐστὲν ἐδὴ ἀμυχανώταται,
κακῶν δὲ πάντων τέκτονας ὁφείλαται.
Mulieres sumus ad bona consilia inertiſſima,
Malarum autem omnium artifices sapientiſſima.

Euripidis in Medea sententia est:

Id est,

Quibus ad stipulatur ille Mimus Publij, aut Senecæ, aut etiam alterius:
Malo in consilio fœmine vincunt viros.

¶ Imperatores Honorius & Theodosius in l. si pater. in fin. C. de sponsalib. scriptum reliquerunt, fœminarum consilium plerunque aduersus propria commoda laborare. Aristoteles lib. j. Politic. cap. vlt. scribit, consilium mulierum esse inualidum. Quem citat, loco tamen suppresso Bal. in rub. C. de rer. permūt. vers. item quare donatio. vbi hoc dicit esse naturale & immutabile. & in l. j. col. 12. vers. super quarto articulo. C. qui accu. non poss. & in cap. 1. in 2. lect. col. pen. vers. vltimò quæro. extrà de iudic. & Philip. Dec. conf. clxxxvij. in casu proposito. vers. non obstat ratio. Accursius autem earum consilium dicit esse fragile, in l. j. C. de confirm. tuto. Et alibi infirmum, videlicet in §. j. Instit. de satisfat. tuto. & vtraque copulat Petrus Anch. conf. 231. de primo, col. vlt. Et in hanc sententiam manibus pedibusque dicit Cicero, in oratione pro Lucio Muræna, cuius verba paulò post subiiciam. Philo autem apud Antonium Monachum in 2. tomo Melissæ, Sermo. 33. ἀδελφὲν δὲ εἰπὼς ἐστὶν αἱ γυναῖκες ἢν γυναικῶν. Infirmitate quodammodo sunt mulierum consilia.

¶ Sed quisnam miretur mulierum consilium existimari fragile & infirmum, cūm mulieres ipse dicantur fragiles esse, infirmæ, imbecilles? Fragiles quidem, ut scribitur in l. si mulier. C. ad Velleianum. & in l. si pater. C. de sponsal. & in l. j. pen. C. de rei vxor. actio. & in l. vlti. C. de donat. ante nupt. & in l. sicut. ibi, sexus fragilitas. C. de præscript. xxx. vel xl. annor. & in l. assiduis. post princ. C. qui potio. in pigno. habeat. & in l. quisquis. §. ad filias. C. ad leg. Iuliam maieſta. & in §. j. ad fin. Instit. qui ali. licet. & in c. ex parte abbatissæ. extrà, de priuilegiis. & in cap. Adam. 24. q. 5. Ideoque Bapt. Mantuanus Ecloga 4. de mulieribus sic scribit:

Quisquis es, (expertus moneo) tentare recusa.
Dum licet, hic fragilis quot habet fastidia sexus.

Diuus Hieronymus, aut alius quispiam (quod magis puto) in regula monacharum ad Eustochiū, c. 16. Debilis est nimium sexus, quem geritis, ac fragilis, ac mobilis, si suo relinquatur arbitrio. E nostris autem Ang. conf. cxj. super puncto videtur. post princ. dicit, quod propter hanc mulierū fragilitatem, mos inoleuit apud omnes ferè Italos, ut ipsis mulieribus sit potestas contrahendi interdicta sine consensu Minuualdi, ut Florentiæ: vel proximorum, ut alibi. Et ante eum idem fermè dixerat Bal. ipsius frater. in l. ij. in 9. quæst. C. de rescin. ven. & in c. sicut. col. vlt. de probat. & conf. 407. præsupponendum, lib. 2. de quo postea abundè dicemus.

¶ Quod

72 ¶ Quod ex veterum Græcorum institutis prodiit, apud quos ex lege tutores & curatores mulieribus dari solitos legimus, sine quorum arbitrio & autoritate nihil eis agere licebat, ut retulit Harpocratio, & videre etiam licet ex Demosthene in Oratione aduersus Neæram, ὁ νόμος κελεύει, εἰάν τις ἀποπέμπῃ γυναῖκα, ἀποδιδόναι τὴν προίκαν: εἰ δὲ μή, ἐπ' ἐννέο δόλοισι τοκοφορεῖν, καὶ σίτου ἐσόδου ἢ δικάσασθαι ὑπὲρ τῆς γυναίκος ἢ κυρίως. Id est, lex iubet, si quis vxorem ablegauerit, restituere dotem: alioqui fœscentesimam dotis penfitare, licere tutori, qui scilicet mulierem in potestate habet, & rei vxoriæ aut ex stipulatu agere ad dotis repetitionem. Et Tullio in oratione pro L. Flacco, Emptiones falsas, prædiorum proſcriptiones cum mulierculis aperta circumscriptione fecisti. Tutor his rebus Græcorum legibus adscribendus fuit. Hæc ille. At priuatim Atheniensium legibus non passim concedebatur, sed illis præſcribatur commerciorum modus: neque enim illis licebat mercari vltra sex modios hordei, quod has infirmum animum gerere putarent, ut tradit Dion Prusiensis in libro πρὸς ἀπιστίας, id est, de non temere credendo.

73 ¶ Illa autem mulierum tutela ad Romanos, ut alia multa ex Græcis translata est. Ex quo illud Plautini Megadori in Aulularia de mulierum luxu,

Quarum animis auidis, atque insatiabilibus
Neque lex, neque tutor capere est qui possit modum.

Et quod scribit ipse Tullius in Oratione pro Cecinna non semel. Nam illud primū in eo loco scribit: Iudica hoc factum esse, aut nunquam factum, vel cogitatum crede huic testi: has improbatas tabulas, hoc non potest. Cui filius agnatus sit, eius testamentum non esse ruptum, iudica: quod mulier sine tutore auctore promiserit, deberi: non est aditus ad huiusmodi res, &c. Et paulò post, Ipse nunquam audeat iudicare deberi viro dotem, quam mulier nullo auctore dixisset. Et in Oratione pro L. Muræna: Mulieres omnes propter infirmitatem consilij maiores in tutorum potestate esse voluerunt. Cui concinens Boethius libro in Topica Ciceronis 2. Mulieres, ait, antiquo iure tutela perpetua continebat. Recedebant verò à tutoris potestate, quæ in manum viri conuenissent. Quod & repetit lib. 4. enarrans illud Tullij, quod & id astruere videtur. Non quemadmodū quod mulieri debeas, rectè ipsi mulieri sine tutore soluas auctore: ita quod aut pupillo, aut pupillæ debeas, rectè possis eodem modo soluere. Et Cato ille Censorius apud Liuium lib. 4. Belli Macedonici: Maiores quidem nostri ne priuatam quidem rem agere fœminas sine auctore voluerunt. Et iterum lib. 9. loquens de Hispala Fecennia: Post patroni mortem, quia in nullius manu erat, tutore à Tribunis & Prætoze petito, cūm testamentum faceret, &c. Et id quoque apertè adstruit quod à Plutarcho sumptum est in Numa Pompilio, Vestalibus eum honorem veluti speciali priuilegio redditum, ut omnia gerere sine curatore, quemadmodum & trium filiorum matribus, tanquam cæteris mulieribus non liceret.

74 ¶ Infirmas verò esse mulieres (quod non admodum distat à superiori) testimonio sunt leges nostræ, quæ ob id multa statuerunt. videlicet l. 2. §. verba. in fi. in illis verbis, infirmitas mulierum. ff. ad S. C. Vellei. & l. regula. statim post prin. ff. de iur. & fa. igno. & l. cuius bonis. ff. de cu. furio. & l. deferre. in prin. ff. de iure fisci. & l. j. §. accusationem. ibi, propter sexus infirmitatem. ff. ad S. C. Turpil. & l. j. ibi, fœmineæ infirmitatis. C. quan. mulie. tut. offi. fun. pot. & l. quisquis, nuper allegata. C. ad le. Iuliam maie. & l. nullus. C. de iu. ff. lib. x. & l. nullus folius. C. de decur. eo. lib. & §. his confens. vers. vnde volumus, in auth. de æqual. dot. Cui accedit illud Erus Ouidianæ ad Leandrum:

Fortius ingenium suspicor esse viris.
Vt corpus teneris, sic mens infirma puellis.

Illud quoque Hieronymi, aut alterius non indocti, ad Præsidium, de cereo paschali: Sectemur saltem mulierculas: sexus nos doceat infirmior. Diuus autem Petrus Epistola j. c. 3. mulieres vocat infirmius vasculum.

75 ¶ Item eas esse imbecilles, (quod & idem ferme est) comprobant & nostræ leges: ut est text. in d. §. verba, ibi, propter sexus imbecillitatem, & in l. imperialis, in prin. C. de nup. Et Valerius lib. rerum memorabilium 9. cap. j. inquit: Sed quid ego de mulieribus vltèrius loquor, quas imbecillitas mentis, &c. Plutarchus quoque in Problematis, ca. 116. Cur, ait, mulieres propinquis & cognatis non nubunt? quoniam mulieres propter imbecillitatem multorum ope, & auxilio egentes, propinquis idcirco adiungere noluerunt, ut si quæ à viris suis iniuria afficerentur, cognati opem ferrent. Quintilianus autem auus, Declamatione 338. Imbecilla res est, inquit, fœmina. Et Decl. 368. scribit matrimonia ab ipsa rerum natura, inuenta, sicque mares fœminis iungi, ut imbecillior sexus præſidiū ex mutua societate fumat. Quæ sententia videtur fuisse sumpta ab Aristotele lib. Oeconomicôn j. c. 3. qui tamen de corpore potius, quàm de animo, loqui videtur. Sed & idem Aristo. lib. Problematis n. 29. c. 11. Cur, ait, mulierem interficere iniquius sit, quàm virum, quanquàm naturæ ratione mas fœmina præstantior est? an quia mulier imbecillior est, minisque proinde iniuriam facere potest. Etenim eniti aduersus id, quod longè infirmius est, nihil virile, imò stolidum atque iniquissimum est. Hæc ille: quæ tam ad animum, quàm ad corpus referri possunt. Tradit Vopiscus Aurelianum Imperatorem, cūm Zenobia ad pœnam vocaretur à militibus, quod sibi imperium vsurpasset, illam vita donasse, quod indignum existimaret mulierem interimere. In quam sententiam Euripides in Hecuba:

ὁ ἀποκτείνεν φθόνος

Græcorum legibus, mulieribus dabatur tutor, aut curator.

Mulieribus non licere sine tutore contrahere, aut aliud quippiā agere.

Mulieres infirmas esse.

Mulieres imbecilles esse.

Mulieres cur propinquis non nubunt.

Matrimonia cur inuenta.

Mulierē interficere iniustum.

γυναι

Γνωστικας

Quam inuidiosum,interficere foeminas?

Nam (vt idem scribit in Hercule furente) mulieres quodammodo sunt masculis miserabiliores.

Τὸ θῆλυ γὰρ πῶς μάλλον οἰκτρὸν ἀρσένων.

Cui concinit,quod e nostris tradit Bal.conf.xcvj.factum tale est, Carolus,lib.2.quod mulier miserabilior est viro.

76 Mulieres decipi faciles.

Ex hac sexus muliebris imbecillitate illud quoque fit,vt mulieres sint admodum decipi faciles, vt asserunt Aristoteles & Auicenna,alter Philosophorum,alter medicorum,vt plerisque placet,& mihi quoque,Arabum certè maximus, vterque circa initia lib.9.de animalibus, & Albertus magnus Aristotelis simia,lib.viij.de animalibus,cap.j. & insinuat illud Ouidianum in epistola Phylididis ad Demophoontem;

Fallere credentem non est operosa puellam

Gloria:simplicitas digna fauore fuit.

Sum decepta tuis & amans, & femina verbis:

Dij faciant laudis summa sit ista tuae.

Improbe quid gaudes,aut qua tibi gloria parta est?

Quidue vir elusa virgine, laudis habes?

Et alibi in epistola Cydippes ad Acontium:

Veluti non magnum sit negotium,non magna gloria,& amantem,& foeminam decipere.In quo videtur fuisse imitatus illud Virgilij 4.Aeneidos:

Egregiam verò laudem, & spolia ampla refertis

Tuque puerque tuus:magnum & memorabile nomen,

Vna dolo diuim si femina victa duorum est.

Cui etiam concinit illud Ouidij lib.j.Amorum,Eleg.7.

Quaę tuos currus comitantum turba sequetur,

Clamet to forti victa puella viro est.

At apud Homerum lib.5.Iliados,Diomedes non sine bili Veneri exprobrat,quod mulieres impotentes,siue imbecilles deciperet,ita enim loquitur: —ηδουχ

αλεις,οτι γνωστικας αναλκιδας ηπεροπευεις.

Chrysofotomus autem (si is est) in 2.parte Homiliarum in Matth.Homilia 23.in princi. Sexus, ait, mulierum incautus & mollis est:incautus,quia non omnia qua videt,aut audit,cum sapientia & ratione considerat:mollis autem,quia facile flebitur,vel de malo ad bonum, vel de bono ad malum.Idem in epistolam ad Corinth.2.Homilia 23.dicit mulierum proprium esse decipi.

77 De eadem re.

Cuius etiam rei text. est apud nos in c. Adam.33.q.5.& in §.j.post medium.in auth.vt immobili ante nup.dona. in illis verbis, mulier quippe mariti seductionibus facile decepta. &c. & in §.his consequens. versi.vnde voluimus, in auth. de equal.doti.& annotauit Lucas Penna, in l.vlt.col.3. C.de priuil.scho.lib.12.At Bald.in c.2.col.2.versi.item hoc statutum,de probat. scribit, ea statuta, qua in contractibus mulierum requirunt consensum propinquorum,habere in se naturalē rationem,quia mulieres multis deceptionibus patent.Idem in l.2.in 9.q.C.de resc.vend. dicit huiusmodi statuta esse æquissima,quia mulieres facillimē seducuntur.Sed & antē, in 4.quaest.eiusdem l.dixerat,facilius ob id succurri mulieribus,quam viris remedio illius l.& sequitur Imo.in c. cum contingat,de iureiur.& Barb.conf.lv.præclare scribitur.col.vlt.lib.ij.& Philip. Dec. conf. 61.vifo thamate.col.vlt.Idem quoque Bald.conf.cxv.verba dicunt.domina Antonia. circa medium lib.j. ait,quod non debet permitti,quem male vt substantia sua,& maximē mulieres qua facile decipiuntur.Et Iason in l.non tantum.col.2.ff.de re iud.dicit,quod statutum Parmæ,disponēs,quod maritus in vltima voluntate non possit relinquere vxori suæ vltra centum libras, licet sit exorbitans,imò correctorium iuris communis,extenditur ad vxorem,vt etiam non possit viro relinquere:ea ratione motus,quod maior ratio est prohibitionis in vxore, quam in marito, vt quam maritus potest seducere,atque inducere ad sibi relinquendum.Et ita dicit consuluisse, & sibi multos doctores subscripsisse.Et facit quod scribit Pet. Anch. d.cōf.231.de primo dubio.col.vlt. quod facilius succurrit mulieribus in annullandis rescindendisque earum contractibus,quam viris.

Mulieres facilius restituantur.

78 Foeminae cur in feudis non succedant.

Igitur cum mulieres sint huiusmodi,habēantque consilium inualidum,fragile, infirmum, non iniuria statutum est, vt foeminae in feudis non succedant, sicut faciunt masculi.Nempe propter fragilitatem consilij, quoniam vasallus inter cætera iurat præstiturum se domino consilium.c.j.tit. de for.fideli.& c.mulier.tit.de noua for.fidel.Mulier autem non est apta nata solidis consiliis, vt dicit expressim Bal.hanc inter alias huius rei rationē reddens, in l.quoties, qua est vlt.col.3.versi. & dic,quod mulier regulariter.C.de suis & legi.& Nico.Neapo.in c.j.§.& quia.& ibi quoq; Alua.col.vlt.& Car.Ale.char.ante.p.in 9.fal.tit. qui feu.da.pof.Soc.cōf.257.vifis inuestituris.col.2.& Frā. Cur.Iunior,conf.j.facti contingētia.col.4.vbi tamen errāter allegat Bal.in l.quoties.C. de fideic. Alibi verò idē Bal.videlicet in c.significauit.col.j.extrā de resc.dicit, quod ratio naturalis cōsentit,vt foeminae regulariter in feudis non succedat:quia animi consiliū non reperitur apud foeminā.

78 Statutum requirens consensum con-

Præterea idem Bal.in l.j.col.vlt.versi.vtrum autem,si statutum loquitur de coniunctis.C. qui ad mit.dicit not.Quod statutum requirens consensum vel autoritatem coniunctorum, ad contractum vel alium actum conficiendum,non compræhendit foeminas:quia consilium propriè viro- rum est,non mulierum.arg.l.quidam decedens.§.Papinianus.ff.de adm.tut.quod & idem voluit ipse

ipse Bal.in l.vlt.C.de verb.sign.vbi etiam Ang. qui & hanc rationem reddunt,quod huiusmodi statutum ponderat prudentiam consilij,per tex.in l.vlti.ff.de fi.instr. Et rursus idem Bal.conf. ccj.in prouincia Anconitana.col.vlt.versi.quoad articulum de matre.lib.1.vbi in ratione huius rei dicit,quod mulieres non habent integrum consilium.& idem sentit,confi.cxx.super primo puncto,in j.dubio,lib.iiij.vbi etiam dicit,quod foeminae lubricum habent consilium, ideoque nō videri huiusmodi statutum de muliere sensisse.& ita etiam voluit Petr.Aucha.in repe.c.j.extrā de constit. Paul.Cast.in l.fi dotem.§.fi patri.ff.sol.mat.vbi dicit esse menti tenendum.Alex.in l.ij.§. voluntate,col.3.versi.pro hoc etiā adduco.ff.sol.mat.& confi.xxiiij.animaduersis his,col.8.versi. & præfertim lib.ij.Idem,si tamen is fuit,in addi.ad Bal.in l. quicumque,col.3.versi.nota tertio. C. de ser.fug.& Barb.in repe.l.cum acutissimi.col.52.versi.tu pondera.C.de fidei.& in cle.j.in char. vj.in paruis.de elect.& confi.xlj.immortale.col.6.versic.præterea in ista donatione,lib.iiij.& Petr. Phil.Cor.conf.lxxiiij.de duobus.col.vlt.lib.1.& confi.lxxxiiij.videtur in hac cōsultatione.in prin. lib.1.& cōfi.cccxvj.quoad primū.col.5.versi.& huiusmodi statutum.eo.lib.1.& confi.94.circa primum dubiū.col.1.lib.ij.& confi.138.placet mihi.col.3.versi.& in materia differenti.eo.lib.ij.& cōfi. 156.de duabus.col.j.eo.lib.ij.& cōfi.224.non sequendo ordinē col.3.versi.& propterea concludit. eo.lib.2.& confi.cj.videtur in hac cōsultatione.col.vlt.lib.iiij.& confi.271.de hac cōsultatione. col.vlt.eo.lib.4.Fran.Cur.senior confi.ix.Ticinensi statuto.col.5.versi. & pro ista cōmuni parte. & Iason in l.fi quis id quod.col.2.versi.istam regulam limita.ff.de iurisd.om.iudi. vbi hoc notabile dicit,& iterum in l.tres fratres,col.2.versic.octauo notandum.ff.de pact.& Benedi.in repe.c. Raynuitius.in verbo,duas habens filias.nu.24.& nouissimē Phil.Dec.in l.ij.col.6.versi.xxv.& iterum col.11.versi.fit ergo conclusio.ff.de regu.iur.& in l.j.col.3.versi.ad aliud dictum.C.vnde vir & vxor.& confi.cxxxviiij.in casu proposito,versi.non obstat ratio.& Alciat.in l.j.in verbo com plectitur.ff.de verb.signi.& Steph.Bertr.conf.cxxxvj.multa sunt,in fi.lib.1.

infortū non comprehendit foeminas.

80 Sed & eleganter,& in pulchro casu consuluit Bal.conf.vj.hæc est copia.lib.ij. valere testamentum à foemina conditum præsentibus duobus propinquis masculis,prætermissa muliere,qua illis erat propinquior,quamuis ex dispositione statuti mulier non posset testari sine consensu duorū propinquorum consanguineorū.Nam de masculo loquitur statutum,non de foemina.quia lubri cum foeminae consilium non debet per aliam foeminam suppleri. Hæc ibi Bald. qui etiam subdit, quod si mulier,qua dicitur propinquior, sit sapiens & discreta, non tamen requiritur eius consensus.allegat l.vlt.in ratione sui.ff.de legi.tur. Quasi diceret Bal.nullam certē foeminā, quantumcunque pro sexus capacitate prudentem,satis tamen habere consilij,aut prudentiæ, vt ad ea vocari debeat,qua consilio & prudentia geri debeant.Cui concinit,quod scribit Gal.in exhortatione ad bonas artes,post prin.Veteres fortunam,depinxisse mulieris specie,vt illius imprudentiam amentiamque euidentius exprimerent.

De eadem re.

Fortuna cur muliebri specie depingatur.

81 Confine est,quod eleganter scriptū est ab Ang.eiusdē Bal.fratre non indigno,cōfi.cxcj.cuius id exordium est,super puncto videtur, quod si testator quispiam iusserit aliquid fieri consilio cōsortium,certē sub hoc nomine non cōprehenditur foemina, neq; ea ob id vocāda est ad huiusmodi consiliū. Quem in id nuncupatim allegat & sequitur Fran.Aret.in l.cum hæres.in prin.col.vlt.ff. de acqui.hær. licet Ang. ipse non ita clarē voluisse videatur,nisi mendum sit in meo codice.

82 Confimilem vim habet,quod dicit Bal.vt ad eum redeamus, in c.ad audientiā,l.j.in fi.de rescri. quod in officiis masculinum non concipit foemininum. Ideoque licet aliās appellatione fratris veniat soror,d.l.tres fratres.ff.de pact.cum fi. Tamen si testator dixit, relinquo fratres meos executores mei testamenti,non intelligitur de sororibus.allegat dictam l.cuius bonis.ff.de cur.fur.Et subdit rationē,quia foemina habet cōsiliū inualidum. Quam decisionem negat Iason esse alibi, in l.ex facto,in prin.col.pe.versi.circa secundam conclusionem.ff.de vulga.& pup. & facit not.& sing.idem Iason in d.l.fi quis id quod.col.3.versi.quartō notabiliter limita.ff.de iurisd.om.iudi.& in d.l.tres fratres,quo loco nuper illum citauimus, vbi & hoc dicit sing.& Phil.Dec.in d.l.ij.col. pen.versic.octauo quid in officiis.ff.de reg.iur.& Cotel.Cotta. qui & id dicit sing.in memor.masculinum,in vltima editione, neque enim in prima id erat ascriptum.

Masculinum in officiis nō comprehendit foemininum.

83 Paulō diuersius, sed tamen ad hanc referendum formam,quod no. voluit Bart.in l.j.in fin.ff. de legi. per tex. ibi in verbo, virorū, quod mulieres nō possunt esse de cōsilio: vnde in condendis legibus, vel senatusconsultis, vel cōstitutionibus non debēt interuenire. Neque earum vsus inducit consuetudinem. Sequuntur Albe. & Ang. hoc assignantes mulierum fragilitati. Fulg. & Iaf. ibi & Lucas Pen. in l. nominationum, col.3.versi. quartō quaeritur. C. de decu. lib. x. & Imo. in l. j. §. vlt. ff. de verb. obl. Pan. cōfi. 53. in prædicta causa, post prin. lib. ij. & Ro. sing. xlij. ad hoc v. secūda cōsuetudo, vbi dicit esse tenendū menti. & Ioā. Plat. in l. patrimoniū, ante fi. C. de mun. pat. lib. x. Ang. Aret. in §. ex non scripto. col. vlti. versi. quaro an foemina. Insti. de iur. nat. gen. & ciui. Maria. Soci. cōfi. vij. nunc quaestorū. col. pe. versi. circa secundū. & Card. Alex. in c. frustra. in fi. vij. dist. Fran. Cur. Senior in repe. l. si quis maior. col. 2. nu. 8. C. de transa. & Lud. Bolog. in repe. auth. habita. col. 2. C. ne filij pro pat. & Phil. Dec. in d. l. ij. col. 6. versi. 18. & Cotel. in d. memor. masculinū. & Casar Laberti in tractatu de iure pat. in ij. art. vij. quaestionis primæ partis, lib. 1. nu. 11. & ante hos omnes Cyn. in l. ij. col. 11. versi. itē dicunt doct. C. qua sit long. cōsue. per tex. in d. l. j. ff. de legi. vbi & hoc dicit idē, licet, ceteri eum non allegent. & Io. And. qui tamen limitat, quantum ad cōsuetudinem,

Mulieres non interueniūt in condendis legibus.

Mulieres consuetudinē non introducunt.

-Bella horrida Martis.
Othrysy, Thressaq, viraginis arma retractat.
Cassandram Seneca in Agamemnone:

Dura virago, patiens malig.

Quaquam (vt id obiter dicam) viragines pro virosis, hoc est, virorum appetentibus vsurpet Iulius Firmicus lib. Astronomicon vj. c. xxxj. & lib. viij. c. xxvij.

Et hinc quoque animi viriles dicuntur, e diuerso animorum muliebrium, vt supra ex Ennio diximus: & vt apud Thryphonium nostrum Iurifconsultum legitur, l. vlti. ff. qui pet. tut. & Virgilium lib. iij. Aeneid.

Ecquid in antiquam virtutem, animosq, viriles.

Ante annos, animumq, gerens, curamq, virilem.

Fertur in exequias animi matrona virilis.

Arma ego femineis animum motura virilem.

Mercibus inserui.

Et apud Senecam in Agamemnone:

Animos viriles corde tumefacto geris.

Animo virili, presentiq, vt sis para.

Et alibi de Ascanio, lib. ix. eiusdem operis,

Et apud Ouid. lib. ij. Fastor.

Et lib. xij. Metam.

Et Tullius ad Atticum lib. xij. Acta enim illa res est animo virili, consilio puerili. Et Valerium Maximum lib. iij. c. ij. vbi de P. Craffo, Militis huius in aduerso casu tam egregius tamque virilis animus &c. Et iterum lib. vj. c. j. Dux Romanæ pudicitia Lucretia, cuius virilis animus maligno errore fortunæ muliebre corpus fortitus est. Horatius autem in eandem sententiam Mares animos vocat in arte poetica:

-Post hos insignis Homerus

Tyrteusque mares animos in Martia bella

Versibus exacuit.

Et Apuleius lib. iij. Meta. Heu pueri plusquam maribus animis & viribus alacriter dormientes agrediamur. Et masculos quoque animos, quale idem est lib. vj. Quin igitur masculum tandem sumis animum? Et libr. vij. Charite masculis animis, impetuque diro fremens inuadit. Quod & ipsum Græcorum est. Nam Orestes apud Euripidem in ea Tragedia, cui & ipse nomen dedit, ita alloquitur Electram:

ὦ τὰς φρένας μὲν ἀρσενας κενθήμεναι.

O quæ animum virilem (siue masculū malis dicere) nacta es. Sed & hinc est illud Valerij Maximi lib. iij. c. vj. de Porcia Catonis filia: Muliebri spiritu virilem patris exitū imitatur. Illudque ipsius Apuleij lib. vij. Meta. de illa eadem Charite, Perfrauit animam virilem. Hincque item virile ingenium eidem Apuleio, illo eo. lib. vj. Aerumnas assiduas ingenio masculo sustinebat.

Proinde cum mulieres sint viris longè inferiores & animo, & corpore, a quorum viribus (vt iam dictum est, & comprobatur) potestas proficiscitur, & dominatio: illud relinquatur, vt viri vxoribus imperent, præfint, dominantur, veluti domini: contra, vxores tanquam famulae seruiant, subsint, obediāt. Quas rationes (vt supra diximus) à Diuo Augustino assumpsimus: cuius verba sunt huiusmodi in lib. quaestionum super Genesim, c. 153. Est ordo naturalis in hominibus, vt seruiant feminae viris: quia & illis hæc iustitia est, vt infirmior seruiat firmiori: & hæc in dominationibus, & seruitutibus clara iustitia est, vt qui excellunt ratione, excellent dominatione. Quæ verba, non tamen omnia, atque ipsa corruptè repetuntur in decretis canon. in c. est ordo. 33. q. v.

Finem huic rei imponerem: sed illud filèter præterire nec volo, nec possum, quod instituto negotio satis accommodatum eleganter scripsit Vlpia. in l. ff. de Sena. in hæc verba: Consulari feminae Consularem virum præferendum esse nemo ambigit: sed vir præfectorius an feminae Consulari præferatur, videndum est: & puto præferri, quia maior dignitas est in sexu virili. Secundum quam sententiam Euripides in Iphigenia in Aulide inducit ipsam Iphigeniam hæc proferentem,

ἔστι γὰρ αὐτῆς κρείσσω γυναικῶν μυστῶν ὄργην φάσθαι.

Id est, ex Erasmi traductione:

Præstat vnicus vir, estque lucis huius munere

Dignior, quam multa sanè feminarum millia.

Quibus conuenit quod tradit Aelianus de Natura animalium lib. xj. c. xxvj. Sexus, inquit, masculus etiam inter bruta videtur à natura præferri: siquidem draco mas insignis est crista, & barba hirsutus, gallinaceus & ipse cristatus. Paleas insuper veluti barbam gerit ceruus cornutus, leo iu-batus, cicada mas canorus est.

Ad cuius sententiæ confirmationem non abs re fuerit, potissimum hoc loco, quædam è penu Theologorū depromere: qui, vt autor est princeps sententiarū Lombardus lib. ij. dist. xj. querunt non incuriosè, An Deus humanā naturā potuisset assumere secundū muliebrem sexū. In qua re concludit D. Thomas, Richar. & alij, id indubitanter potuisse, sed decentius tamē atque cōuenientius Christum hominē in sexu virili induisse, qui dignior est, perfectiorque, atque honorabilior, vt lib. 83. quaest. Augustinus tradit, tribus potissimū rationibus, vt inibi scitissimè declarauit nobilis magistri interpretis Bonau. arg. iij. q. j. Cuius verba magis stylo Theologico, quam oratorio cōscripta hæc sunt: Excellet sexus virilis muliebri, quantum ad dignitatē in principiando: quia omnes tā viri, quā mulieres, ex vno viro fuerūt, in quo est expressa repræsentatio egressus rerum ab illo vnico

vnico principio summo & primo. Quā rationem & tu confirma ex eo, quod dicebat Pythagoras, Marē in omni genere animalium esse naturā & virtutis principium, sicuti etiam recenset Albertus Magnus lib. xvij. de animalibus, c. ij. ad fi. Aristoteles autem lib. iij. de Generatione animal. c. j. tradit marem obtinere principium formæ.

Subdit autem Bonau. Quantum ad virtutem in agendo, similiter præcellit: quia viri est agere, & mulieris est pati: vnde plus habet sexus virilis de virtute actiua: propter quod robustior est & re, & nominatione. Et hac sanè ratione, vt hoc illi addam, probat Bal. in l. vlti. C. de ser. fugi. marem esse femina nobiliorem, quoniam sit agens nobilior patiente: sicuti etiam dicit ipse Bal. in l. Iulianus. §. si quis. in vtraque lectu. per illum tex. ff. ad exhib. vbi & ex hoc dicit, denominationē debere fieri à forma, tanquā à digniori, secundum Oldr. ibi. & allegat etiam l. si conuenerit. ff. de pig. actio. Et idem quoque Bal. in c. vlt. circa mediū, extrā de vi. & hone. cler. per l. j. §. sed si filius. ff. de leg. iij. & Bar. in l. j. ff. de reg. Cato. & Iaf. in l. j. in prin. col. 5. vers. tertio quia interrogatio. ff. de verb. obl. qui & paulò post illud dictum allegat pro no. Et fortior est causa in agente, quā in patiente. l. j. ff. de serui. rusti. præd. & l. si quis binas. ff. de vsufr. Et vtrunq; tradit per ea iura Signo. Homo. consi. clxvij. hoc capite in curia Barani, col. 3. vers. nunc perueniamus. vbi & illud quoque dicit, sexum masculum obtinere vicem agentis, per no. in l. j. C. ad leg. Pomp. de parr. quod & tradit Aristoteles lib. i. de generatione animalium. c. xx. eodemque vltimo.

Sed ad ipsum Bonauenturam redeamus. Quantum ad auctoritatem in præsidendo, etiam præcellit vir mulierem. Nam secundum rectū (inquit) ordinem nō mulier viro, sed vir præfertur mulieri, tanquam caput corpori, sicut dixit Apostolus. Quoniam ergo in verbo assumente naturam humanam, est præcipua dignitas in principiando, virtus in agendo, & dominium in præsidendo: consequens est, vt magis decuerit sexum virilem, quā muliebrem, assumi à verbo increato: quia illi naturæ assumptæ debuerunt hæc tria communicari excellenter. Hæc Bonauentura in eo loco: vbi & alij alias quoque rationes, sexus virilis dignitatē comprobantes, adducunt.

Sed & Alex. Hales, illius atque cæterorū Theologorū scholasticorum magister, in ij. parte Summæ, q. 88. mēbro vj. eodemque vlt. quinque rationibus ostendit, non esse tantæ dignitatis atque nobilitatis femineū corpus, quantæ est virile. Idem alibi in ij. parte q. xlvj. mēbro ij. arti. iij. scribit, tribus potissimum rationibus mulieres esse viris subditas. Nicolaus quoque Lyr. illud enarrans Apostoli i. ad Cor. epist. ii. c. Caput autem mulieris vir. illius Apostolicæ sententiæ quatuor reddit rationes, quæ omnia, ne sim longior, omitto, loca designasse contentus.

Illud autem vice auctarij adiciemus, quod rerum naturalium indagatores solertissimi tradunt, naturam, quæ parens est & alitrix omnium rerū, semper ad meliora perfectioraque nititur. Ideoque vbi vis illa, qua gignitur, manca est, & parum vegeta, ad feminam recidit: quæ tanquam minus perfecta iure minor est mare, & inferior perfectiore, vt scilicet femina sit, tanquam mas læsus, & mutilatus, vt ab Aristotele scriptum est lib. de Historia animalium viij. c. ij. & lib. de Generatione animalium ij. c. iij. & rursum lib. iij. c. j. non semel. & iterum c. iij. rursumque c. vj. & Problemat. in sectione iij. ca. xxvij. rursumque eiusdem operis sectione x. c. item x. & Gal. lib. de vtilitate partium xiiij. c. vj. & lib. de Semine ij. Ex quo vulgò illud ex Aristotele ipso dici solet, Femina esse marem occasionatum, vt citat D. Tho. in i. parte, q. xcix. art. ij. & è nostris Bened. in repe. c. Raynutius. in verbo, duas habens filias, nu. 124. de testa. Philo autē apud Antonium Monachū in ij. parte Mellissæ. c. xxxij. eam sententiam sic exprimit: Λιγεται ὑπὸ φυσικῶν αἰσθησῶν, ὅθεν ἔπειρον ἐστὶν θῆλυ, ἢ ἀτελες ἀρρεν. Id est, Dicunt Physici, mulierem nihil aliud esse, quā imperfectum marem.

Nam & legimus aliquando feminas mutari in mares, e diuerso autem mares in feminas rarer, quod scia, aut recorder: veluti natura ex deterioribus ad meliora nitatur, non e conuerso. Plin. lib. vij. Naturalis historiae, ca. iij. Ex feminis, inquit, mutari in mares, non est fabulosum. Inuenimus in Annalibus, Licinio Craffo, C. Calsio Longino Cofs. Casini puerum factū ex virgine sub parentibus, iussuque haruspiciū, deportatū in insulam desertā. Licinius Mutianus prodidit, visum à se Argis Arescontem, cui nomen Arescusa fuisse: nupsisse etiā, mox barbam virilitatemque prouenisse, vxoremque duxisse. Eiusdem sortis & Smyrnæ puerū à se visum. Subditque: Ipse in Aphrica vidi mutatum in marē nuptiarū die L. Cofsitium, cuius Tifdritanum. Quæ & ipsa ad verbū retulit Aulus Gellius, lib. noctium Articularū ix. c. iij. vbi dicit, hæc profectò facere, vt neque respuēda, neque ridenda sit, notissima illa de Cænice & Cæneo cantilena, qua scilicet significabatur Cænicidem feminam in Cæneum virum fuisse conuersam, vt describit Ouidius lib. xij. Meta. qui & ipse lib. ix. eiusdem operis scribit Iphidis mutationem in marem, vt alibi supra diximus.

Sed & de Cæneo idem dicit Iul. Hyginus Fabul. c. xij. vbi & illud dicit, fuisse cum Elati filiū, & Magnesium quoque vocatum, vnumque fuisse ex Argonautis. Et de eo quoque Virg. 6. Aeneid.

It comes: & inuenis quondam nunc femina, Cæneus,
Rursus & in veterem fato reuoluta figuram.

Quo in loco Seruius scribit, illum virginem fuisse, quæ à Neptuno pro stupri pretio meruit sexus mutationem. Id autem ostendere Platonicum illud, animas per μεταμύωσιν sexum plerunque mutare. Aufonius quoque de illo loquens:

Cænea conuenit proles Saturnia Consus.

Mas principium forme. Mas agens. Femina patientis.

Agens nobilius patiente.

De eadem re.

De eadem re.

Natura marē facit, si potest: sin minus, femina.

Femina mas occasionatus.

Feminas in mares mutari, nunquam e diuerso.

De eadem re.

Animi viriles.

Animi mares.

Rationes cur viri imperare, uxores obedire debent.

Mares maioris dignitatis.

Deus an potuisset humanā naturā in sexu femineo assumere, & an decuisset. Virilis sexus muliebri excellit inmult.

Et Lucianus in Somnio, siue Gallo, & in lib. de Saltatione. Vbi etiam dicit, Myrrham quandam in Phœnice ex muliere virum factum. Sed & Liius lib. iij. Secund. Bel. Pun. tradit Q. Fabio Maximo, & M. Claudio Marcello Cofs. virum ex muliere Spoleti factum. Hippo. autem lib. vj. Epidemion, particula vij. Aphor. xlv. scribit, Phaethusa cuius Pythæi vxori corpus virile, & in vniuersum hirsutum & pilosum redditum fuisse, barbamque eam emisisse, vocemque asperam effectam fuisse: quod (vt dicit Leonhartus Fuchsius in Comment. eius loci) satis confirmat, non omnino fabulosum esse, quod dicitur de mutatione fœminæ in marem.

¶ Illud autem, quod de Cæneo supra ex Virgilio dictum est, illum ex viro fœminam rursus factum, & rursus pristinae formæ redditum, ostendit, nonnūquam etiam viros in fœminas mutari: sed ita vt postea in suum natiuum sexum reuertantur. Quod & de Tiresia veteres tradiderunt, nempe ex viro factum fuisse fœminam, sed octauo post anno iterum in virum rediisse, vt narrat Ouid. lib. iij. Metamor. Sed & idem lib. iij. eiusdem operis de Scythone hæc scribit:

*Nec loquar, vt quondam, nature iure nouato,
Ambiguus fuerit, modo vir, modo fœmina, Scython.*

Quasi nunc vir fuerit, nunc fœmina, & iterum vir, ita, vt ambigui sexus fuerit. Aufonius autem scribit, Beneuenti puerum quempiam repente virginem factum: nec aliquid dicit de reditu in suum natiuum sexum:

*Nec satis antiquum, quod Campano in Beneuento
Vnus ephchorum virgo repente fuit.*

Illud tamen hic non omiserim, gallinam aliquando in marem, & è diuerso, gallum in fœminam sese vertisse: idque prodigij loco habitum fuisse, vt à Tito Liiuo traditum est iij. decad. lib. ij. statim post princ.

¶ Denique illud non omiserim, quod ad sexus masculini robur & efficaciam pertinet, quod in vniuersum propè mascula, ad medicameta, & cætera id genus plurima, sunt fœmineis efficaciora. Quod satis patet ex multis quæ diximus supra nu. 65. & 67. & quod scribit Plin. lib. 28. c. vij. Lac mulieris, quæ marem enixa est, in omni vsu esse efficacius. Eius autem, quæ fœminam enixa est, ad vitia tantum in facie sananda præualere. Et paulò post: Eius, quæ marem peperit, lacte gustato, canes rabiosos minimè fieri. Imò verò non solum lac eius, quæ marem peperit, efficacius est ad medicameta, sed & eius, quæ marem nutrit: vt prodit Gariopontus lib. i. Remed. c. xvj. Sed, vt redeamus ad Pliniū, is eiusdē lib. 28. c. xvij. Masculi, inquit, fel vituli cum mellis dimidio tritū, seruari ad vuluas. Et lib. 30. c. vij. Anatum mascularū sanguinem aluum sistere. Et eiusdē libri c. x. post principium. Fel canis nigri masculi amuletū esse ex Magorum sentētia. Et Octauius Horatianus lib. iij. Ad hydropem vituli masculi stercore, cū aceto acri permisto, spissè venter liniēdus est: ita tamen, vt antè ipse hydropicus toto corpore dropacetur. Serapio Simplicium, c. 455. Hepar porci masculi excicat, & potum, confert moribus venenosus. Quid, quod funiculi piscatorij (ὄρμιας Græci vocant) ex fetis equorum sunt meliores quam equarū. Cuius rationem reddit Plutarchus Causarum naturalium ca. xvij. Nec abs re supra vsi sumus eo temperamento, propè, cū non nunquam & fœminea ad aliquid sunt efficaciora: vt iam diximus ex Plinio de lacte mulieris, quæ fœminam peperit. Idque ex eo quoque apparet quod tradit idem Plin. lib. 26. c. 5. Linozostin fœminam esse mare efficaciorē: & Galen. lib. iij. Pharmacorum localium c. vij. eodemque vlti. Ad pilos inutiles in palpebris supernascentes, ricini à cane fœmina adempti sanguinem prodesse. Et paulò post: Fel hyænæ fœminæ mox ab euulsione illinendum. Quinetiam iubent Medici, fœminas viperas, non etiam mares, in theriaca adhibendas: vt videre licet ex Serapione Breuiarij tract. vij. c. vij. Denique Seruius enarrans illud Virgilij lib. vij. Aeneid.

Et ipsa iungebat fœdera porca, scribit, in omnibus sacris plus valere victimas fœmininæ generis. Et si per mare litare non possent, succedanea dabatur fœmina. Et si per fœminam non litassent, succedanea adhiberi non poterat.

¶ Et huic quidem legi finem imponam, postquam duas sententias addiderim: alteram ex Socrate, alteram ex Iamblichij epistola de vsu coniugij, citatas à Stobæo Ser. 72. Prior hæc est: τὸς μετὰ ἀνδρας, οἷς τὸ πόλει νόμοις δεῖ πείθεσθαι: τὰς δὲ γυναῖκας, οἷς τὸ συνοικόντων ἀνδρῶν ἡδεσι. Viros quidem oportet ciuitatis legibus obedire, vxores virorum moribus. Altera, οὐκ ἐν καὶ ὄρα τὸ ἀρχὴν μὲν τὸ ἀρχὴν ἀρχαῖα δὲ τῶν θύλακων, ὁμογενῶν μόνως τὸ δὲ χῆμα τὸ ἀρχὴν ἐκαστοῦ διὸν ποδασαπτικόν, δεραπιδόν τὸ τὸ κρείττον σὺμφέρου: ἀνδ' ὁἷον τὸ τῶν τεχνῶν, μόνου τὸ ἥττον ἐπιμελεδμορῶν: εἰ δὲ ὁἷον τὸ πολιτικῶν, κινδόμενον ἐφ' ἵστ' ἡ κοινῶν σὺμφέρου. Id est, Itaque in hoc etiam cōuenient, vt mas imperet, obediat mulier. Erit autem imperij forma, non qualis est herilis, vbi superioribus vtilitas curatur: nec qualis artium, vbi inferioris tantum cura est: sed similis politicæ, in qua communis vtilitas promouetur. Igitur, vt tandem concludamus, hæc prima lex in matrimonio sancitur:

VIRI VXORIBVS IMPERANTO,
VXORES VIRIS OBEDIVNTO.

102
Viri in fœminas mutati in suū sexū tandem redeunt.

103
Mascula in medicamentis efficaciora.

Licet aliquando contra.

104
Viros ciuitatis legibus, vxores virorum moribus obedire oportet.

Prima lex connubialis.

IN SECVNDAM LEGEM CONNVBIALEM GLOSSAE PRIMAE

PARS SECVNDA.



T quanquam res ita habet, illi tamen potestatem à natura legibusque concessam veluti repudiare videntur, qui vxores vel formosas, vel præ se opulentas, aut nobiles sibi deligunt: vtpotè cū huiusmodi mulieres non solum in libertatem se afferunt, sed & forma, & dote imperium sibi vendicant. Nam quod ad formam pertinet (de cæteris enim dicā postea) illud certum est, quod cū mulieres suapte natura sint superbi, tumentisque, atque elati animi, vel teste è nostris Alber. in l. aduersus. C. de crimine expilatae hæreditatis. & externis scriptoribus, Liiuo graui autore, qui libro ab vrbe cōdita vigesimo quarto, Euocatū, inquit, eum à legatis Demarata vxor filia Hieronis, inflata adhuc regis animis, ac muliebri spiritu admonet &c. & Seuero Cecinna, qui apud Cornelium Tacitum libro Historiæ Augustæ tertio, asserit muliebrem sexum, si licentia adsit, sæuum ambiciosumque, atque potestatis avidum esse. Ob idque censuit, ne quem magistratum, cui potentia deuenisset, vxor in prouinciam comitaretur. De qua re, & aliquid nostris legibus sancitum est in l. obseruare. §. proficisci. ff. de offi. Procons. Sed vt reuertamur, his concinens Petrarca in lib. de remediis vtriusque fortunæ, 2. dialo. 42. scribit, Fœminæ proprium esse superbiam.

Formosa vxor imperiū sibi in vtrum vendicant.

Mulieres suapte natura superbe.

¶ Tum verò maximè earum adauget genuinam alioqui superbiam forma speciestque corporis. Nam vt tradit princeps Comicoꝝ Menander:

Præsertim formosa.

ὑπερφανὸν πρᾶγμα δὲν ὄραία γυνή.

Superba res est, pulchra mulier.

Cui sententiæ addens calculum Ouidius libr. i. Fastorum sic inquit:

Fastus inest pulchris: sequiturque, superbia formam.

Et alibi lib. ij. Elegiarum:

Dat facies animos: facie violenta Corinna.

Me miserum, cur est tam bene nota sibi?

Scilicet à speculi sumuntur imagine fastus:

Nec, nisi compositam, se prius illa videt.

Et hinc ille ipse in epistola Cydippes ad Acontium, formam superbam vocat:

Hæc nobis forma te laudatore superba

Contingit merces.--

Sed & Aquinas ille poeta, qui mores mulierū tam probè nouit, & scripsit, quàm alius nemo inter cætera, quæ superbiores illas efficiunt, formam primo loco posuit his versibus:

Sit formosa, decens, diues, fœcunda vetustos

Porticibus disponat auos, &c.

Propertius item, qui cum mulieribus, vt reor, quàm cum viris, frequentius est versatus, libr. iij. ad Cynthiam superbientem scripsit:

Falsa est ista tua mulier fiducia forme,

Olim oculis nimium facta superba tuis,

Nostræ amor tales tribuit tibi Cynthia laudes, &c.

Et Pontanus, quem & in Carmine, & in oratione paucis antiquioribus cōcedere semper putauit in Parthenopæo, lib. i.

Et rigidos mores forma superba facit.

Quibus concinit & illud Ezechielis c. xxvij. Eleuatum est cor tuū in decore tuo. Olympias illa Alexandri mater, cū aulicus quidam adolescens, formosam, sed superbam, & refractariā & intemperantem vxorē duxisset, Ille, inquit, demens est, qui oculis vxorem acceperit. Autor Plutarchus in Præceptis cōnubialibus: & meminit Athenæus, lib. xij. c. xxxij. qui aulicum illum Monimum Pythionis filiū fuisse dicit, fœminam verò Pantycam: Cypriā. Hæcque dicit Olympiadem protulisse, ὃ ποικίλεις ὀφθαλμοῖς γαμῆς, ἢ τῶν νῶν. Id est, O improbe, oculis vxorem ducis, nō mente. D. Chrysofomus in epistolam Pauli ad Ephesios, Homilia 20. Externa, ait, corporis pulchritudo, plena est multæ superbiæ, & arrogantiæ. Et paulò post, hæc mala ex pulchritudine nasci tradit, fastum, arrogantiam, contemptum. Hinc autem Statius posset videri appellasse formosos vultus, superbos, quod superbiam adferant. Ita enim scribit, lib. i. Syluarum:

Vxorem oculis accipere dementia est.

Superbi vultus formosorum.

Exerce formam, & fugientibus utere donis,

Non ideo tibi tale decus, vultusque, superbos,

Mæque dedit, viduos vt transmittare per annos.

¶ Nec putet aliquis, istud tantum obtinere in mulieribus aliis secleratis. Mariamne enim vxor Herodis regis, mulier alioquin sobria, casta, & quæ, vt tradit Iosephus libro Antiquitatum xvj. c. 9. ad continentiam & magnitudinē animi optima erat: insolens tamen fuit formæ conscientia, vt memoriæ prodidit Egeſippus lib. x. de Excidio Hierosolymitano, cap. 38. vtpote quæ pulchritudine

Etiam si sint caste.

corporis, magis quam quis existimare posset, omnes mulieres anteibat, teste Iosepho, quo loco nuperrimè citauimus. In quam etiam sententiã Artemidorus Daldianus libro de Somniorũ interpretatione 2.c.20. tradit Harpen in somnis significare mulierem regiam & opulentam, & quæ ob pulchritudinem valde superbit, sibi que placet, alioqui benignam, ac bonis moribus præditam.

4
Excellentes aliqua in re, ceteris sunt superbiores.

¶ Cuius rei ratio est euidens, nam qui ceteros aliqua re excellunt, solent esse superbiores. Sic videmus nobiles plebeiis superbiores: vt plenè diximus in tractatu Nobilitatis, ca. xxij. nu. 3. ex his duobus & tribus sequentibus. Sic diuites pauperibus, vt scribit Aristoteles lib. Rhetor. ad Theodecten ij. c. xvj. & Cice. ad Trebatium lib. vij. Epist. Familiarium. Vnde illud Theognidis,

τίκτεο βίησιν ὄβριον ὄταν κακῶ ὄλβος ἐποιεῖ.

quo significatur factum copiam gignere, vbi malas opes adeptus est. Quem tamen versum erranter Pindari interpretes in Olympius citat ex Homero. Sic potentes impotentibus, autore eodẽ Aristotele, vbi supra, c. xvij. Sic & doctiores indoctis. Scitum est enim illud D. Pauli, ij. ad Cor. 8. Scientia inflat: charitas autem ædificat. Apud Q. Curtium lib. v. Calamitas, inquit, querula est, & superba felicitas.

5
Epilogus.

¶ Quisquis ergo (vt hoc primum huiusce tractationis caput breuius concludamus) vxorem duxeris formosam, eandem & tu superbam, & indomitam, & refractariam perpetuò, & indefinenter experieris: vix que & non nisi cum acerrimo certamine ius tuum aduersus eam obtinere poteris, vt quæ propter formam, quam semper maiorè esse credit, putabit se Regis matrimonio fuisse dignam, nihil que te omnino præ se existimabit.

6
Mulieres formose uix caesæ.

¶ Adde quòd formosa vix potest in castimonia viuere: forma etenim cum pudicitia dissidio quodam discordioso & pertinaci disidet, & his inter vtranque propè perpetua est. Et, vt inquit Paris ille Ouidianus,

Lis est cum forma magna pudicitia,

Et lib. iij. Amorum, Eleg. 4.

Quid tibi formosa, si non, nisi casta, placebat?

Non possunt ullis ista coire modis.

Et Satyroglyphus Poeta, Saty. 10.

--Rara est adèò concordia formæ,

Atque pudicitia, sanctos licet horrida mores

Tradiderit domus, ac veteres imitata Sabinas.

Pamphylus quoque Terentianus in Andria de Chryside loquens:

Huius (ait) formam atque atatem vides:

Nec clam te est, quam illi vtræque res inutiles

Et ad pudicitiam, & tutandam rem sient,

Non quia peccaris, testor te, sed quia vulgò

Formosis leuitas semper amica fuit.

Et Propertius ad Cynthiam lib. ij.

Quem secutus Pontanus in libro nuper citato:

Parce Venus, non est mea non periura puella,

Non periura quidem, si qua puella leuis,

Hoc vitium formæ.

Et è recentioribus poetis Michael Verinus Florentinus:

Sit formosa aliis vxor, tibi sit bona: nescis

Quam noccat casta forma pudicitia.

Libanius ad Leontium, Gratulor (inquit Græcè, sed in hunc sensum) tibi, quòd eam vxorem duxeris, quæ licet sit forma præstantissima, tamen (quod rarò accidit) superat formæ præstantiam pudicitia. Ideoque Ouidius lib. ij. Fastorum,

Fædera seruassæt, si non formosa fuisset.

Et lib. iij. Amorum, Eleg. 14. in prin.

Non ego, ne pecces, cum sis formosa, recuso:

Sed ne sit misero scire necesse mihi.

7
Biatis dictum de eadem re.

¶ Et his prior Bias ille Prienaus, vnus è Septem sapientibus, rogatus à quodam, deberetne vxorem ducere, an vitam viuere cœlibè, respondit: ἡβίη καλὴν ἀφείς ἢ αἰχρᾶν, καὶ εἰ καλὴν, εἴεις κοινὴν, εἰ δὲ αἰχρᾶν, ποιὴν. Id est, aut pulchram ducere, aut deformem. Si pulchram, habebis cõmunem: sin turpem, habebis pœnam. In Græcis vocibus προσώνομασία, id est, agnominatio; quæ fit affinitate siue similitudine aliqua vocum, efficit dictũ concinnius, ποιὴν, & κοινὴν. Huius autem meminit Gellius lib. v. ca. xj. Sunt & qui ad Bionem Borysthenitem, qui que ad Antisthenẽ referunt, autore Laertio: qui item ad Aristippum, vt Antonius Monachus Melissæ tomo ij. c. xxxij. qui item ad Solonem, vt Maximus Philosophus & Martyr Locor. communium, cap. xxxix. qui denique ad Anaxandriden. Nequaquam tamen huius est ea sententia, sed alia huic proximè accedens, à Stobæo memorata. Serm. 66. quæ huiusmodi est:

Ἀλλ' ἔλαβον αἰχρᾶν ἢ βιωτὸν ἐπ' εἰς

οὐδ' εὐδὸς τὸ παράπαν ἐς τὴν οἰκίαν.

Ἀλλ' ἔλαβον ἀφ' αὐτῆς ὅθεν γίνετο

μᾶλλον ἢ γύμνασιον, ἢ γυμνασίον.

Id est,

Duxit

Duxit aliquis turpem? non amplius iucunda est ei vita,

Neque omnino domum ingredi licet.

Formosa ducitur? non est illa

Magis mariti sui, quam vicinorum.

Illam autem sententiã Biantis, aut cuiuscunque ea fuit (quod obiter dicere volui) ita retulit Pit-tacus apud ipsum Stobæũ, Serm. 65. ex Aristonis Commentariis. Nã cum quempiam interrogasset, cur vxorẽ ducere nollet, qui ita, vt diximus, respondisset, Quoniã si formosam duxero, habiturus sum cõmunem: si deformem, pœnã: ἄμνην, inquit, ἀλλ' εἰ μὲν καλὴν γάμους, ἢ εἴεις ποι- νήν: εἰ δὲ αἰχρᾶν, ἢ εἴεις κοινὴν. Hoc est, Nequaquã: verũ si pulchrã duxeris, non habebis pœnam: sin deformem, non habebis communem.

De eadem re.

8 ¶ Nec ab his multũ discrepat illud Ezechielis 16. c. Et habes fiduciã in pulchritudine tua fornicata es. Illud que Eccles. 13. in fin. Vestigium cordis boni, & faciem bonã, difficile, & cum labore inuenies. Et quod dicit diuus Hieronymus in Malach. 2. c. Cũ ergo fecundas vxores habeas, & liberis gaudeas, cur pulchritudinẽ vxorũ quæritis, quæ meretricibus apta est, non vxoribus? Cui consentaneũ est, quod Chrysostomus in 1. Homilia in Matthæũ enarrã illud, Booz ex Ruth genuit Obeth, scribit, eos in coniugibus optare, quod in meretricibus solet quæri, qui pulchritudinem, & non fidem eligunt. Propterea Quintilianus lib. v. Oratoriarum institutionum, titu. de argumentis, Ducitur, ait, frequenter in argumentum species libidinis. Id quod etiam videre licet ex Oratione Tullij pro M. Cælio.

De eadem re. Adulteriũ au presumatur ex deprehensione uiri & mulieris formose.

9 ¶ Cui respondens scientiã legalis armariũ Bar. in l. ij. in prin. ff. de furt. Si quis, inquit, deprehenditur in domo, in qua sit pulchra mulier, hoc certè facit manifestũ adulterium. De pulchra enim muliere loquitur, non simpliciter de muliere: veluti ea pulchritudinis qualitas multũ momenti habeat ad præsumendã vtrinque libinẽ. Et sequitur Panor. in c. cũ non ab homine. col. 5. vers. imò plus dicit, extrã de iudi. Ange. Aret. in tract. malefi. in verbo, fama publica præcedente. col. 5. vers. quæro an vnũ iudicium. Quanquã hoc dictum (vt in transcurso dicam) carpit Panor. secum disidens, in c. tertio loco. col. pen. ext. de prob. de quo & tu videas Fran. Aret. in c. præterea. col. j. de testi. vbi not. limitat, & interpretatur dictum Bart. Nec longè hinc abest, quod eleganter dicit Bal. de Bart. quem Nouellum vocant, in tract. de dotib. in vj. parte, in 16. speciali, col. 2. in fin. quòd etsi regulariter filius non tenetur dotare matrẽ, l. j. §. præterea. vers. fed si munus. & ibi Nicol. Mar. & Bal. ff. de tutel. & rati. dist. & voluit Gul. Cu. & post eũ Bal. in l. j. ad fi. C. de inof. dot. Et idem Gul. in l. si vineæ. & ibi etiam Bal. C. de præscrip. long. tempo. & Bald. in l. qui liberos. in fin. ff. de ritu nupt. Albe. in l. vxorem. §. pater naturalis. ff. de leg. iij. & Ang. in l. j. col. j. vers. adde quòd filij. & ibi Alex. col. 5. vers. ex quo habes. ff. solu. matri. & omnes propè, ea potissimum ratione, ne ipse filius cogatur conferre ad suã iniuriam. per id quod habetur in §. Gregoriana, in auth. de non elic. fec. nub. & bene facit tex. in l. tutor secundũ dignitatẽ, §. vlti. ff. de admi. tutor. quem ad hoc pro singu. allegat Gul. in d. l. j. C. de inoffic. dor. & Bald. in princ. Digest. colum. vlti. Et hanc decisionem reputat singul. Iason in §. fuerat. colum. 22. vers. cu. an autem teneatur. Institut. de actio. Tamen si mater esset iuuenis, pulchra, & pauper, ideoque suspecta de incontinentia, posset dici, quòd filius teneretur eam dotare, ne labatur mater in impudicitiam. Ponderat ergo Bal. Nouellus ad suspicionem libidinis hæc tria, iuuentutem, pulchritudinẽ, paupertatem. Et hoc quidem maximè in eam rem est expèdendum, quod Gul. Cu. in d. l. j. de inoffi. dor. & Bal. in d. §. præterea. loquuntur de matre iuueni: addit Gul. & paupere: quam tamen non tenetur filius dotare, ex eorum & aliorum sententia, nisi & pulchritudinis qualitas adsit, ex Bal. Nouelli iudicio: tanquam ea qualitas sit longè ceteris in eam rem efficacior. Quanta autem sit autoritas huius Bal. satis cõstat ex eo, quòd eum excellentissimum doct. appellat Corn. consi. 322. Ardua. col. 2. lib. iij.

Filius non tenetur dotare matrem.

Nisi ea sit iuuenis, pulchra & pauper.

10 ¶ Huiusce rei autem ratio, præterquam, quòd natura ipsa formosis propriam quandam, atque veluti domesticam, & peculiarem libidinem ingenuisse videtur, vt quò quæque formosior est, eò sit in Venerem vel sua sponte procliuior. Altera est in prõptu omnibus, & veluti in conspectu. Nihil est enim quod homines magis ad cupidinis amplexus prouocet, accèdat, incitet, quàm forma corporis, decor oris, species, & pulchritudo. Nam pulchrũ ipsum amicum est, vetere prouerbio, cuius meminit Plato in Lyfide. & amor est omnium pulcherrimus, atque inter eum & deformitatem pugna est perpetua: & inter flores amor ipse habitat: quoniam in eo quod floribus caret, aut defloruit, siue corpus, siue animus, siue quoduis aliud sit, amor ipse non insidet, vt apud eundem Platonem in Symposio testatur Agatho. Et apud eundem quoque lib. iij. de Repu. Socrates asserit, quod maximè pulchrum est, id quoque maximè amabile. Et in Phædro idem scribit, pulchritudinem solam hanc habuisse sortem, vt maximè omnium sit amabilis. Et, vt dicã breuiter, amor, si Platoni ipsi in ipso Cõuiuio, ex oratione Agathonis, atq; Socratis, imò omnibus credimus, nihil aliud est, quàm desiderium pulchritudinis, ex ipsoq; desiderio natus est. Et, vt Epicurei credunt, amor nixus est atomorũ, sese ei, à quo simulacra pulchritudinis hausta sunt, penitus infundendi. Hinc & pleriq; sagittarũ Cupidinis alterã ideo auratã dicunt, quòd pulchritudo sæpissimè amorem facit. Nam & ipsius Platonis discipulus Aristoteles aliquãdo interrogatus, cur quæ pulchra sunt, amarètur, τὸ φιλῆσθαι, ἢ ἐρωτῆσθαι. Cæci, inquit, hæc interrogatio est: vt Diogenes Laertius in vita illius, & Stobæus Serm. 63. referunt. Ex quo illud Ouidij in epist. Acontij ad Cydippen:

Bald. nouel. excellentissimus doct. Forma ad libidinem prouocat. Pulchrum amabile, prouerbum.

Amor quid sit.

Aut

Aut esses formosa minus, peterere modeste:
Audaces facie cogimur esse tua.
Tu facis hoc, oculiq; tui, quibus ignea cedunt,
Sydera, qui flamma causa fuere mea.
Hoc faciunt flaua crines, & eburnea cervix.
Quaq; precor veniant in mea colla, manus:
Et decor, & vultus sine rusticitate pudentes,
Et Thetidis quales vix reor esse pedes.

Cui concinit & illud eiusdem Ouidij,

--Sed te decor iste, quod optas,
Esse vetat, votoq; tuo tua forma repugnat.

¶ Proin veteres (vt Aelius ille Donatus, doctus docti Hieronymi praceptor refert) ignem & calorem quendam quasi feruorem dixerunt formam. Et hinc fornaces, forcipes, formam, & formosos, ex quibus ignis amoris exoritur. Quod & decenter insinuat Geta Terentianus in Phormione, inquiens,

Ne vis boni in ipsa inesset forma, haec formam extinguerent.

Extinguere enim proprie de igne dicitur. Cui concinens Festus Pompeius, Forma, ait, significat modò faciem cuiusque rei, modò calidam, vt cum exta, quae dantur, deforma appellantur. Forma autem, vt Seruius tradit in viij. Aeneidos in eo loco,

--Versamq; tenaci forcipe massam.

Dicitur à foruo, quod calidum significat, vt etiã Nonius Marcellus autumat. Quanquã Christophorus Landinus lib. i. eiusdem operis aliunde deducit. Idcirco princeps Lyricorum (de Latinis loquor) Horatius lib. iij. Carminũ, Ode xij. non ineleganter pulchritudinẽ faciem appellat, quoniam (vt iam diximus) ad amorẽ accedat, sitq; amoris atq; libidinis voluptificũ suauissimũque incitamentum, illestantũ, irritamentum, vt vocat Valerius Maximus lib. iij. rerũ memorabilium, tit. de verecundia: quo loco de Spurina historiam refert, proposito accommodatissimam, iis quidem verbis: Spurina adolescens excellentis pulchritudinis, cum sua mira specie cõplurium sceminarum illustriũ sollicitaret oculos, ideoq;que viris earũ ac parentibus se suspectum esse sentiret, oris decorẽ vulneribus confudit, deformitatemq; sanctitatis suae fidem, quã formã irritamentum alienae libidinis esse maluit. Cuius etiã rei Mamertinus aetate longè inferior, nescio etiã an eloquentia, meminit in Panegyrico ad Iulianum, cuius verba & nos subscripsimus: Nobilem Hetruriae adolescentem ferunt, cum propter eximiam formae dignitatem multarum in se sceminarum amores excitaret, faciem suã ad obliterandam pulchritudinem, sauciafle. Cuius item historiae meminit Diuus Ambrosius in sua ad virgines adhortatione. Aelianus autem lib. ix. Historiae animalium, quo loco differit de serpente Thessalo, tradit etiã bestias non solum sui generis, sed etiam alieni, modò sint formosa, amare, idq;ue etiam exemplo probat. Denique Tertullianus statim post initium lib. de cultu sceminarum, Decorẽ, inquit, naturaliter inuitatorem libidinis scimus. Leucippes apud Antonium Monachum Melissae tomo j. c. lx. κάλλος γάρ ὀφείτ' εἶναι τὸ πρῶτον κατὰ φύσιν. Id est, Pulchritudo acutiùs, aut, si malis, velociùs vulnerat, quã sagitta, & per oculos in animum defluit.

¶ Sed quid tantum in externis scriptoribus immoramur, in re praesertim tã manifesta, & à nostris legum scriptoribus satis cõprobata? Bazianus doctor antiquus, aut, quisquis is fuit, qui glossas edidit in c. vlt. xij. q. vj. siue Rufinus, siue Syluester, siue Ioã. Hispanus, siue Io. Fauentinus, aut alius quispiam ex Decreti glossatoribus, tradit non tã grauius peccare, qui cum formosa muliere congregatur, quã qui cum deformi: cũ plura sint, pulchritudo scilicet & libido, quae cum illa persuadent cõmisceri, quã cum ista. Quã gl. ad hoc citant, & sequuntur Io. And. in c. ea quae fiunt. col. 2. de reg. iur. lib. vj. in Mercu. & Collecta. in c. j. extrã de eo qui dux. in matri. quã pollu. per adult. & Alber. Gan. in tract. malef. tit. de multis quaestionibus depen. à statut. col. x. & Panor. in c. veniẽs, extrã de eo qui cogno. confang. vxo. suae. & in c. cum quidam. col. 2. & ibi etiã Fely. col. 3. vers. ite not. quòd faciẽs actũ. extrã de iureiu. & Barb. in proœ. Cle. col. pe. vbi facit illã gl. sing. & Christo. Por. in §. gallinarũ. Insti. de rer. diui. & Car. Alex. in c. si clericus, ad fi. tit. de pac. tenẽ. & in c. si duobus. col. 4. vers. & ideo maius. extrã de appel. & Iaf. in §. ex maleficiis. col. 2. & ibi quoq; Ludo. Gomefsius, col. 4. Insti. de aet. vbi ipse Iaf. dicit illam gl. esse ad hoc no. Et Io. Crotus in repe. c. vt animarum. col. vlt. de consti. lib. vj. Sed & hoc subobscurè sensisse videtur, si seriem & ordinẽ scripturae solerter introspectas, gl. in c. j. in verbo, meretricis. de poenit. dist. v. quã & ad hoc quoque pòderat Panor. in d. c. cum quidã, vbi hoc apertè & asseueranter affirmat. Et id verum est, quicquid tenet Hieronymus Zanetinus in tract. casuum cõscientiae, quẽ posuit post c. j. de accu. char. lxviij. Nam & D. Chrysofostomus in epist. posteriorẽ Pauli ad Timoth. Homil. iij. ex c. j. paulò ante fi. Illum (inquit) magis adulterũ dixerim, qui qualibet ex vulgo, quã qui reginã violarit: Illic enim plurima irritamenta sunt, putã opes, elegantia formae, & huiusmodi cetera, quorũ hĩc nihil inuenias. Eadẽ profectò ratione illum magis ebrĩũ dixerim, qui quolibet vino, quã qui optimo inebriatur. Ita & cupidum eũ potissimũ censeo, qui ne minima quidem rapere omittit, Nam qui maxima diripit, minima fortasse contemnet: qui autem parua non despicit, quomodo his maiora despiciet?

Forma unde dicitur.

Forma quid significet. Deforma ex ta.

Pulchritudo fax dicitur.

Spurina historia.

Bestiae quoq; formositatem amant.

Formosa con gredi nõ tam graue peccatũ, quã de formi.

Fur magis est, qui modica furatur.

despiciet? Fur igitur hic magis, quã ille est. Nam qui non aspernatur argentũ, nunquam profectò aurum aspernabitur. Cui admodum in hoc postremo concinit tex. in d. c. vlti. xij. q. vj. ¶ Itaque cum forma tam vehementer viros sollicitet, alliciat, stimulet, ipsi quidem, vt voti cõpotes fiant, totis accinguntur viribus: preces, fraudulentias, munera, blanditias, obsequia, suadelas, omnia denique amatoria veneficia, quibus videlicet conciliatur amor, sceminarũque praecordia diffunduntur, & obseratae fores pudicitiae repanduntur, tam pertinaciter, studiosè, vigilanter adhibent, vt è cunctis formosarum millibus vnã vix reperiatur, cuius pudicitia non exuperetur. Nã, vt apud Diuum Hieronymũ contra Iouinianũ lib. ij. differit Theophrast. in Aureolo, de hac ipsa re loquens, Aliquo modo, vel aliquando expugnatur, quod vndique incessitur: non facilè custoditur, quod plures amant, & in quo totius populi vota suspirant. Ideoq; Phocylides Milesius in suis carminibus, quae ad bene beateq;ue viuendi institutionem pertinent, scribit difficilem esse custoditu pulchritudinem filiarum parentibus:

καλλὸν δὲ δὴν ἔχειν ἐφ' ἑαυτῶν ἐκείνων.

¶ Sed fac tuam hanc formosam vxorem adeò pudicam, vt nullis cuiuscunque corruptelis ipsius castitas expugnetur: erit tamen ipsius vel inuita pulchritudo tibi admodũ periculosa. Abraham cum in Aegyptũ veniret, haec vxori Sarã dixisse legitur, Gene. xij. c. Noui quòd pulchra sis mulier, & quòd cum viderint te Aegyptij, dicturi sunt, vxor illius est, & interficient me, & te reseruant. Sed & idem fecit, cum ad Abimelech Regem Palaestinarum fame pressus veniret, vt scribitur eiusdem libri c. xxvj. Et priorẽ illum locum enarrãs Ambrosius in lib. i. de Abrahã Patriarcha, c. ij. Animaduertebat, inquit, Abrahã sibi cõiugis pulchritudinẽ in periculo futuram: monuit vxorem, vt sororẽ se diceret: quo docetur non magnopere decorẽ quaerendum coniugis, qui viro necem plerumque gignere soleat. Nõ enim tam pulchritudo mulieris, quã virtus eius, & grauitas, delectat virum. In hanc sententia Plutarchus in lib. de Claris mulieribus, tradit Synorigem Galatam, cum Cammã Sinati eiusdem gentis vxorem miserè deperiret, nec eã tamen vilo pacto in suum amorẽ pellicere posset, adeò pudicitiae & sui mariti amans erat, Sinatũ ipsum interemisse: existimantem se mortuo marito Cãma faciliùs potiturum. Nec tamen ei res ea bene celsit. Nam & Camma in vltionem mariti, Synorigem veneno necauit. Sed nõnne Bersabea pulchritudo exitio fuit Vriã marito: vt testantur sacrae literae, 2. Reg. ii. capi. Non immeritò igitur Theocritus apud Laerrium in Aristotele, formam vocabat ἐλεφαντίνου ζυμιαυτὶδ est, eburneum detrimentum, quòd grata sit aspectui, sed multorum incommodorum causa.

¶ Vt interim omittam formam exitio fuisse ipsis mulieribus, vt videre licet in formosissimis illis Romanis Lucretia & Virginia, quarũ de hac re historia scripta est à Tito Liui de Lucretia, i. decad. lib. x. paulò ante fin. & de Virginia lib. eiusdem decad. 3. & aliis multis. Et ex hoc Iuuenalis satyr. 10. multis eorum votum improbat, qui optant habere filias formosas, ob id scilicet perituras,

Formam optat modico pueris, maiore puellis
Murmure, cum Veneris sanum videt anxia mater
Vsq; ad delicias votorum, cur tamen, inquit,
Corripias? pulchra gaudet Latona Diana.
Sed vetat optari faciem Lucretia, qualem
Ipsa habuit, cuperet Rutila Virginia gibbum
Accipere, atque suam Rutile dare.

Præterea mulieres formosae, etiam si pudicae sint, non tamen esse creduntur: id quod maximè & maritum & liberos infamat. Nam, vt scribit Diuus Chrysofostomus in epist. ad Corint. i. Homilia 12. Multi mulieris pulchritudinem admirantur. Et quidnam hoc? nam etsi pudica sit, vix malam effugiet suspicionem. Sed & idẽ Chrysofostomus in 2. parte Homil. in Matthæum, homilia 2. si eius sunt illae homiliae, quod Erasmus negat, de forma mulierũ loquens, declarat vxorum formã torquere, ac cruciare viros zelotypia. Quid (inquit) luci decor huiusmodi parit: nihil profectò. Verum certamina magis intendit, maioresq;ue calumnias atque pericula suspitionesq;ue cõplures. Ea denique, quã non huiusmodi decor illustrat, suspicione carebit. Quae verò formosa est, nisi magno studio, & nimia vtatur continentia atque honestate, opinioni protinus locũ dabit, virq; ipse eiusmodi zelotypia mordetur. Quo quid dici grauius possit: neq; enim tantũ ex aspectu ipso voluptatis habet, quantũ ex suspicione mœroris. Illa enim cõsuetudine solet extingui. At verò vbi lasciuia, libertatis, atque impudentiae opinio manere cõeperit, ipsius quoque animae intima penetrat, atque penitus insitis sordibus squalescit in dies, & cetera, quae sequuntur.

¶ Igitur cum mulierum pulchritudinem tã foedã, tam turpes, tam infames sequantur comites, superbia videlicet, & libido, vt nõ iniuria Socrates apud Platonem, lib. vj. de repub. formã inter cetera, quae animum deprauant, atque impediunt, reposuerit. Et quisquis ille est apud Antonium Monachum Melissae tomo primo, Sermo. 60.

τὸ γὰρ πολὺ κάλλος καὶ φόβος πολλὰν γέμει.
Eximia enim forma criminibus multis referta est.

Quod quidẽ non longè abest ab eo, quod nuper ex D. Chrysofostomo adduximus. Cumq;ue vxoris forma maritũ saepe in vitã discrimen adducat, ex eaq; mala vulgi fama, etiam si vxor pudica fuerit, oboriatur, zelotypiaq;ue virũ ipsum ob id torquat: infanus profectò existimandus est, qui vxorem

Pulchritudo difficilis custoditur.

Pulchritudo uxorum uiris periculosa.

Abrahã uxoris forma in periculũ mortis adduxit.

Synorigis forma viro fuit exitio.

Bersabea itẽ viro.

Forma eburneum detrimentum.

Formosa licet sint pudicae, non tamen creduntur.

Forma uxorum viros in zelotypia trahit.

Epilogus.

vxorem formosam quidem illam, sed fastuosam, & insolentem, sed Veneream atque virosam, si-
bique demum periculofam, atque omnibus modis incommodam desponderit.

17 ¶ Quid, si ostenderim, vel cessantibus huiusmodi rationibus, atque etiam paribus per omnia for-
mosarum atque deformium moribus, multò tamè melius esse viris istas, quàm illas, nancisci vxo-
res? Quod vt demonstrè, id statim fatebor, quod voluptatis ac formæ assertores ad suas partes
tuendas præcipuè adducerent. Id certè est, formosarum consuetudinem, congressum familiarita-
tem viris esse multò iucundiorè, atque còcinniorè, quàm deformium. Sed mox velim isti re-
spondeant, num longè fatius est, nunquàm antea fuisse felicem, quàm felicitate, in qua aliquando
fueris, excidisse? Et certè fatius est. Nam vt à D. Seuerino lib. ij. de Consol. Philosophiæ, verisimè
scriptum est, Infelicissimū genus infortunij est, fuisse felicem. quod citat Io. And. in c. ex parte. de
consuetu. & ante eum gl. in c. sunt qui arbitrantur. ad fi. de pœnit. dist. i. vbi & in eam ferè senten-
tiam remigrat tex. qui est huiusmodi: Nihil est, quod tā summi doloris sit quàm si vnusquisque
positus sub captiuitate peccati recorderetur, vnde lapsus sit, atq; ceciderit. Hanc autem sententiam
Boethius à Seneca mutuatus est, cuius hæc verba sunt: Summum genus infelicitatis misero est,
fuisse aliquando felicè. Et idem in libro de tranquillitate vitæ. Leuior, ait, dolor, nō habere, quàm
perdere. Et post pauca: Tolerabilius est, faciliusque, nō acquirere, quàm amittere. Ideoque lætiores
videbis, quos nunquàm fortuna respexit, quàm quos deseruit. Xenophon apud Diuū Maximum
Locorū cōmuniū Sermo. 61. & Stobæū Sermo. 13. ο'υ γάρ τὸ μὴ λαβεῖν τ' ἀγαθὰ ἢ τὸ χαλεπῶς
ὡς τὸ λαβόντα σερρῶθῆναι. Id est, Nō enim bona nō accipere sic graue est, quā acceptis priuari. Va-
lerius Maximus lib. i. c. 8. Vtilius, inquit, aliquatō fuit, ad illa aditū non impetrasse, quàm iam per-
cepta eorum dulcedine caruisse. Athenæus lib. 14. Variæ historia, tradit Aristot. sapientissimè pu-
tasse, non esse simile dignitatem aliquam suscipere, & cū acceperis, ea spoliari. Non enim graue
esse, non adipisci: at cū adeptus sis, amittere, molestū esse. Et Belisarius apud Procopiū de Bello
Vandalico lib. iij. Quantò igitur, inquit, nō possidere leuius, quàm possessis quādoque priuari: tāto
nunc magis, quàm prius, nobis existimandū, &c. Et quod propiū ad hanc tractationem accedit,
Plutarchus Problemata in Roma. c. 49. Quid est, inquit, quod Flamē Dialis mortua vxore facer-
dotio se abdicat, sicut apud Teium scriptū est? An quòd, qui vxorē duxit, postquam ipsam amisit,
eo qui nunquam duxit, multò est infelicior? Et alias quoque rationes adducit, sed nihil huc perti-
net. & ante hūc Tullius in Partitionibus oratoris, Nihil est tā miserabile, quàm ex beato miser.
18 ¶ Nec huic sententiæ defuerunt Poetæ: Nam Euripides in Bellerophonte apud Stobæum, Ser-
mone 95.

Felicem non fuisse fatius est, quàm felicitate excidere.

Flamē Dialis vxore mortua sacerdotio se abdicat.

ὁ δ' ἂν εἴη ἂν εἰς ἀπείρατος δὲ δυστυχῶν,
τοσῶ δὲ νικᾷ. Ἐ γὰρ εἰ ἀπὸ μὲν
ἂν οἰδῶν αἰεὶ δυστυχῶ κακῶς τ' ἔχων.
ὁ ἄνω ἀμεινον (aut, vt alij legunt, ἀρεστον) μὴ πεπεραδῆσθαι καλῶν.
ἐκείνο γὰρ μεμνημένῳ, οἷοι ἢ πρὸς,
Κάγω μὲν αὐδ' ὄρω ἠνίκ' ἀτύχημ ποτὲ.
Homo nihili & asidue infelix,
In hoc caeteros vincit, quod haftenus honorum expers,
Nescit se semper infelicem fuisse, & malè affectum.
Ita fatius est, bona nunquam expertum fuisse.
Expertum enim memores apud se cogitant: Qualis eram olim,
Cū etiam ego inter homines aliquando feliciter agerem?

Id est,

τὸ γὰρ μὲν ἀτυχίας κακῶς,
ὁ νόσος βαρὺς αἰών.
Nanque post felicitatem miserè affici,
Mortalibus grauis vita. Et in Troadibus:
ὁ δ' εὐτυχίῃς εἰς τὸ δυστυχὲς πεσών,
ψυχὴν ἀλάττει τ' πάροιθ' ἀπραξίας.
Κενὸ δ' ὁμοίως, ὡσπερ ἐκ ἰδ' ἔρα Φῶς,
Τέθνηκε, κ' ἂν εἴη οἰδ' εἰ τ' αὐτ' κακῶν.
Qui verò felix fuit, in infelicitatem collapsus,
Animo discruciat propter priorem felicitatem.
Illa verò similiter, tanquam non viuens,
Mortua est, & nihil nouit suorum malorum.

Et in Helena:

— ὅταν δ' αὐτὸρ
Ἐράξῃ κακῶς ὑψηλὸς, εἰς ἀσθία
Ἐπίη κακίῳ Ἐ πάλα δυσδαίμονοι.
— Quando enim vir
Sublimis malè habuerit, in desuetudinem
Cedit de teriore, eo qui antè fuit infelix.
Notum est autem illud Ouidij, lib. 5. Tristium, Eleg. 7.
Turpius eicitur, quàm non admittitur, hospes.

Quod

Quod & à Pontifice relatum est in cap. quemadmodum. de iureiuran. Quam & ipsam senten-
tiam abundè comprobauimus in nostris Commentariis in Pictonum consuetudines, tit. ij. §. vlt.
vbi videre poteris, ne hīc iterum repetam.

19 ¶ Quo sic constituto, illud quoque isti fateantur oportet, non diutius hac formositate voluptate
potituros, qui formosas duxerint. Nam quæ hodie est formosa, cras eadem deformis erit. Est ni-
mirum forma res caduca, euanida, fugax, decidua, velox, fluxa, rapida, eodem penè momēto vire-
scens, & arefcens: non secus ac flosculi, quorū vita dialis, qui matutino tempore pulcherrimi, ante
vesperam euanescūt, magna (vt scribit Plin. lib. 21. c. 1.) hominum admonitione, quæ spectatissimè
floreant, celerrimè marcescere: quasi intelligeret Plinius, formā eò celerius ocyusq; elabi, quò ma-
gis conspicua est. Galen. in exhortatione ad bonas artes, eos laudat, qui iudicant formā vernis flo-
ribus esse similem: vt qui breuem voluptatem habent: simulq; laudat Lesbiæ dictum. Nam qui for-
mosus est, tantisper erit, dum videtur. Fallax, ait ille omnium sapientissimus, Proverb. vlti. gratia,
& vana est pulchritudo. Et quisquis est, qui lib. 1. Epigrammatum hoc inscripsit,

Forma res caduca.

τῆς ἄρας ἀπόλαυε, παρακμάζει ταχὺ πάντα.
Ἐν θέρους ἐξ ἐρίφου τρηχὺν ἔθνη τεράγον.

Id est, ad verbum:

Pulchritudine fruire: deflorescunt cito omnia:
Vna estas ex hædo setosum, siue hirsutum facit hircum.

Et rursum in eodem libro:

τὸ ῥόδου ἀκμάζει βαδὺ χρόνον: ἢ δὲ παρέλθῃ,
Ζητῶν εὐρήσεις ἂν ῥόδου, ἀλλὰ βάλου.

Quod & ad verbum id sonat:

Rosa viget breue tempus. Si autem praterierit,
Querens inuenies non rosam, sed spinam.

Et Theocritus Idyllio 28. cui titulus, ἐρασῆς:

καὶ τὸ ῥόδου καλὸν ἔστι, καὶ ὁ χρόνος αὐτὸ μαρᾶνει.
καὶ τὸ ἴου καλὸν ἔστιν ἐν εἴαρι, καὶ παχὺ γυρᾶ.

λευκὸν τὸ κρίνον ἔστι, μαρᾶνει τ' ἀνικα πίπτε.
ἀ δὲ χιῶν λευκὰ καὶ τάνετ' ἀνικα παχῆ.

Et rosa formosa est, sed tempore marcet & aret.
Formosa & viola verni sub sydere solis.

Sed cito conteritur flos, & nitor ille senescit.
Candida sunt etiam per amœnas lilia valles.

Sed cito marcescunt, & que modo candida nix est,
Tabescit, moriturq; breui liquefacta sub æstu.

Estq; etiam in hac sententiam Epigramma Platonis apud Laërtium:

τῶ μύλω βάλλω σε: σὺ δ' εἰ μὲν ἐκβῆς φιλείς, με
Δεξαμένη τ' σῆς παρθενίης μετὰ σός.

ἔ δ' ἂν, ὁ μὴ γέννοιτο νοεῖς, τ' αὐτὸ λαβῆσε
Σκέψαι τὴν ὄραμ, ὡς ὀλιγοχρονία.

Quod sic vertit interpres Ambrosius:

Malo ego te ferio: tu me si diligis, illud
Suscipe, me imparti virginitate tua.

Hoc fieri si posse negas, hoc suscipe malum, &
Quam pereat paruo tempore forma, vide.

20 ¶ Suntq; & in id Poëtarum Latinorum sententiæ, quorum facillè princeps Virgilius, si is tamen
fuit: qui carmen de Rosa scripsit:

Collige virgo rosas, dum flos nouus, & noua pubes:
Et memor esto, euum sic properare tuum.

Et Ouid. lib. 2. de Arte amandi:

Forma bonum fragile est, quantumq; accedit ad annos,
Fit minor, & spatio carpitur illa suo.

Nec semper viola, nec semper lilia florent.
Et riget amissa spina relicta rosa.

& cætera, quæ sequuntur. Alter Poëta Olympius Nemesianus in Bucolico Ludicro:

Non hæc semper eris: perdunt & gramina flores:
Perdit spina rosas, nec semper lilia cadent.

Nec longum tenet vna comas, nec populus umbras.
Donum forma breue est, nec se tibi commodat annis.

Sed & Seneca Tragicus in Hippolyto:

Anceps forma bonum mortalibus,
Exigui donum breue temporis,
Vt velox celeri pede laberis!

Et paulò post.

Vt fulgor, teneris qui radiat genis,
Momento rapitur: nullaq; non dies
Formosi spoliūm corporis abstulit!

Res est forma fugax: quis sapiens bono
Confidat fragili? dum licet, utere.

Idem in Hercule Octo:

D

*Vt alta sylvas formæ vernantes alit,
 Quas nemore nudo primus inuexit tepor:
 At cum solutos extulit Boreas Notos,
 Et saua totas bruma decussit comas,
 Deforme solis aspicias truncis nemus,
 Sic nostra longum forma decurrens iter,
 Deperdit aliquid semper, & fulget minus.
 Probitas, fidesq; coniugis, mores, pudor,
 Placeant marito: sola perpetuo manent.
 Subiecta nulli mentis atque animi bona:
 Florem decoris singuli carpunt dies.*

Rursum in Octauia:

In quam sententiam trahi potest & illud Claudiani:

*Pulchris stare diu Parcarum lege negatur:
 Magna repente ruunt, summa cadunt subito.*

Et quod Statius lib.1. Sylvarum appellat formam, dona fugientia:

Exerce formam, & fugientibus utere donis.

Et (vt etiam vtamur testimonio recentiorum Poëtarum) illud Michaëlis Verini Florentini:

Hæc quam cernis animum, quondam formosa puella

Extitit, an nescis, quam breue forma bonum est?

De eadem re.

¶ Nec soli sunt Poëta hanc formæ fugitiuæ breuitatem suis versibus executi: sed & alij scriptores celeberrimi eleganter expresserunt. Philo Iudæus, qui in nostra & Græcorum Philosophia facile ceteros antecellit, in eo libro, quem de prouidentia scripsit: Formositate (inquit) corporis se iactare mentis compos nemo poterit, quæ breui aded extinguitur tempore, vt antequam florescat, defloruisse videatur. Quod & vsurpauit Eusebius Pam. lib. de Euange. præpar. 8. cap. 5. Crispus quoque Sallustius, Romana ille primus in historia, vt Martialis ait, in eo lib. quem de bello Iugurthino mira elegantia conscripsit, in eandem ferè sententiam hæc prodidit: Igitur præclara facies, magnæ diuitiæ, visq; corporis, & omnia alia huiusmodi, breui dilabuntur. Et alibi, Dignitas formæ, aut morbo, aut ætate deflorescit. Et iterum in Catilinario: Formæ, inquit, gloria fluxa, atque fragilis est. Plutarchus in lib. de liberis educandis: Forma præcipuum est quoddam bonum, at caducum, paruq; durans tempore. Socrates autem apud Diogenem Laërtium in vita Aristotelis, formam appellabat *ολιγοχρονίου τυραννίδα*, hoc est, exigui temporis tyrannidem: quod scilicet eius gratia mox defloresceret. Domitianus apud Suetonium, dicebat, nihil breuius esse decore. Apuleius Platoniorum eruditissimus, & vt cenfer Augustinus, eloquentissimus, in Deo Socratis, significare volēs, nihil esse breuius forma, scribit: Formosus est? expecta paulisper, & non erit. Boëthius lib. 3. de Consola. Philosophiæ: Formæ nitor vt rapidus, vt velox, & vernalium florum velocitate fugacior. Lucianus Samosatensis in Dialogo Menippi & Mercurij, introducit ipsum Menippum mirantem, quod Græci, qui pro Helenæ forma multos diu tolerarunt labores, non intellexerunt, se pro re vsque aded momentanea, quæque tam facile emarcescit, elaborare. Eteocles apud Abbatem Maximum, Philosophum & Martyrem, Serm. 44. Locor. communium, cuidam ob formam gloriantis, *ουκ αχρύνεισεν, ἐπὶ τῆ ὄρα μέγα φρονῶν, ἢν παρακαταθήκη τῆ μικρῆ χρόνῳ ἔχεις?* Id est, Non pudet te superbire ob pulchram speciem, quam depositam habes ad exiguum tempus? ¶ Et vt aliquid mutuemur à facris scriptoribus, D. Chrysostomus in epistolam ad Ephesios Homilia 20. post nonnulla alia pulchritudinis incommoda, quæ ex eo supra adscripsimus: confestim hæc subdit, ex quibus illud non modicum quoque insurgit: Sed voluptatem habet pulchritudo vsque ad primum scilicet aut secundum mensem, aut si multum, vsque ad annum, deinceps verò non ita: sed per consuetudinem tabescit illius admiratio: interea tamen mala, quæ ex pulchritudine nata sunt, manent. In ea verò, quæ non aded corpore formosa est, nihil tale metuendum: sed certè primus amor admodum perdurat: eò quod anima formosa est, non corpus. Alter, Diuus Gregorius Nazanzenus, in versibus Elegiacis, quos eleganter scripsit, in mulieres ornatas fucatasq;:

*ὄυτός σοι νόμος ὅτι πατριώτις ἐφέτι κείνη,
 Μὴ πῶς ἐπ' εὐχροίῃ θάρσος ἔχει, θυγάτερ.
 Γὰρ μὴν κάλλος ἐμοὶ βασιὴ χάρις εἶαρ ἐνεικε,
 Καὶ χαμῶν κρυερὸς ὄλεσεν ἔξασπινος.
 ἢ νῆσός μιν ἐκαμύλεν ἀώριον, ἢ χρόνος αἰνὸς
 ὄλεσε τῆκεδ' ἀνῶν κύκλα Φέρων ἐπέων.*

Id est, propè ad verbum: sic enim sæpius solco facere, vt possint Lectores nonnihil in Græcis literis veluti ex transcurso addiscere,

Hæc tibi lex est patria, vsque ex illo

Nunquam in bono colore fiduciam habere, ô filia.

Omnem enim pulchritudinem mihi, breuis gratia ver tulit,

Et hyems frigida perdidit confestim,

Vel morbus ipsam flexit intempestiuè, aut tempus graue

Perdidit, tabefacientium orbis ferens annorum.

Forma exigui temporis tyrannidis.

De eadem re.

23 ¶ Quæ cum ita sint, rectè Plutarchus in Præceptis connubialibus scribit, quod quemadmodum ignis in paleis leporinisq; pilis accenditur, ocyusq; restinguitur: ita breuem amorem, nouorumq; coniugum corporis forma inflammatum, nec durare posse, nec firmum esse existimandum est. Quasi scilicet diceret, vt forma citò abiat, ita & amor, quam illa conflauit. Nam cum propter formam ames, idem amoris & formæ finis est. Cessante enim causa (vt pæssim dicunt nostrates ex Aristotelis sententia) cessat & effectus: de qua re priuatim nunc libellum cudimus. Ex quo est illud Bacchidis Terentianæ in Heautontim.

Formæ amor cum forma abiat.

Quippe forma impulsu nostra nos amatores colunt.

Hæc ubi immutata est, illi suum animum aliò conferunt.

Illudq; Iuuenalis Sat. 6.

Cur desiderio Bibula Sertorius ardet?

Si verum excutias, facies, non vxor, amatur.

Tres rugæ subeant, & se cutis arida laxet,

Fiant obscuro dentes, oculiq; minores,

Collige sarcinulas, dicet libertus, & exi,

Iam grauis es nobis.

Quæ haud dubiè confirmant id, quod scribit Aristot. lib. Ethic. 8. cap. 4. Amicitiam, quæ ex forma & pulchritudine proficiscitur, desinente ipsa pulchritudine, eam quoque desinere.

24 ¶ Proinde (vt breuibus hunc locum concludamus) cum absolutæ voluptatis, quam qui formosas sectantur, in earum consuetudine collocant, longè melius sit fuisse semper expertem, quam ex ea, cuius magnam olim partem hauseris, decidere, & veluti in ordinem redigi: (Id quod vsui euenire his necesse est, qui formosas vxores antea habuerunt, quippe cum eisdem mox deformes habituri sint) cumque amor ille vxorius, ob pulchritudinem conciliatus, decidente pulchritudine plerunque soluat, in odiumq; ac tedium cõmutetur: & si fortuna illa diutius maneat (id quod rarissimum est) consuetudine tamen & frequētia, quæ ex ea oritur, languidior fiat: dubitationem non habet, quin præstet deformem ducere vxorem, quam formosam.

Epilogus.

25 ¶ Adde, quod cum aliàs semper literarum studia impediatur nuptiis, vxoriisq; interpellationibus, nec possimus libris & vxori pariter inferuire, vt apud Hieronymum in Iouinianum lib. 1. scribit Theophrastus: & testatus est Cicero, qui cum ab Hircio rogaretur post repudium vxoris Terentianæ, vt sororem eius duceret, omnino facere superfedit, dicens, non posse vxori & philosophiæ operam pariter dare, vt retulit ipse Hieronymus: eodè loco, & è nostris Ioannes Andreas, & Pan. in cap. diuersis. extrâ de cleric. coniu. Tum verò maximè vxores formosæ huiusmodi literarum impedimenta nobis afferunt, vt quæ sua pulchritudine animum nostrum veluti detinent, neque sinunt aliò diuertere. Maria Socin. Senen. Bartholomæi pater, vtroque iure consultissimus, & optimo iure excellentissimus doctor, vocatus à Ioan. Baptista Cacia. in repe. l. admonendi, col. l. ff. de iureiur. & clarissimus à Philip. Corne. confi. 306. circa primum quæsitum, post prin. lib. 3. interrogatus aliquando, cur minus solito literis operam daret, vxorem (inquit) duxi. Rursus interpellatus, cur Socrates vxoratus non itidem Philosophiæ studia neglexisset, Xanthippe, inquit, morosa fuit, & vt existimo, deformis: mea vxor proba est, & forma decenti. Id quod memoriæ prodidit Antonius Pano. in eo libello, quem elegantissimè conscripsit de facetiis Alphonfi regis, & aliorū.

Vxoriis interpellationibus studia impediuntur.

Maximè, cum uxores sunt formosæ. Mariani Soci. dictum de uxore.

26 ¶ Postremum & hoc quoque adiciit, Vxores formosas magnam partem vitæ nobis adimere: vt pote quæ sua forma, sicuti supra diximus, ad Venerem alliciant immodicam atque superfluam: quæ vires corporis (vt interim taceam de reliquis incommodis intemperatæ libidinis, quæ à melatiùs in iis ipsis legibus connubialibus describentur) omnino atterit, deuorat, absumit, vitamq; ante tempus veluti præripit, & senectutè intempestiuè accelerat, vt & latius postea narrabimus. Vnde Germani, vt testis est Bebelius, hanc sententiam prouerbij vice celebrant, Quatuor ante tempus hominem occidere, vxorem formosam, tristem familiam, immoderatū cibum, ærem corruptum. Quam laudabilis autem, quanti q; æstimanda sit longa vita, alibi diximus in tractatione Nobilitatis, cap. 31. num. 518. præterea non inficior.

Vxores formosæ maximè uitæ partem uiris adimūt.

27 ¶ Igitur (vt semel finiam) cum vxoris forma supercilium secum afferat, & superbiam: cum genitalem torum fœdet libidinibus, cum sit eius naturæ, vt non patiatur absoluta illa voluptate frui diutius, sed & vertat amorem in odium, cum literarum studia maiorem in modum impediatur, cum longæuitati (quæ admodum pretiosa res est) miris modis officiat: reliquum est, vt concludamus, admodum esse cauendum, fugiendumq;, veluti quendam scopulum, vxoris formosæ contubernium. Ideoq; Anacharsis ille Scythæ, nihil tamen minus quam Scythæ, moribus & sapientia, vxorem deformem duxisse dicitur. Quod cum ei in conuiuio à quopiā dictum fuisset, respondit, & id quoque sibi videri. Et conuersus ad puerum, *ἀλλά μοι εὐχεομῶ παῖ, ποτήριον ἀκρατέστερον, ὅπως κῦτῆν καλήν ποιήσω.* Sed mihi, puer, meracius infunde poculum, vt ipsam pulchram faciam. Tanquam scilicet oculorū acies temulentia deciperetur, vt autor est Athenæus. Protagoræ autem sententia est apud Antonium Monachum, Melissa tom. 2. c. 33. *γυναῖκα σώφρονα ζῆται, καὶ μὴ εὐμορφου. ἢ μὴ γὰρ θησαυρὸς ἀνέκλειπτος, τὸ δὲ ὑποψία γνώμης.* Id est, vxorem temperantē quærito, nō formosam. Ille enim est thesaurus, qui surripi nō potest: hæc autē, animi opinio, siue persuasio.

Epilogus.

Anacharsis uxorem deformem duxit.

28 ¶ SEB D I C E T quispiam, Iacob ille vnus ex tribus Patriarchis, vir quidem omnibus virtutum numeris consummatissimus, & dignus, quem omnes sibi proponant imitandū, Rachel vir-

Contrâ uxores formosæ esse ducendas.

¶ Quæ

Ciceronis lo-
cus.
Iuno cur vo-
ca dicta.

Τὸν δ' ἡμέτερον ἐπέετα βοῶπις πότνια Ἥρη.
Et hoc quidem epitheto Tullius lib.2.Epistol.ad Att.epist.9. designauit Clodiam illam, Clodij Pulchri sororem, qua & ipse Clodius, vt vxore, abutebatur. Quinetiam Homerus eodem epitheto insigniuit Euryphaëssam, Solis matrem, in Hymno ipsius Solis. Hesychius autem scribit, ipsam Iunonem primùm ab Eupoli ita fuisse vocatam, quòd pulchros ac magnos oculos haberet. Quod tamen verum non est in eo, quod de Eupoli dicitur, cùm ante eum longo tempore fuerit ipse Homerus. At illud verum est, huiusmodi oculos esse pulchros & amabiles, vt etiam videre licet ex Luciano de Imaginibus. Ideoq; idem Homerus alibi, videlicet in Hymno hospitum, ipsam Iuno nem ἐρασπίδα vocat, id est, oculis amabilibus. Et Aelianus lib.12. Variarum historiae, describens excellentem pulchritudinem Aspasiae Phocensis, dicit, ei fuisse oculos maximos. Et quòd eo epitheto magni oculi designentur, testis quoque est Plutarchus Problematum cap.149.

Oculi magni
pulchri.

35
Pallas caesiis
oculis.

¶ Sed & idem Homerus Palladem γλαυκῶπιδα, id est, glaucos siue caesiis oculos habentē, siue (vt vno verbo dicam) glaucoculam: idque locis infinitis, ex quibus is nunc occurrit ex lib.Iliad.1. Τὸν δ' αὖτε πρόσθεπε θεῶν γλαυκῶπις Ἀθήνη.

Proverbium.

Et lib.23. eiusdem operis:
εὐχῆ' ἀθηναίων γλαυκῶπιδι ὄν ἦν θυμῶν.
Quod & similiter facit Hesiodus statim post principium Theogoniae:
Κόρυς τ' αἰγυγίοιο Διὸς γλαυκῶπιον ἀθηνῶν.
Et rursus in eodem opere,
Σῶσε ἢ καὶ κόσμησε θεῶν γλαυκῶπις Ἀθήνη.
Et alibi saepe. Hincq; Virgilius,
(si is est) in Priapeis:
Minerua flauo lumine est, Venus pato.

Quem secutus Ouidius lib.2. de Arte amandi:
Si pato est, Veneri similis: si flaua Minerva.
Quid si praeripiat flaua Venus arma Minervae?
Ventilet accensas flaua Minerva faces?

Caeus color
in oculis,
quid signifi-
cet.

Ex quo antiquum illud proverbium apud Zenodotum & Suidam, ἀθηνῶν τ' αἰγυγίου, id est, Palladis felem, quòd etiam feles sint glaucis oculis. Quamquam Physiologi (vt id obiter dicam) dicunt splendorem in oculis, & glaucum colorem in pupillis significare acumen ingenij. Hincque posset dici, eum colorem attributum Palladi deae ingeniosissimae, & optimarum artium inuentrici. Diodorus autem Siculus lib.1. Bibliothecae, ideò ita dictam Palladem censet, quòd aër, quem Pallada vocat, visum animalibus praebat, aut (vt alij vertunt) quoniam aër sit glauci asperctus. Quod etiam tradit Cornutus aut (vt alij vocat) Phurnutus, περὶ τῶν θεῶν φύσεως, id est, de natura Deorum, & Eusebius de Praeparatione Euangelica, lib.3. cap.2. Verba autem Diodori in eam rem haec sunt: λέγουσιν ἢ αὐτῶν καὶ γλαυκῶπιον, ὅτι ὡσπερ ἐνίοι τῶν ἐλλήνων ὑπέλαβον, ὅτι τὸς ὀφθαλμούς γλαυκὸς ἔχον: τὸ γὰρ εὐκλεῖς ἀπάρχει: ἀλλ' ἄρα τὸ ἄρα τὸ πρόσωπον ἔχον ἐγγλαυκόν. Et id quoq; Tullius lib.1. de Natura Deorum, arti Physicae tribuit, nulla alia eius rei declaratione facta. Pausanias autē lib.1. quo Attica describit, hanc Palladis appellationem ad Libycam fabulam trahit, quae dicit, eam natam esse ex Neptuno & Tritonide palude, & glaucos ideo oculos habere, quales Neptuno sunt. Alij ita vocatam dicunt, quòd horrèdo & formidoloso aspectu sit: vnde & glauci & caesij leones & basilisci dicuntur: vt & ipse Phurnutus scribit. Nam & nonnulli dracones eadem ratione γλαυκῶπιαι dicunt. Ipsa autē Minerva ab huiusmodi horrendo & truculento aspectu γοργώπιδος est cognominata, vt Grammatici obseruarunt, ἄρα τὸ γοργῶπιδος. Ex quo est & illud Ouidij lib.2. Metam.

Pallas γοργώ-
πιδος dicta.

Vertit ad hanc torui Dea bellica luminis orbes.
Cornelius autem Tacitus scribit Germanis esse oculos truces & caeruleos, vt hinc intelligas, oculos caeruleos siue caesiis eosdem esse. Alij autem sic dictam volūt ab oculis noctuarum, quas illi γλαυκάς appellant, Palladiq; sacras esse volunt. Vnde & Ouidius eodem illo lib.2. Metamor. noctuam Palladis auem periphrasi appellat. Alij rursus ita dictam volunt, ἄρα τὸ γλαυκῶπις, id est, à lacte, quòd esse ἄσκιον conuenit, & proinde album. Nigidius autem apud Gellium lib.No.6. Attic. 2. cap.26. ita dictam ait de colore caeli, quasi caeliam. Alij denique aliter, vt videre licet ex Caëlio Rhodigino lib.14. cap.18. Et quamquam plerique huiusmodi oculos formositati attribuūt: tamen contra deformitati Terentius in Heautontim.

Oculi glauci,
an pulchri.

—Rufimne illum virginem
Caesiam, sparso ore, adunco naso non possum, pater.
Porro Empedocles, & post eum Aristoteles lib.5. de generatione animal. cap.1. & iterum Problem. 14. c. item 14. scripsit glaucis oculis, siue caesiis, plurimum ignem incesse. At Albertus Magnus lib. de Animalibus 1. scribit glaucos oculos significare dolosos, & audaces, ad militiam inuigilantes. Cuiusmodi autem temperamentum corporis significent, discas ex Galeno in Comm. in Hippocr. de morbis vulgaribus, lib.3. Et quibus affectibus sint obnoxij, apud eundē videbis libro de vsu partium x. & apud Theophilum Prospatharium lib.4. de Fabrica humani corporis, cap.20.

36
Venus aurea.

¶ Sed vt ab istis diuerticulis non iniucundis reuertamur ad Homerum. Idem Venerem χρυσήν, id est, auream, saepe appellat. Is autem versus nunc se offert ex libro postremo Iliados:
ἀλλ' ἄρα καὶ σάνδρον ἐκέλευ χρυσὴν ἀφροδίτην.
ὕπὸ δ' ἠμυδαίει δὲ χρυσήν ἀφροδίτην.
Vti etiam Hesiodus in Theogonia:

Et rursus

Et rursus in eodem opere:
κάδ' ἔμω δ' ἄρμονίῃ θυγάτηρ χρυσῆς ἀφροδίτης.
Et saepe aliàs. Ex quo est & illud Virgilij x. Aeneidos:
Iuppiter haec paucis: at non Venus aurea contra
pauca refert. Et Ouidius lib.x. Metamor.
Sensit, vt ipsa suis aderat Venus aurea festis.

Et in epistola Paridis ad Helenam,
Te peto, quam pepigit lecto Venus aurea nostro.
Et rursus in eadem epistola,
—Gaudet Venus aurea furtis. Et Statius Sylvarum lib.3. in Coma Earini:
Dum petit, & molles agitat Venus aurea cygnos.

Et quare ita
dicitur.

Quare autem ita dicebatur (vt & id dicam obiter) tradit Diodorus lib.2. cap.6. eodemque vlt. & iterum lib.5. cap.3. & Nicolaus Themæus, qui inter multas rationes, id adscribit sumptibus ac dispendiis, quae in re amatoria fieri affolent, cuius praeses est ipsa Venus. Alij dicunt, ita dictā à Luco Veneris aureae, quae in Aegypto est, vt tradit Eusebius lib. praeparationis euangelicae 10. cap.2. Vel quòd apud Lesbium Venus quoque aurea coleretur: vt & apud Lycios Olympiae nomine, testibus Proclo Lycio in Hymnis, Diuo Iustino Philosopho & Martyre in admonitorio Gentium, Diodoro Siculo, & Homeri interprete. Porro Laertius in Diogene scribit Phrynen nobilem illam meretricem Venerem auream Delphis obtulisse, cui Diogenes Cynicus hunc titulum inscripsit, τὴν ἀπὸ τῶν ἐλλήνων ἀκροασίας, id est, ex Graecorum incontinencia. Sed id ad hanc appellationem referri non potest, cùm Homerus & Hesiodus, qui ita eam vocarunt, fuerint multis seculis ante Phrynen. Crediderim, eos id ad pulchritudinem retulisse, quando idem Homerus Dianam in Hymno ipsius ἀσβεμιν χρυσολάκτον, id est, auream saggitam habentem, & Iliad.9. χρυσόθρονον, id est, auream sedem habentem, appellat. Nam χρυσός non solum aurum denotat, sed & plerumque (vt Athenæus & Hesychius tradunt) pulchrum significat: vnde & Venus χρυσή, & Apollo χρυσήνι dictus est, quasi pulchras habens habenas: à pretio videlicet & pulchritudine ipsius metalli: cuius etiam metalli daemon χρυσών, vt dicit idem Hesychius, vocabatur. Ex Latinis autem Virgilius, aureum pro pulchro posuit, lib.j. Aeneid.

Diana aurea.

Aureum pro
pulchro.

—Auleis iam se regina superbis
Aurea composuit sponda, mediāque locauit.
Vbi id & Seruius annotauit. Et aliàs, quod eximium & pulcherrimum est, aureum vocamus. vnde χρυσέον ὄμμα τὸ Δίκης, & Aurea verba, Horatio. Pindari Scholiastes, χρυσία φόρμιγγι, ἀντὶ τὴν τιμῆα κινάρα, ἃς χρυσὴ ἀφροδίτη. & seculum aureum, Hesiodo, Ouidio, & ceteris. Et huic sententiae sub scribit Diodorus d.li.5. c.2. vt scilicet Venus aurea vocetur ob egregiam formam.

37 ¶ Idem quoque Themis καλλιπάρηον, ac si dixeris, pulchrigenam, id est, pulchras genas habentem, vocat, Iliad. lib.xv.
ἢ δ' ἄλλος μὲν ἔασε θεῶν καλλιπάρηον
Δέξιο δ' ἔπαυσε. — Et auroram ῥοδοδάκτυλον, id est, roseos digitos habentem appellat. Ita enim exorditur lib.2. & 8. & 17. Odyssae:
ἤμ' ὁ δ' ἠργυρένια φάνη ῥοδοδάκτυλον ἔκασ.
Quem versus etiam repetit lib.4. eiusdem operis non semel, & lib.5. & lib.9. etiam multis locis, & lib.j. & vlt. Iliad. & alibi saepe. Ex quo Virgil. videtur fuisse illud mutuatus lib.7. Aeneidos:
Aurora in roseis fulgebat lutea bigis.
Illudque nescio cuius, quod ad Homerum propius accedit:
—Et roseis manibus sidera dispulerat.

Themis pul-
chrigena.

Aurora ro-
seis digitis.

Sed & idem Virgilius lib.j. Aeneid. de Venere loquens:
Dixit, & auertens rosea cernice refulsit.
Thetidem quoque Homerus vocat ἀργυρόπεζαν, id est, argenteos pedes habentem, cùm scribit lib. Iliados 9.
Μήτηρ γὰρ τὸ μέφρησι θεῶν ὄετις ἀργυρόπεζα. Et lib.18.
ἢ δ' αὖτ' ἄλυμπόνδ' εἰ θεῶν ὄετις ἀργυρόπεζα. Et lib. vltimo,
ὡς ἔφατ' ἢ δ' ἀπίθνησε θεῶν ὄετις ἀργυρόπεζα.

Venus rosea
cernice.

Thetis argen-
teis pedibus.

Et alibi saepe. Vti etiam facit Hesiodus in Theogonia:
Φυλαί ἢ δ' ἠμυδαίει θεῶν ὄετις ἀργυρόπεζα.
Hincque illud Ouidij in epistola Acontij ad Cydippen:
Et Thetidis quales vix reor esse pedes.

Et hoc quoque epitheto Pindarus appellauit Venerem, Pythiorum Ode 9. Sed & Heben Home-
rus ipse καλλίσφυρον, id est, pulchritalam, scilicet pulchros talos habentem, tum lib.11. Odyssae,
non multum ante finem, tum in Hymno Herculis leonini animi.
—καὶ ἔχοι καλλίσφυρον ἦβην. Similiterque Latonam in Hymno Dianae:
ὕμνευσι ληϊῶ καλλίσφυρον — Et Ledam in Hymno puerorum Iouis:
—ληϊὸς καλλίσφυρος ἀγλαὰ τέκνα. Et Ino Leucotheam lib.5. Odyssae:
Τὸν δ' ἰδὲ κάδ' ἔμω θυγάτηρ καλλίσφυρος ἰνῶ.
Quod & ex ipso Homero annota-

Venus ite ar-
genteis pedi-
bus.

Hebe pulchri-
tala.

Latona quoq;
Et Leda.

Et Ino Leu-
cothea.

Calypso pulchris crinibus.

Et Ceres.

Et Circe. Et Latona. Et Gratia. Latona auricomam. Et pulchris genis. Amathia pulchricoma. Et Maia.

Et Thetis. Muse nigris oculis. Nigri oculi ad formam pertinent. Venus nigris oculis. Et Helena. Et Thetis. Et iterum Venus.

uit Aelianus lib. 12. de varia Historia, quo loco describit pulchritudinē Aspasia. Homerus (inquit) pulcherrimas scēminas suo quodā vocabulo καλλισφύρες appellat.

Et Calypso εὐπλόκαμον, id est, pulchris crinibus, quasi dixeris vno verbo pulchricomam, libro 5. Odyssæ, circa principium:

Νύμφη εὐπλόκαμῳ ἐπέειν νημερῆα βυλάν.

Et similiter Cererem eodem libro:

ὡς δ' ὅπῳτ' ἰασίῳνι εὐπλόκαμῳ Δημήτρῃ.

ὄν δ' ὅτι Δημήτρῃ καλλιπλόκαμοιο ἀνάσσης.

Et Circe lib. 10. Odyssæ:

ἔσαν δ' ἐνὶ θύρῃσι θεᾶς καλλιπλόκαμοιο,

Ληῶ τέξασθ' καλλιπλόκαμῳ τὸτ' ἐμμελῆν.

--ὄν ἡύκομῳ τέκε Ληῶ.

αὐτὰρ εὐπλόκαμοι Χάριτες.

Nam εὐπλόκαμῳ & καλλιπλόκαμῳ & ἔυκομος idem significant, (vt iam diximus) quod pulchricoma. Sed & statim post in eodem Hymno & Latonam ipsam χρυσοπλόκαμον, id est auricomam, & alibi eandem vocat καλλιπάρηον, id est, pulchram genis, vt supra Themidem:

ὄν κ' ἄρα Λητοῖ ἰσάκετο καλλιπάρηῳ

¶ Sed, vt ad præcedentia redeamus, idem libro xvij. Amathiam vnam Nereidum similiter vocat εὐπλόκαμον. Et in Hymno Mercurij non semel Maiam ipsius Mercurij matrem.

Et illo quoque libro 18. & iterum 20. Thetin καλλιπλόκαμοιο:

μητρὸς δ' ἐκ θεῶν καλλιπλόκαμῳ ἄλοσύνῃς.

Et in eo Hymno, quem Iouis filiis dicauit, Musas ἐλικώπιδας, hoc est, nigris, siue nigricantibus oculis vocauit, tanquam dicas nigroculas, si ita fari liceat:

ἄμφι Διὸς κέρως ἐλικώπιδες ἑσπέτε μῦσαι.

Nam & id ad speciem mulieris pertinere declarat idem Homerus, qui lib. j. Iliados eodem epitheto insigniuit Chryseidem, formosissimam virginem:

πρὶν γὰρ πατρὶ φίλῳ δόρυλα ἐλικώπιδά κέρην.

Et Pindarus eodem epitheto Venerem Dearum pulcherrimam insigniuit, Pythiorum Ode 6. quam sic inchoauit:

ἀκρόατ' ἢ γὰρ ἐλικώπιδ' ἀφροδίτας.

ἀρσραν.-- Vbi & id interpretes ad pulchritudinem retulerunt, & Q. Calaber Helenam & Thetidem, quæ & ipsæ formosissimæ fuerunt, similiter ἐλικώπιδας vocauit. Sed & ipsam Venerem Homerus & Hesioidus ἐλικόβλεφαρον, quod idem significat, nigris scilicet oculis, vocarunt: ille in 2. Hymno ipsius veneris:

καὶ ἐλικόβλεφαρε γλυκυμέλιχε.

Hic verò in Theogonia:

καὶ θεμιν ἀδένειν, ἐλικόβλεφαρόν τε ἀφροδίτην.

Quamquam scio, nonnullos hanc Veneris appellationem ad supercilia referre. Sed quod ad nostram oculorum nigredinem, proindeque ad eorum pulchritudinem pertinet, eò spectat quod scribit Euripides in Bacchis:

ὄνοπας ὄσοις Χάριτας ἀφροδίτης ἔχων.

Nigras oculis gratias Veneris habens.

Ex quo & illud Catulli in amicam Formiani:

Salve nec minimo puella naso,

Nec bello pede, nec nigris ocellis,

Nec longis digitis, nec ore sicco,

Nec sanè nimis elegante lingua,

Decoctoris amica Formiani.

Ten' provincia narrat esse bellam?

Tecum Lesbia nostra comparatur?

O seclum insipiens & infacetum!

Illudque Plauti in Pcenulo:

Atqui ipsa ca' st,

Specie venusta, ore paruo, atque oculis pernigris.

Et illud quoque Naumachij Poetæ Græci, apud Stobæum Serm. 72.

μηδὲ μέλαινε τεοῖσιν ὄσῳ βλεφαροῖσιν ὀπωπας.

Illud denique Periclyones Pythagoricæ, ex libro πρὶ γυναικὸς ἀρμονίας, hoc est, de mulieris concinnitate, ἰδὲ χροῖετ' πρόσωπον λευκαίνετα ἢ ερυθραίνεσα ὄσῳ, ἢ μελαίνεσα ὀφρύας τε, ἢ ἀφθαλμῶς.

Hincque D. Cyprianus in lib. de habitu virginum, oculos circumducto nigrore fucatos carpit, vt D. Hieronymus fuliginatos. Nec id tantum ad scēminarum, sed & ad virorum formam pertinet (vt id in transcurfu dicam) vt constat ex loco illo Horatij lib. j. Carm. Ode 32.

Et Lycum nigris oculis, nigroque crime decorum.

Vbi Acron, Pulchritudo, ait, puerorum sæpe nigris decoratur oculis. Item in Arte Poetica:

Spectandum nigris oculis, nigroque capillo.

Et Lucianus Dialogo primo Ἰν νεκρικῶν, vbi iubet Pollucem renūtiare formosis quibusdā, quòd apud homines neque flaua coma, nec cærulei nigriue oculi, neque rubor faciei amplius vllus est.

¶ Postre

39 ¶ Postremò idem Homerus (vix enim relinquere eum possumus) lib. 6. Odyss. describens chorum agrestem ludentium in monte Nympharum, quæ Dianam ducem sequebantur, ita infit:

ρασάων δ' ὕπερ ἤγε κάρην ἔχει, ἠδ' ἐ μέτωπα.

ῥεῖα δ' ἀριγνώτη πέλετ' ἀλλὰ δέ τε πᾶσαι.

Omnes autem hæc capite supereminet, & fronte.

Facile autem conspicua, pulchra autem omnes.

Qua in re subit in mentem illud ipsius Ouidij lib. Fastorum 6. ad finem:

Nec quòd laudamus formam, tu turpe putaris.

Laudamus magnas hæc quoque parte Deas.

40 ¶ Sed ad Homerum redeamus, qui in Agamemnone quoque, & Achille, altero regum, altero bel-latorum maximo, atque etiam in Menelao, Polyxeno, Nireo, Patroclo, Deiphobo, Aenea, Vlysse Telemacho, Thrasymede, Euryalo, Laodamante, Ganymede, Paride, membrorum formæque dignitatem laudauit: quod non ille fecisset, nisi magnum illud bonum esse intellexisset. Quamquam Valla in eo libro, quem de Honestâ voluptate scriptum reliquit, opinatur Homerum non tam lau-dauisse pulchritudinem in illis inuentam, quàm affinxisse, vt laudaret, docerétque illud magnum bonum esse, & in oculis hominum collocandum. Virgilius quoque Homericæ per omnia perfe-ctioris imitator, Apollinem formosum appellat Eclog. 4.

—Lino formosus Apollo. Et eiusdem ætatis Poeta alter, lib. 2. Amor. Eleg. 3.

Pauit & Admeti tauros formosus Apollo.

Sed & ipse Virgilius alterum Deum Mercurium à forma quoque laudauit, lib. 4. Aeneid.

Omnia Mercurio similis, vocemque, colorémque

Et crines flauos, & membra decora iuuenta.

Quin idem autor eodem in opere, Euryali, Iuli, Lausi, Turni, Herculis, Auentini, Pallantis, ip-sius Aeneæ, Virbij, Asturis speciem prosequitur honore verborum.

Nam de Euryalo lib. 5.

Eurialus forma insignis.--

Et lib. ix.

Et iuxta comes Eurialus, quo pulchrior alter

Non fuit Aeneadum.--

Item de Iulo, eiusdem operis lib. v.

--Formaque ante omnes pulcher Iulus.

Et iterum lib. vij.

Aeneas, primique duces, & pulcher Iulus.

Et lib. ix.

--Ante omnes pulcher Iulus.

De Lauso & Turno simul, eodem lib. vij.

Filius huic iuxta Lausus, quo pulchrior alter

Non fuit, excepto Laurentis corpore Turni.

Et de ipso quoque Turno alibi in eodem lib.

--Ante alios pulcherrimus omnes

Turnus.-- Et rursus eod. lib.

Hunc decus egregium formæ mouet.--

De ipso quoque Lauso & Pallante simul, lib. x.

--Hinc Pallas instat, & urget,

Hinc contra Lausus nec multum discrepat atas,

Egregij forma.--

De Hercule & Auentino lib. vij.

--Satus Hercule pulchro

Pulcher Auentinus.--

De Aenea lib. 4.

--Herent infixi pectore vultus.

Et alibi eo. lib.

--Ipse ante alios pulcherrimus omnes

Infert se socium Aeneas.

De Virbio lib. vij.

Ibat & Hippolyti proles pulcherrima bello

Virbius.--

De Asture lib. ix.

--Sequitur pulcherrimus Astur.

Item de Arcente Siculo, Arcentis filio, eodem lib. ix.

Stabat in egregijs Arcentis filius armis,

Pictus acu chlamydem, & ferrugine clarus Ibera.

In Euryalo quoque ipso de hac re sententiam tulit lib. 5. eiusdem operis,

Gratior est pulchro veniens è corpore virtus.

Quam quidem sententiam è nostris aduocat approbatque Lucas Pen. in l. j. col. j. in ij. q. in prin. C. qui ætate, vel profess. se excus. lib. x. & Alex. conf. 209. ponderatis his. col. ij. vers. dictus verò iuue-nis, lib. vj. Eam tamen Seneca (vt erat Stoicorum penè dixerim Stoicissimus) epist. ad Lucilium lxvij. reprehendit, & id quidem iniuria. Quamuis enim in corpore pulchro melior aut perfectior virtus non sit, nescio tamen quo pacto acceptior est, & gratior. Nihil, dicebat Domitianus apud Suetonium, gratius decore. Et, vt dicit Iacobus ille illustri Purillarum Comes, de liberorum edu-catione, Quò quisque pulchrior est, eò magis virtus in eo refulgeat, necesse est. Ante vtrunque autem Orpheus hoc maximo præconio extollit Iasonem, de quo in hunc ferè sensum canit:

Clarior in cunctis diuus splendebat Iason.

Inno etenim lætos oculis adflarat honores.

Nympha pulchra.

Homerus he-roas à pulchritudine laudat.

Virgilius sim-ilitur. Apollo for-mosus.

Euryalus for-mosus.

Iulus quoque. Et Lausus. Et Turnus.

Pallas Euan-drius.

Hercules. Auentinus. Aeneas.

Virbius.

Astur.

Virtus gra-tior in pulchro corpore.

Decore nil gratius.

Iason formo-sus.

Et pul

Et pulchrum dederat magnūque & peccore fortem.

Verfus autem Orphci hi sunt:

Τοῖσι δ' ἄρ' ἐν πάντεσσι μετέπρεπε δ' ἰνῶν.
ἦν γὰρ πρὶ πάντων ἐτίετο, καὶ οἱ ἐδῶκε
καλλῶ τε μέγθος τε, καὶ ἠνορέην ἰστέρον λον.

Plinius autem lib. j. epistola ad Iunium Mauricum scribens, cuius nepti ex fratre maritum delegerat quempiam, Est, inquit, illi facies liberalis, multo sanguine, multo rubore suffusa: est ingenia totius corporis pulchritudo, & quidem senatorius decor: quæ ego nequaquam arbitror negligenda. Debet autem hoc castitati puellarum, quasi præmium dari.

41 Helena pulchritudo, vide sup. nu. 32.

¶ Sed ut Helenam resumamus, Isocrates ille Orator clarissimus, elegatissimam de ipsius laudibus Orationem conscripsit, in qua & hoc memoria prodidit, Græcè quidem, sed hoc sensu: Grauius pro Helena dij immortales pugnaverunt, quàm cum aduersus gigantes prælium commiserunt. Nam cum gigantibus concordēs, & inter se coniuuati simul, & vnanimiter pugnas inierunt. Pro Helena verò contrarias inter se acies instruxerunt, & aduersis telis alter alterum petiuerunt. Quæ cum ita sint, & illi merito eo fuerunt animo, & ego eam tantis laudibus cumulare possum, & debeo. Maximam enim partem habuit pulchritudinis, quam dignissimam, pretiosissimam, augustissimam denique omnium rerum existimauerunt. Hæc Isocrates, qui postea & alia quoque in laudem pulchritudinis congessit, quæ ideo subscribere supercedi: quia & multa sunt, & quilibet qui id nosse velit, illic facillimè poterit inuenire. Eum autem locum, quem ex eo citauimus, propè iisdem verbis adscripsit Lucianus (si is est) in eo libro, cui Charidemus titulus est, quæ & nos supra retulimus. Et eum quidem ita propemodū conclusit: Quo sanè argumento quodnā aliud manifestius aut clarius esse potest, quātō etiā ipsi diis iudicibus, cæteras mortaliū res omnes antecellat pulchritudo? Nam cum pro aliarum quidem rerum nunquam vlla vllō modo inter se discordes fuerint, pro pulchritudine autem non solum filios suos in mortem obtulerint, sed ipsi inter se dimicarint, nonnulli quoque vulnerati fuerint: an non omnibus aded calculis censuerunt pulchritudinem cæteris rebus vniuersis anteponebam esse? Quæ etiam omnino deprompta sunt ex Homeri Iliade. Et in eodem quoque libro sunt & alia multa in laudem ipsius pulchritudinis edita, quæ tu, si animo sedeat, videre poteris.

42 Forma inter naturæ primigenia bona.

¶ Quid, quod Philosophi rerum iusti æstimatores, inter præcipua naturæ primigenia, in quibus plerique summum bonum repofuerunt, annumerant pulchritudinem corporis. Plato Philosophorum grauiissimus, lib. j. de Legibus bona bifariam diuidit: alia enim diuina esse, alia humana. Horū autem primum dicit esse sanitatem: deinde pulchritudinem: tertium vires ad cursum, & alios corporis motus: quartum diuitias. Quod & ipsum tradit lib. 6. de Repu. Sed & idem lib. de Legibus ij. & iterum in Gorgia: & Lucianus in eo lib. cui titulum fecit, ἰστέρον δ' ἐν τῇ προσαγορεύσῃ πάλισ ματῶ, cantilenam hanc in coniuuiis celebrari solitam memorant, ὑγιάνειν μὲν ἄριστον ἀνδρὶ θνατῶ: δεύτερον δὲ φῶν καλὸν γενέσθαι, τρίτον δὲ πλεῖστέν αὐδ' ὀλωσ. Quibus significatur, Optimum, & potissimum esse bonam valetudinem, proximum formam, tertium diuitias. Quæ quidem Cantilena ex Simonidis Poematis deprompta est, si verum dicit Theodoretus in libro de Iudicio. Verum id & alij assignant Pythagoræ. Cui (vt id obiter dixerim) quartum addit Athenæus lib. Dipnosoph. 15 c. 21. Sclerius apud Stobæum, Serm. 101. atate vigere cum amicis, ἰβ' ἂν μετὰ τῶν φίλων.

43 De eadem re. Formæ ualentiæ præferuntur.

¶ Enimuerò multi formam bonæ valetudini præferre non dubitarunt, moti ex hoc, vt arbitratur Valla in eo lib. quem nuper citauimus, quod secum pariter forma sanitatem habere existimetur. De quo est illud Ciceronis, lib. j. Offi. quo loco de temperantia differit, Venustas & pulchritudo corporis secerni non potest à valetudine. Quæ in ea re, vt aliàs sæpe, in Officiis imitatus D. Ambrosius, & ipse lib. Officiorum j. Pulchritudo, inquit, supra salubritatem ac valetudinem videtur excellere: & tamen sine his esse non potest, neque vllō separari modo: quoniam nisi bona valetudo sit, pulchritudo esse ac venustas non potest. Idem Cicero lib. iij. Tusculanarum quæstionum, inter præcipua corporis bona pulchritudinem primo loco collocat, inquiens: Sunt enim in corpore præcipua, pulchritudo, vires, valetudo, firmitas, velocitas. T. Lucretius & Philosophus & Physicus & Poeta celebratissimus, testis est, formam hominum semper in honore & pretio fuisse habitam. Cuius hoc carmen est lib. 5. de rerum nat.

Condere cæperunt tum vrbes, arcemque locare
Præsidium reges ipsi sibi, perfugiumque,
Et pecudes & agros diuisere, atque dedere
Pro facie cuiusque, & viribus, ingenisque.
Nam facies multum valuit. --

Chasse. furti.

44 Formosi reges ante alios delectati.

Ex his autem multa à nobis furto surripuit Bartholemæus Chassenæus in suo Catalogo Gloriarum mundi, parte II. consideratione 30.

¶ Sed, vt redeamus, non mirum si principes in distribuendis rebus formosos cæteris anteponebant, cum & prisco illo tēpore ipsi principes & reges apud plerosque deligebantur, qui forma cæteris præstabant. Onesicritus autor est, & post eum Strabo libro 16. Indos, qui Catheam incolunt, aded pulchritudinem excoluisse, vt regem eligerent, qui cæterorum esset pulcherrimus. Quod & tradit Diodorus Siculus lib. 17. quo Alexandri vitam describit: vbi & illud quoque tradit, apud eam gentem, quæ Sopithæ regi parebat, in matrimoniis contrahendis: neque dotis, neque magni ap-

gni apparatus, sed formæ duntaxat rationem haberi, corporisque pulchritudinem præ omnibus in magna fuisse æstimatione, atque in ipsa statim infantia puerorum discrimen fecisse, vt qui mēbra & robur ad bonum corporis statum idonea habere viderentur, eos educarent, cæteris mortē inferrent. Idem Strabo scribit lib. 17. Aethiopes Merotas regem constituere solitos, qui forma cæteros excelleret. Quod & recensuit Aristoteles lib. Politi. 4. c. item 4. & Pomponius Mela lib. 3. c. 4. id tamen non omnibus Aethiopicis, sed Automolis tantum attribuēs. Bion in Rebus Aethiopicis loquens de Aethiopicis qui ἀθάνατοι. id est immortales vocātur: & ex eo Athenæus lib. 13. 7. Nicolaus autē li. πρὶ ἐθῶν apud Stobæū Serm. 42. tradit Aethiopes præcipuè suas sorores honorare: Regesque maxime relinquere successiōes, nō suis, sed sororū filiis. Quod si nullus successor sit, pulcherrimū ex omnibus, bellicosissimūque creare regē. Quæ in re Indi & Aethiopes naturā imitari videntur, quæ apes etiam docuit reges sibi deligere insignis formæ, dissimilēque cæteris, tum magnitudine, tum nitore, sicuti memoria prodidit Plato in libro de regno. Seneca lib. de Clemētia ad Neronem j. c. 9. & Plinius libro 11. c. 16. & ante eos Virgilius lib. 4. Georgi. & Columella lib. 9. c. x. & omnes ferè, qui scripserunt de naturis animalium. Atque etiam Basilius Magnus in Hexæmero, Homilia octaua, vbi de apibus loquens, A natura, inquit, principatum omnium obtinet, magnitudine, forma, mansuetudine cæteris omnibus antecellens. Quod & idem propè scribit Ambrosius libro eiusdem tituli 5. cap. 21. Deum itē naturæ autorem imitari videntur, qui primos illos Iudæorum Reges, Saul dico & Dauid, delegerit, qui cæteros pulchritudine anteirent: vt videre licet ex primi Regum c. x. & 16. & 17. atque ex secundi Regum c. j. Sed & ex nostris legum interpretibus Cepol. in suo opere de Imperat. mili. delig. char. pen. in decima conclusione, dicit, in dubio eligendum esse pulchriorem in Imperatorem exercitus. Neque immeritò, quoniam plurimis gētibus in corporum maiestate veneratio est, magnorumque operū non alios capaces putant, quàm quos eximia specie donare natura dignata est, vt scribit Curtius lib. 6. & Virgi. d. lib. 4. Georgic. tradit de duobus ducibus apum belligerantibus, ibi,

Apes omnium formosiss. in reges deligunt.

Deus pulchros reges delegit.

--Nam sepe duobus

Regibus incesit magno discordia motu.

Horum itaque deteriorem neci tradi iubet: meliorem autem fini in vacua aula regnare. Cæterum, vt ipse subdit:

--Hic melior insignis & ore,

Et rutilis clarus squamis: ille horridus alter.

Et hoc quidem caput, & id quod continenter sequitur, sibi quoque impudenter asseruit Chassenæus in eodem opere, parte quinta consideratione decima octaua. Et tamen fur ille plusquā manifestus, aude in alio loco eiusdem operis, videlicet in secunda parte, consideratione 22. scribere, me multa transtulisse ex Cælio, lib. Antiquarum lætio. 13. cap. 7. atque etiā ex Benedicto in c. Raynutius, in verbo, cuidam Petro tradiderunt, de testa. sed quantum ad Cælium satis illi respondi in nostro tracta. Retract. tit. j. §. j. glo. 9. in verbo, oulignagier, nu. 74. incip. verebar. Quantum ad alterū, nihil aliud dicā (ne tam multa in re inutili effundā) quàm quod aliorū, vel inimicorū, iudicio relinquo, qui etiā si Chassenæo fauebunt, illū calumniæ & mendacij cōtinuò condemnabunt.

Chassenæi furtum.

¶ Verum, vt ad institutum & Philosophos redeamus, Plato in Lyfide scribit celebratum fuisse vetus prouerbum, τὸ καλὸν φίλον ἔστι, id est, quod pulchrum est, amicum esse. Nam & Theognis ante ipsum Platonem statim post initium sententiarum Elegiacarum:

ὅτι καλὸν φίλον ἔστι, τὸ δ' ἔκαλον, ἔ φίλον ἔστι.

Quoniam pulchrum amicum est: non pulchrum, non amicum est.

Proclus etiam Lycius, Philosophus Platonius (alij Proculum vocant, alij item Proclæium) in illis commentariis, quos in Alcibiadem Platonis, de anima & Dæmone luculenter conscripsit, ita pulchritudinem æstimauit, vt iustitiæ anteferebat. Sed & paulò post multis probat, omne pulchrū naturaliter esse bonum: omne verò turpe, malum. Quæ adscripsisse hic non intemptiuum erit. Constat (inquit) pulchrum esse amabile suapte natura: quandoquidem & extrema pulchritudo diuinæ pulchritudinis imaginē ferens, est amabilis, primòque aspectu animos ad se mouet. Quod confirmatur in Phædro. Re enim vera καλόν, id est pulchrum, siue dicitur παρὰ τὸ καλόν, id est, à prouocandis animis, siue παρὰ τὸ κηλόν, id est, à permulcendo intuētes, certè secundum naturam est amabile. Quapropter & amor ad pulchrum dicitur amantem ducere. Quicquid autē est amabile, est appetibile. Est enim amor appetitus aliquis alicuius, robustus ac vehemens. Et quicquid amat, appetit aliquid, quo & indiget. Omne verò appetibile est bonum, siue re vera bonum, siue apparens. Pleraque enim non bona expetenda nobis occurrunt, quoniam appetentibus se offerunt, tanquam bona. Demonstratum est autem à Socrate in Menōne, manifestè fieri non posse, vt qui malum quale sit nouerint, ipsum appetant. Appetibile igitur omne bonum est: ac si quidem appetibile sit principaliter, & bonum quoque principaliter erit. Sin autem apparens appetibile, tale etiam erit bonum. Omnino autem in quolibet terminorum hoc est apponendum, scilicet aut apparens, aut re vera. Si enim pulchrū est apparens, certè & amabile & appetibile, bonumque pulchro eiusmodi confors. Sin autem natura pulchrum est, & amabile, bonum quoque similiter. Atqui quidnam erit appetibile, nunquid malum? At impossibile est, vbi notum fuerit alicui, expeti. Omnia enim bonum appetunt: ad malum autem appetitio nulla fertur: sed neque appetitus fer-

Pulchrum amabile. Platoniorum & aliorū philosophorū de pulchritudine sententiæ.

tus fertur ad aliquid quod neque sit bonum, neque malū. Quod enim tale est, gratia alterius agitur, nullūque finis existit. Omne autē appetibile finis. Atque si quid ex malis appetitur quoniā apparet bonum, desideratur ut bonū: & si quid non pulchrū, quoniā apparet, amatur ut pulchrū. Si igitur omne pulchrū est amabile, omne amabile est appetibile, omne appetibile bonū: consequēter omne pulchrū est bonū, atq; vicissim omne bonum appetibile, & appetibile est amabile. Si quidē amare est vehemēter appetere. Vnde in Symposio Socrates ait, Bonū amabile esse, sicut pulchrū, Si (inquā) omne bonū est appetibile, appetibile rursū amabile, amabile verò pulchrū: sequitur ut bonū omne sit pulchrū. Hęc ille. Maximus quoq; Tyrius, eiusdē sectę Philosophus, sermon. 11. Quod, inquit, pulchrū est, id neq; exitiosum vnquā neq; lubricū, neq; flagitiū aliquod efficit, neque quenquā ad infortuniū ducit, aut ad calamitatē deducit, neq; in pœnitentiā definit. Et paulò pōst: Pulchrū suapte natura pretiosum, ut quod etiā amabile sit, pulchrū esse oporteat. Itē inferiūs, Et si vnquā pulchrū versatur in terra, haud alibi magis id, quā in homine pulcherrimo intelligētissimōq; cunctōrū terrestriū corporū participāque animi ipsius pulchri affinis, cernere licet. Sed & in vniuersum Platonici omnes diffiniūt pulchritudinē esse gratiā quandā viuacem & spiritalem, Dei radio, illustrante angelo, primū infusam. Inde & animis hominū, corporūque figuris & vocibus, quæ per rationem, visum, auditum animos nostros mouet atque delectat, delectando rapit, rapiendo ardenti inflammat honore. De qua re longē latēque differit Marfilius Platoniorum ut postremus, ita doctrina nemini secundus, in Commentariis, quos eleganter & grauitate scripsit in Platonis Symposium, oratione 5.

46 De eadem re. ¶ Sed & Apuleius, Philosophus quoque Platonius, in Apologia Magiæ prima, scribit animum humanum, præsertim puerilem simplicemque, sine carminum auocamento, sine odorum delinimento soporari, & ad obliuionem præsentium externari (ita enim loquitur) & paulisper remota corporis memoria redigi, ac redire ad naturam suam, quæ est immortalis scilicet & diuina: atque ita veluti quodam sopore futura rerum præfagire. Verū in id debet eligi puer corpore decorus, atque integer: ut in eo aut diuina potestas, quasi bonis ædibus, diuerfetur, aut ipse animus experrectus citò ad diuinationem suam redigatur, quæ ei promptē insita, & nulla obliuione faucia & hebes, facillē resumatur. Non enim ex omni ligno, ut Pythagoras dicebat, debet Mercurius exculpi. Idem quoque Apologia secunda, ait virginem formosam, etsi sit oppidò pauper, abundē tamen esse dotatam. Afferre enim ad maritum nouam animi indolem, pulchritudinis gratiam, floris rudimentum. Legerat, ut opinor, Apuleius Ouidium scribentem,

—*Dos est sua forma puellis.* Sed, ut ad Philosophos redeamus, Aristoteles Peripateticæ familiæ conditor, Ethicorum lib. j. c. viij. non satis esse dicit ad felicitatem idoneum, qui deformis est, aut ignobilis. Anthisthenes apud Laertium dicebat bona, pulchra: mala, esse turpia.

47 Pulchritudo à Iustiniano laudata. Papinianus pulcherrimus. ¶ Et ne quis putet ad tutandam pulchritudinem nobis deesse auctoritatem legum: nonne Iustinianus noster, cum alia pleraque suppetent, à quibus laudare potuisset Papinianum illum doctrinæ legalis Thesaurum, & iuris asyllum (sic enim illum vocat Aelius Spartianus in Seuero) eum tamen prætermisso omni alio laudis genere, ex pulchritudine, veluti summo laudis præconio, commendauit, pulcherrimum illum vocans in proœmio ff. §. tertij, vers. nobis autem. Quam quidem appellationem et si Ang. ibi reuocat, & quidem frigidius, ut opinor, ad decorē scientiæ, sicuti etiā facit Cyn in l. prouidendum. C. de postul. non temerè tamen referemus post Alb. in eodem proœmio, ad corporis pulchritudinem, quæ & ipsa multum ponderis habet ad felicitatem comparandam, ex iam dicta Peripateticorum sententia. Cui subscribens Bald. noster, omnium rerum gnarus, dicit in superscriptione ipsius proœ. ff. in verb. Flauius, in addit. quòd decor corporis confert ad felicitatem in hoc mundo. Idem in proœ. Decret. col. 11. vers. sed pone dicit, quòd si duo sint electi in rectores paribus suffragiis, quorum alter sit formosus, sed indoctus: alter deformis, sed doctus: hic præferendus est. Quòd certè nemo inficiaretur. Sed tamen Bald. id dicens, conferensque doctrinam cum forma, apertè ostendit, formam ipsam multū in id facere, quod tractabat: nec obscure insinuat, si vterque par esset doctrina, præferendū formosum deformi. Quin tãti fecit Alex. pulchritudinem, ut in consil. 209. ponderatis his, col. 2. & seq. lib. 6. consuluerit, nobilem diuitemq; mulierem, deformē tamen, quæ pauperē quempia formosum sibi matrimonio desponderit, non videri nupfisse indigno, cum debeat mulieris nobilitas, & diuitiarum copia cum forma viri compensari, per not. in simil. per Bal. Imo. & alios in c. super eo. le 2. de test. Et è diuerso Ant. Imol. & Panor. in eodem c. loquentes in casu illius c. dicunt formam mulieris etiam pauperis compensari cum diuitiis aut nobilitate viri. Et hunc quidem vers. integrum, præter id quod in hac postrema editione adiecit, in suum Catalogum transposuit Barpto. Chaf. parte vij. confid. xlvi.

48 Fœminæ à forma laudari maximè cupiunt. ¶ Illi autem Aristotelis, & Bal. sententiæ, quanquam Stoici (ut sunt plerunque alijs seueriores, ac ferè inhumani) refragantur: alacriter tamen assentiunt ipsæ mulieres, quæ forma & pulchritudine felicitatem metiuntur, nihilque magis cupiunt, quàm esse & videri formosas, & à forma ipsa laudari, nec alia laude magis delectantur, neque illis quicquam gratius eo laudis genere præfari potest. Horat. lib. Carminum j. Ode xvj. ut se Tyndaridi, quam carminibus læserat, conciliaret, ab eaque beneuolentiam captaret, nihil habuit ad id consequendum efficacius, quàm ut formosam eam vocaret. Sic enim suam Palinodiam exorditur:

—*O matre pulchra filia pulchrior.*

Idem

Idem lib. iij. Ode xij. exprimens morem mulierum, felicem mulierem pro formosa dicit, ut inibi annotarunt Acron & Porphyrio, eadem scilicet ratione (ut addit Landinus) qua beatum diuitem dicimus. Nam mulieres in pulchritudine summum bonum reponunt. Horatium secutus Epigrammaticus Poëta, lib. vj. Glauciam decore felicem dicitat. Præceptum est Ouidij, strenuissimi militis castrorum Cupidinis, morumq; muliebrium peritissimi, lib. j. de arte amandi:

*Nec faciem, nec te pigeat laudare capillos,
Et teretes digitos, exiguumq; pedem:
Delectant etiam castas præconia formæ:
Virginibus cura gratæq; forma sue.*

Ex quibus quidem versibus tertium citat Ioan. And. in c. j. de cler. vena. Idem quoque Ouidius in libello de Medicamine faciei:

Virginibus cordi gratæq; forma sua est.

Quinetiam lib. 5. Metam. introducit Arethusam sic loquentem:

*Sed quauis formæ nunquam mihi forma petita est,
Quauis fortis eram, formosæ nomen habebam.
Nec mea me facies nimium laudata iuuabat:
Quaque alia gaudere solent, ego rustica dote
Corporis erubui, crimēq; placere putavi.
—Nimiumq; cupit formosa videri.*

Rursum lib. 9. ipsius Meta. de Byblide loquens:

49 ¶ Hinc multa scimus de pulchritudine mulierū certamina olim proposita, sicuti in Cereris Eleusina festo propè Alpheum, vbi victrix Herodice Cypseli vxor primò apparuit, ut tradit Nicias in rebus Arcadicis, & ex eo Athenæus, lib. 13. cap. 33. qui ad sua vsque tempora certamen hoc perdurasse tradit, in quo certantes mulieres Chrysothori nominatæ fuerunt. Quod & apud Eleos factitatum Theophrastus scribit, peragiq; iudicium eius certaminis libatione solenni consueuisse: arma quoque victorum fuisse præmia, quæ Palladi mox dicarentur, à victore tæniis augustiore facto, deducentibus eum ad templū amicis pompæ quadam imagine. quod & ipsum tradit Dionysius Leueticus. Adiecit Myrsilus in historicis paradoxis, coronam dari myrteam consueuisse. Quæ & ipsa ex illis repetit Athenæus vbi supra, & non nihil eo. lib. cap. 7. Sed & apud Lacedæmonios certamen fuisse pulchritudinis muliebris, apertè insinuant illi versus Musæi, si is est, in carmine de Ero & Leandro:

Mulierum de pulchritudine certamina.

*Καὶ ἀπὸ τῆς ἐπιπέλου, Λακεδαιμόνος ἑδρακοῦ ἄστῃ,
ἤχι μύθου καὶ ἀέθλου ἀκόμωρ ἀγλαίων
Τοῦτω δὲ ἔπω ὄπωπα νέω.—
Spartem peragraui, Lacedæmonis vidi urbem,
Vbi laborem & certamen audiui pulchritudinum:
Talem autem nondum vidi puellam.*

¶ Quin apud Lesbios (ut tradit interpretes Homeri) τὰ καλλιστεῖα certamen erat de formæ muliebris præstantia in templo Iunonis. Et καλλιστεῖα dicebatur, quæ præstantissima forma prædita erat: & καλλιστεῖον præmium formosissimæ. Sed & apud Barbaros quosdam tradit Athenæus lib. 12. Dærnosophistarum, cap. 32. ex Cercida Megapolitano, in Iambis, & Archelai etiam in Iambis, ἔργον τὸ καλλιπύργος ἀφροδίτης, id est, templum Veneris pulchriclunis, id est, pulchras nates habentis, ex fœminarum de natium pulchritudine certantium fortuna fuisse ædificatum. Cuiusdam rustico crāt duæ filiæ venustulæ, quæ inter se de natium pulchritudine certabant: ob idq; venerunt in publicam viam, seq̄e adolescentulo cuiusdam vrbano ostenderunt, ut diudicaret, vtra earum esset καλλιπυργότερα, id est pulchriorum natium: qui vtranque non indiligenter conspiciat maiorem natu pulchriores nates habere iudicauit: eiusq; amore captus est, ac domum reuersus, rem totam fratri ordine enarrauit: qui cum ad id spectaculum & ipse venisset, minoris venustatem adamauit: atque ob eam rem vterque rusticas illas vxores duxerunt: qui deinde opibus affluentes, Veneris templum condidere, quæ καλλιπυργος cognominata est.

Venus καλλιπύργος.

50 ¶ Omnium autem huiusmodi de pulchritudine contentionum decantatissima ea est, quæ inter Iunonem, Palladem, Venerem fuit, cuius Paris arbiter victoriam Veneri tribuit. Quod ægerimè tulerunt Iuno & Pallas, non tam iratæ, quòd essent victæ à Venere, quàm quòd sua forma sprete fuisset, ut mirè expressit Virgil. statim circa initium Aeneid. cum inquit de Iunone loquens:

Certamen de ea re cantatissimum.

*Necdum etiam cause irarum, seuq; dolores
Exciderant animo manet alta mente repostum
Iudicium Paridis.— Et subdit,
—Spretaq; iniuria formæ.*

¶ Quasi per illud, iudicium Paridis, non satis expressisset id, quod erat Iunoni molestius, nisi subiunxisset, Spretaq; iniuria formæ. Sed & Homerus lib. 24. eodemq; vltimo Iliados, narrat, Iunonem ipsam, & Palladem ad eò infensas Illo & Troianis fuisse ob id, quòd Paris Venerem illis in forma prætulisset, ut etiam Hectoris & mortui, & procul ab ea iniuria remoti corpus, nequaquam, ut ceteri Dij, miserarentur. Illud autem in illo certamine animaduertendum est, Palladem Deam castissimam, & eo nomine inter cæteras celebratissimam, non contentam sua naturali forma, sese

non indiligenter coluisse,quod formosior & videretur & iudicaretur: quod & Silius Italicus illud iudicium describens lib.7.Punicorum,admonuit:

--Iam bellica virgo
Aegide deposita,atque assuetum casside crinem
Inuoluit,tum compta comam,pacemq; serenis
Comniuens oculis ibat,&c.

Venus autem eodem in loco,quia de forma certamen erat, nihil vltra rerum superesse dicit,veluti res omnes præ forma nihili ducant fœminæ. Ita enim facit loquentem ipsam Venerem:

--De forma atque ore, quid vltra
Iam superest verum?certat Venus,&c.

Et hæc quidem duo capita,vti erant in præcedenti editione transtulit Chaffe.nullam nominis nostri mentionem in suum illum Catalogum parte 2.conf. xxij.

¶ Quid,quod fœminæ vel circa mortem anxie sunt,ne pulchritudinem amittant, optantq; prius mori, quam desint esse formosæ, quemadmodum aperte ostendit poeta Venustus lib. Carminum 3.Ode 27.inducens Europam moribundam hæc dicentem,

--O Deorum
Si quis hæc audis,vtinam inter errem
Nuda leones,
Antequam turpis macies decentes
Occupet malas,teneraq; succus
Defluat prædæ,speciosa quæro
Pascere tigres.

Et hinc quoque videri potest prodiisse,quod fœminæ suapte natura illis inuidet,quæ se formosiores esse dicuntur. Quod intelligens Ouidius lib.9.Meta.ita scribit:

Et si qua est illic formosior,inuidet illi.

Grauitur igitur & scite pronuntiauit Musæus in illo opere nuper citato:

Καὶ γὰρ ἐπ' ἀγλαῖα Ζηλήμονες εἰσι γυναικες.
Nam ob pulchritudinem inuida sunt fœminæ.

Id est,

Ex quo item est illud Propertij lib.2.Eleg.29.ad Iouem pro amica ægrotante,

Num sibi collatam doluit Venus? illa per equè
Præ se formosius inuidiosa dea est.

¶ Sed vocant me ad se iterum sacri diuino loquique scriptores, qui & ipsi palam indicant, quantum sit facienda formæ bonitas, quantumq; vituperandum sit de diuerso deformitatis vitium. Nam D. Augustinus in lib. de Ciuitate Dei 22.eodemq; vltimo cap.19.& seq.& iterum in eo lib. qui Enchiridion inscribitur, cap.92.asserit corpora sanctorum in die iudicij sine villo vitio, sine vlla deformitate resurrectura. Cuius sententiæ est princeps sententiarum lib.4.dist.44. Quo in loco illustrium interpretum cœtus, non solum id quoque affirmat, sed & ex eis multi volunt, damnatorum corpora de diuerso cum suis deformitatibus resurrectura, ad maiorem eorum confusionem. Et id satis innuit ipse Augustinus in lib. nouissimè citato, ca. 93. cum rationem assignat, quare illud indefinitum relinquat, dicens: Non enim nos fatigare debet incerta eorum habitudo, vel pulchritudo, quorum erit certa, & sempiterna damnatio. Nam si ad hoc resurgant, vt dantur, sintq; deterioris, non melioris conditionis, manifestè apparet, quod non dabitur eis pulchritudo, quã non habuerunt: nec auferretur deformitas, quã habuerunt, vt rectè colligit Diuus Bonaentura in ea ipsa dist. xliiij.

¶ Ad hæc David omnipotentis tuba Dei, Ode xliiij. de Christo venturo loquens, Speciosus, ait, præ filiis hominum. In cuius loci enarratione D. Augustinus declarat, quare dicatur speciosus, ait, præ filiis hominum, non angelorum. Et iterum Ode xcij. Dominus regnauit, decorem indutus est. Et de eodem Esaias, alter Dei consiliarius, c. 63. Iste formosus in stola sua. Cui licet refragari videatur alter Esaiæ locus de eodem loquens, c. liij. Non habebat speciem, neque pulchritudinem. Verum id quomodo sit intelligendū, tradit D. Chrysostomus in Matt. Homi. xxvii. vbi videre poteris. Vt iam minus mirum sit, quod Plato in epist. ad Dionys. Regem, affirmavit Deum esse pulchrorum omnium causam, quasi totius pulchritudinis fontem, principium, originem. Sed & aliàs sæpe diuinae literæ pulchritudinis titulo atque nomine extollunt claras, & insignes pudicitia & cæteris virtutibus, fœminas. Quod videre licet in Sara, Rebecca, Rachel (vt iam diximus) Abigail, Susanna, Iudith, Hester, filiabus Iob, quas ei Deus dedit in demortuarum locum, & aliis plerisque. Sed & viros quoque eo tit. insigniuit. Nã de Ioseph scribitur Ge. 39. Ioseph erat pulchra facie, & decorus aspectu.

¶ Neque immeritò. Nam pulchritudo exterioris hominis ostendit, refert, exprimit pulchritudinem hominis interioris. Et vt ait Diuus Ambrosius in lib. 2. de virginibus, Specie corporis simulacrum est mentis, figuratq; probitatis. Cuius sententiæ testimonium citant de nostris Martin. Fan. in tract. de modo studendi, cap. 30. versicu. item & considerandum est. & Lucas Pen. in l. j. col. j. versic. secundò quaeritur. C. qui ætat. vel profes. se exc. lib. x. vbi & ex autoritate Boethij scribit, non esse satis idoneum studiis liberalibus, qui inuenustus fuerit & deformis. Quod & iterum repetit in l. j. C. de profes. qui in vrbe Constan. lib. xij. Socrates parès Moralis Philosophiæ, in Phædro Platonis, subobscurè quidem, vt solet, innuit bonam corporis figuram bonæ mentis argumentum esse, aut certè

Chassenei sur-
tum.

51
Mulieres etiã
in morte an-
xiæ, ne forma
illis pereat.

Mulieres eis
inuidet, quæ
se pulchrio-
res esse dicun-
tur.

52
Corpora san-
ctorum sine de-
formitate re-
surrectura.
Contra dam-
natorum cor-
pora cum suis
deformitati-
bus resurre-
ctura.

53
Christus spe-
ciosus.

Deus omnium
pulchrorum
causa et fons.

54
Pulchritudo
exterior, in-
dex interio-
ris.

certè adiumentum: illud pulchri equi, hanc equitis sub nomine depingens ac denotans. Eiusdem scholæ Plotinus scribit esse naturaliter intus, bona quæcunque sunt, extrinsecus verò pulchra. Quippe ex interioris formæ perfectione, atque feminariæ rationis victoria, super materiam pro- uenit externa formositas. At quisquis is est, qui elegantissimum Constantino Panegyricum dixit, cuius initium est, Facerem sacratis. Impe. Non frustra (inquit) doctissimi viri dicunt, naturam ipsam magnis mentibus domicilia corporum digna metari: & ex vultu hominis ac decore mem- brorum colligi posse, quantus illò cælestis spiritus intravit habitator. Hunc locum imitatus Lati- nus Paccatus iure inter eloquentiæ principes annumerandus, in Panegyrico ad Theodosium scri- pro, hanc & de hac re ex sapientum opinione protulit sententiam: Augustissima quæque species plurimum creditur trahere de cælo. Siue enim diuinus ille animus venturus in corpus, dignum prius metatur hospitium: siue cum venerit, fingit habitaculum pro habitu suo: siue aliud ex alio cre- scit, & cum se paria iunxerit, vtraque maiora sunt. Et statim post subdit: Virtus tua meruit impe- rium, sed virtuti addidit forma suffragium. Illa præstitit, vt oporteret te principem fieri: hæc vt de- ceret. Cui planè consonat carmen Euripidis à Porphyrio illo, qui inter Platonicos propter excel- lentiam Philosophus appellatur, citatum in Isagogico, id est introductorio dialectico, cap. 3.

— Πριάμος ἔδλος ἀξίον τυραννίδος.

Id est ad verbum,

— Priami species digna imperio.

Nam & Priamus ab ea specie ab Homero lib. 24. Iliados, in infinitis propè locis θεοειδής, id est, specie, forma, facie diuina appellatur. Quamquam & alij in Euripidis Phœnissis (vnde descriptam hanc sententiam aiunt) & Porphyrio non Πριάμος, sed πρῶτον μὲν legunt. Hanc enim illius esse integram sententiam apud Stobæum Sermo. 63.

Ἰδοίμι δ' αὖτ' ἔκγον' ἀρβέν' ἀρβένου,
πρῶτον μὲν εἶδος ἀξίως τυραννίδος.

Id est,

Vtinam videre contingat mihi ipsorum nepotes nepotum,

Primum quidem forma dignos regno.

Et hunc quoque posteriorem versum ita citat Athenæus lib. 13. cap. 7. Plinius autem in eo Panegyrico, quem Traiano dixit, iam, inquit, proceritas corporis, iam honor capitis, & dignitas oris longè lateq; principem ostentant. & Claudianus de Stilicone,

Iam tum conspicuus, iam tum venerabilis ibas:

Spondebatq; ducem celsi nitore igneus oris,

Membrorumque modus.--

Et huc quoque alludit illud Ouidij lib. 2. Fastorum de Lucretia,

Et facies animo dignaq; parq; fuit.

Et lib. 6. eiusdem operis:

Par animo quoque forma suo respondet in illa,

Et genus, & facies, ingeniumq; simul.

Et lib. 7. Metam.

-- Sed non is vultus in illo,

Non ea nobilitas animo est, ea gratia formæ,

Vt timeam fraudem, meritq; obliuia nostri.

Ante illum Virgilius in Cir.

Non equidem ex isto speravi corpore posse

Tale malum nasci, formæ, vel fidere fallor.

Ex nostris Cy. in l. j. in ij. q. De iuris. om. iudi. scribit in pulchro corpore pulchram quoque ani- mam residere. quem refert & sequitur Alex. conf. ccix. ponderatis his, col. ij. versi. dictus verò iu- uenis. lib. 6. Quibus etiam ad stipulatur, quod Hebræi bonum & pulchrum eadem voce appel- lant, tanquam scilicet bonitas à pulchritudine non seiungatur, neque pulchritudo à bonitate. Quod interpretes declararunt in Gene. cap. 6. in eodem loco, Videntes filij dei filias hominum, quod essent pulchræ. Et in Canticis cap. 1. vbi scribitur, Meliora sunt vbera tua vino. asserunt verti debuisse, Pulchriora sunt. Quamquam etiam ibi non Vbera, vertendum erat, vt contendit Augustinus Eugubinus.

¶ Contrà verò deformitas corporis declarat deformitatem animi. Rarè enim in corpore de- formi nobilis formosusq; animus infidet: vt è nostris asserit Pano. in c. quia diuersitatem. in j. no. per illum text. de concess. præb. Vtque Aspasius prodidit, fieri non potest, vt qui omnino de- formis est, bonus sit. Cui subscribens Rasis, vir inter Medicos maximi nominis, lib. ad Almanforem 2. cap. 33. Cuius, ait, facies est deformis, vix potest habere bonos mores. Et iterum cap. 54. Faciem fœdam malos mores significare asserit. Et ante illum Galenus lib. de Temperamentis 2. cap. 6. scri- bit naturam membra componere, prout moribus animæ conuenit. Quod & ipse affirmat tum lib. 1. tum 11. de Vsu partium. Et vt apud Planudem in vita Aesopi ille prodidit, οἷα ἢ μερῶν, τοῖα δὲ καὶ ἢ ψυχῆ. Id est, qualis forma, talis & anima. Ideoq; Homerus, quemadmodum eos, quos virtute præstares heroas facit, decentissima quoque corporis specie fingere consuevit, θεοειδής (quod iam supra diximus) id est, diuina specie, & θεῶν ἰκέλευς, id est, Deo similes, eos identidem appellans. Ita Thersites vt mentem ignauam ac degenerem, sic & corpus ad portentum vsque à capite ad pe- des deforme effinxit, vt in eo possis intelligere pessimum animum in domicilio se digno habitasse. Ita enim illum describit lib. 2. Iliados;

Priami species
digna impe-
rio.
Euripidis lo-
cus.

Deformitas
corporis ani-
mi deformita-
tem ostendit.

Thersites de-
formitas.

—αἰχμῖς ἢ ἀνὴρ ὑπὸ ἰλίου ἦλθε,
φολλῶς ἐμὲ χαλῶς δ' ἔτερον πόδα, τῶ ἢ οἱ ὤμῳ
Κυβίῳ ἐπὶ σῆθος συνοχωκότε. αὐτὰρ ὕπερθεμ,
φοβὸς ἐμὲ κεφαλῆμ. ψεδνὴ δ' ἐπενόηθε λάχνη.

Id est, Fœdissimus omnium, qui ad Troiam nauigauerant, altero oculo strabo, altero pede claudus, curuis humeris, & in pectus contractis, vertice acuminato, rara lanugine. Ideoq; Lycophron huius turpitudinem expressurus, eum graphicè πινθηκόμορφον nuncupauit, id est, similem simiæ, in cuius scilicet confabratione iustam fuisse naturam dicere solebat Hippoc. quod ridiculam animam ridiculo circumuestiuiisset corpore. Quod & repetit Gal. lib. 1. de Vfu part.

¶ Quibus ad stipulatur, quod & scribit Proclus in libro de Magia & dæmone, naturam, quæ animis confingit corpora, instrumenta eis congrua sumministrare, imaginesq; animarum in corporibus indicare. Velleius autem Paterculus lib. posteriore Romanæ historiae, de Vatinio illo, cuius odium in prouerbium cecidit, hoc in eam sententiã scribit: In quo deformitas cum turpitudine certabat ingenij, ad eò vt animus eius dignissimo domicilio inclusus videretur. Et Cornelius Tacitus lib. 12. Iulius, inquit, Pelignus ignaui animi, & deridiculo corporis iuxta cõspiciendus. Quin & Valerius Martialis lib. 12. Epigrammat. n. Zoilum quendam ex oris deformitate malũ esse suspicatur:

Crine ruber, niger ore, breuis pede, lumine laesus:

Rem magnam præstas Zoile, si bonus es.

Est & Græcum Epigramma Palladæ in Claudum quempiam lib. 2. Epigrammat. n.

Χωλὸν ἔχεις τ' νῆμ, ὡς τ' πόδα, καὶ γὰρ ἀληθῶς,
εἰκόνα δ' ἐνδὸς σὴ φύσις ἐκτὸς, ἔχει.

Clauda tibi mens est, vt pes, natura notasq;

Exterior certas interioris habet.

Ante hos Aristophanes ἐν θεομοφοριαζῶσαις:

τῶτ' ἀρ' ὁ Φιλοκλῆς ἀεχρὸς ὦν ἀεχρῶς ποιεῖ.

Propterea Philocles turpis existens turpiter facit.

Et Ecdorus, alter poëta Græcus, apud Stobæum, Serm. 88.

μορφῶς ἀτερεῖς ὄψεσι κακῆμένος,
παρεμφερεῖς τῶντασι τὸς τρόπος ἔχεις.

ἐν τ' κακῶ γὰρ ἢ φύσις τίηται κακῶν,
ὡς ἐξ ἐχιδνῶς πάλιν ἐχιδνα γίγνεται.

Faciem aspectu deformem possidens,

Mores etiam eiusmodi habes.

Ex malo enim natura malum producit,

Vt ex vipera rursum vipera nascitur.

Quibus concinens Calsius Iatrosofista, Problematon medicorum cap. 51. sic scribit: Διὰ τῆς διπλομορφίας, ἢ ἀφρονεῖς ὅτι τοῖς σωματικοῖς τὰ ψυχικὰ συμπάχει, ὡσπερ τοῖς ψυχικοῖς τὰ σωματικά. Hoc est, Cur monstrosæ formæ homines, etiam insipientes sunt? quia corporalibus consentiunt animalia, sicut animalibus corporalia.

¶ Zenodotus tradit, Corytheum quempiam fuisse insigniter stultum ac vecordem, sicuti etiã forma erat infelicissima ac fœdissima. Vnde natum Adagium, χορυθεὺς ἀδελχέσερος, id est Corytheo deformior. Cuius etiam meminit Erasmus Adagiorum Chil. 3. centur. 2. c. 8. Plutarchus Charoniensis in Lycurgo, refert apud Lacedæmonios ex instituto ipsius Lycurgi, partus nutriendi ius patri non fuisse, sed in quendam locum deportabatur, quem Leschen vocabant, vbi sedentes ij, qui ex tribulibus maximi natu essent, si quidem infantẽ deformem animaduertent, ad apothecas appellatas exponendum demittebãt: perinde quasi eius vita, qui minùs pulcher statim ab initio, & ad bonam corporis compositionem natura productus esset, neque sibi vtilis, neque Reipu. foret. Cui & succinit, quod Augustinus ait, & Decreta Canonica clamant, 4. t. dist. 5. vlti. Incompositio corporis inæqualitatem indicat mētis. Antonius Panormita (siue is fuit Aeneas Syluius, aut alter quispiam, qui ad ipsius Panormitæ libellum de Alphonfi regis facietis, quædam addidit) scribit Bartholemæum Capram Mediolanen. Antistitem dicere solitum, idcirco se ministros forma præstantes quæ fuisse, quoniam turpes animi, turpia corpora incolerent: improbitatem autem in egregia forma perrarò compertam esse. Mirum est, quod tradit Porphyrius, dæmones, quorum animi iniqui sunt, corpora habere deformia. Quibus adde, quod ex nostris scribit Bald. in l. obseruare. col. ij. C. quor. ap. non recip. quod sicut turpis corporis habitudo declarat quem proliuem ad scelera, ita pulchra ad virtutes. Sequitur Hippo. Marfil. in l. j. in prin. col. pen. ff. de qua. ft. & Io. Neuzianus inter consil. feudalia Alberti Bruni, consil. xij. patres comederunt. col. iij.

¶ Nec prætermiserim, quod de Philopemene illustrium Græcorum ducum postremo & Plutarchus, & alij tradiderunt. Is forma fuit non admodum liberali: igitur cùm Megaris eius aduentus expectaretur, parareturq; conuiuium apud hospitem ingenti apparatu, illèque interim ædes omnium subiisset primus, credidit hospitis vxor, tum ex forma, tum ex veste tenui, ex ministris esse quempiam, qui ab ipso duce esset præmissus, illumque ligna scindere iussit: quod cùm sedulo faceret, inter hæc superuenit hospes, qui rei indignitate commotus, quidnam hoc est, inquit,

inquit, Philopæmenes? Cui ille Dorica lingua, Μεα, inquit deformitatis pœnas pendo. Quam & ipsam historiam versibus cecinit Tzetzes Historiarum Chiliad. 6. cap. 84.

Ἰαῦς φιλοποίμην κρέουσιδος, ἐν βασιλεὺς ἐλλάδος,
ἀμορφου δ' ἔχει τῶν μορφῶν. παρὰ τίνος κληθεὶς δὲ
ἀπῆλθεν ὡς πρὸς ἀριστον πρὸ χροῦς τ' ἀρίστου.
ἀπόντος ἢ τ' τῶν μὲν τῶ ποτε κεληκιστος,
ἰδὲθα τ' τῶν ἢ γυμνὴ πλεθῶντα δ' ἢ ἀμόρφου,
οἰκέτω τε νομίθεα, χίσειν κελεύει φύλα.
ὄσ' ἂν ἐπιεικέστερος, τὸ κελευθεὶ ἐποίησεν.
ὡς δ' ὁ καλέθεα ἐπελθῶν, ἰδῶν τὸ πεπραγμένον,
τί τ' τοῦ ἀνεβόησεν. ὁ φιλοποίμην λέγει,
τί δ' ἄλλο, ἢ τιμῶνμα τ' δυσειδῆς μορφῆς μῶ;
Filius Philopæmenes Crausidis, erat Imperator Græcia.
Deformem autem habuit formam. Ab aliquo vocatus autem
Abijt ad conuiuium ante tempus prandij.
Absente autem eo, qui eum quidem tunc vocauerat,
Conspicata hunc illius vxor existentem deformem,
Famulumq; arbitrata, scindere iubet ligna.
Ille autem existens modestissimus, iussum faciebat.
Vt autem qui vocauerat, venit, conspicatus quod fiebat,
Quid hoc? exclamauit. Philopæmenes inquit,
Quid verò aliud, quam pœna deformis forme mea?

Hoc est,

59 ¶ Ex his exiti lex Mosaica, qua deformia & maculosa vetabantur offerri, vel immolari Domino. Leuit. 2. cap. & Deut. 15. Item alia lex, ne qui esset corpore deformis, vel vitiatus, panes Deo suo offerret, neque ad eius ministerium accederet, vt scribitur Leui. 21. c. & repetitur in c. hinc etenim. 49. dist. vbi D. Gregorius luculenter probat, corporum vitia & maculas, habere symbolum vitiorum animi. Cuius item sententiæ fuit D. Hieronymus ad Fabiolam de veste sacerdotali. Præcipitur (inquit) sacerdotibus, vt nulla debilitate insignes (Erasmus legit segnes) sint, ne truncis auribus, læso oculo, simis naribus, claudo pede, cutis colore mutato: quæ omnia referuntur ad animæ vitia. Hæc ille. Quod & legibus Romanis obseruatum fuisse apparet ex Plinio lib. 7. c. 28. vbi de Sergio loquitur. Sed & de iure canonico, sola corporis deformitas promoueri quenquam impedit. cap. 2. & ibi glo. in verbo, deformitatem. & Host. & Panor. de cleri. agrot. & voluit etiam Inno. in cap. ex parte. de corp. vitia. & facit tex. in c. vlt. & ibi gl. & doct. eo. tit. Quibus planè consonat vetustus mos Romanorum, apud quos virginem Vestalem capi fas non erat, quæ aliqua corporis labe insignita esset, vt ex Antistij Labeonis autoritate prodidit Gellius lib. Noctium 1. c. 12. & Festella de Magistratibus Rom. cap. 7. Secundum quam sententiam D. Hieronymus parentes arguit, qui deformes filias virginitati consecrant. Ita enim scribit ad Demetriadem virginem: Solent miseri parentes, & non plenæ fidei Christiani, deformes & aliquo membro debiles filias, quia dignos generos non inueniunt, virginitati tradere. Apud Senecam lib. 4. Declamationum, lex est huiusmodi: Sacerdos integer sit. Nam (vt paulò post subiungitur) sacerdos non integri corporis, quasi mali ominis res vitanda est. Quamquam & ibi quoque pro altera parte scribatur, legem huiusmodi integrum ad animũ referre, non ad corpus. Sed & quod ad corpus quoque respiciat, adstruit Diony. Halicar. lib. 1. Antiquit. Romanarum, vbi laudat Romulum Romanarum legumlatorem, quod sacerdotia non vœnalia, nec forte diuidenda fecit: sed cuiusque curiæ binos creauit supra annum quinquagesimum natos, excellentes genere, simul & virtute præstantes, neque tamen inopes, aut corpore vlla ex parte trunco. Et Plinius lib. 7. cap. 28. de Sergio loquens, Quæ omnia, inquit, ex oratione eius apparent habita, cùm in Prætorio, aut, vt alij legunt, in prætura sacris arceretur ad collegis, vt debilis, id est, mancus, & mutilus. Nam primũ dixerat, illum dexteram manum perdidisse. Idem autem lib. 28. c. 12. tradit se inuenisse apud authores, his, qui lentiginem habeant (ea est vultus deformitas) negari Magicorum sacrificiorũ vsum. Cui concinens Apuleius in Apologia 1. scribit puerum Magico carmine initiandum, oportere eligi, inter cætera decorum, vti supra diximus. Pausanias autem lib. 9. Daphnophorum Apollinis Iſmenij sacerdotis cognomen fuisse, quem & forma & genere insignem annum legebant.

De eadem re. Sacerdotes nulla deformitate sint insignes.

Vestales item.

60 ¶ Quid plura? deformitatem antiqui vsque ad eò adhorrebant & detestabantur, ex pulchritudine verò tantum sibi fauoris pollicebantur, vt formoso occurrisse felix omen haberetur, deformi contra infelix, atque inauspicatum. Hinc in deformes, fœdoq; aspectu homines natum adagium:

Deformitas detestabilis.

Deformi occurrere infelix omen.

Σὲ δ' ἀνοήτω. τ' αὖ τις ἰδῶν.

Id est, qui te conspexit, augurium capere poterit. Ad quod alludens Iuuenalis Satyra 5. ait:

—Tibi pocula cursor

Getulus dabit, aut nigri manus ossa Mauri,

Et cui per mediam nolis occurrere noctem.

Quem locum tamen interpretes dissimulanter, aut nescienter transferunt. Et rursus Satyr. 6.

—Esses

Simia corpore & anima ridicula.

56 Vatinianum odium, prouerbio celebratum.

57 Corytheo deformior, prouerbium. Lacedæmoniorum institutum.

58 Philopæmenis ob deformitatem conuemptus.

Aethiopsis oc-
curfus mortis
portentum.

Aethiopsis fortasse pater, mox decolor heres
Impleret tabulas, nunquam tibi manè videndus.

Hinc autem Imperator Septimius Seuerus ex Aethiopsis cuiusdam occurfu ingruere sibi mor-
tem concepit, auctore Aelio Spartiano in vita illius. Bruto quoque & Caisio in aciem proditu-
ris, obuius Aethiops mortem praesignauit, vt tradit Appianus lib. 4. bellorum ciuilium, non longè
à fine. & Plutarchus in vita ipsius Bruti, vbi tamen de eo tantum loquitur. At Augustus Impera-
tor, vt tradit Suetonius in eius vita, pumilos atque distortos, & omnes generis eiusdem, vt ludi-
bria naturæ, maliq; ominis abhorrebat. Et ex hoc fortè veteri prouerbio olim dicebatur, ἐρι-
νύων ἀχρῶδες, id est, Furiarum stirps, de eo, qui terra esset fœdaq; specie, quique (vt scribit Ari-
stophanes) μαυικὸν βλέπει, id est, furiosè toruèq; intuetur. Nam & quod noxium est, & exitiale,
id à Furiis ortum dicunt, sicuti Ajax in tragœdia,
ἄρα ἐκ ἐρινύος τῆς ἑλλάκευε ξίφος.

Proverbiū.

61
Phryne ob
pulchritudinē
absoluta.

¶ Nec contemnendum est, quod scribunt Athenæus lib. 13. ἀπνοβρισηῶν cap. 22. & Pausanias li. 1.
quo Attica describit, quod cum Phryne, siue, vt alij vocant, Phryne meretrix Thespiensis in iudi-
cio Atheniensi fuisset cuiuspiam delicti accusata ab Euthia (vt ipsi Athæneo placuit) aut ab Ana-
ximene (vt Diodorus maluit) tandem ob pulchritudinem solam fuit absoluta, cum tunicam à pe-
ctore diduxisset: interposito mox decreto, ne quis misericordiae captanda gratia epilogis vteretur.
Tantum potuit fauor pulchritudinis, vt illam liberare potuerit, quod quidem Hyperidis oratoris
clarissimi actio, quanquā admirabilis (vt scribit Quintil. lib. 2. c. 16.) efficere non potuerat. Id quod
etiam Plutarchus tradidit in vita ipsius Hyperidis. Hæc sanè ea est, de qua Propertius ita cecinit:

Nec quæ deletas potuit componere Thebas
Phryne, tam multis facta beata uiris.

Pulchritudo
fraus tacita.

Hæc autem historia satis cōprobat illam Publij Syri sententiã, *Formosa species muta commendatio.*
Quoniam scilicet formosis fauetur, etiam si nihil dicant. Ex quo & Aristoteles, apud Laërtium
dicebat, pulchritudinem, πάντος ἐπιστολῆς συστατικότερον, id est, quauis epistola esse commendabi-
liorem, siue malis, efficaciorē ad commendationē: quod & nonnulli Diogeni adscribunt. Theo-
phrastus (vt ille subdit) σιωπῶσα ἀπάτη, id est, tacitam, siue silentem fraudem, vocabat, quod si-
ne verbis peruadeat. & Carneades ἀδούρου φρονίτου βασιλέως. Id est, regnū absque satellitio: quod
formosi sine vi impetrent quicquid volunt. Et (vt dicebat Domitianus Imperator Romanus apud
Suet.) nihil gratius est decore: quod & alibi, ni fallor, retulimus.

Regnū absque
sattelitio.

62

¶ Quibus addiderim, quæ Melancomius, quisquis is fuit, de pulchritudine scribit apud Stobæum,
Ser. 63. Εγὼ ἐν πρώτων ἀνδρῶν ἐυδαμονίῳ καλλῶς, ὁ δὲ τῶν ἀνδρῶν πίνων δὲν ἀγαθῶν ἀρεθλοτα-
τον μὲν, καὶ ἡδίστον θεοῖς, ἡδίστον ἢ ἀνθρώποις, ἀλυπτῆτον ἢ τῶν ἐχθρῶν, καὶ ἐπιγνωθῆναι ἀρίστον. τὰ
μὲν γὰρ ἀλλὰ ἀγαθὰ ἐλάθοι πρώτων, καὶ ἀνδραγαθῶν φρονιτικῶν, εἰ μὴ τῶν ἐργῶν τινὸς ἀποδοκί-
μῆτος. τὸ ἢ καλλῶς δὲ οἰοῦντε λαθεῖν, ἀμα γὰρ τῶν ἐχθρῶν φαίνεται. ἔπειτα δὲ ἂν τις ὅτι, καὶ πρότερον ὅπως
ἔβαν ἀδύνατον ἐκαστῶν παρῆκε. ἐπὶ ἢ τοῖς μὲν ἀγαθοῖς οἱ πλείστοι φθονοῦσι, καὶ δυσμένεις γίνονται. τὸ ἢ
καλλῶς τὸς ἀδύνατον ἐκαστῶν, φίλος ποιῆται, ἢ ὅτινα ἐχθρῶν ἐὰ γίνονται. Quæ sic traduxit Conra-
dus Gesnerus: In primis equidem ipsum felicem existimo pulchritudine, quæ inter humana bo-
na maximè conspicua & suauissima Diis est, hominibus gratissima, possidenti minimè molesta,
cognosci facilima. Cetera enim bona in homine sita, vt fortitudo, prudentia latere possunt, nisi
opere aliquo demonstrantur: pulchritudo autè latere nullo modo potest: statim enim in principio
celerem sui sensum exhibet. Ad hæc, bonis quidē plurimi inuidet, & inimici redduntur: pulchri-
tudo autem eos qui ipsam sentiunt, amicos reddit, & neminem sibi inimicū fieri permittit. Sed &
inibi Dius quispian Pythagoricus hæc quoq; in laudem pulchritudinis prodidit: τῆς ἀγῶν, ἢ βιο-
τάς ἀνθρώπων ναμερῆδες ἐυδαμονίῳ ζῶσιν, ἢ τινὰς ποτὲ καὶ κρῖνειν ἐυδαμονίῳ, ἢ τὴν διατάξιν σκάνεος καλλο-
πῆς ἐχούσας, δῶρεμα φύσιος. τῶν γὰρ, ὡς ἐνὶ, μακροτέρων οἱ πλεονες ὡς θεῶς, ἢ τῶν ἰδρύματῶν, ὡς πε-
ρὶ χροσίου, ἢ θεραπείων, ἢ δρυσκένου, ἢ καλλῶν θρησκείων. ὅντως, ἐμοίγε καὶ πῖλλετῶν ἔχεν τὴν σεμνὴν
ἐπιφασμῶν ἔξισον. τῶς μὲν γὰρ ἀτέρως τῶν ἀνθρώπων, χάρις ἐπαίεον, οἱ ἐν ἐργασίῳ τοῖς δὲ ἐυμάρ-
φοις τὸναντίον. Id est, Quænam vera est felicitas vitæ, & qui alij beati iudicadi, quam per Iouem,
qui corporis pulchritudine præditi sunt, naturæ dono: Illos enim plurimi, ceu Deos, aut Deorum
statuas, maximi faciunt & colunt, inferuientes eis, non tamen vt debeant. Et re vera mihi vide-
tur, pulchritudo, nescio quid reuerendum & admiratione dignum continere. A cæteris enim ho-
minibus, qui eos beneficio affecerunt, gratiam respiciunt: à formosis verò contrà.

Pulchritudi-
nis laudes.

63

¶ Denique quod de impudicitia formosarum supra diximus, non eò spectat, vt omnes formosas
impudicas, deformes contrà pudicas semper existimemus, vt scribit Palladas apud Stobæum c. 5.
quod est de temperantia;

οὐτε τὸ δὲ σμυρον πάντως ἀνύποστον ὑπάρχει.
οὐτὶ ἀκολασίαν πᾶσα πέφυκε καλή.
καὶ γὰρ τις δὲ τῶν ἀγαθῶν πολλὰ διδῶσιν
οὐχ ἔπειτα. πολλὰς δὲ δὲ γυναικας ἰδεῖν
οὐχὶ καλὰς τῶν ὄψιν, ὅπως ἀπορίστως,
καὶ ταῖς χροσμένους πολλὰ χαρίζομενας.

Id est, propè ad verbum,

Neque quod deforme est, (siue vno verbo, deformitas) caret suspitione:

Deformes se-
pe impudicas
esse, & contrà
formosas pu-
dicas.

Neque intemperans esse, quæcumque formosa est, solet.
Quadam enim eos, qui ob formam multa largiuntur,
Non sequitur: multas verò est mulieres videre,
Non pulchras aspectu, coeuntes in satiabiliter,
Et his, qui eis utuntur, multa gratis offerentes.

Ex quibus intelligis, magnum illud incommodum accidere viris, qui deformes vxores, sed im-
pudicas, nanciscuntur, quod hæc cum gratis ob deformitatem minimè sollicitentur, pretium libi-
dinis vltro viris offerunt, sua & maritorum bona in eam rem profundentes. De quibus videbis
infra in 9. lege connubiali, num. 101. incip. de posterioribus.

64 ¶ Vxor ergo formosa (vt tandem concludamus) & deligenda esse videtur, & omnibus votis ex-
petenda. Tum ob eas, quas supra diximus, rationes, tum & aliis potissimum duabus minimè cō-
temnendis. Primum quidem, vt formosa vxor formosos tibi pariat filios, qui plerunque speciem
efugiētmque matris referre consueverunt, vt attestatur Germanorum ex Bebelio adagium, Ex
turpi vacca, turpis generatur vitulus. Qua de re paulò post plura subiiciemus. Propterea Iuno
Virgiliana in hæc verba Aeolum alloquitur:

Sunt mihi bis septem prestanti corpore Nymphae,
Quarum quæ forma pulcherrima, Deiopeiam
Connubio iungam stabili, propriamque dicabo:
Omnes vt tecum meritis pro talibus annos
Exigat, & pulchra faciat te prole parentem.

Quo in loco, cuius rei causa formosas magni facere debemus (nisi furdo narratur fabula) facile
perspici potest, vt scitè dixit & annotauit Franciscus Barbarus lib. de re vxoria, qui meo munere
in lucem prodit. Ex his autem, quæ diximus, liquidò apparet, nos magnopere in eam rem fatage-
re debere, vt formosissimos quantum in nobis est, liberos gignamus. Cuius etiam rei nos monuit
diuinus Plato lib. 6. de Leg. ita scribens: Cogitare omnino sponsus & sponsa debent, quo pacto
quàm pulcherrimos & optimos ciuitati liberos poterunt procreare.

65 ¶ Secundum, vxor formosa ob id etiam ducenda est, vt spreto aliarum concubitu, cum ea quantū
fas est, haud ægè oblecteris, matrimonialētmque palæstram non insuauiter exerceas. Non enim
ad pœnam (cui, qui deformem duxerit, sese addicit) statutum est matrimonium, sed ad solacium,
vt statim in fronte perhibent sacrae literæ, atque etiam ad honestam inter cætera voluptatem. In
qua re non mihi conuenit cum Aelio Vero Commodo Cæsare, patre illius Veri, qui cum Marco
Philosopho imperauit, qui (si Spartianus verus est autor) vxori de externis voluptatibus conque-
renti, dixisse fertur: Patere me per alias exercere cupiditates meas: vxor enim dignitatis nomē est,
non voluptatis. Imò verò (si verum fateri volumus) vxor voluptatis & oblectamenti nomen est,
nedum dignitatis. Quod manifestario legum Mosacarum testimonio comprobatur, Deuter. 42.
Cum acceperit homo nuper vxorem, non procedet ad bellum, nec ei quippiam necessitatis in-
iungetur publicè: sed vacabit absque culpa domui suæ, vt vno anno lætetur cum vxore sua. Atq;
etiam Solomonis Prouerb. 5. Lætare cum muliere adolescentiæ tuæ: quam sententiam citat è no-
stris Io. Fab. in rubr. Instit. de nup. Subdit autem Solomon post pauca: Et in amore eius delectare
iugiter. Ideo D. Bonauentura, P. Paluden. & alij plerique in 4. senten. disti. 31. & latissimè Marti-
nus, cui est cognomentum Magister, in lib. de temperantia, quo loco de castitate coniugali dif-
ferit, per totum, tradunt nullo eum modo peccare, qui vxorem voluptuose cognoscit, non tamē
principaliter causa voluptatis, sed veluti in consequentiam generandæ prolis.

66 ¶ Sed & illud affirmare audeo, vel reclamante magna Theologorum turba, illum venialiter tan-
tum peccare, qui voluptatem præueniens, vxorem, tanquam vxorem, explendē voluptatis causa
comprimit, in idq; etiam calidis vitur. Et ita voluit glo. in ca. quicquid. 32. q. 2. per illum tex. & in
ca. adulterij, vbi etiam glo. 32. q. 7. & glo. in c. origo. 32. q. 4. & in c. liberorum. 32. q. 5. & in summa 33.
quæst. 4. & rursus in c. vir cum propria, eadem q. & causa, vbi est text. optimus, quod ipsa licita
admissio coniugis sine voluptate carnis fieri non potest. Et idem voluit Collec. in rubr. extrà de
spon. & matrim. & Roma. in rubr. ff. solu. matri. col. iiii. vers. tandem scias. Et è Theologis hoc etiã
tenuerunt Pet. Palu. in 4. li. senten. dist. 32. q. 3. & Ant. Flor. in j. parte 3. partis principalis Summæ,
tit. j. c. xx. §. sextus. & Ang. Cla. in verbo, debitum coniugale. vers. 23. & sentit glo. ordina. enarrans
illud j. ad Cor. 7. hoc autem secundum indulgentiam. cum dicit, quod cognoscens vxorem libi-
dinis voluptate, peccat venialiter. & Asteffa. in sua summa, lib. 8. tit. 9. arti. 2. Marti. Mag. vbi supra.
Et hanc sententiam comprobatur tex. apertius in dicto cap. quicquid. 32. quæst. 2. & illud Diui Au-
gust. in libro de Bono coniugali: Coniugalis concubitus generandi gratia, non habet culpā: con-
cupiscentiæ verò satianda: sed tamen cum coniuge, propter tori fidem, venialem habet culpā. Nam
& Sara iam senex & sancta, concubitum voluptatem appellat, Gen. 18. Postquam, inquit, consenui,
& dominus meus vetulus est, voluptati operam dabo: Nec abs re diximus, qui vxorem tanquam
vxorem cognoscit. Nam si tanquam alienam, adulter est, etiam Senecæ ethnici scriptoris (si ethni-
cus fuit) testimonio, cuius hæc verba sunt in 2. lib. huius tit. quomodo in sapientem non cadit in-
iuria: Si quis cum vxore, tanquã cum aliena, concubat, adulter erit, quãuis illa adultera nō sit. Hęc
ille. Si igitur de aliena nō cogitat, quãuis voluptatis causa eã inecat, à peccato mortali est immunis.

Formosa u-
xor quibus
potissimum ra-
tionibus de-
ligenda.

Formosa u-
xor formosos
parit liberos.

Altera ra-
tio.

Vxor non di-
gnitatis tan-
tum, sed &
uoluptatis
nomen.

Voluptas in-
concubitu u-
xoris non est
peccatum, si
non ea sit cau-
sa princip.

Venialiter tã-
tum peccat,
qui uoluptuo-
se uxorem co-
gnoscit.

67 Delectabiliora qua non libent.

Reicienda ergo & procul abigenda Commodi sententia est, qui ab vxore voluptatem seiuungebat, ea tantum ductus opinione, quod, vt scribit Fabius Quintilianus (si is est) Decla. 14. diliguntur immodice sola, quae non licent: vt in furorem charitas aliqua conualefcant, opus est difficultatibus. Breuis de concessis, sed statim facietati vicinus, affectus est. Non fouet, non nutrit ardorem concupiscendi, vbi frui licet. Et quaecunque in metibus circa permiffa coalescunt, non sunt desiderij, sed voluntatis. Haecenus ille. Est & in id (vt Hieronymus ad Algafiam, q. 8. memoriae prodidit) iecularis apud Graecos sententia, Quicquid licet, minus desideratur. Secundum quam sententiam mulier impudica apud Solomonem Prouer. 9. ad alliciendos animos iuuenum ad incoessam Venerem, haec clamat: Aqua futuri dulciores sunt, & panis absconditus suauior. Et, vt scribit Aelius Laeprius in Alexandro Seuero, Homines illicita magis poscunt, prohibitaque furore persequuntur.

68 Libanii de his rationibus sententia.

Has autem duas postremas rationes ducenda formosae vxoris, potius quam deformis, intellexit Libanius Antiochenus Sophista, Salonicum literis admonens, vt vxorem, si fieri posset, formosam duceret. Male enim consuli liberis, cum deformis vxor ducitur. Raro enim ex deformi vxore formosos nasci liberos. Acceditque ad hoc, vt ille subdit, quod qui forma praestanti vxorem domi habet, alieno toro non infidiatur. Sed & idem ad Clematium, asserit optimu esse, bona vxore frui, non autem esse deterius habere formosam.

69 Viri pulchras uxores habentes saepe alias deformes amant.

Quantum scio, quantum ad posteriorem illam rationem attinet, non semper eos, qui uxores formosas duxerunt, aliarum, vel deformium concubitu abstinere. Nam & Euripidis sententia est in Antiope apud Stobaeum, in eo Sermone, cui titulus est, ης αφροδίτης πανδημος, id est, de Venere vulgari:

Καὶ ὁ δὲ πᾶσι γὰρ ἐκ καλλίωνων
λεπτοῖς ἐν αἰχμαῖς εἶδον ἐκπεπληγμένους.
Δαίμων δὲ πληρωθεὶς τῆς ἀσμενῶς πάλιν
φαύλην δαίτην προσβαλὼν ἠδὲν σῶμα.

Satiatate esse reru omnium.

Quibus significatur, satietatem esse rerum omnium: vnde & nonnullos esse, qui pulchriores vxores fastidientes, turpibus amoribus perculluntur: & qui epulis splendidis satiati, viliori rursus victu delectantur. Aristophanes autem in Pluto, dicit rerum omnium facietatem esse, praeterquam diuitiarum:

ὡς τ' ἔδωκε μισός σε γέρον ἔδωκε πῶπῳ
τῶν μὲν γὰρ ἄλλων ἔστι πάντων πλησμονή.

Verba sunt Carionis Plutum alloquentis.

70 Modus rerum omnium optimus.

Sed vt a diuerticulis repetatur instituta narratio, tandemque iudicium in hac re meum proferam, Phocylidis sententia est,

Γάντεν μέτρον ἄριστον, ὑπερβασία δ' ἀλεεινή.
Optimum modus est optimus, excessus vero malus.

Id est,

Quam sententiam repetens Horatius libro Serm. j. Satyra item j.

Est modus in rebus, sunt certi denique fines,
Quos ultra citraque nequit consistere rectum.

Citat e nostris Accurf. in rub. Instit. per quas perso. nobis acq. & Spec. tit. de aduoc. §. nuc de exordiis. vers. alia quoque plura. & Alber. in auth. quod ius. col. vlt. C. de procur. & Bart. in l. si ita quis. §. ea lege. in fi. & ibi quoque Iaf. col. 6. vers. item dum ista. ff. de verb. oblig. & Bald. in c. cum ficur. paulo ante fi. de eo qui mit. in poss. vbi hoc dicit probari in d. §. ea lege. vbi etiam gl. ascripsit initium huius sententiae. & rursus idem Bald. conf. ccxcviii. quaeritur vtrum vsurarius. col. 3. lib. 2. & conf. cccclxxxvj. statutum prouidet. col. 2. vers. sexta. eod. lib. 2. & Lud. Bol. conf. lxi. cor mundum & c. viso igitur puncto. col. 4. Quibus concinens Pindarus Olympiorum Ode 14.

ἔπειτα δ' ἐν ἐκάστῳ μέτρον νεύσαι ἔ,
Καὶ ῥὸς ἄριστον.

Itaque cum inter pulcherrimam foeminam & deformissimam media quaedam forma sit, quae nimio pulchritudinis periculo, & summo deformitatis odio vacat, qualis a Q. Ennio in Menalippa, pereleganti vocabulo, stata, dicitur, quia nec superbiior, nec iuxta Bian-tis sententiam, communis futura sit, ob nimiam pulchritudinem: neque poenitenda ob immodicam deformitatem: quam formam modicam & modestam Phauorinus apud Gellium lib. v. c. 2. non incite appellabat vxoria. Ennius autem in ea, qua proxime diximus, Tragodia, eas feret foeminas ait incolumi pudicitia esse, quae stata forma forent. Idcirco huiusmodi mediocrem formam in vxore probo quidem & laudo: elegantem vero nimium, singularemque atque excellentem formam, aequae ac solidam & absolutam deformitatem, refugiendam, veluti scopulum quendam, cenfeo.

Forma medio cris in uxore amplectenda. Stata forma.

Forma uxor ia.

71 De eadem re.

In quam sententiam non tam pedibus, quam stylo, vadit Euripides in Iphigenia in Aulide, cum inquit non minus verem, quam venustem:

μάκαρες, οἱ μετρίως θεῖ
μετὰ τε σωφροσύνας μετέσχον
λέκτρον ἀφροδίτας,
Γαλανεία χρυσάμυλοι,
Μαινόμην' ὄϊστων, ὅθι δὴ
Δίδυμ' ἔρωε χρυσοκόμας

Τὸς ἐντένευ Χαρίτων,
Τὸ μὲν ἐπ' εὐαίωνι πόντῳ,
Τὸ δ' ἐπὶ συγγύσει βιάσας.
ἀπενέπω νιν ἀμετέρων
Κύπρι καλλίστῃ θαλάμων.
ἔιν δ' ἐμοὶ μετρία μὲν
Χάρις, πόθοι δ' ὄσιοι,
Καὶ μετέχοιμι τᾶς ἀφροδίτας,
πολλὰντ' ἀποθέμεν.

Quos versus aliis numerosioribus traducit Erasmus in hunc modum:

Felices, quibus obtigit
Sors nec summa, nec infima,
Sed sanè modica, & quibus
Castos annuit aurea
Nancisci thalamos Venus,
Tranquillaque perenniter
Consuetudine perfrui:
Quorum pectora mutuis
Flagrant incita flammulis.
Postquam iam geminis trahens
Spicula torquet ab arcibus,
Tincta spicula Gratiis,
Coma splendidus aurea
Cupido Deus aliger.
Quorum hæc dulce & amabile
Æuum prospera conferunt:
Vite hæc perniciem ferunt,
Ac turbam, hunc equidem meis
Formosissima deprecor,
Auersorque toris Venus.
Sit modesta mihi, precor,
Forma gratia: sint mihi
Amores liciti ac p̄j,
Contingant mediocria
Blande munera Cypridis:
Porro ingentia deprecor.

Si quis autem velit ad verbum traducere, ita poterit facere:

Felices qui moderatè Dea
Et cum temperantia consortes fiunt.
Thalamorum Veneris
Tranquillitate fruente,
Perciti astris, quandoquidem
Duas Cupido auricomus
Sagittas intenderit Charitum,
Alteram quidem ad amabilem sortem,
Alteram ad confusionem vite:
Auerfor hanc a nostris
O Venus pulcherrima thalamis.
Sit verò mihi moderata quidem
Gratia, amores verò casti:
Et particeps sim Veneris, (scilicet moderatæ)
Multam verò auerfor.

Cui in eo quod dixit de duobus arcibus, omnino simile est quod Theophrastus in libro Amatorio scribit Chæremone antiquum poetam Tragicum vires Amoris seorsim connumerantem, duos arcus solere intendere Gratiarum, hunc quidem in felici fortuna, illum autem in vitæ perturbatione (vide Græcum, vt scias sintne verba ipsa Euripidis) ita vt Euripides a Chæremone, aut contra Chæremone ab Euripide accepisse videatur.

72 Ad quam sententiam, vt opinor, respicit Galenus, qui in ἑδ' προτροπικῶ λόγῳ πρὸς τὰς τέχνας, id est, in Exhortatione ad bonas artes, laudat illam Euripidis sententiam, ἔ γὰρ ὀφελὲς εἶναι, περιετρέψω τὸ κάλλος, ἢ μῖσος λαβεῖν. Hoc est, Non expedire pulchritudinem ultra capere, quam in medio. Ad quod etiam referri potest illud Euripidis in Medea:

ἔρωτες ὑπὲρ μὲν ἄγαν
ἐλθόντες δὲ ἐυδοξίαν,

δὺδ' ἀρετῶν παρὶ δῶκαν,
ἀνδράσιν ἐδὲ ἀλλίς ἔλθοι
κ' ὕπρις, καὶ ἀλλὰ θεός
ἔυχαις ἔτω —

Quam nos & infra in xv. lege connubiali. num. 82. incip. multa sunt. ad aliud non admodum ab hac re alienum afferemus. Quibus ad stipulatur, quisquis is fuit, qui hos versus edidit: nunc enim nomen non succurrit:

Cum media semper gaudebam ludere forma:
Maior enim mediis gratia semper inest.

Quos citat glo. in cap. quærenti, in verbo, per æquitatis. de offi. delega. & in cap. j. in verbo, modū. de officio custo. & Alber. in l. j. col. 2. ff. de origine iuris. Nam & Plato philosophorum Deus, libro v. de Legibus, differit honorem corporis circa medium consistere, ne nimis robustum pulchrumve sit, neve nimis debile, aut deforme. Alterum enim audaces, inflatosque animos reddere, alterum deiectos & illiberales.

73 De eadem re.

¶ E nostris Ioan. Fab. in rubr. Insti. de nupt. secundum hanc sententiam monet, vt vxorem formosam despondeamus magnitudine & pulchritudine: magnitudine quidem, quia pueri vt plurimum matizant (vt ipse loquitur) in corpore: pulchritudine autem mediocri, non absoluta, &, vt ipse appellat, mira & nitenti: quam quæ habent, vt subdit, ventis concutiantur. Ad quod detorquet illud Salom. Prouerb. 11. Mulier pulchra & fatua. Quod tamen nihil ad rem ipsam facit: est enim integra ea sententia huiusmodi: Circulus aureus in naribus suis, mulier pulchra, & fatua. Id est, pulchritudo in muliere impudica, & ideo stulta, est tanquam circulus aureus in naribus suis. Nam sicut sus illum pulchrum circulum aureum, quem naribus gestat, statim luto immergit, ita & mulier illam suam pulchritudinem foedæ libidini prostituit. Huic autem quod de magnitudine scribit Faber (ne id dissimulâter omitteremus) quadrat, quod ex autoritate Theophrasti Plutarchus in vita Agesilai, statim post prin. & rursum in lib. de educandis liberis, etiam paulò post principium retulit, atque etiam Athenæus lib. 13. c. 7. Ephoros olim Lacedæmonios Archidamum regem graui pecunia multasse, quoniam pusilli corporis vxorem accepisset, subinde dicentes, quòd regios sibi liberos, non reges edere cogitasset, aut, vt alij interpretantur, non reges, sed reginas potius, id est, scæminas, siue effœminatos. Ita enim Græcum habet, ὡς ἡ βασίλειος, ἀλλὰ βασίλειδας παραχρῆμα αὐποῖε διανοοῖτο. Quasi scilicet à matre potissimum liberi aut magnitudinem aut exiguitatem corporis accipiant. Quod & post Galenum comprobatur Alberrus Magnus lib. de animalibus x. c. j. & iterum lib. xx. c. xij. & Auicenna in 21. tertij, & ante illos adstruit Aristoteles lib. 2. de generatione animalium, c. 4. & lib. Problematum x. c. 12. & Hippocrates, aut, vt alij malunt, Polybius in lib. πρὶ γυνῆς, id est, de genitura: vbi & adfert exemplum cucumeris aut cucurbitæ, quam si quis iam deflorescentem in paruam heminam condat, cauo vasis illius similis redditur.

Archidamus rex ab Ephoris multatus quòd uxorem pusilli corporis accepisset. Pueri matris staturam sequi solent.

74 Proceritas corporis muliebris an ad formam pertinet.

¶ Sunt tamen, qui autumant (vt & hoc in transcurso attingam) proceritate corporis nihil pertinere ad formam muliebrem: de qua re extat lepidissimum epigramma Catulli, quem non immeritò doctissimum prisca vates appellarunt:

Quintia formosa est multis: mihi candida, longa,
Recta est: hæc ego sic singula confiteor.
Totum illud formosa nego: nam nulla venustas,
Nulla in tam magno corpore mica salis.

Sed non defunt formæ muliebris idonei æstimatores, qui sententiæ Fabri in ea parte subscribant. In quibus Aristoteles li. 4. Ethicorum, c. 3. scribit pulchritudinem in magno corpore consistere. Et lib. 4. Rhetorices, c. 5. asserit scæminarum virtutem corporis esse formam, & proceritatem. Et Ouidius arbiter spectatorque formarum elegantissimus, lib. ij. Elegiarum, amicam laudat à magnitudine corporis:

Longa, decensque fuit, longa, decensque manet.
Et apud eundem lib. Meta. 14. Polyphemus in laudem Galatæ, quam deperditè amabat, ait:
— Longa procerior alno. Et paulò post:
— Platano conspectior alta.

Sed & Propertius lib. 2.
Fulua coma est, longæq; manus, & maxima toto Corpore. —

Vnde est & illud Ouidij lib. 3. de Arte amandi,
Sib breuis es, sed eas. — Item illud,
Parua vehatur equo. —

Virgilius in obsceno carmine, si is est:
O non candidior puella Mauro,
O sed mollior omnibus cinadis,
Pygmao breuior gruem timenti.

Diana à proceritate laudata.

Ante hos autem Homerus à proceritate corporis laudat Dianam (quod iam supra diximus) & Nauficaam lib. 6. Odyssæ, cum scribit primum,

πασάν δ' ὑπερῆγε κέρην ἔχει, ἠδ' ἐ μέτωπα,
Omnes hac capite supereminet, & fronte.
ἀρετῆ μὲν δ' ἰσὺ γέ Διὸς κέρη μεγαλοῖο
ἠδὲός τε, μέγέθός τε, φωνὴν τ' ἀγγίσα ἴσσω.
Diana te ego Iouis filia mag ni

Et statim post de ipsa Nauficaa:

Et Nauficaa.

Specieque magnitudinēque, naturāque proximè assimilo.
Locum autem illum priorem secutus est Virgilius lib. j. Aeneidos, de eadem Diana loquens:
— Gradiensque deas supereminet omnes.

Et Ouidius lib. 3. Meta. de ea ipsa:
— Tamen altior illis
Ipsa dea est, collōque tenus supereminet omnes.

Violentilla.

Et Statius lib. j. Sylvarum de eadem quoque, cui statuta corporis similem facit Violentillam:
— Latias metire quid ultra
Emineat matres, quantum Latonia Nymphas
Virgo premit. —

Nam Dianā Latoniam vocat, quòd esset Latonæ filia. Sed vt redeamus ad Homerum, is quoque & à magnitudine laudat Penelopen lib. xvij. eiusdem operis non semel: & Pandari filias lib. 30.

Penelope. Pandari filie. Minerua.

ἡμῶς δ' ἵππο ἀρετῆς ἀγνῆ.
Et lib. 13. rursum 16. eiusdem operis, facit Mineruam similem γυναικὶ καλῇ, τε μεγάλῃ τε. id est, mulieri pulchræ, & magnæ. Et apud Eundem lib. 15. mulier Phœnissa est,
καλὰ τε, μεγάλη τε, καὶ ἀγλαὰ ἔργ' εἰδύσα. id est,
Pulchrāque, magnāque, & splendida opera sciens.

75 Ex qua sententiarum diuersitate, clarè liquet, nihil esse verius, quàm Virgilianum illud,
— Trahit sua quæque voluptas.

Aliis alie res placent.

Citatur à Barb. nostro, conf. 38. sapienter scripsit Psalmista, col. 3. lib. 2. Non omnibus sanè idem est stomachus. Et vt ipse scripsit Homerus Odyssæ 14.
ἀλλ' ὅ γάρ τ' ἀλλοίσι δ' ἀνὴρ ἐπιτέρετο ἔργοις. id est,
Nanque aliis alie res arriidentique, placēntique.

Et Horatius lib. 2. epistolarum,
Denique non omnes eadem mirantur, amantque.

Et Litanus seruus apud Plautum in Asinaria:
Non omnia eadem æquè omnibus, heu, suauia esse scito.

Quæ etiam sententia est Pindari Olympiorum Ode 8.
τέρπον δ' ἐν ἀνθρώποις ἴσον ἕσεται ἔδ' ἐν.
Et Plinius lib. 22. cap. 24. cum dicit, Non eadem omnibus amara esse, aut dulcia. Sed tamen sinamus (vt monet Paulus, armarium sanctarum literarum, ad Romanos 14.) in suo quæque sensu abundare: & demus (vt dicit Plinius lib. 19. epistolarum) aliorum oblationibus veniam, vt nostris impetremus: hincque pedem maturè referamus: iam enim tempus est, vt lex nostra subtexatur. Hæc igitur erit secunda lex connubialis:

FORMOSISSIMAS VNDEQVAQVE VXORES NE DVCVNTO,
SED ET DEFORMISSIMARVM NVPTIAS CONTEMNVNTO,
MEDIOCRITER SPECIOSAS INTREPIDE DELIGVNTO.

Secunda Lex Connubialis.

IN TERTIAM LEGEM CON-

NVBIALEM, GLOSSÆ PRIMÆ PARS TERTIA.



V AE lex me submonuit, vt antequam ad alia transeamus, hoc illud loco sciscitemur, Positne mulier honestè quidem & citra vituperium vti ornatu cultūque, atque aliis artibus, quò formosior, venustior, elegantior sit, & videatur. Et primum quidem videtur non posse, autoritate sacrarum literarum. Nam diuinus poeta in huiusce rei vituperium ita scribit, Ode 142. Filia eorum compositæ, circumornatæ, vt similitudo templi. Esaias etiam de meretrice loquens, cap. 57. Ornasti, inquit, te regio vnguento, & multiplicasti pigmenta tua. Et Ezechiel quoque cap. 23. Circumlinsi stibio oculos tuos, & ornata es mundo muliebri, &c. Et libro quarto Regum, capit. nono, de Iezabel muliere pessima: Porro Iezabel introitu eius audito, depinxit oculos suos stibio, & ornauit caput suum, &c. Stibium enim id est, quod officinæ hodie Antimonium vocant, quo mulieres ad curam formæ & decoris præfertim oculorum utebantur, vt tradit Galen. lib. 6. de sanita. tuenda. & Plin. lib. 33. cap. 6. Hincq; γυναικείον Diofcoridi dictum est. Sed vt redeamus, Ofias item de meretrice loquens, cap. 2. Ornabatur in aure sua, & monili suo, & ibat post amatores suos. Et Ecclesiast. cap. 9. Auerte faciem tuam à muliere compta. Ex quo etiam Genes. 38. Iudas suspicatus est Thamar ex ornatu esse meretricem.

Mulier an possit se honestè ornare.

Contra ornamenta mulierum.

Stibium quid sit.

¶ Sed

2 De eadem re.

¶ Sed audiamus alios, tempore quidem inferiores, non tamen cruditione & sanctimonia. Volo, (ait D. Paulus, prioris ad Timoth. epistolæ capit. 2.) mulieres orare in habitu ornato, aut (vt alij vertunt) in amictu modesto, siue honesto: nam & id quoque significat Græca dictio κοσμίω. Et subdit Apostolus, interpretans verba præcedentia, Cum verecundia & sobrietate ornantes se, & non in tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, vel veste pretiosa. Alterum quoque ecclesiæ fulmē coruscum Petrus, in priore Catholica epist. ca. 3. Mulierum, ait, non sit extrinsecus capillatura, aut circundatio auri, aut indumenti vestimentorum cultus. In quo loco glo. quam ordinariam vocāt, ex Cæcilio Cypriano, ex lib. de habitu virginum sic in fit: Serico & purpura induta, Christum induere non possunt: auro & margaritis & monilibus adornata, ornamenta corporis & pectoris perdidit. Diuus autem Ioannes in Apocalypsi, capit. 17. introducit meretricem quampiam circundatam purpura & coccino, & inauratam auro & lapide pretioso & margaritis. Vbi secundū sententiā ipsius Cypriani describitur ciuitas meretrix, compta pulchrius & ornata, & cum ornamentis suis, ac propter ipsa potius peritura. Idem Cyprianus in eo ipso lib. de habitu virginum, hæc ferme in eam rem scribit: Cæterum, si tu te sumptuosius comas, & per publicū notabiliter incedas, oculos in te iuuentutis illicias, suspiria adolescentum post te trahas, concupiscendi libidinē nutrias, peccandi fomitem succendas: vt etsi ipsa non pereas, alios tamen perdas, & velut gladium te & venenum videntibus te præbeas: excusari non potes, quasi mente casta sis & pudica: redarguit te cultus improbus, & impudicus ornatus. Et iterum: Non virgines tantum aut viduas, sed & nuptas puto, & omnes fœminas admonendas, quod opus Dei & facturam eius & plasma adulterare nullo modo debeant, adhibito flauo colore, vel nigro puluere, vel rubore, aut quolibet denique lineamenta natiua corrumpente medicamine. Et postea subdit: Manus Deo inferunt, quando illud, quod ille formauit, reformare & transfigurare contēdunt: nescientes quia opus Dei est, omne quod nascitur: Diaboli, quodcunque mutatur. Si quis pingendi artifex vultum alicuius & speciem corporis qualitem æmulo colore signasset, & signato iam, consummatōque simulacro manus alius afferret, vt iam formata, iam picta, quasi peritior reformaret, grauis prioris artificis iniuria, & iusta indignatio videretur. Tu te existimas impunē laturam tam improba temeritatis audaciā, Dei artificis offensam? Vt enim impudica circa homines & incesta fucis lenocinantibus non sis, corruptis violatisque quæ Dei sunt, peior adultera detineris. Et rursus: Non metuis, oro, quæ talis es, ne cum resurrectionis dies venerit, artifex tuus te nō recognoscat: ad sua præmia & promissa venientem remoueat, & excludat: increpans vigore cœloris & iudicis dicat, Opus hoc meū non est, nec hæc imago nostra est: cutem falso medicamine polluisti, crinem adultero colore mutasti: expugnata (aut potius expigmata) est mendacio facies: figura corrupta est: vultus alienus est. Deū videre non poteris, quando oculi tui non sint, quos Deus fecit, sed quos Diabolus infecit: illum tu sectata es: rutilos atque depictos oculos serpentis imitata es, de inimico tuo compta, cum illo pariter arsuras. Sed & inibi alia multa in hanc sententiam differit, quæ sunt in promptu omnibus. Ex quibus D. Augustinus multa ad verbum transtulit in lib. 4. de doctrina Christiana, c. 21. vbi & ipse multa de hac re scribit, quæ & tu videre poteris. Sed vt redeamus ad Cyprianū, is in lib. de discipulina & bono pudicitia, ita de hac re scribit: Sæper est misera, quæ sibi non placet qualis est. Quid capillorum mutatur color? Quid oculorum extremitates suffocantur? Quid facies artibus in diuersam formam conuertitur? Quid postremò speculum consulitur: nisi, & cætera, quæ sequuntur.

Cypriani locus.

3 De eadem re.

¶ Tertullianus duos libros aduersus ornatum mulierum conscripsit: priorum, cui titulum fecit: de ornatu mulierū, alterū de cultu fœminarū: in quibus multa in eam rem congesit. Ex quibus illud ex posteriori libro excerptissimum: In dominum delinquant, quæ cutem medicaminibus vngunt, genas rubore maculant, oculos fuligine collinunt: displicet illis nimirum plastica Dei: in ipsis redarguunt, repræhendunt artificem omnium: repræhendunt enim, cum emendant, cum adiciunt, vtique ab aduersario artifice fumentes additamenta ista, id est, Diabolo. Gregorius Nazianzenus versus in eam quoque rem elegantissimos conscripsit, quorum initium est huiusmodi,

Quorum quidem postremus versus videtur sumptus ex Loctro Poeta antiquo, apud Iulium Pollucem lib. 5. c. 16.

Μὴ κεφαλὰς πυγρᾶτε νόθοις πλακάμοισι γυναικες,
 ὅρτυσσαι μαλακὴν ἀνχένα ἐκ σκοπέλων.
 ἢ θὲ μορφὰς ἐπαλάφει χρώμασιν ἀγχοῖς,
 ὡς ἐπροσωπεία, κ' ὄχι πρόσωπα φέρειν.

Aut ex Lucilio, cuius carmen postea adscribemus. Et in eam sententiam multa subiungit idem Nazianzenus ad cccxxxiiij. versus, ex quibus illud mihi admodum placuit,

--- Τῆσαι δὲ μάσδιον ἐτύχθη:
 Μὴ δ' ἐθέλει δοκίειν ἀνθ' ἐτέρης ἐτέρας.

--Serua

Serua corpus, quale est fabricatum,
 Neque velis videri pro altera, altera.

Alter Gregorius, vnus è quatuor ecclesiæ doctoribus, in Homilia, quā in Euangeliū Diui Matth. c. xj. edidit: Nemo existimet in luxu, atque studio pretiosarum vestium peccatū deesse: quia si hoc culpa non esset, nequaquā Petrus à pretiosarum vestiū appetitu compesceret, dicens, Non in veste pretiosa. Pensate ergo, quæ culpa sit, hoc etiam viros appetere, quo curauit pastor ecclesiæ & fœminas prohibere. Hæc Gregorius, qui & ipse in alia Homilia in diuum Lucā c. xv. enarrans illud, Homo quidā erat diues, qui induebatur purpura & bysso, hæc quoque scripta reliquit: Sunt nonnulli, qui cultū subtilium pretiosarumque vestium non putant esse peccatum. Quod si videlicet culpa non esset, nequaquā sermo Dei tam vigilanter exprimeret, quod diues, qui torquetur apud inferos, bysso & purpura indutus fuisset. Et paulò post: Quam culpā possumus melius etiā ex diuerso colligere: quia si abiectio vilis indumenti virtus non esset, Euangelista vigilanter non diceret, Erat indutus pilis camelorum.

¶ His assentitur Augustinus scribens ad Posidonium: quod & repetitur in c. fucare. de consecrati. dist. v. Fugare pigmentis (ita enim malo legere, quàm figmentis, quod vulgò legitur) quò rubicūdior, vel verecundior appareat mulier, adulterina fallacia est: qua nō dubito ipsos etiā maritos se nolle decipi, quibus solis permitendæ sunt fœminæ ornari. Ideo autē legi supra, pigmentis: nam ex his fiunt fuci illi, quibus vtūtur. Et hinc Expigmare & Impigmatio, pro fucare, & fucatio, apud Cyprianum in d. lib. de habitu virginum: licet vulgò ibi legatur, Expugnare, & Impugnatio, quæ verba non quadrant sententiæ. Idem in li. de sermone Domini: Quanta, inquit, amentia est effigiem mutare, naturæ picturam quærere! Tolerabiliora propemodū in adulterio crimina sunt: ibi enim pudicitia, hic natura adulteratur. Diuus quoq; Hieronymus (nisi me fallit memoria) alicubi, locus enim nunc non occurrit, Illi, ait, oculos Christianos scandalizant potius, quæ purpurisso & quibusdam fucis ora oculosque depingunt, quarū facies Aegyptiacæ nimio (aut si mauis minio) candore deformes, idola mentiuntur, quas nec numerus annorum docere potest, quod vetulæ sint, quæ capillis alienis verticem struunt, & præteritam iuuentutem in rugis anilibus polluunt. Erubescat mulier Christiana, si naturā cogit in decore, &c. Et alibi ad Furiam de viduitate seruāda: Quid faciat in facie Christianæ purpurissus & cerussa (quorū alterum roborē genarū, laborūque mentitur: alterū candorem oris, & colli ignis iuuenum, fomenta libidinū, impudicæ mentis indicia. Quomodo flere potest pro peccatis suis, quæ lacrymis cutem nudat, & sulcos ducit in faciē? Ornatus iste non Domini est: velamen istud Antichristi est. Qua fiducia erigit ad cœlum vultus, quos conditor non agnoscit? &c. Idem ad Demetriadē de virginitate seruanda, puellas redarguit, quæ ornant capita, crines à fronte demittunt, cutē polliunt, vtuntur pigmentis, adstrictas habent manicas, vestimēta sine ruga, loccōsque crispantes, vt sub nomine virginitatis vēdibilius pereāt.

De eadem re.
 Decretorum
 locus emendatus.
 Pigmenta.
 Expigmare.
 Impigmatio.

Hieronymi locus.

¶ Diuus item Ambrosius lib. j. de virginibus: Hinc illa nascuntur incentiua vitiorum, vt quæritis coloribus ora depingant, dū virus displicere formidant, & de adulterio vultus meditantur adulterium castitatis. Quanta hæc amentia, effigiē naturæ mutare, picturam quærere: & dum verentur maritale iudicium, prodere suum! Prior enim de se pronuntiat, quæ cupit mutare quod nata est. Ita dum aliis studet placere, prius ipsa sibi displicet. Quem iudicem, mulier, veriolem requirimus deformitatis tuæ, quàm te ipsam, quæ videri times? Si pulchra es, quid absconderis? Si deformis, cur te formosam esse mentiris? nec tuæ conscientia, nec alieni gratiā erroris habitura. & alia quæ mox sequuntur. Sed & postea quoque paulò ante si. eiusdem libri: Cernis, vt pōparum ferulis similis incedat, quæ se cōponit, vt placeat, omnium in se vultus & ora conuertens, eo ipso, quo studet placere, deformior. Prius enim populo displicet, quàm placeat viro. At in vobis reiecta decoris cura plus placet: & hoc ipsum, quod vos non ornatis, ornatus est. Certè lacera vulneribus aures & depressæ, onera miseræ ceruicis, non sunt alluamenta lenarū, sed discrimina metallorum: hinc collum catena confringit, inde pedem cōpes includit. Nec refert auro corpus oneretur, an ferro. Si ceruix premitur, si grauatur incessus, nil pretium iuuat: nisi quod vos mulieres, ne pereat vobis pœna, trepidatis. Quid interest, vtrum aliena sententia, an vestra vos dānet? hinc vos etiam miserabiliores, quàm qui publico iure damnantur: quod illi optant exui, vos ligari, & alia quæ sequuntur. Idem quoque libro Hexaemer. vj. c. vi. j. Deles picturam, mulier, si vultum tuū materiali candore oblinas, si acquisito rubore perfundas: illa pictura vitij, non decoris est: illa pictura fraudis, non simplicitatis est: illa pictura temporalis est, aut pluuia, aut sudore tergitur: illa pictura fallit, & decipit, vt neque illi placeas, cui placere desideras, qui intelligit non tuum, sed alienum esse, quod placeas, & tuo displiceas auctori, qui videt opus suum esse deletum. Dic mihi, si supra artificem aliquem inducas, qui opus illius superioris nouis operibus obducatur, nonne indignatur ille, qui opus suum adulteratum esse cognouerit? Noli tollere picturam Dei, & picturā meretricis asumere: quia scriptum est (videlicet i. ad Cor. vj.) Tollens ergo membra Christi, faciam membra meretricis: absit. Quod si quis adulterat opus Dei, graue crimen admittit. Graue est enim crimen, vt putes, quod melius te homo quàm Deus, pingat. Graue est, vt dicat de te Deus, non cognosco colores meos, non agnosco imaginem meam, non agnosco vultum, quem ipse formauit. Reicio ego quod meum non est: illum quare, qui te pinxit: cū illo habeto confortium: ab illo fume gratiam, cui mercedem dedisti. Quid respondebis?

De eadem re.

6 *De eadem re.* ¶ Sed & Diuus Chrystostomus, Homilia ad populum Antiochenū 21. Vis, inquit, ornare faciem non margaritis, sed modestia, & honestate: sicque vir gratiorem cernet aspectum. Ille nempe ornatus & zelotypiæ suspicionem iniicere sæpe solet, & in inimicitias, & cōtentiones, & pugnas. Et paulò post: Modestia autem ornatus omnem quidem improbam suspicionem expellit: omni autem vinculo firmiùs coniungem conciliat. Nō enim tam decorum facit formæ natura fieri aspectum, quàm eam spectantis affectus. Affectū verò nihil sic, vt modestia & honestas inducere solet. Rursumque paulò post: Circa margaritarū cultum infania, est pompa Satânica. Aurū enim cepisti, non vt corpus vincias, sed vt pauperes salues & enutrias. Sed & alia multa in eadē Homilia in cultum muliebrem scripsit, quæ inibi legere promptum est. Quin & in Matthæum Homilia 8. & in Ioānem Homilia 60. ad finem. & in epistolam ad Hebræos Homilia 28. & in Genes. Homilia 36. multa quoque in eam sententiā scripsit. Sed & aliam Homiliam priuatim edidit, de mulieribus se fertis & auro ornantibus. Idem in Genesim Homilia 41. A cultu, ait, externo innumera fiunt mala. Et nondum dico animæ nocumenta, arrogantiam, quæ intrinsecus nascitur, despectū proximi, factum spiritus, animæ corruptionem, voluptatum illicitarum fomitem. Quid quod facile diripitur ille cultus, & famulorum malignitate, & latronum insidiis, & scyphantarū calumniis. Et infinita mala inuenire in eo licet, & perpetuas amaritudines. Sed & idem multa scripsit contra mulieres se fucantes & curiosius ornantes, in Genesim Homilia 37. in Matthæū Homilia 31. & in priore epistolam Diui Pauli ad Timotheum Homilia quinta. Arnobius libr. 2. aduersus gentes: Idcirco Deus animas misit, vt diuini ponderis & grauitatis oblitæ, gemmas, lapillos, margaritas, castitatis dispendio compararent: conspiciendos quærent corporibus fucos: innecterent his colla: laminas pertunderent aurium: imminuerent frontes limbis: fuligine oculos obumbrarent: nec informibus erubescerent masculorum calamistris vibrare casariem, cutem corporis laeuigare: Quanquam ille videatur loqui de maribus, vt verba sequentia ostendunt.

7 *De eadem re.* ¶ Aurelius Prudentius, Poeta Christianus, in Amartigenia hæc item prodit in mulieres se ornantes fucantesque:

—Nec enim contenta decore
Ingenito, externam mentitur femina formam.
Ac velut artificis domini manus imperfectum
Os dederit, quod adhuc res exigat, aut hyacinthis
Pingere subtilibus redimitæ frontis in arce,
Colla vel ignitis syncera incingere fertis,
Auribus aut grauidis virides suspendere baccas:
Nectitur & nitidis concharum calculus albens
Crimibus, aureolisq; riget coma texta catenis.
Tadet sacrilegas matrum percurrere curas,
Muneribus dotata Dei que plasmata fucis
Inficiunt, vt pigmentis cutis illita, perdat
Quod fuerat, falso non agnoscenda colore.
Hæc sexus male fortis agit, &c.

Aufonius quoque quodam Epigrammate Deliam increpat, quòd molliore cultu vteretur:

Delia nos miramur, & est mirabile, quòd tam
Dissimiles estis, tuque sororq; tua.
Hæc habitu casto, cum non sit casta, videtur:
Tu præter cultum nil meretricis habes.
Cum casti mores tibi sint, huic cultus honestus:
Te tamen & cultus damnat, & actus eam.

Postremò Clemens Alexandrinus lib. Pædagog. 2. c. x. & xij. & iterum lib. eiusdem operis tertio, c. ij. & iij. vbi multa in hanc sententiam adducit, & inter alia dicit in d. cap. ij. nimium sui ornandi studium, maius esse vitium, quàm ebrietatem. Et è recetioribus Theologis D. Bernardinus in lib. de Euangelio æterno, Sermone 47. & in lib. de Christiana religione, Sermone 44. & iterum 46. & 47. Cuius si vera est in ea re sententia, nullam ferè reperias, quæ in ea re quotidie mortaliter (vt Theologi loquuntur) non peccet.

8 *De eadem re ex externis scriptoribus.* ¶ Et hæc quidem de Christianis scriptoribus. Sed nec externi & Ethnici huic defunt sententiæ. Xenophon in Oeconomico, fucum muliebrem grauitè & copiosè taxauit. Nam eo in opere Ischomachus hac ifagoge vxoris vitiū castigat, quam viderat cerussa, stibio, cæterisque huiusmodi fucis & pigmentis vtentem, quòd formosior videretur. Dic mihi, inquit, vxor, nōne hisce legibus matrimonium iniuimus, vt quod esset vtrique facultatū, inuicem communicarem? Annuit illa. Iam, ait, si, postquam tu tuam portionem bona fide cōtulisses, ego pro veris gemmis fictitias, pro auro puro puto adulterinū darem, pro torquibus aureis vitrum auri bracteis oblitū, pro monilibus solidis ligna auro, argento, & incrustamentis obducta: num boni cōsuleres, aut iudicares, me plus tibi cōtulisses, si talibus technis tibi imponerē, quàm si, quod haberem, vti est, in mediū conferrem: Quod illa excipiens, caue, inquit, ne mihi talis sis: neque enim te ex animo amare possem. Quo audito, ille sic perrexit: Atqui nos in hoc potissimum conuenimus, vt alter alteri corporum nostrorum

nostrorum copiam faceremus. Quod cum vxor annuisset, Sümne, inquit, tibi gratior aut carior futurus, si corpus hoc, vti est, nullo medicamento vitiatū communicem, an si os oculosque minio infectos tibi exosculandos præberem? At ego, inquit vxor, minium nunquā attigerim, neque fucatos oculos gratius, quàm tuos aspexerim. Et mihi, ait ille, puta mentem eandem esse: nec tam mentito (quem tu cerussa stibioque inducis) colore delectari, quàm tuo natiuo. Quo tam commodo sermone castigata mulier, abiicit omnia tectoria, formæque medicamenta.

9 ¶ Autor est Plutarchus in Apothegmatis Laconicis, & in Lyfandro, & in præceptis connubialibus, quòd cum aliquando Dionysius tyrannus Siculus Lyfandri filiabus vestes, muliebremque mundum misisset, recusauit ea Lyfander, inquiens, vereri se, ne huiusmodi ornamentum dehonestaret potius filias, quàm ornaret. Id quod & idem Plutarchus in ipsis Apophthegmatis assignat Archidamo Zeuxidami filio. Ante vtrunque autem Sophocles: Non hic est ornatus, o infelix, verum dedecus videbitur, tuæque infania mentis. Ornamentum enim est (vt inquit Crates) quod ornat: ornat autem, quod honestiorem mulierem facit: talem verò præstat non aurum, non smaragdus, non coccineus color: sed quæcunque grauitatis, moderationis, & pudoris specimen adhibent. Hæc Plutarchus. In quam etiam sententiam est senarius ille,

Γυναικὶ κόσμος ὁ πρόπαι, καὶ χρυσία.

Id est ad verbum:

Mulieri ornamentum mores, & non aurum.

Refert Iustinus lib. 20. Pythagoram Samium Crotoniensem populum in luxuriâ lapsum, auroritate sua ad vsum frugalitatis reuocasse: hocque inter cætera assiduitate disputationis fuisse consecutum, vt matronæ auratas vestes, cæteraque dignitatis suæ ornamenta, velut instrumenta luxuriæ, deponerent, caq; omnia delata in Iunonis ædem ipsi Deæ consecrarent: præferentes vera ornamenta matronarū, pudicitiam, nō vestes esse. Apud Lacedæmonios fœminis ornatus omnis ac mundus muliebris ereptus est. Neque enim eis licuit comā nutrire, neque aurum gestare, vt tradit Heraclides in Politia Lacedæmoniorū. Aristoteles censet mulierē minori cultu atque apparatu vti debere, quàm leges morèsq; patriæ præscribant, quippe quā considerare oportet, quòd nec vestimentorū nitor, nec excellentia formæ, nec auri magnitudo tantū valet ad mulieris laudem, quantū modestia in rebus, ac studium honestè decoreq; viuendi. Aelianus lib. xij. de Varia Histor. inter magnas Aspasia laudes, quæ primū Cyro nupsit, & postea Artaxerxi Persarum Regi, non vltimo loco ponit, quòd ab omni curiositate muliebri, & ornatu esset aliena.

10 ¶ Scapha Plautina in Mustellaria:

Scita es tu quidem:

Noua pictura interpolare vis opus lepidissimum.

Non isthanc atatem oportet pigmentum vllum attingere,

Neque cerussam, neque melinum, neque aliam vllam offuciam.

Ecastor, mulier rectè olet, vbi nihil olet.

Nam ista veteres, quæ se vnguentis vinctitant, interpoles,

Vetula, edentula, quæ vitia corporis fucis occultant,

Vbi sese sudor cum vnguentis consociavit, ilico

Itidem olent, quasi cum vnâ multa iura confundit coquus.

Quid oleas, nescias, nisi id vnum malè olere intelligas.

Cui sententiæ respondens Tullius lib. Epistol. ad Articum 2. Epistola 1. Quanquam tua illa horridula mihi atque incompra visa sunt, sed tamen erant ornata hoc ipso, quòd ornamenta neglexerant: & vt mulieres idè bene olere, quia nil olebant, videbantur. Ad quod etiam respicere videtur Arbitri sententia apud Hieronymum ad Demetriadem, de virginitate seruanda: Non bene olet, qui bene semper olet. Quam & ipsam expresit Martialis lib. ij. ad Posthumum:

Posthume, non bene olet, qui bene semper olet.

Ad quod etiam alludens idem Martialis lib. vj. in Coracinum,

Rides nos Coracine nil olentes,

Malo, quàm bene olere, nil olere,

Idem in Gelliam lib. iij.

Quòd quacunque venis, Cosmum migrare putamus,

Et fluere excusso cinnama fusa vitro:

Nolo peregrinis placeas tibi Gellia nugis:

Sic puto posse meum sis bene olere canem.

Nugas autem appellat Martialis (vt id in transcurfu dicam) ornamenta muliebria: ita enim peculiariter ea antiqui vocabant, vana prorsus, inutiliaque, atque futilia. Hincque Plautus in Aulularia nugiendos vocat, qui res huiusmodi vèdunt mulieribus, vt testatur Nonius Marcellus. Verba Plauti sunt hæc,

Nugiendis res soluta est omnibus.

11 ¶ Sed vt redeamus, quia Plautus, vbi supra, locutus est de istis vetulis, quæ etiamnum se ornant: in memoriā venit, quod Protagoras, cum vidisset anum ornata e' ἰ μὲν, inquit, πρὸς αὐθρῶς, ἐπ' ἀνανήτας: εἰ ἢ πρὸς τῶν ἄνδρῶν, ἐκοσμήθη. Si ad viros, falleris: si ad sepulchrum, satis ornata es. Autor Antonius Monachus Melissæ tomo 2. cap. 34. At Propertius, vir alioquin mulierarius, in vniuersum

Ornamentum magis dehonestat, quàm ornatur.

Mulieri ornamentum mores, non aurum. Mulierū ornamenta pudicitiam esse, non vestes. Lacedæmoniarum aurum non gestabat.

Aspasia omnis ornatus experta.

De eadem re.

Bene olere, nil olere.

Nugæ quæ.

Nugiendi.

De eadem re. Anus ornata ridetur.

ornatum fucumque mulierum multis verbis notat, lib. i. ad Cynthiam Eleg. i.

Quid inuauit ornato procedere vitta capillo?
Et tenues Coa veste mouere sinus?
Aut quid Orontea crimes perfundere myrrha?
Teque peregrinis vendere muneribus?
Naturaeq. decus mercato perdere cultu?
Nec sinere in propriis membra nitere bonis?

Et caetera quae sequuntur. Idem quoque lib. ij. eandem Cynthiam ita veluti castigat, Eleg. 19.

Nunc etiam infectos demens imitare Britannos:
Ludis & externo tineta colore caput.
Vt natura dedit, sic omnis recta figura:
Turpis Romano Belgicus ore color.
Illi sub terris fiant mala multa puella.
Quae mentita suas vertit inepta comas.

Et subdit:

Quos versus nemo non interpretabitur recte, qui legerit Caesarem lib. Commentariorum v. de Bello Gallico, haec scribentem, Omnes se Britanni glasto inficiunt, quod caeruleum efficit colorem. Et Plinius lib. xxij. c. j. Simile plantagini glastum in Gallia vocatur, quo Britannorum coniuges nurusque toto corpore oblitae, quibusdam in factis nudae incedunt. Ex quo est etiam illud Martialis lib. xj. epig. 54.

Claudia caeruleis cum sit Rufina Britannis
Aedita, cur latiae pectora plebis habet?
Barbara depictis veni biscauda Britannis.

Et in Apophoretis:

Increpat igitur Propertius Cynthiam, quod Britannos imitata, glasto se inficeret, cum turpe sit Romanae matronae Belgico, id est, Gallico fuco faciem colorare. Id glastum hodie Galli vulgo Gualdum, siue Guadu, siue Pastellum appellat, Graeci autem Ifatide: quod obiter dicere voluimus. Sed & vt ad institutum propositum reuertamur, in illam quoque sententiam est Lucilij festiuissimum illud Epigramma, lib. ij. Epigrammatum Graecorum:

τὴν κεφαλὴν βιάσθης, τὸ δὲ γυῖας ἔπασσε βάψης,
οὐδὲ παρὰ τῶν ῥυτίδας ἐκτανύσεις.
μὴ δὲνίω τὸ πρόσωπον ἀπαυψιμύθω κατὰ πλατῆ
ὡς εἰ προσώπειον, κ' ἔχει πρόσωπον ἔχειν.
οὐδὲρ γὰρ πλίου δὲ. τί μαινίαις ἔποτε φῦκον,
καὶ ψιμύθου τεύξαι τὴν ἐκάβην ἐλένην.

Id est, ferè ad verbum:

Caput quidem tingis: at senium nunquam tinges:
Nec genarum rugas erugabis quandoque.
Non igitur faciem totam psimytho collinas,
Ne personam habere videare, non faciem.
Nil siquidem est amplius. Quid furis? nunquam fucus,
Et psimythus Hecubam reddiderit Helenam.

Est autem psimythus (vt illud obiter dixerim) cerussa, vt scribit Plin. lib. xxxiij. c. vlti. vbi docet quemadmodum fiat, sicuti etiã facit Vitruuius lib. vij. Architectura, c. xij. & Dioscor. lib. v. c. xciiij. & è recentioribus Cardanus, qui alios non memorat. lib. de Subtilitate v. Gale. autem in Exhortatione ad bonas artes, historiam refert de Phryne, de qua alibi locuti sumus: Haec, inquit, cum esset in quodam conuiuio, in quo ludus hic agebatur, vt singuli per vicem imperarent quae vellent: vidissetque mulieres adesse, anchusa, cerussa, & fuco pictas, iussit inferri aquam, moxque praecipit, vt omnes aquae immerfas manus semel admouerent ad faciem, deinde vt ilico linteo extergeretur. Atque hoc ipsa prima omnium fecit, ac caeteris quidem omnibus foeminis facies maculis opplebatur. Diceres te videre quaedam ad terrorem factas imagines. Ipsa verò pulchrior apparebat, quam antea. Sola enim carebat artificio formae: sed speciem habebat nativam, nihil opus habens malis artibus ad formae commendationem. Haec Galenus. Ex quibus facile apparet, huiusmodi fucos saepe in contumeliam & opprobrium foeminarum cedere. Quibus ad stipulatur illud Ouid. lib. ij. Falorum de Lucretia:

Forma placet, niueusq. color, flauisque capilli,
Quisque aderat nulla factus ab arte decor.
Sic sedit, sic culta fuit, sic staminis neuit,
Neglecta collo sic iacere coma.

Et paulò post:

Sed & Iuuenalis multa in eam ipsam rem passim conscripsit, atque etiam Lucianus in eo Dialogo, cui titulus est, ἑρωτες: quae, ne sim longior, praetermitto. Plinius in Panegyrico laudat vxorem Traiani, quod esset modica cultu. Apud Liuium i. decad. lib. viij. Minutia & ipsa Vestalis suspecta, primò propter mundiolem iusto cultu, deinde incestus infimulata, & tandem damnata fuit. Apud Terentium adolescentes illi ex fordibus & negligentia cultus ancillae, colligunt argumentum pudicitiae dominæ. & Antonius Monachus tom. 2. Melissae, c. 33. & Maximus Philosophus & Martyr, Locor. communium ca. 39. scribunt, vxorem Philonis interrogatam, quam obrem sola in conuentu

Glastum.

Gualdum. Ifatis.

De eadem re.

Psimythus quid. Cerussa quomodo fiat. Phrynes historia memorabilis.

Mulieris ornatus ea im-pudicam declarat.

conuentu mulierum non gestaret ornatum aureum, respondit, ὅτι αὐτάρκης κόσμος μοι εἶναι ἔσθαι ἀφ' ἑσέ. Id est, quoniam sufficiens ornamentum mihi est mariti virtus. De eadem refert Plutarchus in vita ipsius Photionis, quod cum Ionica quæpiam Athenas profecta, aureos illi torques, variisque gemmis distincta monilia, mundum sui corporis ostentasset: illa tum, Meum verò, inquit, ornamentum est Photion.

Mulieris ornamentum, uiri uirtus.

13 Nec interim praetermittenda est grauis sententia Euripidis, qua pronuntiauit, mulierem, quae absente marito extra domum ad pulchritudinem se comit, referendam esse in album improbarum. Nihil enim eam cogere foris ornatam pra se ferre faciem, nisi quid mali quærat:

Mulier foris ornata, aliquid mali querit.

τῶν δ' ἀπόντων ἀφ' ἑσέ, ἢ τις ἐκ δόμων
εἰς κάλαθ' ἀσκή, διάγραφ' ὡς οὐσιν κακῆν.
οὐδὲρ γὰρ κῆρυξ δ' αἰ θύρασι μὴ ὄπρ' ἐπιεῖ
φάινειν πρόσωπον, ἢ π' μὴ ἴσθαι κακόν.

Nec quod à Zeleuco, prudentissimo Locrorum legislatore suis legibus statutum est, ne liceret mulieri aureis ornamentis circumponi, neque contextis indumentis, arteque laboratis uenustari, nisi cum scortari atque amatorum sibi moliri studerit. Atque ita facillimè eo pœnæ genere, vituperio scilicet probri, perniciem omnem deliciarum, atque intemperantiæ labem coercuit, exclusitque licentiæ procacitatem, maxima impudiciæ irritamenta. Nemo enim tam perditæ libidinis inueniri poterat, qui domestica attestazione, & proprio suæ turpitudinis testimonio, uellet se perpetuo inter ciues probro ludibrioque damnare: vt prodiditum est à Diodoro Siculo, lib. Biblioth. 12.

Zeleuci lex de cultu mulierum.

14 Et vt de nostris quoque scriptoribus loquamur, his accedit, quod Bal. in proœmio Gregoriano, colum. v. in verbo, violentos. scribit, quod Episcopi possunt facere statuta, per quæ seruetur honestas, putà quod mulieres sibi cerussam non imponant. Iterumque postea subdit, quod ualeat statutum Episcopi, quo fulminatur excommunicatio contra mulieres portantes vestes superuacuas, vel nimis sumptuosas, siue prouocantes ad libidinem. Id quod longè lateque ante eum disputauerat Io. And. in regula, ea quæ fiunt. de reg. iur. lib. vj. in Mercuri. Cuius dissertationem ad uerbum fermè conscripsit Alber. in l. factum à iudice. ff. de regu. iur. & in tract. statutorum, in ij. parte, q. cxcviij. ipse Ioan. in nouella, & Petr. Anch. in repe. c. canonum statuta. in ij. q. principali. uerbi super hoc termino. extrà de constit.

Statuta de foeminarum ornamentis.

15 Denique illud ignoreare non debent mulieres, tatum abesse, vt pulchriores euadant immodico cultu, vt contra sua innata ac genuina pulchritudo, quodammodo hoc cultu obscuretur: vt uidere omnibus licet, & testatur Lucianus in eo libello, cui titulum fecit περὶ τῆς οὐκ εἰς. cuius hæc uerba sunt, Græca quidem illa, sed in hanc sententiam, Dico equidem mulieribus formosis non modò nihil conferre ornatum illum multum ad augendam pulchritudinem, sed contra aduersari potius quandoquidem illorum, qui fortè eas aspiciunt, vnusquisque auro & lapillis pretiosis obstupescit, relicto colore, vultu, ceruice, cubito, alioqui laude & admiratione dignis, ad sardam, vel smaragdum, vel monile, vel armillas respicit. Sunt tamen qui existimēt, mediocrem formam nonnihil illustrari huiusmodi ornamentis, sed deformitatem illis augeri. Et inter hos Philostratus in Iconibus lib. ij. vbi de Melete loquitur.

Pro ornamentis foeminarum.

16 Contra uidetur, id saltem mulieribus, maximè coniugatis, si non uiris, esse concessum, vel auctoritate nostrorum Iuriconsultorum, qui Romanorum leges prohibentes donationem inter uirum & vxorem, ita tamen interpretati, vt uir vxori dare possit impensas, quas factura sit, quò se honestius ornaret, tex. in l. sed si uir ex lana. §. si uir vxori munus. ff. de dona. inter uir. & vxor. Possit itè pecuniã vxori in uinguetã dare. ea l. §. non uidetur. & l. quod autem. §. j. eo. tit. Sed & ipse Imperator uiris duntaxat uetuit, non itè mulieribus, ne auratas vestes & sericas deferrent. l. j. & ij. C. de uesti. holo. & aura. lib. xj. Quod & super utroque loco annotarunt Gl. & doct. inter quos Nico. Neapo. & Ioan. Plat. dicunt arg. esse, quod statutum prohibens portare quasdam vestes & ornamenta, comprehendit solum uiros, non autè foeminas. & dicit id sing. Plat. licet contra pungere uideatur Iason in l. si quis id quod. col. ij. uerbi. iij. prædicta. ff. de iuris. om. iud. Sed priorem sententiam confirmat, quod traditum est à Bene. in repet. c. Raynutius. in uerbo, duas habens filias. nu. 23. statutum prohibens ferri margaritas, non comprehendere mulieres: in idque citat Bar. in l. j. ff. de fonte, qui tamen id non dicit, sed aliud quippiam, quod haud multò post dicemus.

Viris tantum non mulieribus, auratae et sericae uestes interdicitæ.

17 Est ergo in transcursu corrigenda dictio mendosa, quæ in d. titu. de uesti. holo. & aur. est, tam in rub. quam in l. temperent. vbi enim passim legitur Oloberis, & Holobera, tu vel Holobryza, & Holobryza legito. ὄλον enim Græci totum appellant, & ὀβρυζον aurum, quasi ἄβρυζον, id est syncerum, purum, delicatum, quod saepe igne excoctum est, ita vt amplius in coctione non minuatur, vt ex Phocionis sententiã scribit Hermolauus, enarrans illud Plinij, lib. 33. c. ij. Aurique experimēto ignis est, vt simili colore rubeat, quo ignis: atque id ipsum obryzum uocāt. Hieronymus autem in Hieremiam, dici putat, quasi Ophirium, quoniã ex Ophir insula aurum laudatissimum euehebatur. Et hinc nummi siue solidi obryzati dicuntur in l. iij. C. de uete. numis. pot. lib. xj. & in l. j. C. de obla. vot. lib. xij. quanquã in utroque loco mendum est in antiquis codicibus. Et ita Holobryza sit uestis, quæ ex solo obryso fit, siue quæ tota est ex obryzo: quæ lectio Alciato placuit. Vel etiã potes legere, vt & idē dicit, & uidetur legisse Bal. Holobaris, vt eas vestes intelligas, quæ ob aurum intextum graues sunt. βαρύ enim graue significat. Inde apud Homerum βαρέας χεῖρας. Beroaldus aurum legit

Locus II. lib. C. emendatus. Obryzum aurum.

Ophirium aurum. Obryzati solidi. Holobryza, Holobaris uestis.

Holofericis, & Holoferica, vt videlicet Holoferica vestis sit, quæ tota serica est, sine alia materie, de qua Varro *πρόσι θολήν κάσμη*, apud Nonium Marcellum, vbi de stola: Mulierem aliam cerrieres cum stola Holoferica. & Flavius Vopiscus in Tacito Imperatore, Holofericam, aut, vestē viris omnibus interdixit. Et longo antē interuallo, imperante scilicet Tiberio, Senatusconsulto sancitum est, ne vestis serica viros fœdaret: vt scriptum reliquit Cornelius Tacitus *Historiæ Augustæ*, lib. ij. Ex quibus & Senatusconsulto, & Taciti Imperatoris sanctione de viris tantum loquentibus, possunt videri sumplisse originem & aliæ sequentium Imperatorum leges, quæ in dicto titu. sunt positæ. De hac veste quoque loquitur Flavius Vopiscus, apud quē Aurelianus Imperator vestem holofericam ne in vestiario quidem habuit, dicens nolle se pensare auro fila. Nam libra auri tunc libra serici vniabat. Aelius quoque Lampridius, referens Hellogabalum primum Romanorum holoferica veste vsum, cum iam subserica in vfu esset: subdit postea, vestē sericam in raritate fuisse, & honore. Idem autor scribit, Alexandrum & ipsum Imperatorem, vestes sericas raras habuisse, holofericas nunquam induisse, subsericam nunquam donauisse. De veste serica & subserica etiam fit mentio in l. vlt. §. diui. ff. de publ. & vesti.

¶ Est autem subserica (vt illud quoque attingā) cui & alia materies intexta est, de qua fit mētio in l. vlt. §. diui. ff. de publi. & vesti. At vestis serica, & holoferica à peritis quibusdā bombycina vocatur. Sunt enim, vt tradit Iulius Pollux lib. Onomastici septimo, c. xvij. bombyces illi vermiculi sericarij, qui scilicet sericum (ita dictum, quod apud Seres nascatur, vel quia etiam Seres illos vermiculos vocant) conficiunt eo modo, quem scribit Clemens Alexandrinus lib. ij. Pædagog. ca. x. Procopius Cæsariensis Belli Persici lib. i. & Seruius enarrans illud lib. 2. Georg.

Velleræque vt foliis depectant tennia Seres.

Et diuus Basilus in lib. Hexaemer. congressione octaua, & Diuus Ambrosius lib. eiusdem tit. v. c. iij. & nostra tempestate Franciscus Grapaldus, vir vtique doctissimus, lib. ij. de partibus ædium, quo loco de veste disserit. Et de his quoque vermibus sericariis loquitur glo. in l. plenum. in prin. in verbo, solus. ff. de vfu & habi. Sunt tamen, qui alteram ab altera distinguant, sericam scilicet à bombycina: quibus accedo, fretus autoritate Vlpiani & Pauli Iurisconsultorum, qui illas dissepant. Ille quidem in l. vestis. in prin. ff. de aur. & arg. lega. Hic in lib. iij. Sententiarum receprarum, titu. de vfu fruct. §. veste legata. Est igitur Bombycina vestis, quæ ex bombycis vermiculi capillamento depectitur: de qua Propertius lib. ij. eleg.

Nec si qua Arabio lucet bombyce puella.

Et Iuuenalis, Saryr. 6.

Hæ sunt, quæ tenui sudant in cyclade, quarum

Delicias & panniculus bombycinus vrit.

Et Martialis lib. epig.

Fæmineum lucet sic per bombycina corpus.

Sericum autem est aliud lanæ genus, quod apud Seres Indos ex arboribus depectitur: de quo & Horatius in Epodo:

Inter sericos iacere puluillos amant.

Et Seneca Tragædiographus in Hippolyto:

Remouete famula purpura atque auro illitas

Vestes: procul sit muricis Tyrj rubor,

Quæ fila ramis ultimi Seres legunt,

Nec Mæonia distinguit acu,

Quæ Phæbeis subditus Euris,

Legit Eois hæc arboribus.

Et in Hercule Octæo:

Et de his quoque loquitur Ammianus Marcellinus lib. xxj. & Plinius lib. vj. ca. xvij. Seres, inquit, lanitio syluarum nobiles, perfusam aqua depectentes frōdium canitiem: vnde geminus scæminis nostris labor, redordien di fila, rursusque texendi. Tam multiplici opere, tam longinquo orbe petitur, vt in publico matrona tranfluat. Hæc ille. Hoc autem lanitium vnde, & quomodo conficiatur, ostendit Pausanias in fi. vj. libri, & Iulius Solinus in Polyhistore (ita enim liber inscribitur) c. lviij. vbi & hoc tandem subiungit huic loco satis accommodatum: Hoc illud est sericū in vsum publicum damno feueritatis admissum, & quo ostēdere potiùs corpora, quàm vestire, primò scæminis, nunc etiam viris persuasit luxuriæ libido.

¶ Ex quo aperte significat Solinus, huiusmodi vestes sericas, non aded dedecere scæminas, sicuti & viros. Quod & satis insinuat Plinius de Bombyce loquens, lib. xj. capi. xxij. in hæc verba: Nec puduit has vestes etiam viros leuitate vsurpare, propter onera æstiuæ: in tantum à lorica gerenda discessere mores, vt oneri sint etiam vestes. Assyria tamen bombyce adhuc scæminis cedimus. Et Valerius apud Liuium lib. iij. Belli Macedonici, Purpura, inquit, viri vtetur: scæminis vsum purpuræ interdicens: & cum tibi viro liceat purpura in veste stragula vti, matrem familias tuā purpureum amiculum habere non sines? Aurelianus Augustus calceos mulleos, & cereos, & albos, & hederaceos viris omnibus abstulit: mulieribus autem reliquit, vt tradit Vopiscus Syracusius: Quintilianus autem lib. xj. c. j. post prin. tradit monilibus ac margaritis, quæ sunt ornamenta scæminatam, viros deformari.

¶ Sed & hoc ipsum nominatim sanciunt leges nostræ, permittentes scæminis ex auro & gemmis sibi ornamenta conficere, & deferre: viris autem expressim hoc prohibentes in l. j. C. nulli lice. in fræ. lib.

Holoferica vestis.

18 Subserica vestis. Bombycina vestis. Bombyces sericarij.

19

Sericum.

19 Ornamenta non tam scæminas dedecere quam viros.

20 Scæminis licet ornamenta

fræ. lib. xj. vbi & hoc Bart. Ange. & Io. Pla. annotarunt. Secundū quam sententiā, Alex. Seuerus, cuius nuper meminimus (is est cuius tam frequens est in nostris legibus mentio) gemmas sibi oblatas vendidit: muliebre esse existmans, gemmas possidere, quæ neque militi dari possint, neque à viro haberi. Ideoque Bal. in l. quod non ratione. ff. de legib. dicit, quod statuta quæ quotidie fiunt contra dominas, ne margaritas deferant, & similia, sunt præter rationē, & ideo non debent extēdi. Sequitur Cæpolla in l. mulieris. ff. de verb. signifi. & in tract. de seruit. rusti. præd. tit. de seruit. aquæ haustus, col. pen. Et idem voluit Maria. nulla Bal. mentione facta, in repe. c. veniens. eol. xij. versi. præterea contra dictam decisionem. de accus. vbi dicit, huiusmodi statuta maximam sapere iniquitatem. Vnde non mirum videri debet, si hoc statutū non procedat in his, quæ deferunt margaritas factitias, & adulterinas, & non veras. quod voluit Barto. in l. j. per illum text. ff. de fonte. & Rōm. consi. cccv. præsuppositis terminis. col. j. & Barb. in repe. l. cū acutissimi. col. cxxij. versi. de cimo facit. C. de fideicom. & Iason in l. Gallus. §. quid si is, in vlti. no. ff. de libe. & posth. in ij. le. & Carel. Cotta, qui & hoc dicit fingi in memor. inci. statuta quod banntus. Porro Valerius Maximus lib. ij. titu. j. scribit, sancitum fuisse à Ro. vt scæminæ purpurea veste, & aureis segmentis vti possent. Idem libr. ij. titu. j. autor est, Vini vsum olim Romanis scæminis fuisse ignotum, ne in ali quod dedecus prolaberentur: quia proximus à Libero Patre intemperantiæ gradus ad incontinentiam Venerem esse consuevit. Cæterum vt non tristis earum & horrida pudicitia, sed honesto comitatis genere temperata esset, indulgentibus maritis, & auro abundantanti, & multa purpura vsæ sunt: & quod formam suam concinniore efficerent, summa cum diligentia capillos cinere rutillarunt.

21 ¶ In qua re Romani, vt plerunque alijs, prudentissimi extiterunt, qui nulla alia re magis, quàm auro, argento, purpura, & cætero ornatu vxores in suam ipsorū sententiā traducere, sicque abstemias efficere potuerunt. Probè quidem mulierū cupiditates nouerunt, quarum imperfectissimus affectus semper in vestibus, semper in auro, semper in lapidibus pretiosis, & ornamentis extrinsecis gloriam ponit, vt scribit D. Hieronymus (si is est, quod non crediderim) in regula sanctimonialium, c. xxvij. Sed haud dubiè Hieronymus ipse ad Gaudentiū de educatione Pacatulæ infantulæ, *Ὠλόσομος*, inquit, id est (vt Græcæ linguæ ignaris interpretor) studiosum amāsq; ornatus, genus scæmineū est: multasque insignis pudicitia, quamuis nulli virorum, tamē sibi scimus libenter ornari. Idem ad Demetriadē de virginitate seruanda scribit, ad corporis ornatu cultumq; ardeat ac insanire studia matronarū. Idem, aut Iulianus (vt putat Beda) aut alius quispiā (vt mauult Erasmus) ad ipsam Demetriadē de virginitate: Seculi, inquit, uirgines vt sponis placeant, eosq; in amorē sui magis incitent, mira se sollicitudine formare student, & naturalē corporis pulchritudinem ornandi arte cōmendant. Hæc est illis per dies singulos cura præcipua, decentibus fucis colorare faciem, implicare auro crinem, & ardentibus concharū lapides capitis honorē facere, suspendere ex auribus patrimonia, brachia ornare monilibus ac latera, & inclusas auro gemas à collo inpectus demittere. Legerat (vt opinor) illud Senecæ de Beneficijs lib. vij. Video vniones non singulos singulis auribus cōparatos. Iam enim exercitata aures oneri ferendo sunt. Lungūtur inter se, & insuper alij binis supponuntur. Non satis muliebris infania viros subiecerat, nisi bina ac terna patrimonia auribus singulis pepēdissent. Quin & Plautus (vt id illi addas) in Epidico scribit, mulieres esse totis fundis exornatas. Et Ouid. lib. iij. de Arte amandi, illud gratiter proclamat,

Quis pudor est, census corpore ferre suos?

In quam etiam sententiā Columella in præfationē lib. xij. grauitèr quoque damnat vestes muliebres totis censibus redemptas.

Et Propertius lib. eleg.

Matrona incedit census induta nepotum.

Id est, posteriorum, ad quos erant peruenturi sine nimia illa ornamentorum profusione, ob quam scilicet, posterius censu suorum parentum fraudantur.

22 ¶ Sed vt ad Senecā redeamus, is ad ea, quæ ex ipso adduximus, illud subdit: Video sericas vestes, si vestes vocandæ sint, in quibus nihil est, quo defendi aut membra, aut corpus, aut denique pudor possit. Quibus sumptis mulier parum liquido nudam se non esse iurabit. Et D. Ambrosius in lib. de Nabuthæ Israëlitæ, c. v. Delectantur, ait, compedibus mulieres, dum modò auro ligentur: non putant onera esse, si pretiosa sunt: non putant vincula esse, si in his thesauri coruscant: delectāt & vulnera, vt aurū auribus inseratur, & margaritæ dependant: habent & gemmæ pondera sua: habent vestimenta frigora sua. Sudatur in gemmis, algetur in sericis: tamen pretia iuuant: & quæ natura auersatur, commendat auaritia. Smaragdos, & hyacinthū, beryllum, achaten, topazion, amethystum, iaspin, sardam summo quarunt furore, vel si dimidiū patrimonij petatur. Non parcunt dispendio, dum indulgent cupiditati. Ante hos D. Chryostomus in Genes. Homil. 41. Multa est mulierum mollities, & omne studiū in cultu vestiū, in auratis, & collaribus, & externo ornatu: anti mæ verò nulla est cura. Quibus respondet & illud Cornelij Celsi, cuius hæc verba sunt ex lib. 6. c. v. Eripi scæminis cura cultus sui non potest. Sed & Valerius ipse lib. 9. tit. j. loquens de abrogatione legis Oppiæ, qua cultus muliebris frænis quibusdā fuerat coercitus: Si animi (inquit) muliebris apparatus intueri potuissent, quibus quotidie aliquid nouitatis sumptuosius adiectum est, in ipso introitu ruētī luxuriæ obstiterent. Et mox huius rei rationē reddit: Mulieres (inquit) impellit luxuria.

ex auro de ferre, uiris non licet.

Statuta prohibentia scæminis deferant margaritas, sunt irrationabilia.

18 Rō: purpura & aurum scæminis concessa serunt.

21 Mulierū impotentissimus affectus in ornatu.

Fæmineū genus philosophus

Ornatus muliebris totis censibus & patrimonio redemptus.

mentis, & grauiorum operum negata affectatio omne studium ad curiosiorem sui cultum hortatur conuertere. Synesius Cyrenensis in oratione de laudibus Caluitij, Fœminis, inquit, semper & vbique terrarum fuit decorum studium comendi. Plinius lib. ix. c. xxxv. Elenchos, inquit, digitis suspendere, & binos & ternos auribus, fœminarum gloria est.

Mulieres sua salutis immores, dum coluntur.

¶ Galenus, quo loco cosmetica cōmemorat, quæ nigricant, dealbant, rufant, aliâve venustant capillos (quæ fœminarū peculiaris cura est) ait vidisse se compluscūlas mulieres immodicâ affectati capillitij curiositate defunctas, cū caput huiusmodi pharmacis medicamentisque lethifera frigiditate vexarent. Locus eius rei est, lib. i. de Medicamentorum compositione secundum locos, c. xix. quod & idem scribit Aetius Tetrabibl. lib. ij. Sermo. ij. c. lvij. Ex quo satis liquet, mulieres parum suæ salutis consulere, dum cultui ornatiq̄ue corporis impensius student. Vt iam non mirum sit, si mulieres omnium primæ hanc tingendorum capillorum artem excogitarunt, vt tradit D. Clemens lib. vj. aduersus gentes, & Eusebius Præparationis Euang. lib. x. c. ij. Minusq̄ue etiam mirum sit, quod traditur Eriphylen Amphiarai vxorem, monile mariti vitæ prætulisse, vt postea dicemus in xij. lege connubiali, nu 2. Vt omittam mulieres vsu huiusmodi medicamentorum cosmeticorum capillos sæpissimè amittere. Vnde illud Ouidij lib. i. Amor. Eleg. 14. in puellam cui ob nimiam capillorum curam comæ ipsæ deciderant:

Dicebam, desiste tuos medicare capillos:

Tingere quam possis, iam tibi nulla coma est.

& cætera quæ sequuntur.

Eriphyle monile mariti vitæ prætulit.

De eadem re.

¶ Sed vt redeamus, Seneca de Consolatione ad Albinam, Fœminis, inquit, omnis commendatio ex forma petitur. Germanorum est dicitur, vice prouerbij apud eos celebratum, teste Babelio, quatuor maximè cupere mulieres: amari à pulchris iuuenibus, pollere plurimis filiis, ornari pretiosis vestibus, & dominari in domibus. Maria autem in d. ca. veniens. quo loco supra citauimus, dicit hac potissimum voluptate, videlicet cultus & ornatus, gaudere fœminas. Quod & ipsum cōfirmat diuinus ille Hieremias in sua epistola, relata à Propheta Baruch, in vj. c. Et sicut virgini (inquit) amanti ornamenta, &c. Quod cū ex his quæ diximus, satis probatur, tū verò maximè ex eo, quod mulieres sua ornamenta secū sepulchro inferri iubet: adeò impotēs est hic affectus, vt vel mortuæ non abstineant. Cuius rei exemplum nobis reliquit Scauola Iurisconsultus, qui in l. vlt. §. vlti. ff. de auro & arg. retulit, mulierem suo testamento statuisse, secum in sepulchro sepeliri lineas duas ex margaritis, & viriolas ex smaragdis, quas ornatus causa compararat. Artemidorus Daldianus lib. iij. c. v. In somniis, inquit, monilia, catenulæ & lapides pretiosi, omnisq̄ue ornatus muliebris circuncollaris, mulieribus bonus est. &c. Nam & innuptis nuptias portendit: & liberos eis, quæ liberis çarent: & his quæ vtraque habent, possessionum acquisitionem & opulentiam magnam. Nam sicut ab illis ornantur mulieres, sic à viris, & diuitiis. Etenim à natura diuitias amant mulieres, vt etiam sunt ornatus studiosæ.

Mulieres mortuæ sui cultus studiose.

Ornamenta in somniis quid portendant.

Mulieres patriam ornamenti postponunt.

¶ Huius autem vehementissimi affectus muliebris habemus exēpla memorabilia. Brennus ille rex Gallorum Asiam diripiens, cū Ephesum aduentasset, plebeiam quampiam puellam adamauit, quæ & concubituū & Ephesi produtionem pollicita est, si mundum sibi muliebrem, & manuum ornamenta traderet. Orans igitur milites, vt in virginis sinum aurū, quod gestabant, immitterent, fecit, vt sub magna vi auri viua obrueretur. Alterum nō dissimile id est, Romanis bellum contra Albanos gerentibus, Tarpeia virgo nobilis, Capitolij custos, sese aditum in Tarpeium collem tradituram esse promisit, si quæ ornatus gratia ferebant monilia, mercedis loco tradidissent. Id vbi statuerunt, viuentem monilibus obruerunt. Prioris autor est Clitophon, Rerum Gallicarum lib. i. Posterioris, Aristides Milesius, in lib. Rerum Italicarum, & Dionysius Halicarnasseus, lib. ij. Antiquitatum Romanarum, ex Fabio pictore, & Lucio Cincio. Et Valerius Maximus lib. ix. c. vj. post prin. & Seruius lib. viij. Aneid. in eum locum,

—Et capitola ducit, Aurea nunc &c.

Et Plinius Secundus, aut quisquis is est, in lib. de viris illustribus c. ij. in quo de Romulo. Et vtriusque Plutarchus Charoneus Parallelorum c. xxx. & sequen. & iterum posterioris, ipse Plutarchus in Romulo. Liuius lib. omnium primo, Ouid. lib. i. Fastorum,

Vtque leuis custos.

& lib. i. Amor. Eleg. 10. Quanquam Simulus Poeta antiquus, vt eū vocat Dionysius Halicarnasseus, lib. ij. & Propertius lib. 4. Eleg. 4. aliter eam historiam referant: vt & nos dicemus infra, in ix. leg. connu. nu. 114. inci. omitto eas: ita tamen, vt & ea videas quæ dicemus infra in Psellio.

Mulieres in suspitione impudicitie uenturæ ob cultum.

¶ Nec mulieres tantū impudicæ, sed & pudicissimæ quoq̄, eo affectu maximè premūtur, ita vt ob id nōnunquā in suspitionē impudicitie veniāt. Legimus enim, Claudiā Vestalē, cū semper habita esset impudica ob nimios corporis cultus cū ex libris Sibyllinis Idæa mater esset accita, & in vado Tiberini fluminis nauis, in qua veheretur, hæssisset, nec vilo modo, aut vlla vi cōmoueretur, Deā submissis genibus orasse, vt si se castā iudicaret, suū cingulum sequeretur: ita nauim; quæ ab omni iuuetute nō valuit cōmoueri, ab vna illa muliere fuisse cōmotā. quod à Lactatio scriptū est, lib. ij. qui est de Origine erroris: & nō nihil etiā tradit Liuius lib. ix. secūdi Belli Punici, & Plin. lib. 7. c. 35. & alter Plin. iunior, in lib. Virorū illustriū. Valerius Maximus lib. 8. c. j. Solin. c. vij. Syllius lib. vlt. post prin. D. Aug. lib. x. de ciuit. Dei, c. 16. Ex quo & illud est Ouidij lib. iij. Fastorū de eadem: *Castâ quidem (sed non est creditâ) rumor iniquus*

Læser

Læserat, & falsi criminis acta rea est. Cultus, & ornatos variè fuisse capillos, Obsuit, ad rigidos linguas, prompta sonos.

Liuius lib. ab vrbe condita, iij. memoria prodidit, Posthumam & ipsam virginem Vestalem de incestu causam dixisse, crimini obnoxiam ob suspicionem propter cultum a. c. niorem, tandem absolutam; sed eam tamen Pontifex Maximus sanctè potius, quàm scitè, Deam colere iussit. Et haud multò post de sanctis quoque fœminis loquar, quæ se non indiligerent ornarunt: id quod mariti admodum considerare debent, ne si vxores ornatus fortè sint studiosiores, eas ob id impudicæ suspicentur. Ad quod etiā vide quæ dicam infra nu. 39. incip. & quod magis. & quæ præterea dixi ex D. Hieronymo ad Gaudentium, supra nu. 21. incip. in qua re.

27 ¶ Ex hoc autem vehementissimo fœminarum affectu prodierunt tot ornamentorum, tot instrumentorum, tot repositiorū, aliarumq̄ue rerum ad eam rem pertinentium genera, & antiquis, & nostris temporibus à fœminis (vt reor, & verisimile est) excogitata & inuenta, quæ emere mariti coguntur ad extremam interdum inopiam: quæ nos ex ordine Alphabeti, & Græcis & Latinis nominibus, aliqua ex parte (quis enim omnia posset?) hîc subnectemus. Et primū quidem cætera, mox repositoria.

Ornamentorū infinita genera.

A C A R I S, ἀκαρίς, annulus minimi digiti, Polluci lib. v. ἀνομασία: ita dictus ob paruitatem. A C C U B I T A L E, vide infra Cubitale.

A C O N T I A, ἀκόντια, calcei muliebres. Vide infra Plocaria. In aliis autem significationibus reperies, apud Plin. lib. ij. c. xxv. & Aetium Serm. iij. c. xxvij.

A C R O S P H Y R I A, ἀκροσφύρα, genus calceamentorum muliebrium, Polluci lib. vij. c. xxij.

A C V S, posita inter ornamenta muliebria, in largumento. §. ornamentorū. ff. de auro & argen. legato. & Esaiæ cap. 3. ea est, qua, vt inquit Festus, aut, vt alij vocant, Sextus Pompeius, sarcinatrix vel ornatrix vitur. Nam ea est in duplici vsu mulieribus, tum vt vestes, & huiusmodi ornamenta confarcinentur, (quæ vulgaris est significatio) tum vt capilli discernantur. Ouid. lib. i. de Arte amandi:

—Mimoida Thesens

Abstulit à nulla tempora comptus acu.

Et lib. i. Amor. Eleg. 14.

Non acus abruptit, non vallum pectinis illos:

Ornatix tuto corpore semper erat.

Et paulò post:

Erudit admotas ipse capillus acus.

Et Iuuenal. Sat. 2.

Ille supercilium madida fuligine tinctum

Obliqua producit acu-

Et Martialis lib. xiiij. Epigram. 24.

Tenuia ne madidos violent bombycina crines,

Fingat acus tortas sustineatq̄, comas.

Id eoque acus crinalis dicitur Apuleio, lib. viij. Metamor. Et discriminatis D. Hieronymo aduersus Rufinum. Id autem videtur esse, quod etiam Calamistrum, & Discerniculum vocamus: de quibus dicemus postea suis locis. Et de his est illud eiusdem Hieronymi in illud ca. iij. Esa. Habent acus mulieres, quibus ornatorum crinium compago retinetur, ne laxius fluant, & in sparsos dissipentur capillos.

A E G L E, ἀγλή ornamentum pedum muliebrium, apud Pollucem lib. v. c. xvj. ex Menandro, & Nicostrato, Poetis Comicis: fortassis à splendore dictum: nam ἀγλή splendorem quoque significat.

A E G I S, ἀγίς, ornamentū pectorale, Polluci eodem loco. Ouid. autem lib. ij. de Arte amandi, Aegidem appellat gemmas, & alia huiusmodi ornamenta, quibus deformitatem tegunt mulieres:

—Gemmisq̄, aurorque teguntur

Omnia: pars minima est ipsa puella sui.

Sape, vbi sit ames, inter tam multa requiras:

Decipit hac oculos egide diues amor.

Id autem metaphoricè. Aegis enim, vt scribit Seruius in lib. viij. Aeneid. est munimentum pectoris æreum habens in medio Gorgonis caput.

A L Y S I E S, ἀλύσιες, inter ornamenta muliebria ponuntur Nicostrato Poetæ Comico, Clementi Alexandrino lib. ij. Pædagog. c. xij. eodemq̄ vlti. & ipsi Polluci lib. vij. c. xxij. ad finem. Vbi Gualtherus traducit Catenas. Nam & ἀλυσις, catena est, & ἀλύσιον catenula, torques. Vide infra in Crico,

A M B R A C I D E S, ἀμβρακίδες, genus calceamentorū muliebriū Polluci vbi supra nuperrimè.

A M I C T O R I A, quæ sindones esse ait D. Hieronymus in Esaiam ca. iij. De sindonibus autem dicemus suo loco. Cæterum est amictorij apophoreton apud Martial. lib. xiiij. Disticho cxlix.

Mammofas metuo: tenera me trade puelle,

Vt possint miueo pectore lina frui.

Ex quo potes intelligere, qua in re vsui sit mulieribus.

A M I C V L V M, genus vestimenti, à circumiectu dictū, apud Solinū c. xij. autoritate Varronis, Ceos;

Ceos, inquit, ut Varro testis, sublimioris vestis amacula arte lanificæ scientiæ prima in ornatu foeminarum dedit. Atque etiam apud Liuium quo loco citabimus infra in Palla, & Festum Pompeium. Isidorus autem Etymologiarum lib. xix. c. xxv. scribit amiculum esse meretricium pallium lineum. Hoc apud veteres matronæ in adulterio deprehensæ induebantur, ut in tali amiculo potius quàm in stola polluerent pudicitiam. Erat enim hoc apud veteres signum meretriciæ vestis, nunc in Hispania honestatis: sed eius in his rebus parum tuta est autoritas, nisi meliorum autorum testimoniis & suffragiis suffulta fuerit. Legimus, & amiculum viris tribui apud Q. Curtium, loquentem de Dario lib. iij. Apuleius autem lib. x. Meta. vocat amacula barbaricè, quod & viris tribuitur, teste Q. Curtio, loquente de Dario, lib. iij.

AMPACHONION, ἀμπεχόνιον, vestimentum commune virorum & mulierum, ut tradit Pollux lib. 7. c. 13. vbi Gualtherus tradit, palliodum.

AMPHIDEAE, ἀμφιδέαι, ornamenta iuncturarum manuum, apud Pollucem lib. 5. ca. 16. vbi etiam dicit eas pertinere & ad brachia, & ad pedes. & lib. 7. c. 22. ad fi. vbi Gualtherus vertit, redimicula. De quibus dicemus postea.

AMPHISPHYRA, ἀμφίσφυρα, genus calceameti muliebris, eidem Polluci, loco postremo citato.

AMPVLLA, genus ornamentum, Græcis πομφόλυξ dictum. Vnde Ampullaceam vocat Plautus in Menæhm. mulierem ampullis exornatam.

Quando te auratam & bene vestitam habet ampullaceam.

Sic enim legit Erasmus, & non Ampulla spem, siue Ancillas penum, ut vulgò legebatur.

AMPYX, ἀμυξ, Homero memoratus inter capitis ornamenta, ut dicit Pollux lib. v. c. xvj. Locus autem Homeri (quem tamen non designat) est lib. ij. Iliad.

ἀμυξ κεκρυφαλόνη, ἡδὲ πλεκτην ἀνάδεσμιω.

Vbi Andreas Diuus interpretatur reticulum: ut etiam vertit Rodolphus Gualtherus apud Pollucem. Alij dicunt esse catenam autem à fronte protensam, qua comæ colliguntur: quod Frontale alij dicunt.

ANABOLE, ἀναβολή, amictus, pallium, ἐπιβλημα, de quo dicemus inferius. Huius meminit Athenæus lib. vij. Variæ Historiæ. Symmachus autem cum locum Esaiæ 3. vbi Latinus interpres vertit, mutatoria, significantius tradidit ἀναβολήν, ut scribit D. Hieronymus, cum locum interpretans: qui subdit, hæc esse ornamenta vestium muliebrum, quibus humeri & pectora proteguntur.

ANADEMA, siue Anadema, (vtrunque enim reperitur apud bonos autores) de quo fit mentio in I. quamuis. ff. de auro & arg. leg. & apud Lucretium lib. iij.

Et bene parta patrum fiunt anademata, mitra.

& apud Suidam, qui dicit id esse capitis ornamentum. Et dicitur vtrunque ab ἀνάδεω verbo, quod corono, ligo, exono significat. Vnde ἀνάδεσμα quoque apud Homerum lib. paulò antè allegato, pro capitis ornamento: & ἀνάδεσμος, pro mundo muliebri. Rodolphus Agricola apud Pollucem vertit redimiculum. Pollux autem ipse lib. v. c. xvj. ponit, ut diuersa ἀνάδεσμιω, & ἀνάδημα. De quo & nos postea dicemus. Vbi Gualtherus primum vertit coronam, alterum mitram.

ANALECTIDES, ἀναλεκτίδες, quibus ex xylyno lino, vel quamuis alia materia, tanquàm puluillis, mulieres constipant scapulas prominentes, ut habitiores videantur. Ex quo Ouidius lib. iij. de Arte Amandi:

Conueniunt tenues scapulis analectides atris:

Angustum circa fascia pectus eat.

ANAMASCHALISTER, ἀναμασχάλιστρος, ornamentum pectoris vel capillorum apud Pollucem lib. v. c. xvj. ex Philippide Comico ἐν Ἀδωνιαζύσαις.

ANAXYRIS, ἀναξυρίς, subligaculum, feminine, proprium Persarum, ut tradit Strabo lib. xj. & xv. quod Eustathius dicit id significare, quod Romani Bracion vocant, ἐκ τῆς ἀνασύρεως, mutato σ in ξ. quod aliquando vsuuenire probant Grammatici. Idem autem Eustathius in libro Iliad. 2. non Bracion, sed Bracam scribit: quod & Suidas tradit, & Hefychius. Et nos vulgò Bracam Braye vocamus: qua & nostræ foeminae nonnunquam vtuntur. Accipitur etiam Anaxyris pro calceo altiufculo, τὸ ἀνασύρεσθαι, quod sursum trahatur, quasi dicas ἀνασυρίς. Nam & Tertullianus ostendens id esse calceameti quoque genus, in lib. de Pallio, Cur, inquit, non & anaxyrin calcearia: De anaxyride meminit Plutarchus in vita Alexandri. Vide quoque infra Antapodia, & Cybarfia. Est autem aliàs ἀναξυρίς genus lapathi, apud Dioscoridem lib. ij.

ANCHUSA, ἀγχυσα, à Polluce lib. vij. c. xij. inter ornamenta muliebria posita. Verum & eodè nomine herba est, de qua Plinius lib. xxij. c. xx. apud nos Orchaneta vulgò dicta, mulieribus non ignota ad genarum pallorem occulendum: ita ut magis inter fucos sit connumeranda, quàm inter ornamenta.

ANGVICULA, Græcè ὄφης dicta, ornamentum iuncturarum manuum, apud Pollucem, lib. v. c. xvj. vide infra Ophis.

ANNVLVS, vulgò notus.

ANTIÆ, nonnullis inter ornamenta mulierum posita. Festus Pompeius lib. i. Antias dicit vocari muliebres capillos, in frontè demissos: ab eo quod Græci ἀντι dicunt, quod nos cōtra. Vide infra Procomion. Apuleius lib. ij. Afini aurei, hos crines Antependulos vocat: & alibi videlicet in Florid.

in Florid. Antependulos, & Propendulos.

APHRACTA, ἀφρακτα à Polluce lib. vij. c. xxij. calcei muliebres dicti. Quamuis sciam, id & genus esse nauigij, Ciceroni lib. Epist. ad Atticum quinto, non semel.

APODESMVS, ἀπόδεσμος, ornatus muliebris Polluci lib. vij. cap. xxij. ad fi. vbi mitram vertit Gualtherus.

ARLINEVM, ornamentum capitis muliebris Festo Pompeio lib. i. in quibusdam autem codicibus legitur Arlineum.

ARMILLAE, quas Priscianus Brachialia vocat, alij quoque Brachionia, aut Peribrachionia, quæ cuiusmodi sint, satis declarat Historia scripta à Liuiolib. i. ab vrb. condi. Additur (inquit) fabulæ, quod vulgò Sabini aureas armillas magni pōderis, brachio lēuo, gemmasque magna specie annulos habuerint, pepigisse eam, quod in sinistris manibus haberent: eò scuta pro aureis donis congesta, & cætera.

Ex qua Historia depromptum est illud Ouidij lib. i. Fastor.

Vix leuis custos armillis capta Sabinis.

Et lib. i. Amor. Eleg. 10.

Non fuit armillas tanti pepigisse Sabinas,

Vt premerent sacra Virginis arma caput.

De his est illud eiusdem Ouidij lib. ij. Fastor.

Fregerat armillas, non illa ad brachia factas.

Loquitur de armillis Omphales, quas Hercules brachiis suis aptare volens, fregit. Atque illud Gen. 24. Protulit vir in aures aureas, appendentes siclos duos, & armillas totidem. Et paulò post: Cum vidisset armillas in manibus sororis suæ. Atque iterum postea: Et armillas posui in manibus eius. Et ca. xxxvij. Annulum tuum, & armillam, & baculum, quem manu tenes. Et Exod. 35. Viri cum mulieribus præbuerunt armillas. Et Nume. ca. xxxj. Offerimus in donariis Domini armillas. Et Reg. lib. ij. cap. j. Tuli armillam de brachio illius, scilicet Saulis. Et Ezechie. 16. Dedi armillas in manibus tuis. Et secundum septuaginta interpretes: Et circumdedi armillis manus tuas. Et Esaiæ 3. vbi ponuntur inter ornamenta muliebria. Atque illud Plinij lib. 28. c. iij. Pueri, qui primus ceciderit dens, ut terram nō attingat, inclusus in armillam, & assidue in brachio habitus, muliebrum locorum dolores prohibet. Vulgò autem hæc vocamus *Brasseletz*. Hinc Armillatus dicitur Suetonio in Caligula, c. 52. Ex multis autem locis supra citatis satis constat, armillas virorum quoque esse. Nam & Festus lib. i. scribit eas ex auro, quas viri militares ab Imperatoribus donati gerunt: ita dictas esse, quod antiqui humeros brachiis armos vocant, vnde arma ab his dependentia sunt vocata. Vide infra Viriæ.

ARSINEVM, vide supra Arlineum.

ARTIALVM, ἀρτιαλον, apud Aeoles ornamentum est muliebre, quos Dores σίτλαν vocant, ut tradit Pollux lib. v. c. xvj. Vide infra Sitla.

AVRICALPIA, de quibus diximus in tractatu Medicinæ.

AVTAPODIA, ἀυταπόδια, calceamenti genus, idem cum iis, quas ἀναξυρίδας alio nomine appellant: ut autor est Pollux lib. 7. c. 222. De Anaxyri autem supra diximus. Vide infra Scelca.

BALTHEVM & BALTHEVS, cingulum muliebre est apud Apuleium. Apud alios autè aliud significat, videlicet, cingulum militare ex corio. De quo Iuuenalis satyr. 6.

Baltheus, & manica & crista.

Et Satyr. 15. eademque vlti.

Ast illis quos arma tegunt, & baltheus ambit.

Et Persius Satyra 4.

--ilia subter

Cecum vulnus habes, sed lato baltheus auro

Protegit.--

Et Diuus Hieronymus ad Saluinam, Nihil nocuit militanti paludamentum, & baltheus. Dictum autem putat Varro à bullis quibus distinctus erat.

BARATHRVM, βάραθρον, in mundo muliebri connumeratum ab Aristophane in Thesmophor. & à Polluce lib. v. c. xvj. & lib. vij. c. xxij.

BAVCIDES, calcei pretiosi, & crocei muliebres, Polluci lib. vij. c. xxij.

BEVTOS, βεϋτος, Sapphoni, à Polluce ponitur inter vestimenta communia virorum & mulierum, lib. vij. c. xij.

BLASTA, βλαστα, à Comicis ponuntur inter ornamenta aurium muliebrum, referente Polluce lib. v. c. xvj. Gualtherus vertit, germina.

BOTRYS, βοτρύς, siue Botrydion, βοτρύδιον, genus ornamentum muliebris, apud Pollucem lib. v. c. xvj. & lib. vij. c. xxij. quod quale sit, nō recordor alicubi declaratum. Gualtherus autem vtrouque reliquit vocem Græcam.

BRACHIALE, siue Brachionion, βραχιόνιον, de quo supra in Armillis. Id enim & à Polluce lib. v. c. xvj. inter ornamenta muliebria positum est. Brachialis autem argentei meminit Plinius lib. xxvij. c. vij. & Brachialis simpliciter, Trebellius Pollio in Secundo Claudio, in Epistola Valeriani: ex quo intelliges, id virorum quoque fuisse.

VBALIA, βυβαλία, ornamenta mulierum, quæ circa manus feruntur, ex Polluce lib. v. c. xvj. inter ornamenta muliebria. Horum etiam meminit Nicostratus Comicus, & post eum Clemens Alexand

Alexandrinus, Pædagog. lib. ij. vbi Gentianus Heruetus vertit, Armillas.

BVLLA, quæ licet propria infantum ingenuorum esset, vt tradunt Asconius in 3. in Verrem actione, & Macrobius lib. i. Saturnaliorū c. vj. & videre licet ex Plinio lib. 33. c. j. Ea tamen & mulieres vsas fuisse satis constat. Hanc in cordis figuram ante pectus annectebant, vt tradit Macrobius vbi suprâ. Ex quo est illud Propertij lib. iij. Eleg. i.

Mox vbi bulla rudi demissa est aurea collo. Dicta autem bulla est ornamentum orbiculatum & extuberans, ad effigiem illius bullæ, id est, tumoris qui in aqua fit, & repete euanescit. Ex quo est illud Varronis prouerbium, Homo bulla.

CALAMIDES, καλαμίδες, acus erant, quibus mulieres ad cõponendum capillum utebantur: ita dictæ, quod olim ex arundine fieri consueuerint, quam κάλαμου Græci appellant. Calamistrum Latini vocant: de quo paulò post dicemus.

CALAMVS, κάλαμος, præter vulgatam significationem, à quibusdam etiam accipitur pro monili. Pollux certè Calamides à Calamis separat, lib. v. c. xvj. vbi Gualtherus prius vertit acum, alterum Calamistrum.

CALAMISTRVM hinc dictum, vt inquit Varro lib. iij. de Ling. Lat. quod eo calfacto in cinere capillus ornatur: aut (vt scribit Seruius) acus est maior, quæ calefacta, & fronti adhibita, torquet capillos. Hincque Calamistratæ comæ, Ciceroni in Oratione pro Sextio: & Calamistratus saltator, eidem in Oratione quam habuit in Senatu post reditum: & Calamistratus cinædus, Plauto in Asinaria: & Calamistratus puer, D. Hieronymo ad Demetriadem, de virginitate seruanda, & Apuleio lib. ij. Metamor. Qui autem huiusce rei erant opifices, Cinerarij dicti sunt, eidem Varroni, vbi suprâ: & Catullo Epigram. 56. Et Cinißones Plauto in Aulularia, & Horatio lib. i. Serm. Sat. 2. Vide infrâ Xenion.

Cinerarii qui. Cinißones qui.

CALANTICA, tegmen muliebre, quod capiti innectitur: vt tradit Nonius Marcellus, citans illud Tullianum in Clodium: Tunc, cum vincirentur pedes fasciis, cum calanticam capiti accommodares: Eamque inter ornamenta muliebria reponit Iuriscons. in l. argumento, §. ornamentum. ff. de auro & arg. leg. Hanc κρηδέμενον Homerus vocauit lib. v. Ody. cum dicit, Inò, siue Leucotheam (eadem enim est) Vlysi naufrago ad euadendum maris periculum id commodasse.

Τῆ δὲ τὸ δὲ κρηδέμενον ὑπὸ ἑρνοιο τάνυσα. Quod Ausonius in Periocha Homerica Calanticam vertit, in hæc verba: Ino Calanticam capiti suo ademptam natanti accommodat, cuius ille sustentatu adusque Phæacum litus euadit. In qua etiam opinione fuit Beroaldus in Apuleium lib. v. Et Andreas Diuus vittam trãstulit, vti & alio loco paulò post: licet idem alio in loco scilicet lib. xvij. eiusdem operis, velum, transtulerit, & lib. xiiij. Iliad. reticulum: vti etiam ibidem Eobanus, & lib. xxij. eiusdem operis, idem Andreas, coronam. Alemanus autem Rhinoccius interpres Philostrati de vita Apollonij lib. vij. eum locum Homeri citantis, Vittam quoque transtulit. Vide infrâ in Mitra.

CALASSIS, tunicæ genus vt tradit vj. Pomp. lib. iij. quod Græci κελόπισην vocant. Alij autem (vt & ille subdit) dicunt nodum esse tunicæ muliebris, quo connexa circa ceruicem tunica summittitur. Sipontinus Chalassim appellat: dicitque dictam à laxitate, & à Græcis vocari χάλασση. Pollux lib. vij. c. xv. καλόσισην dicit esse genus vestis Aegyptiæ & fimbriatæ.

CALCEI, & Calceamenta, omnibus nota.
CALIENDRVM, apud Horatium lib. Serm. i. Sat. 2.
Atium Sagana Calieudrum.

Id autem Acron interpres dicit esse ornamentum capitis muliebris, siue suppositum crinē, quem pro naturalibus accipiunt. Porphyrius autē interpretatur, galericulum, de quo infrâ dicemus: & subdit Varronem huius vocabuli meminisse in lib. qui inscribitur Virgula diuina.

CALLOPISTON, vide suprâ in Calassi.
CALTHVLA, genus vestis muliebris, apud Plautum in Epidico:

*Quid ista, quæ quotannis nomina inueniunt noua:
Tunicam rallam, tunicam spissam, linteolum, cæcisium,
Indusiatam, patagiatam, calthulam, aut crocotulam?*

Dictum autem putat Nonius Marcellus à caltha viola, quæ (vt id illi addas) est coloris lutei (vt docet Virgil. Eclog. 2.)

Mollia luteola pingit vaccinia caltha.
Varro autem (vt subdit Nonius lib. i. de vita pop. Rom.) Calthulam palliolum breue esse voluit. De caltha quoque est illud Ouidij lib. ij. de Ponto Eleg. 4.

Calthaque Pæstana vincet odore rosas.
Vt inde intelligas, vestes huiusmodi, ab odore quoque, non tantū à colore ita dictas. Sunt (ne id omitam) qui putent, Caryophyllon quod vocant, id est vulgò oillet, aliis, damas, veteribus caltham fuisse: de quo tu vide Hermolaum Barbarum Corollarij c. clxxv. vbi agit de Bacchare.

CALYCAS, κάλυκας, Homerus in Hymno Veneris, eidē attribuit inter cætera eius ornamēta:
Εἶχε δ' ἐπὶ γναμπίδας ἑλικας, κάλυκας τε φαεινάς. Et paulò post:
Κόρπας τε, γναμπίδας δ' ἑλικας, κάλυκας τε καὶ ὄρμους.

Gualtherus apud Pollucē, qui lib. v. c. xvj. Calycas enumerat in mundo muliebri, ex Anacreōte, & Hom

& Homero (loco tamen non designato) Baccas vertit.

CALYMNNA, κάλυμνα, inter ornamenta muliebria enumerata Polluci: vbi tegumentum vertit Gualtherus. Aliàs autem est genus retis: ex quo potes conicere, tegmen fuisse forma & specie retis. *Coiffe* vulgo dicitur.

CALYPTRA, κάλυπτρα muliebris capitis tegmen, flammeum sponsæ, Festo Pompeio lib. 3. Eius meminit Plato in Alcibiade posteriore, cum dicit, in Asia esse quasdam regiones mundo vxoris regiē destinatas, & appellationem à mundo illo muliebri fortitas, & inter alias Calyptram *ἢ καὶ ἄλλην, ἢ αὐ καλεῖσθαι κάλυπτραν.*

CAMISIA, quam subuculam esse dicit Sextus Pompeius, lib. i7. in verbo, Supparus: & vix eam appellationem alibi reperias apud antiquos. Nos vocamus *chemise*. Putatur autem à Macedonia primū introducta. Vide infrâ Interulam, & Tunicam.

CANABIA, κανάβια, calceorum muliebrum species, Polluci lib. 7. cap. 22.
CANTHARVS, Antiphani in Bœotia memoratus, apud Athenæum lib. ii. cap. 7.
CAPIDVLVM, genus vestimenti, quo caput tegitur, Sexto Pompeio lib. 3.
CAPILLARE, apud Martialem lib. 3. Epigram. 40.

*Non erubescit murice auro nobis
Diuidere machæ pauperis capillare.*
Nonnulli accipiunt pro reticulo muliebri, quo capillos inuoluunt. Cælius Rhodig. lib. 18. cap. 10. accipi putat pro vnguento ad capillos excogitato.

CAPILLAMENTVM, vide infrâ in Galero, & Galericulo.
CAPITAL, fascia, qua capillum in fronte colligunt, Varroni lib. 4. de Ling. Lat. Ex quo eius loco id quoque intelligis, eo ferè in sacrificiis mulieres vti solitas. quod & Sextus Pompeius tradit lib. 3. Alij Capitale dicunt.

CAPITIVM, tegmen capitis, Nonio Marcello, ab eo fortè denominatum: siue vt tradit Varro lib. 4. de Ling. Lat. quod pectus capiat, id est, comprehendat: de quo idem Varro lib. 4. de vita popu. Rom. Tunicas, neque capitia, neque strophia, neque zonas. Et alibi eod. lib. Neque ad orbitam matrum familias instituti, quod ex pectore & lacertis erant apertis, neque capitia habebant. Noster autem Iurisconsultus id inter vestimenta muliebria ponit, in l. vestis. §. muliebria. ff. de auro & arg. leg. De capitio item fit mentio in lib. Iob. cap. 30. In multitudine eorum consumitur vestimentum meum, & quasi capitio tunicæ succinxerunt me. Quo in loco interpres id videtur pro collario accipere.

CAPREOLI, vide infrâ Helices.
CARBASVS, quo pallium amicitur. Virgil. lib. 8. Aeneid.
*—Eum tenuis glauco velabat amictu
Carbasus.—* Et lib. ii.
*—Tum croceam chlamydemq̄, sinusq̄ crepantes
Carbaseos fuluo in nodum collegerat auro.*

Ex quibus locis, atque etiam ex Q. Curtio de Indis loquente, intelligi potest, hoc quoque virile esse vestimentum. Sed & muliebre esse satis constat ex Valerio Maximo, loquente de Aemylia virgine Vestali, lib. i. cap. i. Qua adorante, cum Carbasum, quam optimam habebat, fuculo imposuisset, subitò ignis emicuit.

CARDINES, vide infrâ Heliçteræ.
CASTVIAE, quas & Perizonium & Præcinctorium vocant, pallium est, quo puellæ nudæ infrâ papillas præcinguntur. Ex Nonio Marcello, qui citat illud Varronis, Castulam mulier sumperat pro succula.

CATAGOGIS, κάταγωγίς, posita inter vestes muliebres, Polluci lib. 7. cap. 13. vbi Fimbriam vertit Gualtherus. Vide igitur infrâ in Fimbria.
CATAPETASMA, καταπέτασμα, velum, quod arcet aspectum, quo nunc mulieres nostratæ sæpe vtuntur. Ponit & hoc inter ornamenta muliebria Pollux lib. 7. c. 22.

CATASTICTOS, κατάσικτος, tunica figuris animalium aut floribus intexta, cuiusmodi sunt tapetia, quæ hinc Belluata dicuntur, apud Plautum in Pseudolo,
Neque Alexandrina belluata, consutaq̄ tapetia.
Hincque baliã ceruam κατάσικτος, dicimus, id est, maculosam, interstinctam, picturatam. Hanc vestem, vt propriam fœminarum ponit Pollux lib. 7. cap. 13.

CATELLAE, vide Catenæ.
CATENAE, & Catenulæ diminutium, siue etiam Catellæ, & ipsæ præcipuè inter ornamenta muliebria numerantur. Horatius lib. i. Epist. 18.

*Nota refert meretricis acumina, sæpe catellam,
Sæpe perisclidem raptam sibi flentis.—*
De Catenis autem est illud Plinij lib. 33. cap. 3. conquerentis de luxu mulierum in vsu auri: Discurant catenæ circa latera, & incerta margaritarum pondera è collo dominarum auro pendeant, &c. Est autem veluti torques aureus vel argenteus, aut etiam è margaritis & lapillis confectus. Vulgò *Chaine* vocamus, proprium mulierum nostrarum ornamentum: vt suprâ in voce Alyfies, &

infra in dictione Hormi. Catellas autem viris quoque couenire, satis constat ex loco Liuij quem tibi citabo infra in Fibulis.

CATHEMA, κάθεμα, ornamentum demissum ad pectus, quod & καθετήρ dicitur Polluci lib. 5. cap. 16. ex Antiphane: & ὠρέπη, de qua postea dicemus. Pro torque autem, vt D. Hieronymus vertit locum Ezechielis c. 16. iuxta Aquilæ & Symmachi editionē. Septuaginta interpretes & Theodotion κάθεμα transfulerunt, nec solùm ibi, sed & Efaia 3. vt scribit ipse Hieronymus in Commentariis eiusdem cap. 16. qui subdit se putare κάθεμα ab eis dictum, monile ex variis gemmis, in pectus mulierum descendens, qui & ipse ornatus pulcherrimus mulierum est.

CATHEtis, genus catenæ, quo fœminæ vtuntur apud Nicostratum Comicum, & Clementem Alexandrinum lib. 2. Pædagog. cap. 2.

CATOPTRON, κάτοπρον, inter ornamenta muliebria positum Polluci lib. 7. cap. 22. & lib. 10. cap. 28. vbi Gualtherus vertit speculum, de quo infra dicemus.

CECYPHALVS, κεκύφαλος, reticulum, vitta, flammeum discriminale, παρὰ τὸ κρύπτειν, apud Homerum lib. 22. Iliad. eo versu, quem supra citauimus in Ampyce. vbi Andreas Diuus Fasciam interpretatur. Rodolphus Gualtherus apud Pollucem lib. 5. c. 16. vertit Capitale. At lib. 7. c. 22. vertit Vittam. Xenophon autem in lib. de Venatione κεκύφαλον vocat sinuosum illum macularum contextum, in quem se insinuant animalia vrgentibus canibus.

CENTAVRIDES, κενταυρίδες, genus ornamenti muliebris, apud Pollucem lib. 5. cap. 16.

CEPHALODESMVS, κεφαλοδέσμος, siue Cephalodesmion, κεφαλοδέσμου, idem quod frontale: de quo postea dicemus: aut idem quod ampyx, de quo supra.

CERNVVS, calceamenti genus, Sexto Pompeio lib. 3.

CEROTES, κηρώτης, inter ornamenta muliebria numeratur Polluci lib. 7. c. 22.

CERVICAL, veluti seruicis sustentaculum, quod nos vulgò auriller & cousinet, vocamus. Nam & id vestis nomine continetur: vt tradit Iurisconsultus in l. argumeto. §. ceruicalia. ff. de aur. & arg. leg. Eius meminit & Plinius lib. 20. c. item 20. & lib. 28. c. 4. Alter Plinius Iunior ad Tacitum lib. 6. epistolarum. Iuuenalis Saty. 6. & Martialis lib. 14. Epigr. 146. & quisquis is est, qui Ezechielem traduxit, c. 13. vbi inquit, His qui faciunt ceruicalia sub capite vniuersæ ætatis, ad capiendas animas. Et iterum non multò post: Disrumpam ceruicalia vestra, super quæ vos colligitis animas. Græci id vocant προσκεφάλαιον: qua voce vsus est D. Marcus c. 5. vbi interpres vertit Ceruical. Idem autem esse Ceruical & Pulvinum, ex eo patet, quod dicemus infra in Puluillo, & ex dicto cap. 13. Ezechielis. De hoc autem est illud Martialis Apophoretôn lib. 14. Epigram. 146.

Tinge caput nardi folio ceruical olebit: Perdidit unguentum cum coma, pluma tenet.

Vide infra Peridæreon.

CHALASSIS, vide supra Calassis. CHIMASTRVM, χιμαστρον, vestis hyemalis, vt ex autoritate Homeri & Aeschyli, tradit Pollux lib. 7. cap. 13. ad fin.

CHIROTHECÆ, manuum tegmina, quæ & Dactylotheçæ à Græcis vocantur. Nos vulgò Gantz appellamus.

CHIROMACTRON, χειρόμακτρον, capitis ornamentum, aut (vt alij dicunt) mantile. Vide Bayssium de Re vestiaria.

CHITONARIVM, χιτωνάριον, muliebris vestis subtilis, ex Lexico. CHITONIVM, χιτώνιον, tunica: à qua & Dianam Chitonem dictam nonnulli voluerunt. Nam Callimachus in ipsius Deæ Hymno,

πότνια πολυμέλαθρε, πολύπολι χεῖρε χιτώνη. Quod & astruit Stephanus ex Menippi Byzantij sententia, Epicharmus, in Sphinge, & Athenæus lib. 14.

CHITONISCVS, χιτωνίσκος, diminutiue, camisia, indusium, de quo postea dicemus. Hoc autem genus vestimenti Pollux lib. 7. c. 13. dicit commune esse virorum & mulierum.

CHLAMYDEM quoque ad fœminam pertinere ostendit Cato eo loco, quem citabimus in Encombomate, & Virgilius lib. 4. Aeneid. Didus mentionem faciens: Cidoniam pectus chlamydem circumdata limbo.

CHLIDONES, χλιδόνες, Brachialia, vt exponit Suidas, quibus maximè vtuntur Samij, autore Athenæo: & à Polluce ponuntur inter ornamenta manuum, & pedum, lib. 5. cap. 16. & simpliciter inter ornamenta muliebria, lib. 7. cap. 22. Et ea voce vsi sunt Septuaginta interpretes, Num. 31. cap. cuius loco interpres Latinus reddidit Periscelides: de quibus postea dicemus.

CYMBARICON, κίμβαρικόν, tunica perspicua, siue (vt Pollucis verbo vtat) διαφανής. Locus Pollucis est lib. 7. c. 13. vbi eam dicit esse communem viris & fœminis.

CINGVLVM, vt autor est Nonius Marcellus, à cingendo dictum, quod & Incingulum plerunque dicitur. Varro in γέροντος διαδοσκάλη: Nouus maritus taciturnus, τὰξίμοσος, is soluebat cingulum, Sextus autem Pompeius lib. 3. Cingulo, ait, noua nupta præcingebatur, quod vir in lecto soluebat: vt hinc possis intelligere, Cingulum esse zonam, quam sponsus soluebat concubitus gratia: vt postea dicemus nu. 31. nu. incip. Quare autem, Pro eo verò, quod vulgaris interpres

Diana Chitone dicta.

pres Efaia 3. cap. dicit zonam, D. Cyprianus in lib. de habitu virginum, eum locum citans, & Castalio eundem locum vertens, Cingulum dixere. Seruius autem in nonum lib. Aene. scribit Cingulum esse ornamentum hominum, vt phalera sunt equorum. At Varro de Ling. Lat. lib. 1. tradit, Cinctum & Cingulum à cingendo dici, alterum viris, alterum mulieribus attributum. Cincturæ autem vocabulo pro Cingulo vsus est Suetonius in Iulio Cæsare, cap. 45. Vnde manasse videtur, quod nostrates vulgò vocant Ceinture.

CIRCVLVS, quem vulgò vocamus Collier, hoc est, Collarium: à similitudine: de quo Virg. lib. 5. Aeneid.

Flexilis obtorti per collum it circulus auri. Sed & circulos appendi auribus, constat ex Ezechiele cap. 16. Dedi circulos auribus tuis. Item in naribus, vt constat ex loco Iob, cap. 40. Nunquid pones circulum in naribus eius? vbi Diuus Hierony. ait inter cetera ornamenta mulierum solere aureos annulos in os ex fronte pendere, & imminere naribus. Sunt, qui Rotulas eo loco ex Septuaginta Interpretibus vertant. At de circulis pro ornamentis fit mentio. cap. 11. Prou. Circulus aureus in naribus eius, mulier pulchra & fatua. vide infra Circus.

CISSERIS, κίσσηρις, ponitur à Polluce lib. 7. cap. 22. inter ornamenta muliebria: vbi Gualtherus vertit Pumicem.

CLASSIS, tunicæ genus, quod Græci καλλώπιδος dicunt. Alij dicunt nodum esse tunicæ muliebris, quo connexa circa ceruicem tunica summittitur. Hæc Festus Pompeius.

CLAVI aurei, vel argentei, quos fœminæ nostræ solent vestibus suis assuere: de quibus in l. vestis in prin. ff. de auro & arg. leg. & ibidem l. et si non sint, etiam in princip. & in l. argumento. §. item fibulæ. qui primus est. Et apud Varronem de Analogia lib. 1. cuius hæc verba sunt: Si quis tunicam in vsu ita confuat, vt altera plagula sit angustis clauis, altera latis: vtraque pars carebit analogia. Hinc Mantilia cocco clauata, apud Aelium Lampridium in Alexandro Seuero. Et clauata vestis apud Vopiscum. Sæpe quoque apud antiquos caligas & calceos huiusmodi clauis affutos constat ex Valerio Maximo lib. 7. cap. 1. vbi de Antiocho. Et Iosephus lib. 7. belli Iudaici, cap. 3. vbi de cæde Iuliani hecatontarchi. Et Iuuenalis Saty. 15. & vlt.

—Offendere tot caligatos

Millia clauorum.— Plutarchus in vita Alex. memorat Titum quendam Agnonem argenteos clauos sub crepidis ferentē: & ante eum dixerat Plin. lib. 33. c. 3. Et inde clauis caligares dicti Plinio lib. 9. Pisces existunt squamis conspicui præacutis, clauorum caligarum effigie. Ex quo Festus Pompeius lib. 3. Clauata (ait) dicuntur aut vestimenta clauis intexta, aut calceamenta clauis confixa. In alia autem significatione accipitur Clauus in l. qui clauum. ff. de ædili. edict. & Plinium auunculum, lib. 20. ca. item 20. & Plinium iuniorem, lib. 1. Epist. 51. & aliter quoque in l. qui naufragium. §. senatusconsultum. ff. de incend. ruin. naufrag. & alibi sæpe apud alios autores.

COCHLES, ornamentum capitis, à similitudine scalarum, vel animalis verbo deriuato: quo quidem ornamento vsam fuisse Zenobiam Reginā Palmyrenorum, autor est Trebellius Pollio.

COLLARIVM, vide in Circulo, & Peritrachelio.

COMBYMAT, à nonnullis quoque inter ornamenta muliebria ponuntur.

COMMOTRIVM, κομμάτριον, &

COMMOTRIDIVM, κομμοτρίδιον, instrumentum muliebre apud Pollucem lib. 7. cap. 22. & iterum lib. 10. cap. 28. quo scilicet mulieres se comunt. Vnde κομμάτρις comptor dicitur, & κομμάτρις comptrix, & κομμοτίζω, curiosius como. Gualtherus priore loco Pectinem vertit: posteriore autem Nouaculam.

CONDALIVM, de quo Plautus in Trinummo, est annuli genus Sexto Pompeio. Nam & eidem Condulus, annulus est.

CORIANVM, κορίανον, medij digiti annulus, Polluci, qui inter ornamenta muliebria Corianum adscribit, lib. 5. cap. 16.

CORONAM, quam στεφάνη vocant Græci, in mundo muliebri ponit Pollux lib. 5. cap. 16. ex illo versu,

τῶν δ' αἰ μὲν πλευτὰς στεφάνας ἔχουσι, δὲ μαχαίρας. Horum hæ flexas coronas, hi verò enses habebant.

CORYMBVS, κόρυμβος, vide infra in Crobyle.

CORYMNIVM, κορύμνιον, monile. ex Lexico.

COTHVRNVS, genus calceamenti subleuatum subere, aut alia re, quò grandiores mulieres appareant: vt patet ex illo Iuuenalis Satyr. 6.

—Aliam credas, cedo, si breue parui Sortita est lateris spatium, breuiorq, videtur Virgine Pygmaea, nullis adiuta cothurnis. Punice stabis suras euincta cothurno. Virginibus Tyrijs mos est gestare pharetras, Purpureoq, aliè suras vincire cothurno.

De hoc item Virgil. Ecloga 7. Et lib. 1. Aeneid.

Cinctus. Cinctura.

Probus autem in j.lib.Georg.Virgilij ad princ.scribit cothurnos esse calceamentorum genera venatori apra, quibus etiam crura muniuntur, cuius calceamenti effigies est in simulachris Liberi & Dianæ. Et idem propemodum dicit Seruius enarrans illum posteriorem locum Virgilij. Suidas scribit hos viris & mulieribus pariter conuenire. Et vide Plutarchum in Pompeio, vbi de Amazonibus loquitur.

CREDEMNUM, κρηδεμνον, κρηδεμνον, vtrunque enim legitur, quod (vt nonnullis placet) idem est quod calantica, & vitia, & corona, & velum, & reticulū, vt supra diximus, in Calantica.

CREPIDAE, κρηπίδες, & diminutiue

CREPIDVLAE, folæ, ex Aulo Gellio lib.13.cap.20. Et hinc, vt ille ait, Crepidarij, eius calceamenti futores, apud Sempronium Afellionem, lib.rer.geft.14. Nonnulli eas nominatas putant à crepitu, id est, sono, quem reddunt ambulando.

CREPITALVM, ornamentum capitis, quod scilicet capitis motu crepitum faciat, vt tradit Festus Pompeius lib.3.

CRICVS, κρίκος, circulus, annuli species: vnde κικρῶδες verbum, quod Latinè infibulare possumus dicere. Nam Strabo tradit quasdam Aethiopum mulieres κικρῶδες τὸ χεῖλος καλκῶ κρίκῳ. Et apud Herodotum in Euterpe, ἰστῶν κρίκῳ legimus, pro velorum ansulis. Aristoteles quoque lib.7.Politic.cap.2. scribit καθάπερ ἐν κερκιδῶνι φασὶ τὴν ἐκ τῶν κρίκῳ κόσμον λαμβάνειν. Ex quo intelligis, pro ornamento eum posuisse. Nam & Theodorus Gaza apud Aristotelē vertit, Annullum, Plinius Circum, vnde & Circulus diminutiuum: de quo supra diximus. Suidas autem, ἀγκύλια, ait, sunt κρίκοι τῶν ἀλύσεων, id est, annuli catenarū. Vide ea, quæ supra περὶ τῶν ἀλύσεων diximus.

CROBYLE, κρωβύλη, reticulum, siue retiolum, quo coma contegitur. **Quin** & κρωβύλος dicitur aureus, argenteusve corymbus, ex capillis pendens πλέγμα τριχῶν ἐς ὅτ' ἀλύσει: quod in viris κρωβύλος, in mulieribus κόρυμβος, in pueris σκόρπιος dicebatur. Sunt qui dicant, id reticulum esse ab extremis crines extendens ad verticem: deinde eos deducens in acutum: qui perforata aurea cicada constringebantur, ne deorsum defluerēt. Huius autem meminit Thucydides in Proœmio lib.4. Bel. Peloponnesiaci, & Clemens Alexandrinus lib.2. Pædagog. cap.10. Seruius in lib.4. Aeneidos, eo loco,

Crines nodantur in aurum.

veluti retiolum quod colligit comas.

CROCOTIA, vt vocat M. Tullius in Oratione de Arusp. respon. & Apuleius lib.8. Afini auri & diminutiue

CROCOTVLAE, vt appellat Plautus in Epidico: aut item

CROCOTIDES, vt alij quoque vocant: aut denique

CROCOTIA, etiam diminutiuum (nam & hæc Iulius Pollux lib.7.cap.13. ponit inter vestes muliebres) vestes delicatæ fuerunt, vt indicat vetus prouerbium γαλῆ κρόκωτον, id est, feli crocoton quo vtimur, cum indignis honor exhibetur. Suidæ autem κρόκοτος ἐστ' ἐνδυμα ἑγκυκλον, id est, vestimentum orbiculatum. Et hinc Crocotularij, aut, vt alij legunt, Crocotarij, infectores huiusmodi vestium, dicti Plauto in Aulularia. Nonius Marcellus à croco hæc dicta putat. Alibi autem, scilicet infra num.59. incip. illud autem constat. dicemus Herculem κροκοφόρον vocatum fuisse, quod Omphalæ seruiens habitu muliebri, crocoton gestaret.

CROCOPVIA, posita inter ornamenta muliebria in l. argumento. §. ornamentorum. ff. de auro & arg. leg. nisi illic mendum sit: de quo tu vide Catellian. Cot. in memoria. vndones, & crocohyphanta, quasi dicas, croco intexta.

CROTALIA, apud Plin. lib.9.c.35. vbi videbis cuiusmodi ea sint, & quare ita dicantur.

CTENIVM, κτένιον, genus pectinis, à κτενίω, pecto: & κτενίς, pecten, & κτένιον, pectunculus. Id & Xenion dicitur: de quo infra dicemus. Et hinc quoque quatuor dentes anteriores, qui in meditullio sunt, Ctenes dicuntur, quod cibum concidant.

CVBITALE, ornamentum cubiti, apud Horatium lib.2. Serm. Sat.3. Vide infra Parapechy. Accubitale vocatur à Trebellio Pollione in Claudio, ex Epistola Valeriani Imperatoris. Sunt, qui Culcitram vocent: de qua nunc dicemus.

CVCVLVS & **CVCVLLIO**, diminutiua Græcorum forma, viris & mulieribus communis, quo capita aduersus pluias & frigus velabant. De quo Martialis lib.5. epigram.14.

Illinc cucullo prospexit caput rectus.

Et Iuuenalis satyr.6.

Sumere nocturnos meretrix angusta cucullos.

Et Columella lib.1.cap.8. Cultam vestitamq; familiam magis vtiliter quàm delicatè habeat, munitamq; diligenter à vento, frigore, pluuiaque: quæ cuncta prohibentur pellibus manicatis, centonibus confectis, vel sagis cucullis. Id si fiat, nulla dies tam intolerabilis est, quod non sub diuo moliri aliquid possit. De cucullione Cato rei rusticæ cap.2. & cap.135. & Iulius Capitolinus in vita Veri.

CVLCTRÆ, quas inter vestes posuit Iurisconsultus in l. argumento. §. culcitra. ff. de auro & arg. leg. Et diminutiue

CVLCTRVLAE, Plauto in Mostellaria. Est autem linteum illud, quod dormientibus ad quietem supponitur, apud Cicer. lib.3. Tuscu. Collocemus in culcitra plumea: psaltriam adducamus.

camus. Et apud Martialem lib.5. Epigram.63.

Nulla tegit farctos, nec inaneis culcitra lectos.

Blandita tumeat facilis tibi culcitra pluma.

Et alibi:

Et Iuuenalis Satyr.5.

Tertia ne vacuo cessaret culcitra lecto,

Vnà simus, ait.—

Alibi autem Iurisconsultus in l. iij. ff. de supel. leg. dicit, supellectili legata, contineri culcitra.

CYBARCIA, κυβαρσία, à Polluce lib.5. cap.16. posita inter ornamenta mulierum. Hanc nonnulli eandem esse volunt cum anaxyride, de qua supra diximus.

CYCLAS, genus vestis foemineæ, vt tradit Seruius enarrans illud lib.1. Aeneidos,

Gentemque togatam.

Eaque pronubæ (vt scribit Sidonius) honorabantur. Lampridius tradit, Alexandrum Imperatorem folere dicere, matronas regias contentas esse debere cyclade, quæ sex uncis auri plus non haberet. Propertius lib.4. Eleg.7.

Hæc nunc aurata cyclade signat humum.

Et Iuuenal. Satyr.6.

Hæ sunt, quæ tenui sudant in cyclade.—

Hinc autem Cycladatus Caligula dicitur à Suetonio. Nam & Iosephus lib.19. cap.1. carpit ipsum Caligulam, quod cycladem & alia vestimenta muliebria indueret. Ita autem dicta est, quod rotunda sit. Nam & hodie quasdam vestes foemineas rotundas vocamus, quæ in orbem absolutum desinunt.

CYNASONES, acus, quibus mulieres caput scalpunt, Sext. Pompeio lib.3.

DACTYLION, δακτύλιον, annulus.

DACTYLIDION, annulus sine gemma, aut sigillo. Gualtherus apud Pollucem lib.5. cap.6. vertit Condulum.

DACTYLIOTHECA, vide supra Chirotheca. Id tamen pro annulorum repositoio multi intelligunt, vt postea dicemus.

DENTIFRICIA, suo nomine satis cognita: de quibus & nos diximus in tractatu Nobilitatis, cap.31. nu.27. in nomenclatura medicamentorum.

DERAEA, δέραια, siue etiam δέρεα Aeolicè, ornamenta colli, ex Polluce, Hefychio, & Suida. Nam & δέρεη & δερῆ collum est. Vide Perideræon.

DESMATA, δέσματα, ligamina, quibus mulieres vtuntur in capite: de quibus apud Homerum lib.22. Iliad. de Andromache loquentem:

τῆλε δ' ἀπὸ κράτος χεε δέσματα συγκάλόνετα.

Vide supra Anadema.

DEXTRALIA, inter ornamenta muliebria posita. Exodi cap.35. & num.31. & apud Diuum Cyprianum lib. de Habitu virginum, dum citat Esaiam cap.3. Quæ & ipse D. Hieronymus, aut quisquis is fuit, lib. Iudic. cap.10. vocat

DEXTRACIOLA, alij autem

DEXTROCHERIA, vt D. Ambrosius, & Iul. Capitolinus de Maximino loquens, Vxoris (inquit) dextrocherio vtatur pro annulo. Et his quidem dictionibus significatur muliebrium brachiorum, præsertim dextrorum, ornamentum, quod ex auro aut alio metallo, in annuli lati formam gemmis integebatur. Rabbi autē Salomon dicit esse אָרְיָרָה id est, aurium ornamentum: quod in eodem cap.31. Num. scribitur אָרְיָרָה Septuaginta autem Interpretes verterunt πριδέριον, quod ultra vulgarem significationem ambidextri, significat etiam dextrale, aut quod circa dexteram inuoluitur: quod alibi Inaures vertit Hierony.

DIABATHRA, διαβάθρα, genus solearum Sexto Pompeio, & Polluci lib.7.c.22. vbi hæc dicit communia esse viris & mulieribus. Et hinc Diabathrarij, huiusmodi solearum confectores, apud Plautum in Aulularia. Est præterea διαβάθρα scala nautica.

DIALITHON, διάλιθον, positum inter ornamenta muliebria Polluci lib.7.c.22. Vbi Gualtherus Gemmam vertit.

DROPA, δρόπη, posita Polluci lib.5.c.16. inter ornamenta muliebria, & iterum lib.7. cap.22. ad fin. vbi Rodolphus Gualtherus vertit in aures.

DIPLOIDION, inter vestes muliebres posuit Pollux lib.7. cap.13.

DIPLOIS, genus vestis, quæ scilicet duplicata est: cuiusmodi sunt ἐμπρόναις, de qua infra: & ἐμπρόναιμα δίπυχον apud Theocritum.

DIPODIA, δίποδια, genus calceamenti Critiæ memoratum apud Pollucem. lib.7. cap.22. qui ea dicit esse, quas ἀπιδοκρεπίδας vocant, de quibus infra.

DISCERNICVLVM, quo discernitur capillus, vt dicit Varr. lib.4. de Ling. Latina. Nonius autem Marcellus dicit discerniculum acum esse, quæ capillos mulierum ante frontem diuidit. Diutum à discernendo. Lucilius lib.30.

Emplocamo digitis discerniculumq; capillo.

DISCRIMINALE, idem est. Hac enim dictione vsus est Diuus Hieronymus aut quisquis is fuit, Esa.3. cap.

DORIS, apud Herodotum lib. 5. vestis muliebris, quae fibula partem alioqui hiantem subnecteret. Ita autem vocatur, eò quod Doricum sit inuentum, vt ille ipse ait.

EANVS, εανός, vestis splendida & subtilis apud Homerum lib. 14. Iliad.

Εμφο δ' ἄψ ἀμβρόσιον εανόν ἔχει ὄμ, δι' ἀθηνῶν ἔφυσ' ἀσκήσατο τήνδ' ἐνὶ δαίδαλα πολλά.

Et in Hymno Veneris, loquens de ornatu ipsius.

ἀμβροσίω εανὸν τὸ εἶδος περὶ ὤμων ἦεν.

Vide infra in Peplo.

ECHINI, ἐχίνοι, ornamenta circa carpum manus, ex Polluce lib. 5. c. 16. quae & ψελλὰ, ποδικάρπια & βεβάλια dicuntur. de quibus & nos suo ordine dicemus: ita vt non admodum dissimilia intelligas brachialibus & armillis: de quibus etiam supra diximus.

ELENCHI, de quibus Plinius lib. 9. cap. 35. Et procerioribus sua gratia est: Elenchos appellat fastigiata longitudine, alabastrorum figura in plenior orbem desinentes. Hos digitis suspendere, & binos & ternos auribus, foeminarum gloria est. Et Iuuenal. Saty. 6.

Auribus extensis magnos commisit elenchos.

De his etiam fit mentio in l. pediculis. §. vlti. ff. de aur. & arg. leg.

ELLOBIVM, ἐλλόβιον. Nam & id Pollux lib. 5. c. 16. ponit inter muliebria ornamenta. Sunt, qui interpretentur ornamentum ab aure dependens, hoc est inares.

ELLEBORVM, ἐλλέβορον. Nam & id Pollux eodem loco, & rursus lib. 2. cap. 22. inter foeminea ornamenta reponit. Quid autem aliàs significet, nemo ignorat, nempe veratrum.

EMBADES, siue

EMBATAE sumptuosum calceamentum, vtrique sexui conueniens, vt nonnulli tradunt. Pollux autem lib. vij. c. xxij. autor est, ita vocatos fuisse calceos vulgares, & similes esse Comicis calceis. Graecè scribuntur ἐμβάδες, & ἐμβάται. Ammonius autem, Embades, inquit, Comica sunt calceamenta: Embatae, Tragica. Idem asserit & Thomas Magister: qui & illud simpliciter dicit, ἐμβάδια calceamenta sunt. Aristophanes in Pluto:

τοῖς ἐμβάδ' ἴσως τίς γρίσεται;

Et in vespis:

μῶν ἀπλώλεκε ἐμβάδας;

Hoc est,

Ἄν περὶ ἔδειξε ἐμβάδας;

Et rursus:

ἀλλὰ τῶτοις γ' ἔκ' ἐνὶ σὸν ὀφθαλμοῖσιν αἰδῶς.

τῶν παλάρων ἐμβάδων.

Hoc est:

Sed in his pudor ne antiquorum quidem inest calceamentorum.

EMPERONATRIS, ἐμπερονάτρης, diplois, siue vestis duplicata.

EMPERONEMA, apud Theocritum, quod & nonnulli Diploida interpretantur. vide supra Diplois.

ENCOMBOMATA, vestes puellares sunt, vt scribit Nonius Marcellus ex Catone libro de puellis ordinandis: Vt puellae habeant potius in vestitu chlamydas, encombomata, ac parnicidas, quam togas. Pollux autem ἐγκύβωμα vocat albam tuniculam.

ENCLASTRIDIA, ἐγκλαστρίδια, genus ornamenti muliebris, à Comicis vsurpatum, vt tradit Pollux lib. v. cap. xvj.

ENCYCLON, ἐγκυκλιον, vestis quaedam muliebris circularis, apud Aelianum lib. vij. de Varia historia, & apud Pollucem lib. vij. c. xxij. & ante hos apud Aristophanem in Thesmophor. & ab eo apud Clementem Alexandrinum lib. Pædagog. ij. c. xij.

ENDROMIS, ἐνδρόμις, genus vestis, apud Martialem lib. iij. Epigram. xix. (aliàs ix.) & libro xiiij. Epigram. cxxvj. & Iuuenalis Satyr. vj. vbi taxat mulieres Romanas, quod endromide purpurea vterentur:

Endromidas Tyrias & foemineum ceroma

Quis nescit? Et Satyr. 3.

Accipit endromidem, & si dixerit aestuo, sudat.

Pollux autem lib. vij. c. xxij. dicit Endromidas genus esse calceamentorum Dianæ propriorum. Sunt qui dicant, hanc esse vestem hirsutam & villi longioris, qua in balneis & gymnasiis præcipue veteres vti solebant: indeq; sic dictam esse, quod esset apta cursui. Nam δρόμος Graeci cursum vocant. Inde Endromidatus, Sidonio Apollinari.

ENETE, ἐνέτη, παρὰ τὸ ἐνέειν, hoc est, ab immittendo, fibula est, qua Iunonem se ornasse tradit Homerus lib. xiiij. Iliados:

χρυσέης δ' ἐνέτησι νῆϊ σῆθος περὶ ὤμων.

Quid autem sit fibula, postea dicemus.

ENOTIVM, ἐνώπιον, inauris, de qua postea dicemus. Hoc quoque in mundo muliebri posuit Pollux lib. v. cap. xvj.

ENTRICHON, ἐντριχον, coma apposititia. Vide infra Galericus.

ENTROPHA, ἐντροφα quasi dicas innutrita. Nam & hæc mulieribus ornamentis annumerat Pollux lib. 5. cap. 16.

ENTROPIDES, ἐντροπίδες, genus calceamentorum, ex Lexico. Entropion autem ἔντροπον, ponit Pollux in mundo muliebris: vbi Gualtherus vertit Velum. Vide infra.

EPERRHINIUM, ἐπερρίνιον, vide infra Inares.

EPHARTIDEM ponit Clemens Alexandrinus lib. Pædagog. 2. c. x. inter vestes muliebres. Est autem (vt nonnullis placet) lana pretiosior.

EPHODVS, vide infra Epomis.

EPIBLEMA, ἐπιβλημα, vestimentum exterius, amiculum, stragulum torale, apud Galenum, παρὰ τὸ ἐπιβάλλομαι τὸ ἐξέδουμαι, autore Budæo in Commentariis linguæ Græcæ. Quanquam aliud significare videatur apud D. Mattheum c. 9. Hoc autem genus vestimenti inter muliebria ponit Pollux lib. 7. c. 13. vbi Paludamentum vertit Gualtherus.

EPICRENON, ἐπίκρηνον, vitta, strophium. Ex Lexico.

EPICROCVM, apud Varronem, genus amiculi croco tinctum, tenue & pellucidum, teste Festo Pompeio lib. 5.

EPITOGIVM, pallium, quod togæ superponitur.

EPOMIDION, ἐπωμίδιον, atque etiam

EPOMIS, ἐπωμῖς, tanquam humerale dicas, quo scilicet humeri integuntur: quam vestem inter foemineas posuit Pollux lib. 7. cap. 13. Hieronymus, aut quisquis alius est, vertit Superhumeralis, Exodi 28. 35. & 39. non semel: quibus locis Castalio Ephodum transtulit. Quanquam & ille vulgatus interpres alibi simpliciter Humerale vertat, Ecclesiastici 45. vbi ipse Castalio Epomidis verbo Græco vsus est. Quibus ex locis intelligi potest, id vestimenti genus etiam viris conuenire. Hinc autem fit illud ἐπωμίδιον parua epomis. Vide infra Humeralis.

EVMARIS, ἐυμαρίς, calceamenti genus, ab induendi facilitate. Nam ἐυμάρις facilitas, ἐυμαρίς facilis dicitur. Est autem inuentum Barbaricum, è ceruina pelle confectum, cò mune viris & mulieribus, vt tradit Pollux lib. 7. c. 22.

FASCIÆ crinales pedulesque, aut, si malis, pedales, siue item pendules, vt nonnulli legunt in l. argumento. ff. de auro & argento lega. Ego malo legere pedules, ex antiqua lectione. Pedale enim (vt scribit Cornelius Fronto, in lib. de nominum verborumque differentiis) est mensura pedis: quod & probatur ex Plinio lib. 13. cap. 12. Pedule verò (vt scribit idē Fronto) sub pedibus præstat vtilitatem. Priscos autem vsos fuisse fasciis in pedibus, testis est idem Plinius, scribens lib. 8. c. 57. mures arrofisse Carboni Imperatori fascias, quibus in calceis vtebatur. Ex Tullij quoque verbis supra citatis in Calantica intelliges foeminas etiam his vti solitas. Beroaldus autē in Apuleiū lib. 7. non legit in d. l. argumento. crinales, sed crurales: quæ lectio satis etiam conuenit, cum legamus, crura quoque olim fasciis ligari solere: vt probatur, licet non dicat, ex Valerio Maximo lib. 6. cap. 2. dum scribit, de Pompeio candida fascia crus obligatum habente, Fauonium dixisse, Non refert, qua in parte corporis gestet diadema. Cuius etiam rei meminit Ammianus Marcellus 7. lib. Et ex Quintiliano libro 11. cap. 3. vbi ait, Fascias, quibus crura vestiuntur. Quæ item lectio placet Alciato lib. j. Prætermissorum, & Nebriffensi in Lexico, in verbo, Pedules. Tamen si idem alio in loco, in verbo, Crinale, legit Crinales: quod & mihi admodum arridet. Nam & id propriū & peculiare mulierum est, vt fasciis crines ligent. Sunt præterea & Fasciæ pectorales, quibus solent foeminae mammas cohibere. Ouidius lib. j. de Arte amandi:

Pedale.

Pedule.

Fasciæ pectorales

--Omne papille

Pectus habent tumida fascia nulla tegat.

Et Propertius lib. 4. Eleg. x.

Mollis & hirsutum sepi mihi fascia pectus.

Et Martialis in Apophoretis:

Fascia crescentes dominae compefce papillas.

Vt sit, quod capiat nostra tegatque manus.

Et Apuleius vbi statim citabo in Fasciola.

Græci σφόδιον vocant: de quo postea dicemus. De fascia quoque pectorali inter ornamenta muliebria fit mentio Esaiæ c. 3. vbi Aquila Cingulum interpretatur: Castalio tenuem interulam. & Hieremiæ c. 2. vbi ipse Castalio Lemniscos vertit. Verbo autem Hebraico dicitur חֲתָמִים Tullius lib. 2. Epist. ad Atticum, Epist. 3. loquitur de nescio quibus fasciis cretatis: quas nonnulli intelligunt pro calceis Sicyoniis: de quibus postea loquemur.

FASCIOLAE, diminutiuum à fasciis, apud Varronem lib. 4. de Lingua Latina, apud Ciceronem de Arusp. responsis, & Horatium lib. 2. Serm. Saty. 3. Vide & Apuleium lib. 2. Meta. vbi, ipsa, inquit, linea tunica mundulè amicta, & russea fasciola prænitente altiusculè, sub ipsas papillas succintula.

FEMINALIA, siue

FEMORALIA, quibus pudenda teguntur. His & mulieres vtuntur, vt etiam viri, vt videre est Exodi c. 28. Leuit. 6. & 16. Ezechielis c. 44. & Ecclesiastici capit. 45. Castalio secundo illo loco vertit Subligacula: de quibus infra. Posteriore vtitur Suetonius in Augusto, cap. 82. & vide infra Pericelides.

FIBVLAE, quas Iurisconsul. in l. argumento. non multò post principium, ff. de aur. & arg. leg. dicit ornamentum magis esse, quam vestem. Plinius quoque lib. 33. c. j. videtur eas cultui mu-

lierum assignare, cum dicit, Fabricam etiam Deum, fibulas & alia muliebris cultus, sicut inaures, &c. Quod & probatur ex illo Virgilij loco de Camilla loquentis lib. 7. Aeneid.

—Vt fibula crinem
Auro internectat.

Idem autem Virgilius lib. 4. Aeneidos,

Aurea purpuream subnectit fibula vestem.

Eandem quoque virorum fuisse, satis constat ex Livio 4. decad. lib. 9. cum scribit Quintum Pretorem suos equites catellis & fibulis ornasse. Et ex Epistola Bruti, relata à Plinio, eodem libro 35. capit. 3. statim post principium: & ex epistola Valeriani Imperatoris ad Zosimionem, apud Trebellium Pollionem in Vita Claudij Secundi Imperatoris: & ex Flauio Vopisco in Vita Aureliani, cum scribit eum concessisse, vt fibulas aureas gregarij milites haberent: & ex Epigrammate Martialis 80. lib. 7.

Menophili penem tam grandis fibula vestit.

Item in Apophoretis, disticho 215.

Dic mihi simpliciter, Comædis, & Citharædis

Fibula quid preestet? Carius vt futuant.

De fibulis autem chlamydem fit mentio l. j. C. nulli licere in fræn. lib. 11. Philostratus in Imagine Cupidinis, eum effingit cum fibulis aureis.

FIMBRIÆ, vestimentorum aut aliorum ornamentorum extremitates. Cicero in Pisonem: Erant illi compti capilli, & madentes cincinnorum fimbriæ. Apud D. Matheum c. 9. & Luca 8. mulier tetigit fimbriam vestimenti Christi: & alij apud D. Marcum c. 6. ad fi. Ita autē vocare possumus, quæ vulgus nostrum appellat, *bors, bordures, franges*, in quibus mulieres nostræ insaniunt.

FLABELLUM, quo mulieres, aut etiam viri, per æstatem ventilationem faciunt ad refrigerandam faciem, aut etiam ad abigendas muscas, Ouid. lib. 3. Amor. Eleg. 2.

Vis tamen interea tenues arcessere ventos,

Quos faciunt nostra mota flabella manu.

Profuit & tenui ventos mouisse flabello.

Martialis lib. 3. Epigram. 40.

Et astuanti tenue ventilat frigus.

Supina prasino concubina flabello.

Ex Propertio autem videmus, olim id ficti solitum ex pennis pauonis:

Et modo pauonis caudæ flabella superba.

Vide infra Rhipis.

FLAMMEVM, vestis, vel tegmen, quo matronæ caput tegunt: vt scribit Nonius Marcellus, vbi de genere vestimentorum tractat. Hoc autem amiciebantur nubentes omnis boni causa, propterea quod eo absiduè vtebatur Flamminica, id est, Flamini vxor, cui non licebat facere diuortium. De hoc Lucanus lib. 2. de Martia nubente Catoni: & Iuuenalis Saty. 2. & Plin. lib. 21. c. 8. Et Martialis lib. 11. Epigram. 79. ad Victorem,

Flammea texuntur sponse: iam virgo parata est.

Et iterum lib. 12. Epigram. 42.

Præluxere faces, velarunt flammea vultus.

Et in c. femina. 30. q. 5. vbi scribitur, sceminas, cum maritantur, ideo flammeo velari, vt se nouerint semper maritis suis subditas esse. Sed in nostris codicibus detracta est dictio, flammeo. Vulgus autem Italicum etiamnum Fazollum vocat. Vide Erasmus Tomo j. pag. 944. in impressione Frobeniana. Hinc autem Flæmearij dicti opifices huiusmodi vestium, apud Plautum in Aulularia.

FLAMMEOLVM, diminutiuum, apud Iuuenalem Saty. x.

—Sedet illa parato

Flammeolo. —

FOCALE, apud Quintilianum lib. 11. c. 3. Palliolum (inquit) sicut fascias, quibus crura vestiuntur, & focalia, & ligamina aurium, sola excusare potest valetudo. Item apud Horatium lib. 2. Sermon. Sat. 3.

Mutatus Polemon ponas insignia morbi

Fasciolas, cubitale, focalia, &c.

Quo in loco Acron putat eo nomine intelligi torques, vel coronas, quas gestabant in collo. Est & apud Martialem in Apophoretis illud de focali, Epig. 142.

Si recituro dederō tibi forte libellum,

Hoc focale tuas asserat auriculas.

Seneca autem lib. 4. Naturalium quæst. videtur accipere pro genere vestis, quo ad focum vtebantur. Videbis (inquit) quosdam graciles, & palliolo focalique circumdatos, pallentes & ægros. Videto Cæsar. Rhodig. lib. 18. c. x.

FORFICES, & Forficulæ, quibus mulieres vngues, aut aliud aliquid amputant, & incidunt quas nos vulgò *forsettes, & ciseaux* vocamus: quibus auratis feminae ad ornatum vti solent.

Vide infra Pfalis.

FRONTALIA, quæ nos vulgò *frontaux* vocamus, fronti scilicet applicari solita, gemmis & margaritis cooperta: quæ nos olim magno in vsu vidimus. Et hæc priscis temporibus equis & elephantis imponebantur, vt videre licet ex Livio lib. 7. Bel. Maced. & ex Plinio lib. 37. c. 12. Hac appellatione vsus est Castalio Esaiæ 3. pro eo quod vulgata editio dicit, gemmas in fronte pendentes. Vide supra Ampyx. & infra Paropis.

FUNDA, est circulus ex auro, aut alio metallo, quo gemmæ ita nectuntur, vt aurum non nisi margines amplectatur. Plin. lib. 37. c. 8. Præstantiores funda clauduntur, id est patentes, nec præterquam margines auro amplectente. Et c. seq. Funda includuntur perspicuæ: cæteris subiicitur orichalcum. Hanc nonnulli, & in his Rodolphus Gualtherus, existimant à Græcis à *πιδιοσφενδόν* dici, de qua nos infra dicemus.

GALBANVM, genus vestimenti muliebre, quod à viris gestari, non sine bile reprehendit Iuuenalis Sat. 2.

Cerulea indutus scutulata, aut galbana rafa.

Martialis autem lib. 3. Epigram. 40. de Zoilo loquens, veluti delicato, molli, & effæminato:

Iacet occupato galbanatus in lecto.

Et alibi scilicet lib. j. Epigram. 64. Galbanos mores dicit, pro mollibus & lasciuis. De tunica autem Galbana Vopiscus in Aureliano, siue hæc sit, siue alia.

GALBEVM, quoque scribit festus Pompeius, esse genus ornamenti, siue fuerit illud Galbanum, siue aliud: neque enim aliter declarat, Flauius autem Vopiscus in Aureliano, tradit Tetricum indutum tunica Galbina, fuisse ductum in triumphum. Cæterum ipse Sextus Pompeius lib. iij. scribit Galbeos armillas esse, quibus triumphantes vtebantur. quod an huc pertineat, cæteri viderint.

GALERVS, & diminutiue

GALERICVLVS, ex alienis capillis confusus, coma scilicet adulterina, quam nos *faulse perruque* vulgò dicimus. Hoc etiamnum mulieres nostræ sæpe vtuntur, vel vt mentiantur veros crines canosque aut aliàs deformes capillos occultent, vel vt caluitium velent: vt patet ex hisce versibus Ouidij lib. 3. de arte Amandi:

Famina procedit densissima crinibus emptis,

Præque suis alios efficit ære suos.

O quam sæpe, comas aliquo laudante, rubebis:

Et dices, empta nunc ego merce probor.

Dentibus atque comis (nec te pudet) vteris emptis.

Quamquam sunt qui Galericulum aliter intelligunt, non tamen longè ab hac nostra significatione. Priore vsus est Iuuenalis Sat. 6.

Et nigrum flauo crinem abscondente galero.

—Arcadij morem tenet ille galeri.

Et Claudianus lib. j. de raptu Proserpinæ:

—Cyllenius adstitit ales

Somniferam quatiens virgam, tectusq; galero.

Altero vsus est Suetonius in Orhone c. 12. Galericulo capiti propter raritatem capillorum ita adaptato & annexo, vt nemo dignosceret. Estque de eo Apophoretum Martialis lib. 14. Epig. 50.

Ne lutet immundum nitidos ceroma capillos,

Hac poteris madida condere pelle comas.

Id etiam Capillamentum dicitur Suetonio in Caligula, c. 11. Græcis autem *φενάκη & πηλίδιον*, & *πηλίδιον*, vt placuit Budæo in Annotationibus, in hoc citanti Demosthenem *πρὸ παραπροβείας*, id est, de falsa seu ementita legatione. Cui & tu adde Aristophanem in ea fabula, cui Acharnes titulus est:

Τὸ πηλίδιον πρὸ τῶ κεφαλῆν τὸ μύσιον.

Quin & *ἐνβίχον* dicitur. Horatius Caliendrum vocat, vt supra diximus.

GAUSAPA, vestes villosæ, quæ hyemali tempore gestantur: quorum meminit Plinius lib. 8. c. 48. Martialis lib. 14. non semel, & Persius Sat. 5. Et his quoque vsas feminas, ostendit illud Ouidianum lib. 2. de Arte:

Gausapa si sumit, gausapa sumpta proba.

GERMINA, omnibus notæ, quæ an & quomodo differant à margaritis, vide infra in Margaritis. Aelius Lampridius scribit Alexandrum Seuerum gemmas de calceamentis & vestibus abstulisse. Et postea subdit, eundem gemmas sibi oblatas vendidisse, quod muliebre esse existimaret, gemmas possidere, quæ neque militi dari possent, neque à viro haberi. Idem alibi refert, eundem Alexandrum dicere solere, gemmas viris vsui non esse. Vide infra Lapillos & Vniones.

GERMINA, vide supra Blaſta.

GREMIATA, vide infra Periscelesides.

GRYPHOMA, *γρύφομα*, positum à Polluce inter ornamenta muliebria, lib. 7. c. 22.

GYMNOPODIA, *γυμνοπόδια*, genus calceorum muliebrum apud Pollucem lib. 7. c. 22. vbi Gualtherus Nudipedia vertit, propterea, vt opinor, quod *γυμνός* nudum significet, & *γυμνόπους* nudipedem.

HELICTERES, ἠλικήτες, apud Pollucem lib. 5. c. 16. in mundo muliebri numerantur: eōsq; circa aures esse tradit. Quo in loco Cardines vertit Gualtherus. At li. 7. c. 22. vertit Inaures.

HELICES, ἠλικες, crines mulierum implexi, implicamenta capillorum, inaures, apud Homerum in Hymno Veneris, illius cultum describentem:

ἔιχε δ' ἐπὶ γναμῆας ἠλικας, κάλυκας τε φαινας

Quam vocem Andreas Diuus vertit Capreolos: qua ratione nescio. Nam & postea in eodem Hymno non aliter vertit, quàm Helicas. Vertebrae autem vertit Gualtherus apud Pollucem:

HEMIDIPLOIDION, ἡμιδιπλοῖδιον, id est, semidiploidion, etiam adscribitur muliebribus vestimentis à Polluce lib. 7. c. 13. Vide Diploidion.

HERMATTA, ἑρμάττα, aurium ornatus apud Homerum lib. 14. Iliad.

ἐν δ' ἄρα ἑρμάττα ἦκεν εὐτρήτοισι λαβάσι, ἑρμάττα δ' εὐρυδάμαντι δ' ὦ θεράποντες φέεικαν.

Vbi ipse Andreas Diuus Inaures quoque transfuit. Hæc quoque Iulius Pollux lib. 5. c. 16. ponit in mundo muliebri.

HIMATIION, ἡμάτιον apud Lyfiam, qui τῶν ἡματίων γυναικείων meminit: de quo tu amplissimè vide Budæum in Commentariis Linguae Græcæ, & Bayfium de re vestiaria. Hima quoque ἡίμα, pro amiculo posuit Homerus, 7. Odyff.

- Πολλὰ δ' ἔδωκα

Σίτον κῆ μέθυ ἐδόν, κῆ ἄμ βροτὰ εἶματα ἔασεν.

Et in Hymno Veneris, loquens de vestibus illius:

ἔοσα μὲν δ' οὐ πάντα πόρι χροῖ εἶματα καλά.

Et iterum postea:

Λῦσε δὲ οἰζῶντι, ἰδὲ εἶματα σιγαλόεντα

ἔκδνε. - Et rursus:

- αὐτὴ δὲ χροῖ ἐννυτο εἶματα καλά.

HORMOS, ὄρμος, monile, corrigia calceamentorum, vt nonnullis placet: de quo Homerus li. 8. Odifseæ:

ὄρμον δ' εὐρυμάχῳ πολυδαίδαλον αὐτὴν φέεικε.

Et in Hymno Veneris, vbi id ornamentum genus ipsi Veneri tribuit:

ὄρμοι δ' ἀμφ' ἀπαλῆ δειρῆ ποδικάλλεες ἦσαν.

Hormi autem circa molle collum perpulchri erant.

Ex quo potes intelligere, id genus ornamentum esse collare: pro qua voce Andreas Diuus transfuit Catenas. Postea autem in eodem Hymno vertit Monilia. vt etiam fecit apud Aristophanem in Vespis hifce carminibus:

φιάλας, χλανίδιας, σεφάνους,

ὄρμους, ἐκτώματα, πλοθύγαιαν.

Hinc autem ὄρμισσαι, monilia: & ὄρμισκος diminutiuum, paruum monile: cuius inter ornamenta muliebria meminit & Pollux libro vij. cap. 22. ad fin. vbi Gualtherus vertit Inaures. Vide tamen infra Isthmion.

HUMERALE, ornamentum genus, quod circa humeros ponitur. Vide supra Epomis. Scio & eo nomine significari arma, quibus humeri teguntur, Iurisconsulto nostro in l. qui commeatus. §. i. ff. de re milit.

HYDROBAPHES, ὑδροβαφές, vestis aquatilis, siue colore aquæ, mulieribus peculiaris, quæ nunc (inquit Pollux) lib. 6. c. 2. ψυχροβαφές appellatur.

HYPOCAMPRIA, ὑποκάμπια, à Polluce lib. 5. c. 17. inter ornamenta muliebria posita.

HYPODEMA, ὑπόδημα siue

HYPODESIS, ὑπόδησις, id est, calceus, seu calceamentum. Homerus lib. 18. Odyffææ:

εἶματα ἀμφιέσαιμι, ποσὶν θ' ὑπόδηματα δαίον.

Id autem est veluti generale calceamentorum vocabulum apud Pollucem lib. 7. c. 22. ad fi.

HYPODERIS, ὑποδερὶς, &

HYPODERAEVM, ὑποδέραιον, &

HYPODAEREVM, ὑποδάειρον, monile, torques, colli ornamentum, ex Polluce lib. 5. c. 16. & lib. 7. c. fi. Vatinius interpretatur Murenulam. Vide Deræa.

INAVRES, vulgò notæ, quas & inter ornamenta muliebria ponit Iurisconsultus in l. argumēto. §. ornamenta. ff. de auro & arg. leg. Et de his quoque fit mentio in l. pediculis. §. vlt. eod. titu. Harum quoque multus fuit vsus apud Iudæos, vt patet ex Geneleos c. 24. Exodi c. 32. & 35. Iudic 8. Iudith 10. Iob. 42. Prouer. 25. Esaiæ 3. Ezechielis 16. vbi Hieronymus ita dicit vocari, quòd de auribus pendeant: & Hebræis חַיִּים dicitur: quod Symmachus ibi interpretatur ἐπερρίμιον. & Ozex 2. ca. Eò autem processit luxus, vt & viri quoque his vtantur, vt videre licet ex Plin. lib. 11. c. 37. & ex eo Iuuenalis loco satyr. 1.

Natus ad Euphratem, molles quod in aure fenestra &c.

Idque etiam apud Iudæos. Nam scribitur: Dixitque ad eos Aaron: Tollite inaures aureas de vxorum filiorumque & filiarum vestrarum auribus.

INCINGVLVM, vide supra Cingulum.

INDVSIVM, quasi intusium, super quo mox subucula sumitur. Nam Varro lib. j. de Ling. Lat. Intusium vocat, ita scribens, Vnum, quod foris à palàm palla: alterum quod intus à quo intusium. Plautus in Epidico, Indusiatum vocat substantiuè. Vbi tamen Varro Intusiatum legit. Nonius Marcellus scribit Indusium esse vestimentum, quod corpori intra plurimas vestes adhæret, quasi infusum. Inde autem indusarius dictus Plauto, qui huiusmodi indusia conficit: & pueri indusiati, Apuleio lib. 2. Metamorph. vbi plerique legunt inclusiati: & iterum lib. 8.

Indusarius. Indusiatus.

INSTITA, tenuis fasciola, quæ stolæ extremitates ambibat. Græci ποδικήνιον appellant, quòd togæ subsuebatur. Hac honestæ matronæ vtebantur. Horat. lib. j. Serm. Saty. 2.

- Sunt, qui nolint tetigisse, nisi illas,

Quarum subsuta talos tegat instita veste.

Estè procul vitta tennes, insigne pudoris,

Quæq; regis medios insita longa pedes.

En iterum testor, nihil hic, nisi lege remissum,

Luditur: in nostris insita nulla iocis.

Et Ouidius lib. j. de Arte amandi:

Et iterum lib. 2.

ISTHMION, ἰσθμιον de quo apud Homerum lib. 8. Odyffææ,

ἰσθμιον ἦνεκεν θεράπον ποδικάλλεες ἄγαλμα.

Quo in loco Didymus interpres dicit id idem, quod ποδικήνιον, de quo infra dicemus: & in hoc differre ab hormo, de quo supra diximus, quòd isthmion collum cingat, hormos autem ab eodem demittatur: tanquam videlicet illud sit, quod vulgò collier vocamus, hoc autem chaine. Isthmia ponit Pollux lib. 5. c. 16. inter ornamenta muliebria: vbi Gualtherus vertit Monilia.

INTERVLAM, plerique omnes dicunt eam esse, quam vulgò Camisiam, hoc est tunicam carni proximam appellamus: de qua supra diximus. Huius meminerunt Horatius: & Martialis & Apuleius lib. 8. Metam. vbi satis patet hanc esse cuti proximam, discissaque interula, decora brachia sæuientibus palmulis cõuerberat. Et iterum lib. 2. Floridorum, post prin. & Valerius in Epistola ad Rufinum. Valerianus Imperator in quadam Epistola apud Trebellium Pollionem in vita Claudij. Et in alia apud Flauium Vopiscum in Vita Probi. & Aurelianus alter Imperator, in alia Epistola apud eundem Vopiscum, in vita Bonosi, & Martianus Capella lib. j. vbi scribit Tritoniam Psychedonasse interulam. Caterum Varro in libris Analogiæ docet hanc & virilem & muliebrem vestem fuisse.

LACERNÆ, vide Robertum Stepha.

LAPILLI, lapides pretiosi. Qui quantum differant à gemmis, tradit Sabinus ad Vitellium, apud Pomponium nostrum in l. Et si non sunt. §. perueniamus. ff. de auro & arg. legat. Gemmas enim esse pellucidæ materiæ, veluti smaragdos, chrysolithos, amethystos. Lapillos autem contrariæ superioribus nature, vt Obsidianos, vel Absianos: aut vt alij legunt, Obsionos, & Veiontonos, vel Neuentanos. Subditurque ibi, margaritas nec gemmas, nec lapillos contineri. Vide supra, Gemmas, & infra, Margaritas. Et Laurentium Vallensem Elegantiarum lib. 6. c. vlt. vbi differt à nostris Iurisconsultis.

LARVA & Laruula, vide infra Profopis.

LASIRIS, λάσιρις, inter ornamenta muliebria numeratur à Polluce lib. 7. c. 22.

LEDARIVM, ληδαρίον, atque etiam

LEDVS, λῆδον, &

LEDIVM, ληδιον, tunica æstiuæ, vt multis placet, communis virorum & mulierum, Polluci lib. 7. c. 13.

LEMNISCVS, vide supra in Fasciis ad fi. & præterea Plin. lib. 21 cap. 3. & Festum Pompeium.

LERIA, ornamenta tunicarum aurea, Sexto Pompeio lib. x.

LI MBVS, vestis pars extrema, apud Virgil. lib. 2. Aeneid.

- Limbo effulgens, & Gorgone sena.

Et lib. 4. eiusdem operis:

Sidoniam picto chlamydem circumdata limbo.

Quo in loco Seruius, Limbus, ait, fascia est, quæ ambit extremitatem vestium, secundum antiquum morem. Et Ouid. 5. Metamorph.

- Quam limbus obibat

Aureus: ornabant aurata monialia collum.

Et lib. 6. eiusdem operis.

Vltima pars tele tenui circumdata limbo.

Et picturato cohibet vestigia limbo.

Et Statius lib. Achilleidos j.

Tradit autem Trebellius Pollio, Zenobiam Palmyrenorum reginam, ad cõciones galeatam processisse cum limbo purpureo. Caterum Nonius Marcellus scribit Limbum esse muliebre vestimentum, quod purpuram in imo habeat. Arnobius autem contra Gentes lib. j. videtur accepisse limbum pro fascia, qua frons imminuitur, dum scribit, Imminuerent frontes limbis. A limbo autem Limbolarij dicti sunt Plauto in Aulularia, qui limbos conficiunt, vel aptant,

Limbolarii.

IN TERTIAM LEG. CONNVB. INTER ORNAMENTA MULIEBRIA ESIAÏ 2. C. &c.

LINTEOLA quoque, à Plauto in Epidico &

LINTEVUM, inter familiaria vestimenta enumeratur à Iurifconsulto in l. vestis. §. vlt. ff. de auro & arg. leg.

LUNULA, Plauto in Epidico id esse videtur, quod vulgus apud nos auream virgam appellat, quæ digito imponitur.

Lunulam atque anellum aureum in digito.

Hancque ponit D. Esaias c. 3. inter ornamenta muliebria. Quo in loco D. Hieronymus interpretatur Bullulas dependentes in lunæ similitudinē. Septuaginta interpretes ibidē verterūt *μνίσκος*.

MALACION, *μαλάκιον*, quod inter colli ornamenta ponit Pollux lib. 5. c. 16. & alibi simpliciter inter ornamenta muliebria, scilicet lib. 7. c. 13. Huiusque meminit Nævius Poeta antiquus apud Nonium Marcellum.

MAMILLARE, velum, aut fascia, qua mulieres mammas constringunt: de quo inter Apophoreta Martialis lib. 14. disticho 66.

Taurino poteris pectus constringere tergo:

Nam pellis mammas non capit ista tuas.

MANNOS, siue Mannos, siue Monos, *μάν*, *μάν*, *μάν*, genus monilis Doribus maxime proprium, apud Pollucem lib. 5. c. 16. Hinc *μαννοφόρος*, qui eo utitur.

MAMTIACES, *μαμιάκης*, idem cum superiori.

MANICAE, ornamenta vestium circa manus, vt scribit Seruius lib. 2. Aeneid. quibus scilicet manus teguntur. Virgil. lib. 9. eiusdem operis:

Et tunicae manicas, & habent redimicula mitrae.

Et Plinius iunior lib. 3. Epist. 5. quæ est ad Marcum: Cuius manus hyeme manicis muniabantur, vt ne caeli quidem asperitas vllum studiis tempus eriperet. Hinc Manicatus, apud Ciceronem in Catilinam, & Columellam, lib. 11. c. 1. qui manicas gestat. & Manuleatus dicitur Plauto in Pseudolo, & Suetonio in Caligula cap. 52. Quin & Manulearij dicuntur ab eodem Plauto in Aulularia, ipsarum confectores. Scio autem Manicarum alias præterea esse significationes, quæ huc non pertinent.

MANTELLIA, de quibus Arnobius aduersus Gentes lib. 2. Ex quo fati intelligis, ea esse quædam mulierum ornamenta.

MARGARITAE, videntur nonnullis differre à gemmis, de quibus supra diximus, ob ea verba Ciceronis in 6. in Verrem actione, Neque vllam gemmam aut margaritam fuisse. Dicunt enim gemmas diuersi coloris esse, margaritas tantum albas: vel gemmas integras margaritas pertusas: vt retulit Seruius, subdubius, vt videtur, enarrans illud Virgil. j. Aeneid.

—Colloque monile

Baccatum, & duplicem gemmis auroque coronam.

Et Laetantius, aut quisquis est ille Statij interpres, in locum eiusdem Poetae li. 6. Thebaidos:

—Teretisque hic undique gemma

Verum gemmæ, nisi fallor, sunt veluti genus omnium pretiosorum lapidum, vt videre licet apud Plinium lib. 37. per totum eum librum: margaritæ autem species sunt, quas scilicet vniones, & vulgò Perlas dicimus: vt etiam videri potest ex ipso Plin. lib. 9. c. 35. Porro margaritas inter ornamenta muliebria ponit Iurifconsultus in l. argumento. §. ornamentorum. ff. de auro & arg. leg.

MASCHALISTERES, *μασχαλιστήρες*, ornamentum pectoris & axillarum apud Philippidē Comicum in *ἀδωνιαζόσαις*, ex Polluce lib. 5. cap. 16. Nam & *μαχάλα* dicuntur finis sub summo brachio. Latini vocant axillas & alas.

MASTURCAE, siue Masturgæ: vtrunque enim legitur apud Arnobium lib. 2. aduersus gentes. Et inde Masturgatus Plauto. Et fortè legendum est Mastruce, & Mastrucatus, vti legitur apud Ciceronem, qui eam vestem Sardorum esse dicit, in Oratione pro Scauro, (vt à nonnullis citatur: neque enim extat) & in Oratione de Prouincijs Consularibus.

MESOPERSICAE, *μεσοπέρσικαι* genus calceamentorum muliebrum, apud Pollucem lib. 7. cap. 22.

MITRA, & diminutiue

MITELLA, parua mitra. Nam & mitras inter vestimenta muliebria posuit Iurifconsultus in l. vestis. §. mulieribus. & in l. quamuis. ff. de auro & argen. legat. & liber Iudith, ca. x. vbi Castalio Fasciam vertit. Et Esaias c. 3. vbi Hieronymus dicit esse capitis ornamentum. Et Varro lib. j. de Ling. Lat. & Lucretius lib. 4. Et Plinius lib. 35. c. 9. cum dicit, Capita mulierum mitris versicoloribus operuit. Et Catullus in Argonauticis de Ariadna loquens,

Non flauo retinens subtilem vertice mitram.

Est enim genus fasciæ, siue tæniæ, quo caput obligatur: vt videre licet ex hoc Euripidis loco,

Μίτρας ἀνάδ' ἄποισ ῥυθμίζεσθ' πλόκαμον.

Et ex illo Herodoti, *μίτρας κἀσειλίχατο*. quod & ex illis annotauit Cælius Rhodiginus lib. 6. cap. x. vbi & ipse subdit, esse quosdam, qui sic finiant, ex fascibus, horariisque concinnatas corollas dici mitras: eamque appellationem inclinari à *μίτρα*, quod filum est: atque etiam eo nomine dici

dici zonam, de qua postea dicemus num. 31. incip. quare autem. Apollonius verò Rhodius lib. Argonauticōn tertio, scibit Medeam radicem quandam à se decerptam imposuisse odoratæ mitræ, quæ illi circa pectora pendeat:

*Τὸν ῥ' ἤγε ἐξανέλασσε θυώδεϊ κάτ' ἀπὸ μίτρας
ἢ τε δὲ ἀμβροσίοισι περὶ σῆθεσιν ἐρεβ.*

Et non multò post tradit eandem pharmacum, quod ex ipsa radice & alijs rebus composuerat, è fascia quoque euoluiffe:

*Προπρὸ δ' ἀφ' ἠδ' ἠσσε θυώδεος ἔφελε μίτρας,
φάρμακον.—*

Virgilius autem lib. 9. Aeneid. huiusmodi ornatum veluti probrosum & muliebrem in viris criminatur:

Et tunicae manicas & habent redimicula mitrae.

Quo in loco Seruius, Pilea, inquit, sunt virorum, mitræ sceminarum, quas calanticas dicunt. Idem Virgilius lib. 4. eiusdem operis:

Et nunc ille Paris, cum semiuirō comitatu

Meonia mentum mitra, crinemq; madentem

Subnixus, &c.

Et Ouidius in Epistola Deianiræ ad Herculem:

Ausus es hirsutos mitra redimire capillos.

De calanticis autem supra diximus. Mitellæ autem nomen vsurpauit Cicero in Oratione pro C. Rabirio Posthumo: vbi tamen nonnulli legunt Mitrella. Et Virgilius in Copa & Apuleius lib. 7. Metamorph. vbi apertè ostendit, id esse ornamentum muliebre: iterumq; lib. 8.

MONILE, de quo Festus Pompeius lib. 11. Monile, inquit, dictum est ornamento muliebris genus, cuiusmodi habuisse Eriphylen fabulæ ferunt. Alij autem dicunt esse ornamentum, quod de collo puellarum pendet: ita dictum, quòd virtutis admonet. Nam primò ob aliquod egregium factum dari solebat. Virgilius lib. 1. Aeneid.

—Colloque monile

Baccatum, & duplicem gemmis auroq; coronam

Ferre iubet.—

Ouidius 5. Metamorph. haud multò post princ.

—Ornabant aurata monilia collum.

Et lib. 10. eiusdem operis:

Pendebant tereti gemmata monilia collo.

Dat digitis gemmas, dat longa monilia collo.

Et in Epistola Deianiræ ad Herculem:

Vidit in Herculeo suspensa monilia collo.

Et toto posuere monilia collo.

Cicero loquens de illa Eriphyliæ fabula, 6. in Verrem Act. Eriphyliam (inquit) accepimus in fabulis ea fuisse cupiditate, vt cum vidisset monile, vt opinor, ex auro & gemmis, pulchritudine eius incensa, salutem viri proderet. Seruius autem interpretans priorem illum Virgilij locū, dicit monile segmentum dici: de quo nos postea dicemus. Hieronymus in 3. cap. Esaiæ, dicit monile vno verbo omnia ornamenta muliebria significare.

MORTARIOLA, vide infra Olisci.

MORTVALLIA, apud Nonium Marcellum in Patagio, ex Nævio in Lycurgo.

MVLEI, calcei purpurei coloris, qui primò (vt tradit Festus Pompeius lib. 17.) peculiare fuerunt Regum Albanorum, deinde patritiorum, tandem mulierum. Flavius Aurelianus Imperator apud Flauium Vopiscum in vita ipsius, ad finem, mulleos viris omnibus abstulit, & mulieribus reliquit: quod & nos alibi ad aliud retulimus. Dicti autem sunt à mulando, id est, suendo, vt scribit Festus Pomp. eo. lib. 17. Ab eius autem colore mullum piscem dictum putabat Fennestella, referente Plinio lib. 9. cap. 17.

MVRAENVLA, inter ornamenta muliebria posita Num. 3. Canti. 1. & Esaiæ 3. quam colli aurum nunc vulgus appellat, vt tradit Hieronymus, quòd scilicet metallo in virgulas lentefcente, quadam ordinis flexuosi catena contextitur: ex murænæ piscis imagine vocabulo conformato. Idem Hieronymus in d. cap. 3. Esaiæ scribit murænulas auri atque argenti texti virgulis. Vide Hypoderæon.

MVTATORIA, ab Esaiâ cap. 3. inter ornamenta muliebria posita: de quibus vide ibi Hieronymum, & quæ diximus supra in Anabola. Et fortè hæc sunt, quæ Homerus lib. 8. Odyf. *ἐμμοιβὰ* vocat, id est, vestimenta mutatoria, permutata, alternata.

ἐμμοιβὰ τ' ἐμμοιβὰ λαστρά τε θερμά κη' εὐνάι.

Castalio autem in d. c. 3. pro mutatorijs vertit Ricas: de quibus infra dicemus.

MVRON, *μύρον*, inter ornamenta muliebria posuit Pollux lib. 7. c. 22.

NITRVM, *νίτρον*, muliebribus ornamentis annumeratum ab Aristophane in Thefmoph. & à Polluce lib. 7. cap. 22.

Manicatus.
Manuleatus.
Manulearii.

N O S S I D E S, νοσίδες, è genere calceorum muliebrium, Polluci lib. 7. c. 22.

N O V A C V L A, vide infra Xyros, & supra Commotridium.

N Y D I P E D I A, vide supra Gymnopodia.

N Y C T I P E D E C E S, νυκτιπέδες, calceorum muliebrium species, apud Pollucem eodem loco.

N Y M P H I D E S, νυμφίδες, genus calceamentorum muliebrium, de quibus Cælius lib. 28. c. 27.

O C H T H O S, ὄχθος, limbus, vestis muliebris, Polluci lib. 7. cap. 21. Lexici concinnator ὄχθοισοῦ appellat. Aliud enim illi significat ὄχθος, nempe onus, cumulum, collem, locum iniuium.

O C R E A E, vide infra Scelæ.

O D O N E S, de quibus in l. argumento. §. fasciæ. ff. de aur. & arg. legato. vbi dicitur, quod vsum calceamentorum præstant: nisi ibi mendum sit, & legendum potius vndonum, quod putat Castellianus Cotta, in verbo Vndones. Sed non video quo modo vndones vsum calceamentorum præbeant. Quid verò, si legamus Othones? Sed nec hi utique conueniunt calceamentis. Vide infra Othones.

O E S P O E O N, ὀϊσποῖον, genus calceamenti muliebris, Polluci lib. 5. cap. 16. vbi Gualtherus vertit Monile.

O L F A C T O R I O L A, inter ornatus muliebres ponit Esaias cap. 3. quæ crediderim ea esse, quæ nostræ mulieres olfactus & odoris gratia specie pomi deferunt, auro quidem argenteve contexta ac circumdata.

O L Y S C I, ὀλίσκοι, annumerantur mundo muliebri à Polluce lib. 7. cap. 22. Gualtherus vertit Mortariola.

O M P H A C I N O N, ὀμφάκινον, à Polluce memoratur pro veste fœminea lib. 7. cap. 13. Aliàs autem significat oleum oliuarum immaturarum.

O P H I S, ὀφίς, ornamentum manuum. Polluci lib. 5. cap. 16. à similitudine, vt opinor, serpentis dictum. Nam & Anguiculam vertit Gualtherus apud Pollucem lib. 5. cap. 16. Huius etiam meminit Nicostratus Poëta Comicus, & ex eo Clemens Alexandrinus lib. 2. Pædagog. cap. 12. vbi Gentianus Heruetus vertit serpentem. Quo in loco Clemens ipse hæc etiam dicit memoratu digna, quod quemadmodum Euam serpens decepit, ita etiam alias mulieres mundus muliebris aureus, esca vtens serpentis figura, in probra impellit: nempe murænulas quasdam aureas, & serpentes ad decorem effingens. Vide supra Anguicula, & Murænula.

O P I S T H O C R E P I D E S, ὀπισθοκρηπίδες, genus calceamentorum muliebrium, ex Lexico: de quibus etiam Pollux lib. 7. c. 22. non semel. Vide supra Dipodia.

O P I S T H O S P H E N D O N E, ὀπισθοσφενδόνη, ornamentum quoddam muliebre apud Pollucem lib. 5. c. 6. ex Aristophane: & iterum lib. 7. cap. 22. In priori loco Redimiculum vertit Gualtherus, in posteriori Fundam: de qua supra diximus.

O R E A, quibusdam genus quoddam ornamenti muliebris: de quo vide infra Stomia. Quamquam sciam id aliud significare Festo Pompeio lib. 13. ex antiquis autoribus.

O R T H O S T A D I A E, ὀρθοστάδια, tunicae consistentes, quæ rectæ manent, nec accinguntur, apud Aristophanem: quas Pollux lib. 7. c. 13. dicit communes esse viris & mulieribus.

O T H O N A E, ὀθόνας, apud Homerum lib. 3. Iliad. loquentem de Helena,
αὐτίκα δ' ἀργενῆσι καλυψαμένη ὀθόνησι. Hoc est,
Confestim autem splendidis amicta othonis.

Andreas autem Diuus vertit Velis: Eobanus Hessus Amictu. In eo verò loco Didymus interpres dicit, Othonas ex lino contextas esse, alij ex lana, quibus assentitur Pollux. Ego Didymo magis crediderim, quando D. Ioan. cap. 19. scribit corpus Christi obligatum fuisse othoniis cum aromatibus. καὶ ἐν ἑαυτῷ ὀθονίαις μετὰ τὰ ἀρωμάτων: id est, linteis, vt vertunt vulgaris editionis interpretes, Erasmus, & Castalio. Cæteri autem Euangelistæ, quod Othoniis dixit Ioannes, Sindone dicunt, quam inter linea vestimenta posuit Pollux. Vide Cælium Rhodiginum lib. 16. cap. 10. & infra in dictione Sindon.

P A L L A, à Iuriconsulto ponitur inter ornamenta muliebria, in l. vestis. §. muliebria. ff. de aur. & arg. leg. Quod & intelligi potest ex eo quod scribit Lilius 3. decadis lib. 7. non multò post princ. Senatum Romanum ad Reginam Cleopatram dono misisse pallam pictam cum amiculo purpureo. Est autem, vt scribit Nonius Marcellus multorum autoritate, honestæ mulieris vestimentum, hoc est, tunicae pallium: quod & tradit Seruius, enarrans illud Virgilij libro 1. Aeneidos,

Ferre iubet pallam signis auroq; rigentem.

Vbi præterea dicit, pallam dictam secundum Varronem à vibratione & mobilitate, quæ est circa finem huiusmodi vestium, ἀπὸ τῆς ἀλλοίωσιν. Ea autem ad vestigia vsque demittebatur. Virgilius libro 11.

-- Pro longa tegmine palla

Tigridis exuuiæ per dorsum à vertice pendent.

Quo in loco Seruius, Palla, inquit, propriè est muliebris vestis, deducta vsque ad vestigia. Tibullus lib. 1. Eleg. 7.

Fusa sed ad teneros linteæ palla pedes.

Et lib. 4. de laude Sulpitiæ ad Martem:

Vrit, seu Tyria voluit procedere palla.

Ad talos stola demissa, & circumdata palla.

Ouidius lib. 11. Metamorph.

Ille caput flauum lauro Parnaside victus,

Verrit humum Tyrio saturata murice palla.

—Vt primos edere planctus

Cassandra inciperet, scissag, polyxena palla.

Ea quoque vsas fuisse meretrices constat ex eo Plauti loco in Menæhmis:

Hanc modo uxori intus pallam surripui, ad scortum fero.

Item ex aliis multis eiusdem fabulæ locis. Hanc nonnulli dictam putant, quod palàm & foris esset, sicuti & virosum pallium: de quo & nos statim dicemus.

P A L L V L A, diminutiuum, apud Plautum in Truculento:

Aut petit aurum, quod conscissa pallula est.

P A L L I V M, quod Iuriconsul. in d. l. vestis. §. communia. ff. de aur. & arg. leg. ponit inter communia virosum & mulierum vestimenta, quæ promiscua vocat Tacitus lib. 3. Sub eo autem tunica sumebatur. Vnde factus est locus prouerbio, Tunica pallio propior, apud Plautum in Trinummio. De pallio, vt vestimento muliebri, fit mentio apud Ouid. lib. 3. Amor. Eleg. 2.

Sed nimum demissa iacent tua pallia terre,

Collige: vel digitis, en ego tollo meis.

Et lib. 1. de Arte amandi:

Pallia si terra nimum demissa iacebunt,

Collige, & immunda sedulus effer humo.

Item Gene. 24. cap. vbi Rebecca, viso Isaac, tollens citò pallium suum, operuit se. Apud Flauium Vopiscum vxor Aureliani Imperatoris ab eo petiuit, vt vnico pallio serico vteretur. Lampridius in matronas regias contentas esse debere vnico pallio, auro sparso Plautus in Bacchidibus, & in Milite, Malachum pallium dicit, pro molli & delicato. Est autem liber Tertulliani hoc titulo, De pallio: quo fatis ostendit, id quoque virile esse vestimentum.

P A L L I O L V M, diminutiuum, apud Iuuenalem Saty. 3.

Vxorem Comædus agit vel Dorida, nullo

Cultam palliolo.—

Et apud alios plerosque, præsertim apud Esaiam cap. 13. vbi inter ornamenta muliebria ponitur: Quamquam Iuriconsul. noster in d. l. vestis. §. virilia. id ponat inter virilia vestimenta: quod eò magis miror, quod postea pallium inter communia connumeret, vt diximus. Nam & virosum fuisse fatis ostendit illud, Pallium & barbam video, Philosophum non video. Id enim proprium Philosophorum erat. Sed & Palliolum quoque mulierum esse, innuit Iuriconsultus in l. Titia. ff. de auro & arg. leg. vbi mulier mulieri legat palliola. Hieronymus autem Esaiæ 3. cap. dicit à Græcis δεισπορον vocari, de quo postea. Castalio eodem loco pro palliolis, quibus est vsus vulgatus interpret, vertit Supparos: de quibus postea dicemus. Cæterum Flauius Vopiscus in Bonoso, Tunicas palliolatas dicit. Et Martialis mulierem palliolatam, lib. Epigram.

Hanc volo quæ facilis, quæ palliolata vagatur.

Vide supra Ampechonium.

P A R A L V R G E S, παραλურγες, vestimenti genus: vtrinque habens intextam purpuram: Iones παραλურγες vocant, vt scribit Iulius Pollux lib. 7. cap. 13.

P A R A P E C H Y, παράπηχυ, tanquam dicas cubitale, apud Pollucem lib. 7. cap. 13. vestis alba, cubitum (vnde illi nomen est) purpureum contextum habens. A Varrone lib. 1. de Ling. Lat. inter ornamenta muliebria ponitur.

P A R I L I A, apud Varronem lib. 4. de Ling. Lat. hinc dicta, vt ipse dicit, quod facta essent duo simplicia paria.

P A R N A C I D E S, vestes puellares, ex Catone, apud Nonium Marcellum. Vide supra Encombomata.

P A R O P I S, παροπίς, inter instrumenta muliebria annumeratur Polluci lib. 10. cap. 28. Rhodolphus Gualtherus Frontale vertit, de quo supra diximus.

P A R O T I O N, παρώπιον, ornamentum aurium, ex Lexico.

P A R Y P H E S, πάρυφες, tanquam dicas intertextum, Aristophani in Thesmophor. & ex eo Clementi Alexandrino lib. 2. Pædagog. cap. 12. vbi interpres vertit Prætextam, & Polluci lib. 7. cap. 13. Vide Cælium Rhodiginum lib. 16. c. 7. & Erasmus Adag. Chil. 4. cent. 4. cap. 95. & paulò ante in dictione Paralurges.

P A T A G I V M, Nonius Marcellus tradit esse auream chlamydem, quæ pretiosis vestibus immittitur solet, Sextus autem Pompeius lib. 14. Patagium est, inquit, quod ad summam tunicam assui solet, quæ Patagiata dicitur. Et certè patagij mentio est apud Tertul. in lib. de pallio, & Apuleium lib. 2. Metamorph. Quo in loco Beroaldus dicit patagium id genus ornamentum dici, quod mulie-

Patagiarj.

res in summa camisia parte circa collum assuunt, crispissimum, & vt inquit Apuleius, pinnatum. Patagiatae meminit Plautus in Epidico. Hincque Patagiarj, vt dicit Pompeius, qui huiusmodi opera faciunt, apud ipsum Plautum in Aulularia.

PECHYALES, πηχυαλές, vide supra Paralurges.

PECTEN, omnibus notus: ita autem dictus (vt refert Varro lib. 4. de Lingua Latina) quod per eum explicatur capillus. Hunc autem inter instrumenta muliebria ponit Pollux lib. 10. cap. 28. De hoc est apophoretum Martialis lib. 14.

Quid faciet nullos hic inuentura capillos,
Multifido buxus quae tibi dente datur?

PECTORALE, quod ante pectus ponitur. Nam & hoc legimus inter ornamenta muliebria, vt supra diximus de fascia pectorali.

PEDILON, πείδιλον, talare calceamentum varium. Homerus lib. 2. Iliad. atque iterum 4. eiusdem operis, loquens de cultu Iunonis:

Ποσειδῶν ὑπὸ λῆπαροῖσιν ἔδιδε καλὰ πείδιλα.

Quam dictionem Eobanus vertit Sandalia. Andreas autem Diuus, Calceamenta.

PELYNTRA, πέλυντρα, calceorum species ex Polluce lib. 7. cap. 22. ex autoritate Aeschylj in Phoenissis.

PENTECTENA, apud Antiphaniem, Pollux lib. 7. cap. 13. dicit tunicellas esse iuxta oram pura ornatas, radiis quinque intexta.

PENULA, quam Iuriscultus in d. l. vestis §. communia. ponit inter vestimenta communia virorum & mulierum: licet inter muliebria simpliciter posuisset in §. muliebria. qui continenter illum praecedat. De hac Aelius Spartianus in vita Adriani Tribunus plebis factus est, in quo magistratu ad perpetuam tribunitiam potestatem omen sibi factum afferunt, quod penulas amiserit, quibus vti Tribuni plebis tempore pluuiae solebant. Et alter Aelius Lamprid. in vita Alex. Seueri: Penulis (inquit) vt frigoris causa senes intra urbem vterentur, permisit: cum id vestimenti genus semper itinerarium aut pluuiae fuisset. Matronas tamen intra urbem penulis vti vetuit, in itinere permisit. Et Iuuenalis Saty. 5.

Scilicet hoc fuerat, propter quod saepe relicta
Coniuge, per montem aduersum gelidasq; cucurri
Exquiliis, fremeret seua cum grandine Venus
Iuppiter, & multo stillaret penula limbo.

Ex quibus intelligis, penulam arcendis pluuiis fuisse vsui, & eam dici, quam vulgò *manteau* vocamus: fuisseque promiscuam viris & foeminis. Scitum est autem illud Quintiliani, lib. 6. c. 4. Cum Galba negasset roganti penulam: Non pluit (inquit) non opus est tibi: si pluet ipse. Vtar. Nonius autem Marcellus Varronis autoritate Penulam abusuè dici quicquid tegit. Alibi autem, Penula, inquit, est vestis, quam supra tunicam accipimus. Et citat Pomponium poetam in Parinuciatibus, & Varronem in Regula diuina.

Vide de hac plura apud Bayfium de re vestiaria.

PEPLVS, siue peplum, est palla picta foeminea, vt tradit Seruius enarrans eum locum Virgilij lib. 1. Aeneid.

Crinibus Iliades passis, peplumq; ferebant.

Lactantius Placidus, aut, vt alij vocant, Luctantius, in Statij Thebaidem lib. 10. haud multò post princ. scribit peplum esse vestem candida aureis clauis pictam, sine manicis. Homerus lib. 5. Iliad. scribit Diomedem vulnerasse manum Veneris, atque lanceam transfixisse per peplum quem ei Gratiae confecerant. Et lib. 6. eiusdem operis, refert Hecubam, consilio Heleni vatis, ex suis vestibus pretiosissimum peplum, comitante coetu matronarum ad templum Palladis tulisse. Martianus lib. 1. de Nuptijs Philologiae, tradit Iunonis peplum esse caligofum, quod tamè si appulsi cuiusdam Iuninis tangatur, inter obtenebrantes nebulas, sudae perspicuitatis gratia praeniter. Sunt autem, qui peplos, ab eanis, quos supra memorauimus, distinguant: vt scilicet pepli sint variegati: & id quidem verum est, vt patet ex Homero lib. 18. Odyf.

ἄντινός μὲν ἔσκε μέγα πρὸς κλέα πέπλον
Ροίκλον.

Eani autem nullis distinguuntur varietatibus. Quod vtiq; falsum est, vt patet ex Homero, loco priori supra citato in Eano. Ideoq; alij vtraque voce idem significari volunt, vt videre licet ex ipso Homero in Hymno Veneris: quo in loco describit ornatum illum, quando cum Anchise concubuit: & quem Eanum prius vocarat loco posteriori citato in Eano, mox Peplum vocat:

Πέπλον μὲν γὰρ ἔσο Φαινόπερον πύργος ἀγῆς.

Si autem alia de peplo scire cupis, lege Pollucem lib. 7. cap. 13. vbi primùm id ponit inter vestimenta foeminea: deinde subdit, & viris quoque conuenire, ex Xenophontis autoritate de Armenio loquentis, nisi fortè ob id dicit, quod barbari erant, & vestitu foemineo delectabantur. Deinde dicit peplum & eanum idem esse: licet nonnulli tradant, eanos dici vestes variegationibus caerentes, variegatas autem peplos vocari. Lege etiam Caelium Rhodiginum libro 14. capite 18. Illud tantum addam, Homero ab hoc genere vestis mulieres interdum vocare

ἐλασιπέπλος,
πηνυπέ

πηνυπέπλος, & ἐνυπέπλος vt dicemus postea num. 32. incip. quod autem Homerus.

PERIBARIDER, περιβαρίδες, calceamenta muliebria, praecipuè famularum, ex Polluce lib. 7. cap. 22. ex autoritate Cephissodori in Trophonio.

PERIBLEMA, περιβλέμμα, positum Polluci inter vestimenta communia virorum lib. 7. cap. 13. vbi Gualtherus Amiculum vertit in duobus locis. Lexicon autem interpretatur Pallium, & Sagulum, quod circumiicitur corpori.

PERIBRACHIONIA, περιβραχιόνια, à Polluce lib. 5. cap. 16. mundo muliebri adscripta, & à nobis supra memorata in Armillis.

PERICARPIVM, ornamentum circa exteriorem partem manus, id est, iuncturam ipsius, quam Graeci καρπὸν vocant. Ex Polluce lib. 5. c. 16.

PERICHTONIVM, vide supra in Instita.

PERIDERAION, περιδέραιον, collarium, siue colli ornamentum, apud Pollucem lib. 5. cap. 16. & lib. 7. cap. 22. vbi Gualtherus priore loco vertit Ceruical, posteriore Monile. Vide supra in Ceruicali.

PERIDEXION, vide supra in Dextralibus.

PERILEVCION, περιλευκον, Antiphani memoratum & Polluci lib. 7. ca. 13. declaratum. Erat enim tela ex purpura texta, aut colore alio, in fimbria album colorem intextum habens.

PERINESON, περινήσον, atque etiam

PERINESSAEON, περινήσασαον, Antiphani quoque memoratum, & Polluci loco vltimò citato etiam declaratum, vt sit vestis fimbriata, habens fila dependentia, aut purpuram circumquaque ad oras contextam, insulae quadam imagine: ideoque hunc habitum (vt ipse ait) Anaxilas νήσον, id est, insulam vocat, cum scribit καὶ πῶς γυνὴ ὠσαεθ θάλαττα, νήσον ἀμφιένυσσεν: nisi fortè aliam vestem intelligat.

PERIPEZIA, περιπέζια, & Peripezides, περιπέζιδες, pedum ornamenta, ex Polluce lib. 5. c. 16. vbi haec tamen distinguit.

PERISCELIDES, περισκελίδες, crurum vel brachiorum ornamenta, à περι circum, & σκέλος crus, & brachium. Dicitio igitur Graeca est, sed à Latinis vsurpata, videlicet Horatio lib. 1. Epist. 18.

—Sape catellam,

Sape periscelidem raptam sibi flentis.

Et ab interprete Bibliorum Num. 31. & Esaiæ 3. Porphyrio autem interpres Horatij, vbi supra, dicit periscelidem esse ornamentum pedis circa crura. Hieronymus in Epistola ad Fabiolam, Quae Graeci (inquit) περισκελή vocant, nostri Feminalia dicunt, vel Braccas, vsque ad genua pertingentes. Illum autem locum Num. 31. Septuaginta Interpretes verterunt χλιδαῖνα, vt & supra diximus in dictione Chlidones. Iulius Pollux Onomastici lib. 2. eo capite, quo tractat de planta, huius ornamentum meminit ex Menandro, qui huiusmodi periscelidas dicit puellas gestare. Et hac quoque voce vsus est Paulus Aemilius Historiae Fran. lib. 11. pro eo quod vulgò *iarretiere* vocamus: idque ponit pro insigni ordinis Regis Anglorum. Tertullianus in lib. de cultu foeminarum, paulò ante finem, ita de his loquitur, vt planè ostendat, haec esse crurum ornamenta. Nescio an crus à periscelide in neruum se patiat arctari. Diuus autem Hieronymus in d. c. 3. Esaiæ, videtur intelligere ea esse ornamenta pedum. Cui succinit Pollux lib. 5. c. 16. vbi Gualtherus vertit Tibialia. Caelius Rhodiginus lib. 4. c. 11. scribit periscelides dici, quae vulgò gremialia vel transuersa dicunt.

PERISPHYRION, περισφύριον, pedis ornamentum, aut fimbria, vt vertit Laurentius Valla, in lib. 4. Herodoti. Pollux quoque lib. 5. cap. 16. id inter pedis ornamenta enumerat: vbi Gualtherus vertit Talare.

PERISTETHION, περισθηθιον, pectorale ornamentum mulieris circa pectus. Polluci lib. 5. c. 16. nam σθηθος pectus est.

PERITRACHELION, περιτραχήλιον, ornamentum colli ex Polluce lib. 5. cap. 16. τραχίλος enim collum, tanquam dicas collarium. Vide supra in Isthmion.

PRIZONIA, de quibus supra in Castulis.

PERONE, περίονη, fibula: vnde περίονη, & περίονη. fibula necto. Vnde apud Homerum legitur, χλαῖναν περίονησεν, id est, vt interpretatur Eustathius, peronis siue fibulis colligauit: & apud eundem lib. 18. Odysea:

—ὅτι δὲ ἔσεν περίονη δνοκαί δεκαπᾶσαι
Χρῦσαι κληῖσιν ἐϋγνάμπους ἀραρῶαι.
—αὐτὰρ δὲ περίονη χρυβίο τέτυκτο
ἀυλοῖσιν διδύμοισιν.

Et lib. 19.

Hanc ponit Pollux lib. 7. cap. 22. inter ornamenta muliebria: vbi Fibulam vertit Gualtherus. Pero autem Latinis calceamenti genus est. Qua voce vsus est Cato Originum lib. 7. & Virgilius lib. 7. Aeneid.

—Crudus tegit altera pero.

Et Iuuenalis Saty. 14.

Vbi Seruius dicit esse rusticum calceamentum.
Nil vetitum fecisse volet, quam non pudet alto
Per glaciem perone tegi.

Peronatus.

Hinc deducitur adiectivum Peronatus, quo vsus est Persius Satyr. 5. Ex quibus intelligis, quòd aliud significet Perone Græcis, quàm Pero Latinis.

PERSICAE, πρόσμιον, subligaria Aristophani.

PEZA, ψείρα, fimbria, ora, cyclas, limbus, & quicquid vestis extremitatem ambit. Ex Lexico.

PHAROS, φάρος, vestimentum commune viris & mulieribus, Polluci lib. 7. cap. 13. Gualtherus vertit Pallium, de quo supra diximus.

PHENACE, φενάκη, idem quod Galericius, de quo supra diximus, ἀπὸ φενάκιστον, quod decipere est.

PHITTACIDES, φιττάκιδες, genus calceamentorum muliebrium, apud Pollucem lib. 7. cap. 22.

PHYLACIDES, à quibus Phylacista Plauto in Aulularia, φύλακες τῶ ἐδῆτων.

PILIDION, vide supra in dictione Galericius.

PLAGAE, & diminutiue

PLAGVLAE, Nonio dicuntur linteum tegmen, quod nunc torale vel lectuariam findonem dicimus. Varro de Vita populi Romani. Chlamydes, plagæ, vela aurea. Et rursus: Eburneis lectis, & plagis sigillatis.

PLASTRA, πλάστρα, commemorata inter ornamenta muliebria Polluci lib. 7. c. 22.

PLOEARIA, πλωρία, calceorum muliebrium species, quæ ἀκόντια vocat Aristophanes, apud Pollucem lib. 7. cap. 22.

PLOCION, πλόκιον, ornamentum, tricha, in auris, genus monilis implexum & obliquum. Pollux lib. 5. c. 16. dicit id esse ex colli ornamentis.

POLYMITA, vestis versicoloribus liciis contexta, apud Plinium lib. 8. cap. 48. Eadem quoque voce vsus est interpres Bibliorum, Gene. 37. & alibi sæpe. Nam Græcè πολὺ multum significat, & μίτρος filum seu licium. Extat Martialis Apophoretum de polymita cubicularia lib. 14. disticho 150.

Hæc tibi Memphis tellus dat munera: vieta est

Pectine Nilivæ iam Babylonis acus.

Vnde & Polymitarius, huiusce vestis textor, 2. Regum cap. 21.

POMPHOLYX, vide supra Ampulla.

PORPE, πόρπη, fibula, bulla, monile. Ex Lexico. Hanc autem inter alia Veneris ornamenta, tribuit ei Homerus in Hymno ipsius:

πόρπας τε γναμπίδας ὀφθαλμίας, κάλυκας τε, καὶ ὄρμους.

Vbi Andreas Divus transtulit Fibulas.

PRAECINCTORIA, vide supra in Castulis.

PROCOMION, προκόμιον, id est, ut interpretatur Theodorus, coma appositiva, quæ quibus aliis nominibus vocetur, videbis supra in Galericulo. Hoc autem inter ornamenta muliebria posuit Pollux lib. 7. c. 22. vbi Gualtherus vertit Antias.

PROSCEPHALAEON, vide supra Ceruical.

PROSOPIS, προσωπίς, & Προσopion, προσωπίδιον, apud Aristophanem in Danaïdibus, idem est quod larua & laruula, adscripta instrumentis muliebribus à Polluce lib. 10. c. 28.

PSALIS, ψάλις, & Psalidion, ψαλίδιον, forfex, quam Pollux lib. 7. cap. 22. & iterum lib. 10. cap. 28. ponit inter instrumenta muliebria. Vide supra Forfices.

PSELLION, ψέλλιον, armilla, ornamentum manuum, apud Xenophontem lib. 1. ἀναβάσεως scribentem, Περσας σρεπτόδες πρὸς τῷ τραχήλῳ καὶ ψέλλια ἐπὶ τῶν χειρῶν ἔχον. Et apud Plutarchum in Cimone, recensentem spolia Persica. Traditq; Athenæus hæc ex margaritis quandoque fieri solita. Vide supra Echini. Porro nota est historia Brenni Gallorum Regis, qui cum depopularus Asiam Ephesum advenisset, plebeiam puellam adamavit, quæ ei & concubitum & Ephesi proditionem pollicita est, si mundum sibi muliebrem & psellia traderet: quod annuit Brennus, & ora vit milites, ut in avarissimæ puellæ gremium aurum quod gestabant, immitterent: quo ea obruta perit: ut scribit Clitophon lib. 1. Rerum Gallicarum, & ex eius autoritate Plutarchus in Parallels, cap. 30. Hinc autem Herodoto lib. 2. Pselliophori, id est, armillati. Psellion autem inter ornamenta carpi, hoc est, iuncturarum manuum ponit Pollux lib. 5. c. 16.

Pselliophori.

PSYCHROBAPHES, ψυχροβάφης, vide supra Hydrobaphes.

PVLVINAR, & Puluinus, & diminutiue Puluillus, à pluma nomen habent, ut quidam tradunt, quasi Pluminus, Pluminar, & Plumillus. Ex pluma enim mollissima conficiuntur, ut iis incumbentes molliter quiescant: neque tam capiti, quàm cubito, subiiciantur. Ex quo illud Ezechielis Prophetæ, cap. 13. Væ his qui consuunt puluillos sub omni cubito manus. Et paulò infra: Ecce ego ad puluillos vestros, quibus vos capitis animas volantes: dirumpam eos in manibus vestris. Sed & de Puluillo Apuleius lib. 10. non semel. Vbi puluillos vertit, quæ Lucianus πγοσ-κεφάλια vocat. Et Horatius Epod. Ode 8.

Quid? quòd libelli Stoici inter sericos

Iacere puluillos amanti?

De puluinari est illud Ouidij lib. 1. de Arte amandi:

Fuit vile multis

Puluinar facili composuisse manu.

His autem puluinis fericis vsos antiquos fuisse, ut & nunc constat ex Martiali lib. 3. Epigr. 40. Sed & de Puluinio fit mentio apud Suetonium in Nerone, c. 8. ex quo loco etiam intelliges. Puluinum & Ceruical idem esse. De ceruicali autem diximus supra.

PVLVISCVLVS, quo mulieres vtuntur ad munditiam dentium. Apule. in Apolog. Magiæ:

Misi, ut petisti, munditias dentium

Nitelas oris ex Arabicis frugibus

Tenuem, candificum, nobilem puluisculum,

Complanatorem tumidula gingiuula,

Conuertitorem pridiana reliquia.

Ne qua visatur tetra labes sordium,

Restrictis fortè si labellis riseris.

PVMEX, vide supra Cifferis.

PYLEONES, πυλώνες, apud Pollucem lib. 5. ca. 16. Gualtherus ex Callimacho Corollâ vertit.

RALLA, genus vestis, apud Plautum in Epidico:

Quid ista, quæ quotannis nomina inueniunt noua,

Tunicam rallam, tunicam spissam?

Dicta est autem à raritate, ut scribit Nonius Marcellus.

RECINIVM, aut ut alij vocant,

RICINIVM, genus vestis quadrata, ut scribit Sextus Pompeius lib. 18. hinc dictum, ut tradit Varro lib. 4. de Ling. Lat. à reiiciendo, quòd dimidiam eius partem retrorsum reiiciebant.

Dicitur & Recinus, ut constat ex Seruio, qui interpretans illud lib. 1. Aeneid.

Romanos rerum dominos, gentemque togatam.

Recinus, inquit, dicitur ex eo, quòd post terga reiiciatur. vbi etiam ostendit in vsu fuisse mulieribus. Huius quoque mentionem fecit Tullius lib. 1. de Legibus. Nonius quoque Marcellus citat Lucilium lib. j. Satyrarum,

Ricini aurati rice, atque horaria, mitræ.

Et Varronem in Prometheo lib. j.

Alia mitram ricinam, aut mitram Melitensem.

Martianus Capella lib. j. scribit Tritoniam Psyche donasse ricinium resolutum. A ricinio Ricinia dicitur Arnobio aduersus gentes. Vide infra Rica & Ricula.

REDIMICVLVM, à redimiendo dictum, apud Virgilium lib. 9. Aeneid. illo carmine supra sæpius citato:

Et tunica manicas, & habent redimicula mitræ.

Et apud Ciceronem 5. in Verrem Act. apud Plautum in Truculento. Quid lib. 4. Fastorum, & li. x. Metamor. & in Epistola Deianiræ ad Herculem, qua illum incesit, quòd aufus esset

Hirsutos mitra redimire capillos.

Vnde postea subdit:

Detrahat Antæus duro redimicula collo.

Et apud Iuuenalem Sat. 2. non semel & apud Martianum Capellam lib. 9. Est autem ornamentum capitis mulierum, & vitarum tæniæ pendentes à posteriori parte mitræ. Et ut tradit D. Hieronymus 2. Homilia in Cantica Cantorum, interpretans Origenem: redimicula hic dicit constrictiones vel connexiones monilium, quæ in ceruicibus sedere solent, ex quibus deducitur & descendit per collum reliquus omnis ornatus.

REDVNCVLVM, quod Sextus Pompeius dicit vocari Catellam, qua maximè vtuntur ornatus causa. Et licet ita scribatur in omnibus codicibus, vereor tamen, ne ibi Redimiculum sit legendum.

RETICVLVM, quod à Iurisconsulto positum est inter ornamenta muliebria in largumeto. 5. ornamentorum. ff. de aur. & arg. leg. tegmen capitis muliebre, ut tradit Nonius ex Varrone. De hoc Plinius lib. 12. c. 14. Persona adicitur capiti, densive reticulus. Et Iuue. Sat. 2.

Reticulumque comis auratum ingentibus implet.

Et Tullius 7. in Verrem Act. Ipse autem coronam habebat vnam in capite, alteram in collo: reticulumque ad nares sibi opponbat: tenuissimo lino, minutis maculis, plenum rosæ. Ex quo loco intelligis, id dici fasciam laneam vel lineam, ad formam retis factam, quam faciei admouemus, ne agnoscamur, vel ut naribus suaves odores admoueamus. Sed cum ad ornatum mulierum spectat, id certè est, quod capillos continet, quod nos vulgò coiffè vocamus. Nam ut dicit Varro lib. 4. de Ling. Lat. dictum est à reti, quod capillum contineret, & Reticulum à raritudine. De hoc reticulo videtur intellexisse Ouidius lib. 3. de Arte amandi:

Hanc decet ornari testudine Cyllenæa.

Ut scilicet reticulum sit curuum instar testudinis. Quare autem Cyllenæam appellet, discas ex interpretibus. nihil enim ad hunc locum pertinet.

RETIOLVM quoque à multis dicitur in eadem significatione, ut & dictum est ex Seruio supra in Crobyle.

RHIPIS, ῥίπεις, flabellum: Polluci positum inter ornamenta muliebria. vide suprâ Flabellum.

RICA, & diminutiue

RICULA, de quibus Sextus Pompeius lib. 16. Ricæ, & Riculæ, vocantur parua ricinia, & paliola ad vsum capitis facta. Granius autem (vt ille subdit) ait esse muliebri cingulum capitis, quo præcineta Flaminica redimitur: aut vt in aliis codicibus legitur, quo pro vitta Flaminica redimitur. Nonius autem Marcellus, Rica, inquit, est, quod hodie sudarium dicimus: allegatque Plautum in Epidico, Serenum in Opusc. lib. j. & Næuium in Pedio. Ex quibus fati constat, hæc esse ex ornamentis muliebribus. Quid autem sit sudarium, dicemus postea. Confestim autē pōst ipse Marcellus de Recinio loquitur, & citat illud Turpilij in Veliterna,

Ducit me secum: postquam ad adem venimus,

Veneratur Deos. Interim aspexit virginem,

Gestantem in capite riculam indutam ostrinam.

Ex quo intelligis, ipsum Marcellum eensuisse, idem esse riculam & ricinium: de quo suprâ diximus. Vide item ea quæ retulimus in dictione Mutatoria.

ROTVLA, vide suprâ Circulus.

SAMACIA, σαμάκια, ornamenta quædam muliebria ex Polluce lib. 5. c. 16.

SANDALIA, σανδάλια, pedum muliebrum ornamenta, de quibus lib. Iudith c. x. Menander, Herodotus, Cratinus in Legibus, Cephissodorus in Trophonio, Eupolis in Aurea ætate, & omnes ferè Comici, vt scribit Pollux lib. 7. c. 22. & præterea Clemens Alexandrinus lib. 2. Pædagog. cap. 11. Sed & eadem voce vtitur è Latinis Terentius in Eunucho:

Vtinam tibi committigari viderem sandalio caput.

Vbi Donatus calceamentum esse dicit. Iulius Pollux alibi tradit, genus calceamenti fuisse Hetruscis peculiare. D. Hieron. in Esaiam c. 20. dicit sandalia caligas vocari. Vide suprâ Pedilon. Philostratus in imaginibus effingit Cupidinem cum sandaliis inauratis.

SARDIA, σάρδια inter ornamenta muliebria recensentur à Polluce lib. 7. c. 22. ad fin.

SELEAE, τελεαί, inter genera calceamentorum posite à Polluce lib. 7. c. 22. vbi scribit nonnullos existimare, eadem esse cum antipodiis, de quibus suprâ diximus. Has autem Gualtherus Ocreas vertit.

SCIADION, σκιάδιον, vmbraclū: vmbella apud Pollucem lib. x. c. 28. vide infrâ Vmbraclū.

SCVLPONEAE, calcei ex lana confecti, Næuius, Plauto in Casina, & Catoni de Re rust. cap. 59. Hinc Sculponeatus, apud Varronem, qui sculponeis indutus est: Aspicio sculponeatam bigas sequi cornutas, vt hinc intelligas, & ad fœminas id genus calceamenti pertinere.

SCYTHICAE, τευθικαί, calceamenti genus, apud Alcæum & Stephanum, autore Cælio Rhodigino lib. 18. c. 24.

SEGMENTVM, colli ornamentum, quod & Monile dicitur, Seruio in lib. j. Aenei. sic dictum, quod ex segmentis fieri consueuerit, id est, bracteolis aureis, vel argenteis. Valerius Maximus lib. 5. c. 2. vbi de Coriolano loquitur: Matronis (inquit) permisit, aureis vti segmentis. De hoc etiam Iuuenalis Saty. 2.

Segmenta, & longas habitus, & flammae sumit.

Quo in loco sunt qui interpretentur Fasciolas, quæ in vestis extrema parte assutæ, iunctæque ornamento sunt indumentis muliebribus: vel quibus noua nupta amicitur, vt tradit Probus. Alij accipiunt pro margaritis & murenulis, id est, torquibus. Ouid. 3. de Arte amandi,

Quid de veste loquar? non iam segmenta requiro.

Quem in locum Merula, & Mycillus interpretes multa de his dicunt, vt ibi videre poteris.

SELEUCIDES, σελευκίδες, calceamentum muliebri, apud Pollucem lib. 7. c. 22.

SEMICINCTIA, quæ & ventralia dicuntur, demiz-cinctæ, vulgò dicta, de quibus est illud Martialis Apophoretum lib. 14. disticho 153.

Det tunicam diues: ego te præcingere possum:

Essem si locuples, munus utrunque darem.

SEMITRA, inter ornamenta muliebria ponitur ab Vlpiano in l. argumento. §. ornamento rum. ff. de auro & arg. leg. Vide Mitra.

SICRICA, à ritu, quod Romano ritu fœminæ facientes sacrificium, ea capita velabant, vt tradit Varro lib. 4. de Ling. Lat. Quanquam multò verisimilius est. Varronem ibi de rica loqui: locumque librariorum incuria corruptum esse, qui duas dictiones (Sic rica) in vnam contraxerunt.

SICYONIA, genus calceamenti, Sexto Pompeio lib. 17. ex Lucilio:

Et pedibus leua Sicyonia demit honesta.

Cui adde illud Lucretij lib. 4.

—Et pulchra in pedibus Sicyonia rident.

Et illud Ciceronis ex lib. j. de Oratore: Si mihi calceos Sicyonios attulisses, non vterer, quamuis essent habiles & apti ad pedem, quia non essent viriles. Et horum quoque mentionem facit Pollux lib. 7. c. 22. vbi dicit nomen ipsum indicare, quorum inuentum fuit.

SINDON, posita ab Esdra cap. 3. inter vestimenta muliebria, de qua Martialis. lib. 4. Epigram. 9. aliàs 19.

Ridebis ventos hoc munere tectus, & imbres,

Nec sic in Tyria sindone tutus eris.

Et lib. epigram.

Cultus sindone non quotidiana.

Estque velum tenuissimum, vt plerique omnes interpretes afferunt. Eratque lineum, vt apertè ex eo apparet quod tradit Laertius, Craterem philosophum ab Atheniensibus fuisse reprehensum, quod sindone amiceretur. Quibus ille, Theophrastum (inquit) ostēdam vobis opertum sindone. Non credentes eos induxit in tonstrinam, vbi ille tondebatur, ostenditque lino coopertum. Pollux lib. 7. c. 7. Ita de sindone scribit, σινδῶν ἀγροπῆια μὲν ἐστὶ πρὸς βόλαρον δ' ἐν εἰς τὸ νῦν δίκροστον καλῶμενον. Consule Cælium lib. 16. c. x. Sindonis autem fit mentio Iudic. 14. Prouerb. 31. Matthæi 27. Marci 14. & Lucæ 23. Vide suprâ Amictoria, & Othones.

SISYMBRION, inter ornamenta muliebria positum, Polluci lib. 5. c. 16. Verùm apud Aristophanem Sisymbria vocantur folia & flores, quibus spongi coronantur, vt etiam inter cæteros annotauit Cælius lib. 28. c. 24.

SITLAE, σιτλαί, aurium muliebrum ornamentum, apud Dores, teste Polluce lib. 5. c. 16.

SOCCEI, vulgò noti, & diminutiue

SOCCLVLI, sæpe Plinio memorati: sed vnum tantum aut alterum locum citare volui ex libr. 9. c. 35. vbi taxans luxum fœminarum, Margaritas, inquit, pedibus, nec crepidarum tantum astragulis, sed totis focculis addunt. Et lib. 37. cap. 2. Qui super omnia muliebria focculos induebat è margaritis. Sueronius autem in Vitellio cap. 2. Pro maximo (inquit) munere à Messalina petiit, vt sibi pedes præberet excalciandos: detractumque focculū dextrū inter togam tunicasque gestauit assiduè. Idem in Caligula, c. 52. tradit, Caligulam sæpe in publicum processisse in focco muliebri.

SOLEA, vulgò cognita, ita dicta, vt ait Festus Pompeius, quod solo pedis subiiciatur. Cicero de Afrup. respōsis: Clodius à crocota, à mitra, à muliebribus soleis, &c. Itali Planellas vocat. Hinc Soleatus, soleis calceatus. Cicero in Verrem Act. 7. & in Oratione in Pisonem. Et Solearius, solearum confector, Plauto in Aulu.

Soleatus.
Solearius.

SPATALIUM, muliebri ornamentum, inter delicias mulierum annumeratum à verbo σπατάλιον, quod est deliciari. Plinius libro 13. c. 25. eodēque vltimo, tradit hæc spatalia à mulieribus confici è frutice plocamo. Id autem fuisse manuum ornamentum, ostendit illud Tertulliani lib. j. de cultu fœminarum: Cæterum nescio, an manus spatilio circumdari solita sit, & duritia catenæ stupefcere sustineat.

SPECVLVM, muliebribus ornamentis annumeratum Exodi xxvii. & Esaiæ 3. dictum à speciendo, eò quod in eo se fœminæ aspectent, vt dicit Varro libro 4. de Ling. Lat. Vide suprâ Catoptron.

SPHENDON, σφενδόν, apud Pollucem lib. 5. c. 16. vbi Gualtherus interpres Fundam vertit: estque, vt nonnullis placet, pala annuli.

SPHRAGIS, σφραγίς, & Sphragidium, σφραγίδιον annulus sigillatorius, siue sigillum: nam & id inter ornamenta muliebria ponit Pollux libro 5. cap. x. & libro 7. cap. 22. Vbi Sigillum vertit Gualtherus.

SPINTHER, armillæ genus, quo mulieres vtebantur in brachio summo sinistro, vt scribit Sextus Pompeius lib. 17. At Priscianus lib. 5. dicit id significare aut fibulam in humeris, aut armillam. Ex Plauto autem in Menæhmis, in multis locis intelliges, id esse ex ornamentis muliebribus.

SPIRA, & diminutiue

SPIRULA, à Plinio lib. 19. cap. 35. inter ornamenta muliebria refertur, cum ait, vidisse se Lolliam Paulinam, Caij principis matronam, smaragdis margaritisque opertam, alterno textu fulgentibus, toto capite, crinibus, spiris, auribus, collo, manibus, digitisque. De spiris quoque loquitur Xenophon Rex. Græcarum lib. 4. cum dicit, Ascenderant spiris induti, perinde ac æstate, quasi scilicet id sit vestimentum æstiuum. Vide Cælium lib. 16. cap. 11. post princ.

STALAGMIUM, genus inaurium, vt tradit Sext. Pompeius lib. 17. ex autoritate Cælij in Cratino, aut (vt alij scribunt) in Carine: Ex aure eius stalagmium domi habeo. Hac quoque dictione vsus Plautus in Menæhmis:

Amabo, mi Menæhme, in aures da mihi:

Facienda pondo duum nummum stalagmia.

Sunt igitur ornamenta aurium, similitudinem stillarum congelatarum repræsentantia: σταλαγμίδες enim stilla est. apud Sextum tamen in quibusdam codicibus Stalagmium legitur, in aliis Stalagmium, in aliis Stalaginum, vbique, arbitror, corruptè. Apud Plinium lib. 34. cap. 12. Stalagmias legitur fœmin. gen. pro purissimo chalcanti genere in stitiarum formam concreto.

STOLA, quam inter vestimenta muliebria ponit Vlpianus in l. vestis. §. muliebria. ff. de auro & arg. leg. & ante eum Tullius in 7. Philipp. Sumpisti virilem togam, quam statim muliebrē stolam reddidisti. Et Varro & Iosephus lib. 19. ca. 1. vbi Caligulam carpit, quod stolis muliebribus vteretur. Ea autem ad imos pedes demittebatur, vt scribit Nonius Marcellus, & probatur loco eo Tibulli, quem postea citabimus, aliòque Horatij loco lib. j. Ser. Sat. 2.

Magno prognatum de posco Consule cunnum,

Velatumque stola.

Et paulò post:

155 v 2

Nec sic

Ad talos

Ad talos stola demissa, & circumdata palla.

Erātque propria honestarum matronarum. Ouidius de Arte amandi:

*Ecquid ad hac omnes rigida submovimus arte,
Quas stola continet, sumptaque vitta vetat?*

Et lib. 3. de Ponto, Episto. 3. ad Maximum:

*Scriptimus hac illis, quarum nec vitta pudicos
Attingit crines, nec stola longa pedes.*

Et Tibullus lib. j. Eleg. 6.

*Sit modo casta doce, quamvis non vitta ligatos
Impediat crines, nec stola longa pedes*

Hinc stolatus pudor, pro honesto & matronali pudore dictus à Martiale lib. j. Epigr. 92.

*Quis Floralia vestit, & stolatum
Permittit meretricibus pudorem?*

Cæterum Valerius Maximus lib. 6. c. j. quod de pudicitia est, in prin. Matronalem stola appellat. Te, inquit, custode, matronalis stola censetur. Maximè autem erat hæc stola locupletum, & primariarum, vt toga plebeiarum, & secundæ classis, vt Budæus, & alij nonnulli ex Horatio putant, dicta Sat. 2. li. Ser. 1. Nos autem postea de toga dicemus. Sed & stola virorum quoque erat, vt multis probat Lazarus Baysius lib. de Re vestiaria, in prin. & vt videre licet ex Genes. cap. 41. vbi Pharaon vestiuit Ioseph honoris causa stola bysina. Et certè etiam apud Græcos confunditur. Nomen autem accepit ἐξ τοῦ στέλλεως, quod est indui. Alibi autem Marcellus scribit, stolam apud veteres fuisse quicquid corpus tegeat. Vbi multos citat. Vide infra in Toga.

STOMIA, σόμια, à Polluce posita, inter ornamenta colli lib. 5. c. 16. vbi Gualtherus vertit Oreas.

STRAGULA, & Stragulum, de quo apud Iuriconsultum in l. cum Tunica. ff. de auro & arg. leg. & in l. quæsitum est. §. sed si fundus. ff. de fund. instrum. & in l. instratum. ff. de verb. signifi. vbi tu vide Alciatum. Stragulæ vestis meminit Cicero in 4. in Verrem actione, vbi Asconius Pedianus eam dicit esse vestem pictam.

STREPTOS, στρεπτός, torquis apud Persas, à στρέπω, torqueo. Vnde apud Herodotum, στρεπτοφόροι id est, torquati, siue torquem ferentes. Polluci autem lib. 5. c. 16. στρεπτοί ponuntur inter ornamenta muliebria. Gualtherus vertit Fibulas, de quibus supra diximus.

STRIGILES, quibus utebantur in balneis ad abradendas corporis sordes sudorèmq; detergendum. Fiebant ex auro, & argento, & nonnunquam ex quibuscunque lapidibus. Persius Sat. 5.

I puer, & strigiles Crispina ad balnea defer.

De strigilibus quoque est Apophoretum Martialis lib. 14. Disticho 51.

STROBILIA, στροβίλια, posita inter ornamenta muliebria à Polluce lib. 5. c. 16. vbi Gualtherus vertit Reculas.

STROPHION, στόφριον, positum est à Polluce inter ornamenta muliebria. Estque fascia brevis (vt inquit Nonius) quæ virginalium papillarum tumorem cohibet, testibus Plauto in Aulularia, Turpilio in Philopatro, Varroni in Sesiulyse. & Tullio in Clodium. Quibus adde illud Catulli in Argonauticis, de Ariadna loquens,

Non tereti strophio lactantes vinceta papillas

Aut, vt alij legunt, Teretes, cuiusdam papillas. Sed & Strophia coronæ dicebantur, ab insigni quod imprimebatur capiti sacerdotum, & στρέφειν, hoc est, à vertendo. Hinc Plinius lib. 21. c. 2. in prin. Tenuioribus utebantur antiqui, Strophia appellantes vnde Strophiola. Suidas verò scribit στόφριον ἐν στόγγυλον ζωνάριον, id est, rotundum cingulum, καὶ στέφανον τὸ κεφαλῆς, id est, coronam capitis. Vnde Virgilius in Copa:

Et granidum roseo nec te caput strophio.

De strophis vide è nostris Catellianum Cottam, in memoriali, incipienti vndones Cilicij. Ab hoc autem dicuntur Strophiarj Plauto in Aulularia pro confectoribus strophiorum.

STROPHIOLVM, diminutiuum à strophio, vt iam docuimus ex Plinio.

SUBLIGACVLVM, & subligar, prius apud Ciceronem lib. j. Off. alterum apud Iuuenalē Sat. 6. Martialem lib. 3. Epigram. 45. & Plinium lib. 17. cap. 14. Est autem vtrunque id, quo pudendæ partes corporis teguntur, vt tradit Nonius Marcellus. Hoc autem vtrunq; & fœminæ cum in balneas ingrediuntur. Castalio Leui. c. 6. Subligacula vertit, quæ alij fœminalia interpretantur.

SVBVCULA, genus vestis Nonio Marcello, ex Varronis lib. j. de Vita pop. Rom. cuius verba hæc sunt: Postea cum duas tunicas habere cœperunt, instituerunt vocare Subuculam & indusium. Sed & idem Varro lib. 4. de Ling. Lat. dicit Subuculam dictam, quod esset subtus: vt Supparum, quod supra esset. Acron autem explicans illud Horatij lib. j. Epist. j.

—Rides, si forte subucula pexæ

Tritâ subest tunica.—

Subucula (inquit) propriè dicitur pannus additius, à subiiciendo, vel à subsuendo. D. quoque Hieronym. ita de subucula loquitur in Iouinianum: Tunc pexa tunica, & nigra subucula vestiebaris, sordidatus & pallidus, quem in eo reprehendit Beroaldus in Apuleij Asinum aureum, lib. 2. tanquam perperam intellexerit, quid pexa tunica esset, vt ibi videre poteris. Vide item infra in dictione Supparus.

Strophiarj.

STECIVM, hic non adstruxissem, nisi Plinius lib. 37. ca. 2. hæc scripisset: Proximum locum in deliciis, fœminarum tamen adhuc tantum obtinent succina. Id autem quid sit, ex eo loco & capite sequenti intelliges, & ex Ruellio capite 39. lib. 1. vbi & succinum decoris causa, quadam monilium vice, à mulieribus apud nos gestari scribit, ab alijs effictum in orbiculos, seu verticilla, quibus preces suas annumerant in collo, brachijsve, aut certè in cinctu ferri. De succino quoque est illud Iuuenalis Saty. 6.

In cuius manibus ceu pinguis succina tritas

Cernis ephemeridas. Et lib. 9.

En cui tu viridem umbellam, cui succina mittas

Grandia.—

SVDARIVM, & diminutiue

SVDARIOLVM, linteum, quo sudor faciei abstergitur, & nares purgantur, vt satis patet ex Suetonio in Nerone, c. 25. & clariùs ca. 48. duobus in locis: item ex Quintiliano lib. 6. c. 3. & lib. 11. cap. item 3. & ex Martiale lib. 11. Epigram. 37. Sudarij autem appellatione vitur Castalio Esaię c. 3. pro eo quod vulgata editio habet Sindonem. Sudarioli appellatione vsus est Diuus Hieronymus ad Nepotianum de Vita clericorum. Vtrunque autem id est, quod vulgò nostrates mouchoir vocant. Vide supra Ricula.

SVEFFIGVLVM est, vt scribit Festus Pompeius lib. 17. vestimentum album, prætextum quadrangulum, oblongum, quod Vestales virgines sacrificantes in capite habebant: idque fibula comprehendebatur.

SUPERHVMERALE, vide supra Epomis, & Humerale.

SUPPARVS, siue Supparum, linteum est femorale, ad talos vsque pendens, vt tradit Nonius Marcellus: ita dictum, quod subtus appareat. Vtiturque is testimonio Plauti in Epidico, Næuij in Pedio, Afranij in Episto. Varronis in Eumenidibus. Sextus autem Pompeius lib. 17. Supparus, inquit, est vestimentum puellare, lineum, quod & subucula, id est, camisia dicitur, ex Afranio, vbi supra. Sed & hac voce vsus est Cicero, & Quintilianus, & Seneca & Iuuenalis, & Apuleius. De subucula autem supra diximus: vbi & nonnihil de supparo attulimus ex Varrone. Est autem & Supparum aliud, nempe genus veli mimici, ex Donato in Teren. & videre licet apud Apuleium lib. j. de Asino aureo, Supparium scenicum complicato, & alios. Vide supra Palliolum.

SYLLIBA, vide infra Thyfanon.

SYMMETRIA, συμμετρία, vestis talaris, hoc est, ad talos vsque demissa, apud Pollucem libro 7. cap. 13.

SYNTHESIS, significat genus vestis, quo ditiores ad sumptum vri solent: & interdum omnem vestem in vestiario positam, in l. Titia. §. j. ff. de auro & arg. lega. Extat de synthesi Martialis Apophoretum lib. 14. disticho 141.

Dum toga per quinias gaudet requiescere luctus,

Hos poteris cultus sumere iure tuo.

SYRMA, cauda siue tractus vestis fœminarum. Martialis lib. j. Epigrammate 155.

Musa nec infano syrmate nostra tumet.

Item lib. 12. Epigr. 91.

Aptasti longum tu quoque syrma tibi.

Dictum est autem Syrma παρα τὸ σφύρις, hoc est, ab eo quod trahatur.

TÆNIAE, ταινίαι, sunt, quas vittas vocant, quibus crines ligantur, vt ait D. Hieronymus in Esaiam cap. 3. Verum ita de his loquitur Sextus Pompeius lib. 18. Tænia Græcam vocem sic interpretatur Verrius, vt dicat ornamentum esse laneum capitis honorati. idque ex autoritate Cæcilij in Androgyno, Ennij in Alexandro, & Accij in Neoptolemo, vt ibi videre poteris. Sunt qui dicant, tæniam esse vittarum extremitatem: vt Seruius interpretans illud Virgilij 7. Aeneid.

—Fit tortile collo

Aurum ingens coluber fit longa tænia vitta.

Donatus autem ibi simpliciter interpretatur, tæniam, id est vittam. Nam sunt qui totam vittam esse dicant, ex eodem Virgil. lib. 5.

Puniceis ibant euincti tempora tænis.

Hieronymus autem loco iam citato simpliciter vittas esse dicit. Vbi & ipse Seruius dicit Tænia aliam significare vittas, vt ibi: alias extremitates vittarum, vt in illo præcedenti loco. De vitta autem dicemus infra suo loco. Sunt item, qui tæniam dicant zonam esse. Vide Cælium Rhodigium libro 16. cap. x. in fi. Sunt & qui fasciam interpretentur. Tænion verò neutro genere, Atticè τὰ θοδίσμα, pectorale est, siue torques, aut monile. Consule Lexicon.

TALARE, vide supra ποισφύριον.

TANTHEVRISTI, τανθευριστοί, quædam ornamenta genera, lapillos quosdam à se dependentes habentia: ita dicti à motu gemmarum, vt tradit Pollux libro 5. cap. 16.

TARENTINA, genus ornamenta muliebris, Aeliano lib. 7. de Varia Historia.

THERISTRA, quæ & Theristria (vtrunque enim reperitur) inter ornamenta muliebria posita Esaię

Esaie 3.c. quo in loco. D. Hieronymus dicit, ea à nobis Palliola posse appellari, quibus obuoluta fuit Rebecca, & hodie quoque Arabia & Mesopotamia mulieres operiuntur: quæ Hebraicè dicuntur, ריבוי Græcè θείρα, & θείρα δια, ab eo quod θείρα, hoc est, in æstate & caumate corpora protegant sceminarum. Hæc ille. Locus autem ille de Rebecca est Genes. 24. ad fi. quem interpret Latinus ita vertit: At illa tollens citò pallium suum operuit se. Castalio autem Flammeum vertit: de quo & nos suprà diximus. Idem Hieronymus in lib. Hebraicarum traditionum in Genesim, Theristrum, inquit, pallium dicitur, genus etiamnum Arabici vestimenti, quo mulieres provinciarum illius velantur. Id autem esse æstiuam vestem, vt chimastron (de quo suprà diximus) hyemalè, plerique autumant. Differentiam autem theristrum, & theristrum videtur facere Pollux lib. 7. c. 13. vbi vtrumque ponit inter vestimenta communia viris & mulieribus. Horum prius Gualtherus vertit Messorium vestem: alterum in sua voce Græca reliquit.

THRENA, quæ Cypriis dicuntur vestes floridæ ac variegatæ, ab animalibus eiusdem nominis, varietate distinctis ac maculosis, id est, πεποικιλμένοις, apud Thessalos, vt è recentioribus tradit Cælius Rhodiginus lib. 16. c. 9.

THYSANON, θύσανον, siue etiam Thyssanon, (nam vtrumque reperitur) quod & Syllibam vocari tradit Pollux lib. 7. c. 14. Est autem fimbria, siue ala. Huius meminit Homerus in ornamentis Iunonis lib. 14. Iliad.

ζώσατο ἡ ζώνη ἐκατὸν θυσανοῖς ἀραρήναι. Pro qua voce Eobanus Hessus Bullas vertit, Andreas autem Diuus, Fibras. Ab hac autem voce deducto epitheto, idem Homerus alicubi ἀγίδα θυσανόεσσαι appellat.

TIARA, ornamentum capitis, quo primùm vsæ sunt mulieres Persicæ, & postea Reges, & Sacerdotes. Hanc quoque inter ornamenta muliebria enumerat Pollux lib. 5. c. 16. Hanc ita describit D. Hieronymus ad Fabiolam. Quartum genus vestimenti est pileolum rotundum, quasi sphaera media sit diuisa, & pars altera ponatur in capite. Hoc Græci, & nostri, tiaram vocant: nonnulli galerum. Non habet acumen in summo, nec totum caput vsque ad comas tegit, sed tertiam partem à fronte inopertam relinquit: atque ita in occipitio vitta constructum est, vt non faciliè labatur ex capite. Strabo autem lib. 15. tradit esse calciamentum altum ac duplum magorum insulis simile. De Tiara autem reperies apud Plautum in Persa, Virgilium 7. Aeneid. Ouidium 11. Metamorph. Iuuenalem Sat. 6. & iterum Apuleium lib. x. Meta. Exodi c. 28. & 29. & Ezechielis c. 23.

TIBIALIA, quibus tibiæ velantur, eoque nomine id etiam armorum genus intelligimus, quo tibiæ munitur, vt apud Iuriconsultum in l. qui comæatus. §. j. ff. de re mil. & apud Suetonium in Augusto cap. 82. Græci vocant κνημιδάς. Homerus 3. Iliad. loquens de Paride:

κνημιδάς μὲν πρῶτα πρὶ κνημῶν ἐθηκε.

TOGA, quam & Iuriconsultus in l. vestis. §. virilia. ff. de aur. & arg. leg. ponit inter virilia vestimenta, non solum viris, verum etiam fœminis in vsu esse solet, vt scribit Seruius enarrans illud Virgilij lib. j. Aeneidos, *Gentemque togatam*. Bene, inquit, togatam, quia omnis sexus toga utebatur: & Nonius Marcellus ex autoritate Afranij in Fratris. Equidem prandere stantem nobiscum incinctam togam. Et Varonis lib. j. de Vita pop. Romani: Præterea quod & in lecto togas habebat. Antè enim olim fuit commune vestimentum, diurnum & nocturnum, virile & muliebre. Nam & Asconius Pedianus in 3. in Verrem act. Toga, inquit, communis habitus fuit & maris & foeminarum: sed prætexta honestiorum, toga viliorum: quod etiam circa mulieres seruabatur. Hæc ille. Tandem verò obtinuit, vt mulieres adulterij conuictæ, in publicum egredi togatæ cogerebantur: vt probatur ex Iuuenale Satyra 2.

Dammetur, si vis, etiam Calphurnia, talem

Non sumet damnata togam.—

Et Martialis lib. 2. Epigr. 39.

Coccinâ famosè donas & ianthina mæcha.

Vis dare, quæ meruit, munera? mitte togam.

Hinc Tibullus lib. 4. ad Sulpitiam, eleg. x. Togam pro scorto posuit.

Sit tibi cura togæ potior, pressumq, quasillo

Scortum, quam Serui filia Sulpitia.

Similiter Horatius Togatam pro scorto vsurpauit lib. j. Serm. Sat. 2.

— Quid inter-

Est, in matrona, ancilla, peccésve togata.

Quem in locum Acron, matronæ, inquit, quæ à maritis ob adulterium repudiabantur, togam accipiebant: remota stola, propter ignominiam. Toga autem meretrici apta. Ita enim prostare solebant cum togis puellæ, vt discernerentur à matronis: & ideo quæ adulterij damnatæ fuerant, hac veste utebantur. Eadem ferè ibidem scribit Porphyrius.

TORQUES, & Torquis, res omnibus nota. Est enim circulus aureus, vel argenteus, vel alicuius materia, flexilis, obtortus, colli & summi pectoris ornamentum: poniturque inter ornamenta muliebria Esaie 3. c. vbi Hieronymus tradit, eum pendere vsque ad pectus. & Ezechielis 16. lib. Et dedi torquem circa collum tuum. Id autem est, quod vulgò *Charnè* vocamus. Hincque Torquata columbæ dictæ Propertio lib. 4. Eleg. 5.

Sed cape torquata. Venus ô Regina columbæ, &c. Et torquatus palumbus Martiali lib. xiiij. disticho 67.

Inguina torquati tardant, hebetantque palumbi.

Torquem autem habent ex psittacis nonnulli, teste Plinio lib. x. c. xliij. India (inquit) auem hanc mittit, viridem toto corpore, torque tantum miniato in ceruice distinctam. Apuleius quoque lib. vj. columbas Veneris currum trahentes, torquatas facit. Procedunt (inquit) quatuor columbæ candidæ, hilares incessibus, pictæ colla torquibus, iugumque gemmeum subeunt. Sed & id commune ornamentum fuisse viris, satis constat ex stistoria T. Manlij Torquati, relata à Liuiio 1. decad. lib. 7.

TRICAE, leuiora mulierum ornamenta, ita dicta, quod vana sint & futilia.

TRICHAPTON, τριχαπτον, inter ornamenta muliebria positum à Septuaginta interpretibus, Ezechielis xvj. c. nullo tamen Græcorum vsu, aut exemplo: vt scribit D. Hieronymus in commentariis eius loci. Idque subdit fuisse tantæ subtilitatis vestimentum, vt pilorum & capillorum tenuitatem habere credatur: vnde & ego (inquit) volens tenuitatem exprimere vestimenti, pro Trichapto, subtilius transtuli, Quod tenui stamine atque subtegmine textum erat. Castelio autem Sericum vertit.

TRICHYPHA, apud Pherecratem Poetam, pro puellarum indumentis intelligit Athenæus.

TRIGASTRA, τριγαστρα, inter ornamenta muliebria recensetur à Polluce lib. vij. c. xxij.

TRIOPIA, τριωπία, monilis species, tres veluti oculos habentis, apud Pollucem libro v. capit. xvj.

TROPHIVM, ornamentum genus, quod Psyche à Tritonia datum scribit Martianus Capella lib. i. nisi illic Strophium legendum sit, quod magis credo: de quo suprà diximus.

TUNICA, non virorum solum, sed & mulierum vestimentum fuit, vt satis significat Iuricon sultus in l. vestis. §. muliebria. ff. de auro & arg. Et Ouid. lib. Amorum iij. Eleg. 6.

Sic etiam tunica tangitur illa sua.

Et lib. ij. de Arte amandi:

Adstiterit tunicata? moues incendia, clama:

Sed timida, caueat frigora, voce roga.

De cathedris quoties surgis (iam sepe notauit)

Predicant miseram Lesbia te tunica.

Et Martialis lib. 11. Epigr. 100. ad Lesbiam:

Ex quibus intelligis, tunicam eam esse, quæ cuti omnino proxima est, quam Interulam alij vocant, de qua superius attigimus: nos vulgò camisiam vocamus, de qua etiam suprà diximus: quod & videre licet cum ex aliis multis autorum locis, tum ex illo Plauti in Trinummo, Tunica pallio propior est: de quo etiam diximus in pallio. Ex illo quoque Apuleij lib. ix. Meta. Interim Philesterus cognito strepitu, raptim tunicam iniectus &c. Nam paulò antè dixerat illum nudum esse. Vide ibi Beroaldum: & est fol. 97. in paruis. Nonius autem Marcellus, multorum autoritate, scribit tunicam esse vestimentum sine manicis.

Tunica pallio propior, pro uerbium.

VELVM, atque etiam

VELAMEN, & Velamentum, quo scilicet mulier caput velat, & operit, vel frigoris vel mbræ causa. Vide infra Umbella. & in l. quæsitum est. §. si domus. ff. de fund. instruct. & instr. leg. Vide etiam suprà Entropides.

VENTRALE, vestimentum ventrem contegens, apud Plinium, lib. viij. c. xlviij. de quo & suprà, ni fallor, diximus in Semicinctis.

VERTEBRÆ, vide suprà Helices.

VIRIÆ, & diminutiue

VIRIOLÆ, de quibus in l. argumento. §. ornamenta. ff. de auro & arg. leg. vbi ponuntur inter ornamenta muliebria. & l. vlt. ff. eo. tit. cum dicitur, Lineas duas ex margaritis, & viriolas è smaragdus. & l. si tibi. §. j. de opt. le. vbi scribitur, Si ex quatuor viriolis duæ, quas elegissem, mihi legate sint, &c. De viriis autem meminit Plinius lib. xxxij. ca. ij. haud multò post prim. Vt habeant in la-certis iam pridem & viri, quod è Dardanis venit: itaque Dardanium vocatur. Viriæ Celticæ dicuntur: viriles Celtibericæ. Habeant fœminæ in armillis, digitisque rotis, collo, auribus, spiris, &c. De vtrisque loquens Nebriffensis, in Lexico Iuris ciuilibus eas dicit esse armillas, ex gemmis margaritisque auro cælatis. Catel. Cotta in memor. incip. viriolar. dicit eo nomine significari minores annulos, quos vulgus corrupto vocabulo vergettas appellat. Baysius in libello de re vestiaria, ait, sibi videri Iuuenalem viriolas designare, cum scribit Saty. 6.

Nil non permittit mulier sibi, turpe putat nil,

Cum virides gemmas collo circumdedit, & cum

Auribus extensis magnos commisit elenchos.

Tanquam scilicet hæ viriolar fierent ex gemmis viridibus: nec tamen aliquid ea in re certi diffinit. D. Ambrosius in lib. i. de Abraham Patriarcha, c. ix. eodemque vlti. interpretans xxiiij. c. Genesios, vbi ceteri interpretes vertunt Armillas, is Virias transtulit.

VITAE, & ipsæ numerantur inter ornamenta muliebria, in l. argumento. §. ornamentorum. ff. de auro & argen. lega. quibus scilicet mulieres capillos colligant: vt satis ostendit illud Ouidij 1. Metamorph.

Vitta coërcebat postros sine lege capillos.

Et lib.ij.

Vitta coërcebat neglectos alba capillos.

Erantque olim propriae honestarum matronarum, virginum, & Vestalium. Tibullus lib. i. Eleg.

Sit modo casta doce, quamuis non vitta ligatos

Impediat crines, nec stola longa pedes.

Virgilius lib. vij. Aeneid. loquens de Amata Regina:

--Fit tortile collo

Aurum ingens coluber, fit longa tania vitta,

Innectitque comas.

Et rursus eodem lib. de eadem loquens,

Solvite crimales vittas, capit Orgia mecum.

Quo loco Seruius, Quæ, inquit, solarum matronarum erant: nam meretricibus non dabantur.

Ovidius lib. iij. Fastor. de Sylvia Vestali:

Decidit ante sacros linea vitta focos.

Et lib. iij. eiusdem operis:

Rite Deam Latia colitis matrêsq; nurûsq;que,

Et vos, queis vitta, longaque vestis adest.

Nullaque dicitur vittas temerasse sacerdos,

Hoc duce, nec viua defodietur humo.

Et lib. vj. eiusdem operis:

Et lib. iij. de Ponto, Epist. 3. ad Maximum:

Scripsimus hac illis, quarum nec vitta pudicos

Attingit crines nec stola longa pedes.

Et lib. iij. Amor. Eleg. 6. loquens de Ilia Vestali:

Quò cultus abiere tui? quid sola vagaris?

Vitta nec euinctas impedit alba comas?

Et lib. i. de Arte amandi, haud procul à principio:

Esse procul vitta tenuis, insigne pudoris.

Ecquid ab hac omnes rigida summovimus arte,

Quas stola contingi, sumptaque vitta vetat?

Et rursus:

Hinc Vittata sacerdos, Lucano lib. i. Pharfalia:

Vestalêque chorum ducit vittata sacerdos.

--Cum quo nuper vittata iacebat

Sanguine adhuc viuo terram subitura sacerdos.

Et Iuuenali Sary. 4. post prin.

Item Ovidio lib. i. Amor. de Cassandra vate, & sacerdote:

Hic, nisi vittatis quòd erat Cassandra capillis, &c.

Hæ alio nomine Tæniæ appellantur, vt placet D. Hieronymo in Esaiam 3. ca. quemadmodum & supra diximus in dictione Tæniæ. Vittæ fit mentio in c. fœminæ. xxx. q. v. Vittam crimalem memorat Martianus Capella lib. i. & antè Virgilius lib. vij. Aeneid.

Solvite crimales vittas.

Sed & vittas viriles fuisse, ostendit illud Virgilij 3. Aeneid.

Rex Anius, rex idem hominum, Phæbique sacerdos,

Vittis, & sacra redimitus tempora lauro,

Occurrit.--

Et Deorum quoque probat illud Virgilij lib. ij. Aeneidos,

--Vitaq; Deum quas hostia gessit.

Et ibi Seruius, qui & ad hoc adducit illud eiusdem, eodem lib. paulò post,

Virgineas ausi diua contingere vittas.

VMBELLA, & Umbraculum, id est, velum quo fœminæ arcent Solis ardores. De priori est testimonium apud Iuuenalem Saty. 9.

Et cui tu viridem umbellam, cui succina mittas

Grandia.--

De altero illud Ouidij lib. ij. Fastor.

Aurea pellebant tepidos umbracula Soles.

Et illud Martialis lib. xiiij. Epigram. 28.

Accipe, que nimios vincant umbracula Soles:

Si licet & ventus, te tua vela tegent.

Vide Robertum Stephanum.

VNGVETA, id est, μύρα, ornamentis muliebribus annumerat Pollux lib. vij. c. xxij.

VNIONES, qui & margaritæ dicuntur, vt supra docuimus, ponuntur & ipsi inter ornamēta muliebria in l. Seia. in prin. ff. de auro & argen. leg. Et de his quoque fit mētio in l. apud Celsum. §. item quæritur si vniones. ff. de doli excep. Scribit Aelius Lampridius Alexandrum Seuerū Imperatorem Rom. cum quidam Legatus vniones duos vxori eius obtulisset, magni ponderis & inusitata mensuræ, vendi eos iussisse: & cum pretium non inuenirent, ne exemplum malum à Regina nasceretur, si eo vteretur, quod emi non posset, in auribus Veneris eas dicauisse. Plinius xxxvij. c. iij. tradit vniones aure circumferri, gemmas digitis.

XANION,

XANION, ξάνιον, inter instrumenta muliebria positum à Polluce lib. x. c. 28. vbi Gualtherus vertit Calamistrum, de quo supra diximus.

XENION, ξένιον, auratum capitis ornamentum, ex eodem Polluce lib. v. c. 16. qui idem etm ξένιον dici asserit. de quo supra.

XERAMPELINAE vestes, matronales dictæ, ab ampelino colore, qui medius est inter coccū & muricem. Has Merula scribit etiam Atrebatas fuisse appellatas apud Iuuenalem Satyr. 6.

Et xerampelinas vestes donauerit ipsi.

XIRON, ξυρόν, inter ornamenta muliebria positum Polluci lib. vij. c. 22. & libr. x. ca. 28. Gualtherus vtrobiq; Nouaculam vertit.

XYS TIS, ξυστίς, talaris tunica & muliebris Cælio lib. xxj. c. xvij. Hanc autem ponit Pollux inter vestimenta communia virorum, & mulierum lib. vij. cap. xij. Clemens verò Alexandrinus Pædagog. lib. ij. cap. x. inter vestes mulieribus proprias. Nec desunt, qui dicant esse vestem subtilem, à ξύα, quòd puluerem radat: aut vt alij malunt, & ξύαδης, quòd sit veluti rasum propter tenuitatem.

ZINICHION, corrigia calceamenti.

ZOMA, ζόμα, & Zosma, ζώσμα, cingulum, zona, quæ propriè est anuum, vt tradit Pollux lib. vij. c. xij. ex autoritate Menandri, & rursus lib. ij. c. iij. vbi de Thorace loquitur.

ZONA, & diminutiue

ZONVLA, apud Catullū in Epithalamio Iulix. Græcis dicuntur ζώνη, & diminutiue, ζώνιον. Ammonius autè tradit ζώνην virorum esse, ζώνιον mulierū. Sed prius illud promiscuè de virorum & mulierum cingulo dicitur. Nam inter muliebria ornamenta enumeratur etiam à Iurifconsulto in l. vestis. §. muliebria. ff. de auro & arg. leg. Cui adstipulatur Martialis lib. xiiij. disticho 156.

Longa satis nunc sum. dulci sed pondere venter

Si tumeat, fiam tum tibi zona breuis.

Qui locus in memoriam affert historiam vetustissimam. Ferunt enim, Admetam Euristei filiam, Hippolytæ Amazonum Reginx zonam celebratissimam admodum concupiuisse: ideoque Eurysteum Herculi id muneris imposuisse: qui cum Thefeo, Telamone, aliisque nonnullis comitatus, Themiscyram peruenisset, Amazonum urbem, cum illis Iunonis monitu concitatis, præliū dicitur conseruisse, & Hippolytam contra se stantem interemisse, eiusque zonā abstulisse, quam postea Admetæ tradidit. Sunt tamen, qui non interfectā ab Hercule Hippolytam velint, neque zonam illam eo modo fuisse raptā: sed cum sororem illius Menalippam ex insidiis Hercules excepisset, Hippolytam pro eius redemptione sponte sua cingulum Herculi tradidisse. Postea autem eius cinguli gratia Amazonas cū exercitu Athenas peruenisse, & vniuersam Atticam deuastasse. Iulius Pollux lib. ij. c. iij. quo loco de thorace diserit, scribit ζώνην Græcis dici, quam Romani Fasciam vocant. Dicitur autem zona à Græco verbo ζώνω, quod est cingo. Præter hæc vide, quæ amplius dicam de zonis, nume. ab hinc 3. De Cingulo autem supra diximus suo ordine, vbi etiam de Cintura, quæ idem significat.

28 ¶ Suntque alia propè infinita ornamentorum & vestimentorū muliebrium genera, quorum bonam partem videbis apud Aristophanē vbiq; sed potissimūm εν δεσμοφορεαζουαις, apud Pollucem Onomastici lib. v. c. xvj. & iterū lib. vij. c. xiiij. & aliis multis sequentibus & iterū c. xxij. vbi dicit tot esse vt enumerari nequeant: & lib. itē x. c. xxvij. & apud Clementem Alexandrinū Pædag. lib. ij. c. xij. eodemque vltimo, & nostros Iurifconsultos in tit. ff. de auro & arg. leg. Volaterranum Philolog. lib. xxvij. & Lazarum Baysium in lib. de re vestiaria: Franciscum Grapaldum lib. ij. de partibus ædium, sparsim in multis locis, præsertim verò ca. v. & 6. & Cælium Rhodiginum in ingenti illo opere Antiquarum lectionum, in multis locis, maximè verò lib. ij. editionis vlt. c. x. & seq. & Textorem Rauissium in Officina.

29 ¶ Vt interim omittam huiusmodi ornamentorum & vestium repositoria.

Aortas, ἀόρτας, apud Pollucem lib. vij. c. xix. ex Menandro in Misogyne.

Arcas & arculas, apud Iurifconsultum in l. argento. ff. de leg. iij. & apud Ciceronem libr. ij. Officiorum, appellantem Arculas muliebres.

Candylanas, apud Menandrum: aut, vt alij appellant, Candylas, hinc dictas, quòd κάλυψ sit indumentum Persicum, apud Xenophontem, & Plutarchum in Cimone.

Capsulas apud Trebellium Pollionem in vita Aureliani, vbi de capsulis Zenobiæ loquitur.

Chelos, χηλῆς, de quibus Homerus lib. viij. Iliad.

Δύρο γυναι φέρε χηλὸν ἀειπεπέ ἦλες ἀρίστῃ.

Et paulò post:

τόφρα δ' ἀρ' ἀρίστῃ ξάνω πρὶ καλλιὰ Φυλὸν

ε' ξέφερον θαλάμοιο.--

Cistas, vide Robertum Steph. Homero τάλαρς, dictas 4. Odyf. inter reliqua ornāmēta Helenæ:

φυλῶ δ' ἀργύρεον τάλαρρον φέρε.

Cistellam vertit Andreas Diuus: de qua Terentius in Eunuchis:

Cistellam Pythia domo effer cum monumentis.

Cistellulam quoque dicit Plautus in Rudente: Græci κιστίδας appellant.

Dactylotheas, siue Dactylotheas (vtrunq; enim reperit in eadē significatione) de quibus

Autores, à quibus ornamentorū nomina sint petenda.

Ornamentorum repositoria.

apud Martialem libr.iii. Epigr.123.& Plinium lib.37.c.j.non semel.& in I. argento. ff. de leg. iij. & iterum in I. librorum. §. charta. versi. quod in Bibliotheca. & in I. inficiendo. in princ. ff. de furt. vbi ita legendum. Nec refert, in digito habeat anulum, an in Dactylothecca. Sic enim legendum ex Codice Florentino, non autem, An datus hypothecæ sit, vt vulgò legitur. Phalcolos, id est, φα- σκόλλος, apud Pollucem lib. vij. c. xxix.

Rhifcos, ρίσκος, Græco quidè verbo, sed quo vitur ipse Teretius in Eunuchò, Vbi Donatus dicit, esse nomen Phrygium, eoq̄ue significari cistam pelle contectã, aut (vt alij legūt) contextam.

Thecas, de quibus in d. l. librorum. vbi suprã. ff. de leg. iij. Thylicos, θυλάκος, apud eundem Pollucem.

Λοφῆν, priuata speculorum theca, Polluci lib. x. c. xxviiij. Tholias, quarum sit operculum θελοφῆς, id est, testudinatum.

Thronos, apud Homerum in Hymno Veneris. Vestiarium, de quo Plinius lib. xv. ca. viij. licet etiam pro ipsis vestibus aliquando accipiat, l. annua. in prin. C. de annuis leg. & alibi sæpe.

Zygastria, ζυγάστρια, apud Xenophontem, & Pollucem libr. vij. c. xix. Celas, ibidem apud Pollucem: vbi Gualtherus vertit Lustra.

¶ Sed mirum est, quantũ fœminæ in primis ac præ cæteris rebus in zonis sibi placeãt, & glorien- tur, aut potius insaniant. Quod ex Homero intelligere potes, qui sæpe mulieres καλλιζώνες pec- uliari epitheto appellat, id est, pulchras zonas habentes, siue pulchrè cinctas, siue in zonis pul- chras, lib. vij. Iliad.

30 Mulieres cir- ca zonas ad- modũ curio- se. Mulieres cal- lizonæ.

ἀνδρες κίκλικον, καλλιζωνοί τε γυναῖκες. Et lib. xxiiij. eiusdem operis:

ἔγνω πρόδ' αὐδ' ἄνδρα, καλλιζώνων τε γυναικῶν ἀνδρῶν περ' ἄντρων, καλλιζώνων τε γυναικῶν.

Et lib. xxiiij. Odyssæ:

Et in Hymno Apollinis: ἀνδρας τ' ἀδρόων, καλλιζώνες τε γυναικας. Et rursus ibidem:

Κρισαγορων υιοχρες, pulchreque cinctæ filie. Vbi tamen id tribuit filiabus, non vxoribus. Ad verbum enim ita sonat hic versus,

Ex quo obiter illud annotabis, huiusmodi ornatus magis decere filias innuptas, quàm iam mari- tatas. Idem autem Homerus alibi mulieres ζώνες appellat: quod & bene cinctas significat, libr. scilicet 6. & iterum 23. eiusdem operis. Quo etiam titulo Iphin insigniuit, eiusdem Iliad. lib. ix.

Et euzone.

¶ Quare autem eodem libr. ix. fœminas etiam βαθύζωνες, id est profundè cinctas vocet, ad aliud omnino respicit. Sic enim vocantur mulieres aptæ cõcipiendæ soboli: vt apud Pindarum Olym- piorum Ode 3.

31 Et bathyzo- ne, & quare.

Σὴν βαθύζωνος διδύμοις Γαισι λήδας. Zona enim antiquitus pro virginitate sumebatur. Hinc Zonam soluere, apud Horatium libr. i. Ode 30. & apud Catullum epigr. 2. ad passerem Lesbiam:

Quod zonam soluit diu ligatam. Et epigr. 62. ad Ianuam,

Ne querendum aliunde foret nervosus illud, Quod possit zonam soluere virgineam.

& apud D. Augustinum, ex Varrone lib. iij. de ciuitate Dei, c. xj. & cæteros. Quod & apud Græ- cos in eadem dicitur significatione. Musæus de amore Erûs & Leandri:

ὣς ἢ μὲν τρωπ' ἄπρη, ἢ δ' αὐτίκα λύσει μήτηρ. Sic quidem illa locuta est, hic verò statim soluit zonam.

Id est, virginitatem eripuit: quod ipsum confestim ostendit subiungens,

Καὶ θεομῶν ἐπέβησεν ἀριστόνους Κιθέρειας. Id est, Et leges intuerunt beneuole Veneris.

Nam (vt illud obiter intelligas) μίτρα, siue μήτηρ (qua dictione vsus est Musæus) Græcis zonam inter cætera significat. Et ἀμιτροί dicuntur innuptæ & connubij expertes. Sed, vt redeamus, Ho- merus zonam soluere in eodem sensu posuit lib. xj. Odyss.

Mitra pro zo- na. ἀμιτροί que dicuntur. Zonam soluere.

Λύσεν παρθενικὴν ζώνην. Id est, soluit virgineam zonam: id quod statim significat, cùm subdit,

Αὐτὰρ ἐπεὶ ἔτέλεισε θεῶς Ὀλοῖσσια ἔργα. At postquam perfecit Deus Veneris opera.

Et in Hymno Veneris describens concubium Anchisæ cum ea, Λύσε ἢ οἱ ζῶνιν. Et Theocritus in Idylio 20. vbi describit concubium Iouis cum Europa:

Λύσε ἢ οἱ μίτρω. Cuius rei causam reperies apud Sextum Pompeium nō semel, & in Scholiis Apollonij: λύσει τὰς ζῶνας αἰ πρώτως τίκτεται, καὶ ἀπαθείασιν ἀρτέμιδι: ὄθρη καὶ λυσιζώνης ἀρτέμιδι. ἔργον ἐν ἀθήναις. Hoc est, Soluunt zonam primò parientes, & Dianæ eam consecrant: vnde & Dianæ Lyfizone templum

templum est Athenis. Cuius item rei meminit Hesychius. Et hinc quoque Lucina similiter est vocata. Theocritus Idylio 17.

ἔνθα γὰρ εἰλαθήσασιν ἐβόρεζον λυσιζῶνον. Sed & Pausanias lib. i. tradit in Zoftere ad mare fuisse aras Palladis, Apollinis, Dianæq̄, ac Latò- næ, quam ibi peperisse negant, sed zonam soluiffe: & inde loco nomen Zofteri inditũ, quæ vox cingulum sonat. Pindarus autem Olympiorum Ode 6. tradit Euadnem depofita zona punicea trama intertexta in opaco arborum densitate loco infantem peperisse. Hæc illius verba sunt:

ἃ ἢ φοινικόκροκαυ Ζώνων κατ' ατηκαμλία, Καλπίδα τε ἀργυρέαυ Λοχμάς τὰδ' κυανέας Τίκτη θεόφρανα κέρον. Sed de his haftenus.

¶ Quod autem Homerus (vt ad eum redeamus) 18. Iliados vocat mulieres βαθυκόλπες, id est, am- plas vestes, siue sinuosas, vel profundorum sinuum, habentes, cùm scribit,

Καὶ λυα Τρωιάδων, ἢ Δαρδανίδων βαθυκόλπων. Et rursus, Ἀμφὶ δ' ἔσε Τρωαί, καὶ Δαρδανίδες βαθυκόλποι.

Mulieres ban- thycolpe quæ re dictæ.

Atque iterum lib. vlti. eiusdem operis: Ἀλλὰ πρὸ Τρωῶν, καὶ Τρωάδων βαθυκόλπων.

Satis videmus eo verbo significari vestes amplas & sinuosas, quibus item admodũ gaudent mu- lieres. Nam & idem Homerus lib. 6. & 7. iterumque lib. 22. eiusdẽ operis ipsas Troianas mulieres ἐλκεσιπέπλους appellat, id est, longas vestes trahentes. Nam primo & postremo loco ita scribit:

Αἰδέομαι Τρῶας, καὶ Τρωάδας ἐλκεσιπέπλους. Secundo autem loco hunc in modum, Τρῶας εὐφάνεια, ἢ Τρωάδας ἐλκεσιπέπλους.

Mulieres ama- plis & sinuo- sis vestibus gau- dent.

¶ Iliad. Thetidem non semel πανύπεπλον vocat, id est longam vestem habentem: Quin illo eodem lib. 18.

Τίπτε θεῖτι πανύπεπλε ἰκάνεις ἐμέτρον δῶ. Vti etiam Helenam lib. iij. Odyssæ:

Γὰρ δ' ἔλενη πανύπεπλε ἔλεσε δῖα γυναικῶν. Et lib. iij. Aeneid. Τὸν δ' ἔλενη πανύπεπλε ἀμείβετο δῖα γυναικῶν.

Quamquam scio Aristotelem, si is est, Mirabilium auscultationum, c. cvj. aliã reddidisse priuatam & specialem rationem, cur Homerus Troianas mulieres βαθυκόλπες peculiari epitheto vocaue- rit. Cui an sit credendum, cæteri videant, cùm Pindarus Pythiorum Ode 1. eodem quoque epi- theto Musas insigniuerit. Nec interim tamen in hac vestium mentione omittimus, quòd idem Homerus lib. vlt. Iliad. vocat mulieres ἀπέπλους, tanquam dixeris Vestipulchras:

Δαίρων, ἢ γαλόων, ἢ ἐναΐερον ἀπέπλων. ¶ Ex tot autem vestimentorum & ornamentorum aliorumque ad eas res pertinentiũ generibus satis intelligis, non temere scripisse Plautum illum muliebrum animorum, ac morum scientif- simum, in Pœnulo:

Mulier nun- quam sibi sa- tis ornata.

Negotij sibi qui volet vim comparare, nauem, & mulierem, Hæc duo sibi comparato: nam nulla magis res due Plus negotij habent, eas fortè si exornare ceperis: Neque vnquam hæc dua res satis ornantur, neque eis vlla satis Ornandi satietas est.

Vt iam mirari non debeat, si fœminæ tantum temporis in se ornando comendoque impertiant, aut veriùs perdant, ac profundant. Notum est illud Terentij in Heaut.

Mulieres in se ornando multum tem- poris impetra- tiunt.

Νοστὴν mores mulierum? Dum moliantur, dum comuntur, annus est.

Cui concinens Propertius lib. i. ad Cynthiam: Et potes externos manibus componere crines, Et longa faciem querere desidia.

Hinc Pleusides amator Plautinus in Milite, conqueritur tarditatem mulieris in se ornando, eam- que ob id natam ex mora autumat. Ita enim inquit:

Mulier profecto nata est ex ipsa mora: Nam quæuis alia, quæ mora est, æquè mora Minor ea videtur, quàm quæ propter mulierem est.

Mulier ex mo- ra nata.

Idque natura illis inest ad eò fortiter, vt et si præ amore cupiant maximè aliquòd properanter ire, id tamen non prætermittant. Virg. 4. Aen. Didonem Aencam deperditè amantem, inducit mul- tum temporis in thalamo cunctantem, vt se coleret: tametsi cuperet supra omnia Aencam con- uenire, illum vt videret & audiret. nam sic scribit:

Reginam thalamo cunctantem ad limina primi Pænorum expectant.

Quo loco Seruius interpres id intelligens, Atqui (ait) amatrix properare debuit. Nam (vt id illi

addas)amans quicquid agit,properat omnia, ex Agorastoclis Plautini sententia in Pœnulo. Tamen pathos naturam vicit:citatque illud Teretianum supra à nobis citatum. Estque simile illud Stephani mulieris Plautinæ in Sticho:

Morem vobis geram mea delicia:nam ita me Venus amana amet,ut ego hinc iandudum exissem vobiscum foras, Nisi me vobis exornarem : nam ita est ingenium muliebre, Bene cum lauta,terfa,ornata,fieta est,insecta est tamen.

34 Iterū de hoc mulierū affectu. Mūdus muliebris quid. Et an differat ab ornamento.

Ex hoc quoque imperioso ac impotenti mulierum affectu,permanat illa earum diurna nocturna que querela apud Theophrastum,& Hieronymū in Iovinianum,Illa ornator procedit in publicum : ego in conuentu fœminarū misella despicior. Est & Valerij Trib. pleb. sententia, nostro proposito accomodatissima,apud Liuium libr.24. Munditia,ornatus,& cultus,fœminarum insignia sunt:his gaudent & gloriantur:hunc modū muliebrem appellauere maiores nostri.De hoc mundo muliebri loquens Vlpianus in l.argumento. §.mundus.ff.de auro & argento lega.ita ait: Mundus muliebris est,quo mulier mundior fit. Et post pauca facit discrimen inter mundū muliebrem,& ornamentū. Mulier enim potest esse munda,non tamen ornata:vt solet contingere in his quæ se mundarint lotæ in balneo,neq; se ornauerint. Contrà,est aliqua ex fomno statim ornata,non tamen emundata.Sed Philippus Beroaldus vir multæ lectionis,in Cōmentariis Apuleianis lib.iiij. A fini aurei,dicit cum multo honore Vlpiani,hoc argutius videri,quàm verius. Appellatione enim mundi muliebris,apud Oratores,Historicos,Poetas nō solū illa,quibus mundior fit fœmina, sed ea quoque, quibus ornator, significantur:quod & nomen indicat. Nam (vt scribit Plinius) quem is tamen non citat,lib.ij.ca.iiij. quem κόσμος Græci nomine ornamentu appellauerunt,eū nos à perfecta absolutaque elegantia Mundum vocamus,quod nihil sit eo mundius,pulchrius,ornatius:citatque Beroaldus illud Liuium in fi.lib.ij.Belli Macedonici:non aurum modò iis, sed & postremò vestem mundumque omnem muliebrem ademit: Lucilius neutro genere appellauit his versibus, apud Gellium lib.iiij.c.j.

Mundū neutro genere.

Legauit quidem uxori mundum omne, penumque, Quod mundum atque penum:nam quis diiudicet istud?

Et idem propè scripsit ipse Beroaldus in Annotationibus in Columellam.Sed Catellianus Corta, vir è nostris doctissimus in suis Memorialibus,in eo quidē Memoriali,cuius initiū est, Vndones Cilicij, Vlpiani sententiā secutus,Dabunt (inquit)veniam nobis Philippi manes:quia licet apud Liuiū & Lucilium in dictis locis mundus capi posset pro quodā genere,non tamē per hoc statim damnandus fuit Vlpianus, qui in hoc melius & exquisitiū proprietatem verbi declarauit. Oratores enim & Poetæ laxiores sibi habenas reseruarunt. Præterea Liuij autoritas etiam nihil obest,imò probare videtur opinionē Vlpiani,dum aurū ac vestē, quibus ornatur mulier, à mūdo distinguit.Sicut neque carmen Lucilij.Hæc ferè Catellianus, qui etsi piè facit,quod legum parentem,imò verò Deum,tueatur,optimeque respondeat ad eā,quam Beroaldus ex Liuiō citauit auctoritatem:dubito tamen,ne possit etiā responderi ad illud,quod ex eodem Liuiō lib.34. supra citauimus,vbi apertè Liuius ipse sub mundo muliebri,non tantū munditias cōprehendit, sed & ornatum & cultū:vti etiam facit Gal.lib.de Propriorum affectu agnitione,& remedio, qui posteaquam de margaritis,sardoniche,& aliis lapidibus, quibus mulieres ornatum corporis, & decorem sibi conciliari putant, locutus est,subdit hæc vocari κόσμος γυναικείον, id est, mundum muliebrem, huiusque generis facit aureos vestium contextus, vel quorum cōpositioni longo tempore studetur,vel quæ materiam ex longinquo allatā desiderant,vt quæ vocantur serica. Et huic quoque opinioni suffragatur Festus Pōpeius,cum inquit, Mundus etiam dicitur ornatus muliebris. Tamen non solus fuit in hac sententiā Vlpianus, cum & Scæuola & Paulus significationis verborum maximi obseruatores ei quoque sententiæ subscribant,vt est tex.in l.pediculis. §. Titia, ff.co.tit. de auro & arg.leg. & iidem Paulus, & Scæuola, & præterea Iabolenus ille in l.Plautius, & in l.fi quis ita legauerit, eo.tit.alter in l.vxori quis. ff.eodē quoque tit.hic in l.hæres meus. §. vxori mea. ff. de leg. iij. in quibus locis ponunt mundū & ornamenta,tanquā diuersa. Nisi dicas, in illis ipsis locis verba esse testatorū, non Iuriscōsultorum. Sed Paulus ipse, haud dubiè, si is est, lib. iij. Sententiarum, apertā facit inter hæc differentiam, in §. mundo muliebri. & seq. Quinetiā Romanorum doctissimus Varro lib. iij. de Ling. Lat. videtur & eius esse sententiā, vt inter mundū muliebrem & ornatum lata sit differentia: dicit enim, Mundus muliebris dictus à munditia: Ornatus, quasi ab ore natus. Hinc enim maximè sumitur, quod eā deceat. Itaque ob id paratur speculum. Tertullianus verò in lib. de Habitu muliebri, aliter distinxit mūdum muliebrē, & ornatum: Cultum (ait) dicimus, quem mundum muliebrem vocant. Ornamentū, quem immundum muliebrem conuenit dici. Ille in auro & argento, & gemmis, & vestibus deputatur. Iste in cura capitis, & cutis, & carum partium corporis, quæ oculos corporis trahunt. Alteri ambitionis crimen intendimus, alteri prostitutionis.

35 De eadem re. Iulie factū responsū.

Sed iam ista relinquamus, & ad propositum redeamus. Iulia Augusti filia, facere responso ostendit, cultum aliàs profusorem non dedecere matronam sese viro adornantem. Ea cum aliquando propter licentiosem vestitum offendisset oculos patris tacentis, postera die mutauit cultus sui morem, & lætū patrem affectatā ferititate complexa est. At ille, qui pridie dolorem suū continuat,

continuerat, gaudiū continere non potuit. Et quantò hic (ait) in filia Augusti probabilior est cultus! Nō defuit patrociniō suo Iulia his verbis, Hodie enim me patris oculis ornauit heri, viri. Testis est Aurelius Macrobius lib. ij. Satur. Huc spectat, quod dicit Bald. confi. xxx. viso testamento excelli. circa fi. lib. v. Viduas, quoniā maritis carent, quibus sint gratæ futuræ, non debere tā bona atque nitida deferre vestimēta, quàm quæ maritos habent: quasi hoc omnino liceat maritatis. Allegat quædam iura, quæ mihi (nescio an aliis) nihil ad hoc facere videntur. Idem Bal. in l. j. col. vlt. versi. item quæritur. C. de lega. dicit, quod si pater mandauerit filiis, vt post mortē ipsius matrem eorum tam honorificè tractarent, quàm pater ipse faciebat, non intelligitur mandare, vt illi multū speciosa vestimenta suppeditent, qualia pater administrare consueuerat. Speciosa enim vestimenta præstabat maritus gratia sui, l. fi vt certo. §. interdum. ff. commodat. Non videtur autem mandare testator, ea præstare, quæ sui gratia ipse præstabat, vt scilicet compta incederet, allegat tex. no. in l. Scio. §. vlt. ff. de annu. leg.

Muliebris ornatus præfati apud Athbenieses.

36 Quid, quod, vt Iulius Pollux lib. viij. scribit, fuere olim Athenis γυναικοκόσμοι ἀρχοὶ ἐπὶ τῷ κόσμῳ τῶν γυναικῶν. τὰς δὲ ἀκοσμήτους ἐξημῆν, ἢ τὰς ζυμίας αὐτῶν γράφοντες, ἐξέπιθεσαν ἐπὶ τῷ πλατῆνι τῷ ἐν κέραμικῷ. Id est, muliebris ornatus præfati, qui inornatas multabāt, & multas ipsarū scribentes, ponebant apud Platanum, quæ in Ceramico erat. Harpocration autem, ὅτι γυμνίας (inquit) ἐξημῆνδ' αὐτῶν τὰς δὲ ἀκοσμήτους γυναικείας, ὡς ὑπερίδης ἐν τῷ κατ' ἀεὶσα γόρῳ δὲ δὲ τῶν ἐρηκῶν. κερὰ βυλ. δὲ ὁ κοσμητικὸς φησὶ τῷ φιλιππίδῳ τῷ νόμον εἶναι τῷ περὶ τῶν καμμένων. Id est, Drachmis mille multabatur mulieres in viis inornata, vt testatur Hyperides oratione secunda aduersus Aristagoram. Crobylus autem Comicus dicit legem de his positam à Philippide fuisse.

Muliebris ornatus sacris literis nō improbat.

37 Denique sacre literæ testimonio sunt, non improbari ornatum muliebrem. Rebecca, vt scribitur Gene. 24. à seruo Abraham accepit in aures aureas appendentes siclos duos, & armillas totidē, pondos siclorum decem, quibus se ornare. Noemi sancta illa mulier, dum Ruth doceret, quonā pacto sibi maritum Both nancisceretur, Lauare, inquit, & vngere, & induere cultioribus vestimentis, vt scribitur Ruth 3. c. Hester nō sanctitate inferior, vnguentis, pigmētis, & aromatibus vsa fuisse dicitur, cap. illius historiae 2. Iudith quoque vnxit se myrtino optimo, & discriminauit crinē capitis sui, & alia multa ornamenta sibi induit, Iudith c. x. Sed & scribitur Exod. 35. mulieres ad cultū tabernaculi armillas, in aures, annulos, & dextralia contulisse. Ezechiel c. xvj. introducit Deū Optim. Maxi. mulierem his verbis alloquentē: Vnxi te oleo, & vestiui te discoloribus, & calceauit te hyacintho, & cinxi te bysso, & indui te subtilibus, & ornauit te ornamento, & dedi armillas in manibus tuis, & cætera quæ sequuntur. & Prouerb. cap. vlti. Salomon loquens de muliere forti & pudica, Stragularam, ait, vestem fecit sibi; bysso & purpura indumentum eius. Et r. cap. Canticorum hæc spōsus loquitur ad sponsam: Murenulas aureas faciamus tibi vermiculatas argento. Apud Esaiā c. iij. Dominus minitatur ablaturum se filiabus Sion ornamenta calcamentorū, lunulas, torques, monilia, & alia plurima ornamentorum genera illic designata, ob id, quod cleuata fuissent, & ambulassent extento collo, &c. Daniel vir æquē sanctus ac doctus, scriptum reliquit, c. xij. Susannam illam insignem castimonia fœminam, præcepisse ancillis afferri sibi oleum & smegmata, quibus scilicet faciē ablueret, & emacularet. Smegma enim id omne vocatur, quod purgat, abstergit, emaculat, à σμήγω verbo Græco deriuatum. De hoc Suidas, σμήγμα καθαρτικόν, τὸ ἀποσμήγω, id est, smegma, quod est purgatiuū & absterfuum. Inde ita scribit Plinius lib. 30. c. iij. Sunt qui Astypalæicas efficacissimas putant, & in eis smegma earū. Et lib. 34. In ærariis officinis & smegma fit, iam liquato are, atque percocto. Idem alibi lib. 37. c. xij. smegmata faciunt mulieribus ex iis. Et lib. 22. c. xv. eodemque vlti. de satius lupinis loquens: Si verò (ait) cælesti aqua decoquantur, succus ille smegma fit, quo solent fouere gangrænas. Et frequens est apud eundem hæc dictio, accipiturque pro vocabulo generali, quo medicamentū omne significatur, quod valet ad emaculandā faciē, & abstergenda corporum dehonestamenta. Sed vt ad rem redeamus, in hanc quoque sententiā est illud Apocal. 21. Ego vidi sanctam ciuitatem Hierusalem nouam de cælo à Deo paratam, sicut sponsam ornatam viro suo.

Smegma quid

38 Poetæ quoque Deas suas hisce ornamentis muliebris delectari ostendunt. Nam Homerus in Hymno Apollinis, facit Deas quasdam Iri & ipsi Deæ polliceri monile magnum nouem cubitorum aureis filis contextum, quod Lucinam accerseret, vt parienti Latonæ adesset:

Deas ornamentis gaudente.

ὑποχρόμας μέγαν ὄρμον, χρυσαίστην λίνοισι ἐεργάμενον ἐννεάπηγμον.

Et in Hymno Mercurij vocat Maiam ipsius Mercurij matrem καλλιπέδιλον, hoc est pulchra calcamenta habentem:

ἀμφὶ δὲ κρονίδω, καὶ μάλα δα καλλιπέδιλον.

Sed & in hymno Veneris, Venerem ipsam describit ita ornatam, cum se Anchisæ obtulit:

Ἰέωλον μὲν γὰρ ἐσο φαινότρον πύρος αὐγῆς.

ἄγε δ' ἐπὶ γναμπῆς ἑλικας, κάλυκας τε φαινάς.

ὄρμοι δ' ἀμφ' ἀπαλῆ δειρῆ πῶμα καλῆς ἄσπερ

καλοὶ χυῖνοι παμποικίλοι, ὡς ἢ σελήνη,

σπῆδαισιν ἀμφ' ἀπαλοῖσιν ἐλάμπει δαίμα ἰδέει.

39 Et quod magis mireris, Iuno Dea castissima, sese Ioui marito oblatura, vt ei placeret, illumque

Iuno se orna-

ut, ut maria
do placeret.

ad concubitum alliceret, se super solitum morem adornauit, apud Homerum lib. xiii. Iliad.

ἄλλ' ὅτι εἴη θυμὸν ἀφίση φαινεῖ Βυλὴ,
Ἐλθέειν εἰς ἴδω εἰ ἐντύνουσαν ἑαυτὴν
εἰ πως ἡμέραις ὄρεσθαι φιλότητι
ἔχρησεν. Et paulò pòst:
Ἀμμάτα πᾶντα κάθηρον, ἀλέφαθ' ἢ λιπ' ἑλαίῃ
Ἀμβροσίῳ ἐδάμω. τὸ ῥα εἰ πεθνομένην ἔσθ.
τῶ δ' ἤγε χροῖα καλὸν ἀλεψαμένη ἰδὲ χροῖας
Ἐξαμύνη, χροῖσι πλοκάμους ἐπλεξε φαινός.

Et non multò quoque pòst,

Crines plican-
te, non noui.
Iuno casta.

Quæ loca expendit Plutarchus Symposiacôn Decade vj. capite item vj. vt probaret colendæ co-
mæ studium in sceminis non esse damnandum. Sed & ex his facilè potes intelligere non nouum
esse, quòd mulieres nostræ ad cultum crines suos plicant, cum id Iuno fecerit. Illam autem castam
peculiari virtute vocat idem Homerus eodem lib.

Μορμύριξε δ' ἑπείτα βοῶπις πότνια ἠῆρ
ὄππως ἔφαπαφοῖο Διὸς νόον ἀγχιόχοιο.
ὃ μὲν ἄρ' ὡς ἐπέρε παλιν κίε πότνια ἠῆρ.

Item lib. xv. eiusdem operis:

Et alibi sæpe: nam id propè perpetuum epitheton illi tribuit. Quod tu notato ad ea quæ suprâ
diximus num. 26. incip. nec mulieres. Et suprâ quoque docuimus, illum Thetidem deam vocasse
τανύπεπλον.

40
Muliebris or-
natus an
quomodo per-
missus.

Ex quibus tot illustrium scriptorum sententiis, nodum huius nostræ quæstionis soluemus in
hunc modum, vt scilicet nunquam liceat quibusuis mulieribus vt fucus natia lineameta immu-
tantibus: id enim semper peccatum est vel mortale, vel veniale: mortale quidem, quando fit pro-
pter lasciuiam, vel Dei contemptum: aliàs veniale. Quod si fucus mulier vtatur, non vt natia linea-
menta corrumpat: sed vt occulter deformitatē, quam morbus, aut aliud quippiam aduentitiū pe-
perit, nulli id obnoxium esse crimini comprobatur, præter ea quæ dicta sunt, & autoritate Apo-
stoli prioris Ad Corinth. epistolæ, c. xij. Quæ putamus ignobiliora membra corporis esse, his ho-
norem abundantiorē circundamus. Et Galeni lib. i. Pharmacorū ἡστὶ τὸ πρὸς, c. ij. vbi declarat, quo-
modo ἡ κομμωτικὴ ἀπὸ τῆ κοσμητικῆς, hoc est, cōptoria ab exornatoria differat: de quo & nos in tra-
ctatu Nobilitatis diximus c. xxxj. nu. 275. vbi pharmacorū genera describo, in verbo, Cosmetica.
Potest & mulier matrimonio elocata, eo se consilio modestè quidem ornare, vt viro placeat, eiuſ-
que amorem sibi conciliat, ne ipsa despecta, ille in adulterium labatur: cœlebs autem, vt virū sibi
facilius quærat. Neutri verò istud conceditur, si eo animo ducatur, vt externos ad libidinē incen-
dat, in suum amorem inconcessum alliciat, animos iuuenum sollicitet: id enim semper peccatum
mortale est. Quin si sola leuitate hoc faciat, aut etiam vanitate, vt videlicet aliis conspectior ap-
pareat, nunc mortale est, nunc veniale, considerata personæ, loci, & temporis qualitate. Et est hæc
omnium fermè & Theologorū, & nostrorum sententia. Ex quibus aliquot hic commemorabo,
ne fortè quispiam desideret. Ita voluerunt è Theologis scholasticis D. Thomas 2. ij. q. clxix. artic.
ij. & in suis in Eſaiam commentariis ca. ij. & eius præceptor Alex. Hales, in ij. parte suæ summæ, q.
clj. membro ij. & iterum in quarta parte, q. xlvij. membro ix. & eodē vlti. Asteffanus in suæ sum-
mæ lib. ij. tit. liij. vers. vlti. ornatus mulierum. Ang. Cla. in sua etiā summa in verbo, ornatus. Ba-
pri. Salicius in sua quoque summa, in eo ipso verbo. Ant. Flo. in ij. parte tit. liij. c. vj. per totū, præ-
fertim verò in §. vij. & nouissimè Martinus cognomine Magister, famosissimus Doctor Parisien-
sis in eo libro, quem scripsit de Temperantia, quo loco de virginitate differit, in vj. q. per totum: &
Dionysius Carthusianus in Enarratione Epistolarū & Euangeliorum Dominicaliū, Dominica 2.
Aduentus, Serm. 4. & ex prædicatoribus quos vocant, (vt etiam inferioris notæ scriptores affe-
ram) Bernardinus à Buis, lib. Rosarij 2. Serm. 20. parte 3. c. ij. & multis seq.

Ex Theolo-
gis testimo-
nia.

41
Ex Iurisco-
nultis.

Ex nostris quoque, ne & eos neglectim prætermittamus, in ea sententia fuerunt Ioan. Andr. &
Phil. Fran. in c. ea quæ fiunt. de reg. iur. lib. vj. vbi ipse Io. And. redundanter hanc materiam disse-
rit, & post eum ferme ad verbum, Alber. Rosa. in l. factum à iudice. ff. eod. titu. & in opere statut. 2.
parte, q. cxcv. ipse Ioan. & in suo Dictionario, in verbo, ornatus, Pet. Anch. in repe. ca. canonum
statuta. in ij. q. principali, vers. super hoc termino applica. qui est char. 29. in paruis. de constitutio.
Hosti. & Panor. in c. j. ext. ne cle. vel mo. Io. And. in rubri. eiusdē tit. & Ant. in suo tracta. de ornatu
vti. & in c. vlti. extra de vita & hone. cleri. & in c. vj. col. pen. de dona. inter vir. & vxo. Ioan. Pla. in
l. vellera. C. de vesti. holo. & aur. lib. xj. Bar. Seuer. in repet. l. omnes populi. in ij. q. prin. vers. sic. suc-
cessiue quæritur. ff. de iusti. & iure. & Barpro. Cepol. in l. mulieris. in prin. in xij. q. ff. de verbo. signi.
& Barba. in proœmio cle. col. pen.

42
Ornatus ux-
oris extra do-
mū ad uirum
non pertinet.

Sed tamen quibus addiderim & illam Hyperidis illius Atheniensis, vnus ex decem Oratoribus
sententiam à Stobæo commemoratam in præceptis connubialibus (ea sunt in Serm. 72.) his ver-
bis: τὸς μὲν πρὸς τὴν ἀνδρᾶ τὴν εὐρὴ γυναικὶ καλλωπισμὸς, ὅπως ἐβλοῖθ. καὶ γίγνεται. τὸς μὲν οὖν πρὸς
τὰς ἐξ ὁδῶς, ἐκείλε πρὸς τὴν ἀνδρᾶ, ἀλλὰ πρὸς τὸς ἐτέρους. Quibus significatur, domi corā marito li-
cere vxori, vt libet, se ornare. Ornamenta autem, quæ ea sumit domum egressura, non ad maritū,
sed ad alios spectare. Quod proximè accedit ad id, quod ex Euripide diximus suprâ, nu. 13. inci.
nec interim prætermittenda.

¶ Sed

43 ¶ Sed illud addam, quòd impiissimus, impurissimūque ille Mahometes in suis legibus, quas in-
feruit in suo Alcurano, siue Alfurcano (vtrouque enim nomine illud infandissimum opus vocat,
illo quidem à lectione, hoc à distinctione siue redemptione) liberum reliquit maritis, qualem or-
natum ferant vxores suæ. Mulieres (inquit) vobis subiectas pro modo vestro, vtrouque voluerit-
is, ornate. Nec id quidem omnino sine ratione: quandoquidem vxores viris esse subditas satis
docuimus in prima Lege cōnubiali, proindeque legem, quam vir velit, modò non fit inhonestā,
vxori imponere posse, vt & inibi probauimus testimonio D. Pauli, Homeri, Platonis, & Aristo-
telis, & aliorum: præsertim verò nu. 12. incip. sed quocunque.

Ornatus mu-
lieris uiri ar-
bitrio relin-
quendus.

44 ¶ Et illam quidem Mahometicam legem non nihil adiuuat, quòd D. Augustinus in epistola ad
Ediciam, eam increpat, quòd vestes fordidas & humiles inuito marito deferret: vbi hæc inter cæ-
tera dicit: Quid enim absurdus est quàm mulierē de humili veste viro superbire? cui potius ex-
pedit obtemperare, quàm in nigellis vestibus repugnare. Quæ quidē repetuntur in c. quod Deo,
xxxij. q. v. In quam etiam sententiam Martinus Magister, quo loco nuper citauimus, constanter
illud asserit, quòd quemadmodum mulieres in hac ornatus ratione possunt errare in excessu, &
exuperatione modi, finiumque ornatus iusti, legitimi, & honesti, ita quoque in defectu ipsius:
quoniam interdū (inquit) res exposulat, vt alter ex coniugibus alterum excitet, & ad honestam
oblectationem prouocet. Sed, vt verū dicam, nondum vllam vidi, quæ in hac parte peccaret.

Mulieres etiā
in defectu ho-
nesti ornatus
peccare.

45 ¶ Hæc de mulieribus. Sed quoniam vtrique sexui leges statuere, cum res exposulat,
decreuimus, non nihil etiam de virore cultu differendum est. Ex prædictis satis constat, cultus
ornatusque & formæ studiū in foeminis plerunque esse honestum: at in viris horum negligentia
laudatur, cura vituperatur. Demosthenes, atq; Hortensius oratores clarissimi probris iactati sunt,
quòd vestitu cæteroque corporis cultu nitido, venusto, nimisque accurato vterentur: quod cum
à plerisque relatum est, tum ab Aulo Gellio lib. i. c. v. Nec dissimiliter Lycon Troadensis, Strato-
nis in Philosophia successor, reprehensus est, quòd cultu esset mundissimus, ad eò vt vestitiū incre-
dibili mollietate & nitore vteretur, vt ex autoritate Hermippi scribit Laertius. Idemq; Heraclidem
Ponticum incensit, quòd mollicula veste vteretur, tumentique esset corpore, ad eò vt illum At-
tici non iam Ponticum, sed Pompiciū, vocaret. Sed & Cornelius Tacitus Mecœnatis calamistros
ridet, vt Seneca in vniuersum eius cultum immodicum, in Epist. 114. ad Lucilium. Carpit sacro-
sancta synodus Episcopos & clericos, qui se fulgidis & claris vestibus ornant, vnguentisque vn-
gunt, c. j. xxj. q. iij. vbi in eam rem non parum multa adducuntur.

De virore
cultu.

Demosthenes
ob nimium cul-
tum vituperat-
us.
Et Horten-
sius.
Et Lycon.
Et Heracli-
des.

46 ¶ In hanc quoque sententiam præceptum est Ouidij lib. i. de Arte amandi:
Sed tibi nec ferro placeat torquere capillos,
Nectua mordaci pumice crura teras.
Ista iube faciant, quorum Cybeleia mater
Concinitur, Phrygiis exululata modis.
Forma viros neglecta decet. Minoida Theseus
Abstulit, à nulla tempora comptus acu
Hippolytum Phædra, nec erat bene comptus, amant:
Cura Deæ syluis aptus Adonis erat.
Munditia placeant, &c.

Forma negle-
cta viros de-
cet.

Quamquam paulò seuerius apud Sallustium in Iugurtha Marius pronuntiauerit, munditias mu-
lieribus, viris laborem conuenire. Sed vt ad Ouidium redeamus, is in eodem opere lib. iij. monet
puellas à se reicere viros molliùs ornatos:

Sed vitate viros cultum formamque professos,
Quique suas ponunt in statione comas.
Nec coma vos fallat liquida nitidissima nardo,
Nec breuis in rugas cingula pressa suas.
Nec toga decipiat filo tenuissima, nec si
Annulus in digitis alter, & alter erit.

Et paulò pòst,

Quem Pontanus pulcherrimè imitatus ait, lib. i. de Amore coniugali:
Sed neque te capiat iuuenis, cui picta capillum
Sit coma, cui nimia queritur arte decor.

D. quoque Hieronymi ad Demetriadem de virginitate seruanda, hæc verba sunt: Cincinnatulos
pueros, & calamistratos, & peregrini muris olentes pelliculas, de quibus illud Arbitri est, Nò bene
olet, qui bene semper olet, quasi quasdā pestes, & venena pudicitæ virgo deuitet. Huic præcepto
assentiens Phædra Ouidiana muliebriter ornatos à se reicit, ita scribens ad Hippolytum:

Sint procul à nobis iuuenes, vt femina, compti,
Fine coli modico forma virilis amat.
Te tuus iste rigor, positiq; sine arte capilli,
Et leuis egregio puluis in ore decet.

Et subdit,

47 ¶ Silius Italicus in Africano laudat comam nullis cincinnis annulisq; distinctam, nec gradatim
formatam, sed ex omni parte æquabilem, qualis decet vitum. Huius carmen est huiusmodi libro
vii. Punicorum:

Africanus
laudatus ex
negligentia
cultus.

Martia

Martia frons, facileſq; coma, nec ponē retroque
Caſaries breuior.

Id quod videtur accepiffe à Liuiο, qui lib. viij. Secundi belli Punici, de eodem ita loquitur: Adornabat eum promiſſa caſaries, habitusque corporis non cultus munditiis, ſed virilis verè, ac militaris. In quo vt non conueniunt in caſarie, ita in cæteris minimè diſſentiunt. Ante hos Horatius

Et Curius. Curium illo eodem genere laudis extollit, lib. Carminum i. Ode 12.
Hunc & incomptis Curium capillis
Vtilem bello tulit.--

Et Cato. Et idem propè eodem ſenſu in tonſum Catonem vocat lib. ij. Ode 15.
Præſcriptum & in tonſi Catonis.

Quem ſecutus Lucanus lib. ij. de ipſo Catone loquens:

Ille nec horrificam ſancto dimouit ab ore
Caſariam.-- Et paulò poſt:
Intonſos rigidam in frontem deſcendere crines
Paſſus erat.

Alexander quoque Macedo laudatur, quòd ſine cura formæ, capillos habuerit diſſectos ac conſuſos, vt tradit Aelianus libro octauo Variæ Hiſtoriæ.

Quamquam ſcio (ne illud omitam) Artemidorum Daldianum lib. de Somniorum interpretatione i. c. 21. ſcripſiſſe, capillos inornatos, incòptos, neglectos, in ſomnis luſtum ac triftitiam denūtiare. Sed vt redeamus, Plinius Iunior ad Catiliam Seuerum lib. i. epiftolarum, inter multas laudes Ariftonis Iuriſcon. cuius ſæpe fit mentio in noſtris legibus, illud non prætermittit, quòd eſſet modicus in cultu. Sed & Cornelius Tacitus in Vita Iulij Agricola: Cultu (inquit) modicus, ſermone facilis, vno aut altero amicorum comitatus.

Et Ariſto Iuriſconſultus.
Et Agricola.

48 Diogenis diſtertia in adoleſcentes ornatos.

Diogenes Sinopæus compoſito cultòque adoleſcenti quippiam roganti, non antè ſe dixit reſponſurum, quàm apertè exploraret, virne eſſet, an mulier: veluti cultus ille ſceminam præ ſe ferret, nec virum deceret, vt prodit Laertius. Idem conſpecto adoleſcentulo, cultu geſtuque effœminatato, Non te pudet (ait) deterius, quàm naturã ipſam de te ipſo ſtatueret: illa enim te virũ fecit, tu reiſum reſingis in mulierẽ. Autor eſt idem Laertius. Verba autem hæc eius ſunt, οὐκ χείρονα τῆ φύσεως πρὸς σεαυτὸν ἐβλεπόμενος. ἢ μὴ γὰρ σε ἀνδρῶν ἐπιείθεος, οὐδ' ἢ σεαυτοῦ διὰ τὴν γυναικίαν εἶ. Idemque propemodũ dixiſſe Ariſtorelẽ tradit Antonius Monachus Meliſſæ tomo i. c. 60. Ἀριστοτέλης δεασάμενος μισράκιον ὄραει ὄμιλον, ἐφθῆκε ἀχύνει, ὅτι τῆ φύσεως ἀνδρῶν σε ποιήσας, εαυτοῦ τρεβήλους. Sed vt ad Diogenẽ redeamus, (vt tradunt idem Laertius, & Antonius Monachus, quo loco nuper citauimus: & præterea Stobæus c. 6.) adoleſcentem intuens accuratius ſe ornantẽ, Si quidem, inquit, ad viros, fruſtra: ſin autẽ ad mulieres, nequiter. Sed in Græcis vocibus agnominatio, quæ illis προσωνομασία dicitur, vocum quadã affinitate id diſtũ multò iucũdius efficit, ἀτυχεῖς & ἀδυναεῖς, illud enim fruſtra ſignificat, hoc nequiter, ſiue iniuſtè. Id tamen nõnulli Aefopo, nõ Diogeni tribuunt. Nobiliſſimus Stoicorũ Zeno faceto vrbanòq; diſto quempiã, qui ſe magno ſtudio componebat, perſtrinxit. Nã cum ille vehiculum lentè ſegniterque tranſcenderet, Meritò (inquit Zeno) ſuſpectũ habet lutũ: neque enim ſe illo, veluti in ſpeculo, intueri poteſt. Idẽ cuipiã vnguentis delibuto, Quis, ait, mulierẽ olet? ſignificans, effœminatorũ eſſe, cultu huiuſmodi & vnguentis vt. Autor vtriuſque Laertius. Pherecydes iuvene comato ſibi obuiο, oculos tunica operuit, digito oſtendens ex corpore eius manifeſtũ fieri, illum eſſe de pathicorũ grege, vt ſcribit Syneſius Cyrenenſis in oratione de Caluitij laudibus. Qui & ipſe paulò antè hæc ſcripſerat: Qui comam curãt, effœminati ſunt, & meretricij omnes. Proſtant enim, tantoq; maiorem palmã ſe conſequi putant, quãtò magis ſceminæ ordinis imitatores ſiant. Nec multò poſt aduocat prouerbiũ, Nemo comatus, qui non ſimul ſit cinædus. Quod ipſe Syneſius noluit exprimere, quia vt ipſe dicit, & nomine & re eſſet obſcenũ. Mnaſeas apud Athenæum arguit Androcoptũ Phrygium, quòd aded eſſet delicioſus, vt floridam veſtẽ indueret: ſeque muliere decentiũs exornaret. Plutarchus in Apophthegmatis, tradit quempiã capillorum tinctura ſuperbientem à Philippo Macedonum Rege, ex ordine iudicum, in quem nuper lectus erat, ſemotum fuiſſe: neque enim ſperandam integritatem ab eo in rebus gerendis, qui etiam pilis fucum prætenderet.

Effœminatos eſſe cultus ſtudiosos.

Proſonomaſia.

Zenonis in adoleſcentes ornatos.

Pherecydis diſterium in comatum iuuenem.

Produciũ.

49 Paridi cultus exprobratus.

Apud Homerum lib. ii. Iliad. Diomedes Paridi cultum ornatũque capitis exprobrat:
--Κέρα ἀγλαὰ παρθρονίπα.

Phocylidis quoque in eam rem ſententia eſt:

Μὴ μὲν ἐπ' ἀρσενι παῖδι τρέφει πλοκαμίδ' ὀχρίτω.
Μὴ κορυφῆν πλέξῃς, μὴθ' ἀμματα λοξὰ κορυμβῶν.
ἀρσενι δὲ ἐπέοικε κόμη, χλιδαὶ ἢ γυναιξί.

Id eſt:

Ne in maſculo quidem filio nutri cincinni gratia capillum:
Ne verticem plices, neque vittas tortuoſas corymborum.
Maſculum non decet coma, deliciae verò mulieres.

Phocylides in uirorum ornatum.

Quin & apud Virgilium lib. ix. Remulus idem Teucris exprobrat:

Vobis picta croco, & fulgenti murice veſtis,
Deſidia cordi: iuuat indulgere choreis:

Quin & apud Virgilium lib. ix. Remulus idem Teucris exprobrat:

Vobis picta croco, & fulgenti murice veſtis,
Deſidia cordi: iuuat indulgere choreis:

Et tun

Et tunica manicas, & habent redimicula mitra.

Proindeque confeſtum eos appellat Phrygias, ſceminæ ſexus nomine, veluti effœminatos:

O verè Phrygia, neque enim Phryges.--

Quod nos alibi in i. Leg. connubiali ad aliud retulimus. Idemque ferè eis exprobrat Iarbas lib. 4. eiufdem operis:

Et nunc ille Paris cum ſemiuiro comitatu,
Maonia mentum mitra, crinemq; madentem
Subnixus, raptò ponitur.--

50 ¶ Iulius Capitolinus proſcindit Maximinum iuniorem, quòd in veſtibus tam accuratus erat, vt nulla mulier nitidior eſſet in mundo. Porcius Latro nobilis declamator, in illa elegantiffima, in Catilinã declamatione, poſt deſcriptionem hominũ ſceleſtiſſimorum, Hi ſunt (inquit) quos in foro quotidie in oculis ciuiũ calamitraſtos, ac veſtibus collucètes paſſim obuolitare cernimus, &c. Aelianus lib. ix. Variæ Hiſtoriæ, Demetriũ Poliorceten repræhēdit, quòd capillos decorè pekten. do diſponebat, ac ruſos faciebat, faciemque inungebat, aliſq; id genus delicias ſummũ inertia ſuæ ſtudiũ impendebat. Quinetiã Plutarchus in vita eius probro ei dat, quòd vteretur non tantũ μενσίους διμύτροις, & purpura auro intexta, ſed & ſoleis auro litis, quodque mundi quoque imagine & aſtronũ chlamys ei tum teteretur: cum Macedonia regno excidit: neminemq; deinde Regum Macedonia, eſtũ multi poſteã ſuperbiſſimi fuerũt, ea vt auſum eſſe. Iulius autẽ Firmicus lib. Aſtronom. 8. c. 7. offendit huic vitio nonnunquam viros aſtrorum vi & potentia eſſe obnoxios. In Tauri (inquit) ſexta parte oriũtur Pleades, quibus orientibus ſiqui orti ſunt, erunt ſemper nitida & polita fronte, atque accuratis veſtibus compti, quorum inflexi crines torqueantur ſemper in oſtro, necnon appoſitis alienis crinibus fictam & compoſitam pulchritudinem mentiantur, rotius corporis formam vario pigmentorum genere molientes. Hi etiam demptis pilis corpus ſuum in ſceminæ corporis imaginem tranſferent: eorumque veſtes quoque ad muliebris cultus ſimilitudinem excolentur. Hi & molliter ambulantes, veſtigia ſua cum delicata moderatione ſuſpendent.

Maximino nulla mulier ornator.

Et Demetrius Poliorcetes.

51 ¶ Et quòd cultus ornatũque viros magis, quàm ſceminas, dedecet, vel leges noſtræ manifeſtè oſtendunt, vt ſuprà diximus, nu. 19. incipiente, ex quo apertè, & ſeq. Et ſuo id teſtimonio adiuvat Prudentius, qui poſtea quàm ornatum cultumque muliebrem taxauit illis verſibus, quos ſuprà citauimus, cum de ea re loqueremur, ſtatim & hos verſus ſubtexuit:

Cultũ magis dedecere uiros quàm ſceminas.

Hæc ſexus male fortis agit, cui peſtore in arcto
Mens fragilis facili vitiorum fluctuat æſtu.
Quid, quod & ipſe caput muliebris corporis, & rex,
Qui regit inuolidam propria de carne reſectam
Particulam, qui vas tenerum ditione gubernat,
Soluatur in luxum? Cernas molleſcere cultu
Heroas vetulos, opifex quibus aſpera membra
Finxerat, & rigidos durauerat oſibus artus,
Sed pudet eſſe viros: querunt vaniſſima queque,
Queis niteant: genuina lues, vt robora ſoluant
Vellere non ouium, ſed Eoo ex orbe petitis
Ramorum ſpiliis ſtuitantes ſumere amictus,
Gaudent & durum ſcutulis proſundere corpus.
Additur ars, vt ſila herbis ſaturata recoctis
Illudant varias diſtincto ſtamine formas
Vt quæque eſt lanugo ſera molliſſima tactu,
Peſtitur. Hunc videas laſciuas præpete curſu
Venantem tunicas, auium quoque verſicolorum.
Indumenta nouis texentem plumea telis.
Illum pigmentis redolentibus, & peregrino
Pulvere ſæmineas ſpargentem turpiter auras.

Ouidius quoque ſatis oſtendit ſceminas cultiores eſſe ſolere, quàm mares, in epiftola Paridis ad Helenam, his verſibus:

Cum videas cultus noſtra de gente virorum,
Quales Dardaniæ credis habere nurus?
Nec tamen indignum, ſi vobis cura placendi,
Cum comptos habeant ſecula noſtra viros.
Fæminea veſtri potiuntur lege mariti:
Et vix, ad cultus nupta quod addat, habet.

Et in carmine de Medicamine faciei:

Et D. Chryſoſtomus in epiftolam ad Ephēſios, ſermone xij. ſcribit mulieri peculiare ac cõmodum magis eſſe ornari, quàm viro: quod & ſatis quoque oſtendit Clemēs Alexãdrinus lib. Pedagog. iij. c. item iij. vbi multa de cultu virorum ſcribit.

52 ¶ Tantisper tamen viris negligendus eſt cultus, dum dignitati eorum conſulatur, & non deſint munditiæ.

Cultus me-

diocris viros decet.

Autoritas & dignitas ex cultu.

Cultus sordidus vituperatur.

Ioan. Lig. ob tenuem vestem contemptus.

Agefilaus quoque.

De eadem re.

Cultus, nec sordidus, nec exquisitus.

munditiæ. Compertū est enim, cultum mediocrem splendoremque vestium ad dignitatē quamdam, autoritatemque comparandam, ac tuendam, non paruum momentum afferre, vel teste Pontifice in cap. vt apostolicæ. de priuil. lib. vj. in illis verbis, vt ex eorum maiori, ac decore maiori ornatum, maiortas appareat dignitatis. Cui subscribēs Fabius Quintilianus in Prologo lib. viij. Oratoriarum institutionum: Et cultus (inquit) concessus, atque magnificus addit hominibus (vt Græco versu testatum est) autoritatem. At muliebris & luxuriosus, non corpus exornat, sed detegit mentem. Versum autem, quem citat Fabius, opinatur Erasmus apud Homerum esse lib. vj. Odissæ, vbi Minerua de pulchris vestibus loquens, ita dicit:

Εκ γὰρ τῶν φάτις ἀδρῶπος ἀναβαίνει. Id est,

Quippe homini ex istis surgit bona fama, decusque.

Pauloque inferius in eodem libro satis indicat ipse Homerus, quantum momenti cultus vestium afferat ad conciliandam homini formam, dignitatemque, cum Nauficaam puellam Alcioni filiam ita de Vlysse loquentem facit:

Ἐρόδον μὲν γὰρ δὴ μοι ἀεικέλιος δ' ἐστὶν αἶψα,

Νῦν ἢ θεοῖσιν εἰκεῖ τῶν ἑρανοῦ δὲ δὴν ἔχουσιν.

Antè videbatur specie sordidissimus esse,

Nunc diuis similis magnis quos pascit Olympus.

Id est, ex ipsius Erasmi traductione:

Nam cum exutis pannis vestes nitidas induisset Vlysses, protinus alius esse visus est. Catonis dictum est in libro, qui inscriptus est, carmen de moribus, à Gellio lib. xj. citatū: Vestiri in foro honestè, mos erat: domi, quod satis erat. Solomon in Ecclesiaste, c. ix. monet: vt omni tempore vestimenta sint candida. Dominus noster præcipit Iob, vt speciosis indueretur vestibus, vt scribitur Iob 40. c. Pelagius hæreticus scripserat, gloriam vestium & ornamentorum esse Deo contrariam. Contra quem D. Hieronymus lib. i. in eundem Pelagium hæc protulit: Quæ sunt, rogo, inimicitia contra Deum, si tunicam habuero mundiorem? si Episcopus, Presbyter, & Diaconus, & reliquus ordo Ecclesiasticus in administratione sacrificiorum candida veste processerint? Et subdit, irridens eundem Pelagium: Cauete clerici, cauete monachi, viduæ, & virgines: periclitamini, nisi sordidas vos atque pannosas vulgus aspexerit. Taceo de hominibus seculi, quibus apertè bellum indicitur, & inimicitia contra Deū, si pretiosis atque nitentibus vtantur exuviis. In quam etiam sententiam concilium est Gangrense, cum anathematizans, qui viles vestes deferens, tanquam ex eo iustitiam habiturus, alios reprehendit, qui nitidiores deferunt, vt in Decretis canonicis proditum est, in c. si quis virorum. xxx. dist.

33 ¶ Sed & in eam rem multa adducit Spec. tit. de aduo. §. sequitur videre. per totum, quibus probare contendit, splendidas vestes aduocato esse decori & dignitati: contra verò sordidas, dedecori ac contemptui. & Bal. in rub. extrà de vita & ho. cle. scribit, ad honestatem clericorum pertinere, non solum honestè & parcè viuere, sed vestibus sordidis abstinere: quia vestes sordidæ inducunt pudorem. l. vestem sordidam. ff. de iniur. refert Barba. in c. cum M. col. lix. extrà de constit. quòd cum Ioā. de Ligna. ad quasdam nuptias inuitatus iuisset, vulgarem vestem indutus, nullusque ob id honor ei fuisset exhibitus, vt pote propter vestem non satis cognitus, misit qui quæreret aliam vestem splendidiorem: quam cum recepisset, in suo ipsius loco posuit, abutq; illud præfatus, Vestem coluistis, vestem habetote. Quod & repetit Lud. Bol. in repet. authen. habita. col. viij. versu. & ideo deciditur. C. ne fil. pro pat. Refert Plutachus in vita Agefilai, cum is in Aegyptum à rege Aegyptiorum ascitus fuisset, propter vestis tenuitatem indigenis illum contemptui fuisse: maleque de ipso sensissent, nisi postea declarasset magnificentiam & dignitatem virtute & prudentia parari oportere. Quod & ipse Plutarchus scripsit in Apophthegmatis Laonicis. Nec lógus abest, quod & de Philopœmene supra diximus in ij. leg. connubiali, nu. 58. incip. nec prætermiserim.

54 ¶ In qua re æquè ac in cæteris rebus, mediocritate quadam vtendum est. Nam sicut ornatum corporis infucatum laudamus, ita & dissolutos & fractos vestibus non recipimus, ex eodem Gangrensi concilio in c. parsimoniam. xlj. dist. Et facit tex. in c. ij. in fi. extrà de custo. Eucha. cum dicit: Nimis enim absurdum, in sacris sordes negligere, quæ dedecerent etiam in profanis. Et ibi gl. dicit arg. quòd clerici debent incedere ornati vestibus. Proinde Ifocrates in Parænesi ad Demonicum monet, in vestitu honestam munditiem amandam: exquisitam verò elegantiam & luxum, vt superuacuum, aspernandum. Et simile quippiam præcipit Horatius duobus verbis mediocritatem illam designans:

Simplex munditiis.—

Et alibi, scilicet lib. ij. Serm. Saty. item 2.

Mundus erit, qui non offendet sordibus: atque

In neutram partem cultus miser.

Cicero lib. i. Officiorum, adhibendam esse munditiam nõ odiosam, neque exquisitam nimis, tantum quæ fugiat agrestem, & inhumanam negligentiam. Id quod etiam monet alter eloquentiæ Latinæ Antistes Fabius lib. xj. c. iij. quo loco de cultu Oratoris tractat: Cultus, ait, nõ est proprius Oratoris aliquis, sed magis in Oratore cõspicitur: quare fit, vt in omnibus honestus debeat esse, splendidus, & virilis. Nam toga, & calceus, & capillus, tam nimia cura, quam negligentia sunt reprehendenda. Et rursus lib. xij. de genere dicendi loquens: Ne crassa, ait, toga sit, non ferica, non intonsum

intonsum caput, non in gradus atque annulos comptum. Quam sententiam eleganter mutatus D. Hieronymus, siue is fuit, siue alius (quod stylus apertè comprobatur) in Regula sanctimonialium, cap. 17. Nec affectatæ (ait) sordes, nec exquisitæ deliciae laudes pariunt. Cuius tamen loci ipsius Hieronymi titulo, autoritate subnixus Gratianus noster, monet sacerdotè, vt nec fulgidis, nec sordidis se ornet vestibus, vt scribitur 41. dist. in summa. Sed & alibi Hieronymus ipse (quod nemo diffitetur) ad Eustochium de virginitate seruanda: Sit vestis (inquit) nec satis munda, nec sordida. Et paulò infra: Nec affectatæ sordes, nec exquisitæ munditiæ conueniunt Christiano. Rursusq; ad Heliodorum laudat Nepotianum, quòd nec munditiis, nec foribus notabilis esset. Sed & ad Nepotianum ipsum de vita clericorum, Vestes, inquit, pullas æquè deuota, ac candidas. Ornatus, vt sordes, pari modo fugiendæ sunt: quia alterum delicias, alterum gloriam redolet. Et ad Paulinum de constitutione monachi: Soror tua matronarum declinet confortia, nec nitore sericas vestes, & gemmas circumferentium sceminarum, se sordidatam, aut doleat, aut miretur: quia alterum propositi pœnitentia, alterum iactantiæ seminarium. Et ad Marcellam de laudibus Afellæ, ad fi. Neglecta mundities, & inculta vestis: cultus ipse sine cultu.

Quibus omnino conuenit Epigramma Martialis in Pannicum lib. 2.

Pectere te nolim, sed nec turbare capillos:

Splendida sit nolo, sordida nolo cutis.

Nec tibi mitrarum, nec sit tibi barba reorum.

Nolo virum nimium, Pannice, nolo parum.

55 ¶ Suprà dictorū sententias confirmat sanctissimus scriptor atque eruditissimus Seneca, cum scribit ad Lucilium epistola quinta, Illud te admoneo, ne eorum more, qui non proficere, sed conspici volūt, facias aliqua, quæ in habitu tuo aut genere vitæ notabilia sint. Asperum, incultum, & intonsum caput, & negligentiore barbam deuota. Et post pauca, Non splendeat toga, nec fordeat quidem. Plutarchus apud Antonium Monachum, lib. i. Melissæ cap. 36. μήτε λίαν πολυτέλειος, μήτε ἄγαν ἐψελδὸς περιώ τὰ πρὶ τῶν ἐδῆται, καὶ διαίτα, καὶ πρὶ τῶν ἐπέται διαγωγῆν τὸ σῶμα διοικεῖν. τὸ μὲν φθονεῖσθαι, ἢ γελᾶσθαι, τὸ ἢ μισεῖσθαι ἢ ἐλεεῖσθαι ποιεῖν. Quorum hæc sententia est: Neque nimis sumptuosum, neque nimis sordidum in vestimentis, victu ac reliqua vita se exhibendum. Illud enim inuidiosum aut ridiculum, hoc odiosum & miserabilem reddere.

56 ¶ Diogenes ille Cynicus, egregius humani ingenij æstimator, cum adolescentes Rhodios aliquando conspexisset sumptuosè admodum vestitos & delicatè, ridens, τῦφος, ait, ἔστιν. Id est, superbiæ prorsum indicia hæc sunt. Mox cum Lacedæmonis quoque occurrisset, quibus substriktor tunica, citraq; humeros desistens, nec vilior modò, sed & sordidior quoque, ἄλλος (inquit) ἔτος τῦφος. Id est, altera superbiæ species ista. Quod & inter cæteros tradit Aelianus Variæ hist. lib. 9. Cui subscribens Aristoteles lib. Ethicorum 4. cap. 7. Qui parua (inquit) & manifesta dissimulant, ij delicati simul malitiosiq; dicuntur, & facillè sperni possunt: atque id ipsum arrogantia interdum videtur. Apollonius quoque apud Philostratum lib. 6. asserit à vestimentorum cõtemptu non abesse quandam superbiam. Legimus illum D. Bernardum & doctrina & sanctimonia clarum, veste quidem satis vili, sed minimè squalenti vsu, ac etiam dicere solitum, Tunicam sordibus obsoletam, testem desidie, atque socordie esse: eiusq; immunditiam interdum ad hypocritism spectare: vt pote qua inanis gloria, cum videatur contemni, quæritur. Id quod etiam Socrates morum censor grauissimus, perpulchrè indicauit, cum ei insolentior visus Antisthenes, quoniam ratione inusitata laceram atque disruptam indumenti portionem visentibus nunquam non ingerebat, hinc captans opinionem excelli animi, & ea despiciantis, quæ mortales ad stuporem miratur. Ideo eum Socrates sic increpuit: τὸ πάσης ἐγκαλλωπιζόμενος ἡμῶν. Non desines (inquit) amplius te nobis, curiosusq; ornare. Illud quoque inculeans, Aspicio per scissuram pallij tuam vanitatem, quod & Laërtius prodidit & Aelianus, quo loco nuper citauimus. Sed & Posidonius Calamensis in vita diui Augustini, cap. 22. scribit, eidem Augustino vestimenta fuisse, nec nitida nimium, nec abiecta plurimum: quia his plerunque vel iactare se insolenter homines solent, vel abiicere. Quid, quòd Daniel vir ille sanctissimus purpura & torque aureo in collo indutus est? vt scribitur Dani. 5. Et regina Saba admirata est vestimenta ministrorum. Solomonis, 2. Reg. c. 10. & 2. Paralip. c. 9. vt hinc scias, vestes aliaq; ornamenta sumptuosa gestare, per se non malum esse, vel reclamantibus Catapaptistis. Id tantum in ea re considerandum, quo animo id fiat.

57 ¶ Illud autem postremò monuerim in hac cultus ornatusq; ratione morem cuiusque regionis, eorumq; quibuscum versaris, esse maximè obseruandum. Quisquis enim (vt dicit D. Augu. lib. 3. de doctrina Christiana, & repetitur in c. i. 42. dist.) rebus prætereuntibus restrictiùs vtitur, vt metas consuetudinis bonorum, inter quos versatur, excedat, aut aliquid significat, aut flagitiosus est. Et Gratianus eodem dist. §. vlt. Quisquis (inquit) contemptis his, cum quibus viuit, lautiora sibi, vel austeriora præ cæteris indumenta quærit, intemperans sui, aut superstitiosus est. Propterea dicit glo. in d. c. si quis virorum. 30. dist. & in c. i. 31. q. iij. in vestibus & ornatu inspiciendam regionis esse consuetudinem. Quod & voluit gl. in c. pe. in verbo, deauratis, & ibi Panor. col. vlt. & Bened. Capra doctor Perusinus, extrà de vita & hon. cler. & Specul. d. tit. de aduo. c. §. sequitur videre, & Bal. in rub. de consue. col. vlt. versu. consuetudo debet seruari. Et D. Thomas, 2. ij. q. clxxxij. ar. j. & Asteffanus lib. 2. c. 54. in prin. Idcirco D. Hieronymus in ea, quam nuper citauimus, epistola ad He-

De eadem re. Cultus nimis superbiæ species.

Cultus sordidus, altera superbiæ species.

Et hypocritis.

Daniel torque aureo ornatus. Catapaptiste.

Cultus ex more regionis.

liodorum, Nepotianum laudat, quod in cultu prouinciae morem sequeretur. Sophonias Propheta c.1. Deum ita facit loquentem, Visitabo super omnes, qui induti sunt veste peregrina. veluti id fit admodum reprehendendum, uti vestibus peregrinis, & non patriis. Quo nomine Alexander ille Magnus vituperatus fuit, quod relicta veste Macedonica, Medica usus sit, & alia peregrina, ut scribit Diodorus Siculus lib.17. Bibliotheca, & alij plurimi. Qua in re Galli nostri admodum arguendi sunt, quod cum primum viderint vestem aliquam peregrinam, continuo illam induant. Porro ex Virgilio didicimus, priscos illos Italos ante aduentum Aeneae capillos componere ac comere solitos, uti mulieres. Ita enim scribit de Lauso, eximia virtutis iuvene, lib.10. Aeneid.

—Et terra subleuat ipsum

Sanguine turpantem comptos de more capillos.

In quem locum Seruius interpres, id, quod diximus, annotauit: subiunxitque, hoc etiam statuas veterum docere, & personas, quas in Tragœdijs vidit similes in vtroque sexu, quantum ad ornatum corporis pertinet.

¶ Nec tamen illud interim in hac cultus ornatusque tractatione praetermittendum duximus, cauendum magnopere viris esse, ne cultu, veste, ornatu muliebri vtantur: nec contra, foeminae virili. Id quod primum suis legibus olim prohibuit Moyses, Deut. 22. Non induetur (ait) mulier veste virili, nec vir veste foeminea. Abominabilis enim apud Deum est, qui facit haec. Ex quo & Gangrensi concilio, cap. 13. illud statutum est, Si qua mulier suo proposito vtile iudicâs, ut virili veste vtatur, ad hoc vt in viri habitum mutetur, anathema sit. Quod & reperitur in Decretis canonicis in c. si qua mulier. 31. dist. Estque textus apud nos in l. vestis. §. muliebria. & §. comunia. ff. de auro & arg. leg. viros non facile vti posse vestimentis muliebribus, nec contra mulieres vestimentis virilibus, sine reprehensione. vbi Rayn, ex hoc tradit, eos, qui haec faciunt, infames esse, & a testimonio repellendos: quod tamen non admittit Alberi. ibi, qui eos §. legit cum §. j. eiusdem l. per l. inter vestes. eo. titu. vbi traditur, Senatorem quendam vti solitum vestibus muliebribus. Et ego quidem non possum accedere sententiae Ray. Neque enim si reprehensibile est id facere, continuo sequitur, eum infamen esse qui facit, cum nulla lex id dicat. Nec tamen probo rationem Alberi. nam id non minus reprehensibile est, quod Senator quispiam id facit, quod legibus aut moribus non conuenit.

¶ Illud autem constat, Herculem admodum fuisse vituperatum, quod amore Omphales captus, eiusque obsequens, vestibus eiusdem aliquando sese induerit, ut scribit Lucianus in eo lib. cui titulus est, πῶς δὲ ἰσοπέλα συγγράφει, hoc est, quomodo scribenda sit historia. & Laetantius lib. 1. qui de falsa religione inscribitur, cap. 9. ad idque non nihil alludit Propertius lib. 3. Eleg. illis carminibus:

Omphala in tantum formae processit honorem, &c.

Et rursum lib. 4. elegia 10. vbi ita facit ipsum Herculem loquentem;

Idem ego Sidonia feci seruilia palla

Officia, & Lydo pensa diurna colo,

Mollis & hirsutum cepit mihi fascia pectus,

Et manibus duris apta puella fui.

Et Ouidius in epistola Deianirae ad Herculem,

Non pudet Alcide victricem mille laborum

Rasilibus calathis imposuisse manus?

Vidit in Herculeo suspensa monilia collo,

Illo, cui celum sarcina parua fuit.

Et Scatius lib. 1. Achilleidos. Hinc & Plutarcho in lib. cui titulus est, ἀπρεσβύτερον παλιγενέου, id est, num seni gerenda sit respublica, ipse Hercules Omphalae seruiens προκοδόφορος, dictus est, id est, crocoton deferens, quod est genus vestis muliebris, ut alibi diximus, & trahit Nonius Marcellus. Item illud Senecae Tragœdiographi in Hercule furente;

Fortem vocemus, cuius ex humeris leo

Donum puella factus, & claua excidit,

Fulsiq; pictum veste Sidonia latus?

Fortem vocemus, cuius horrentes coma

Maduere nardo? laude qui notas manus

Ad non virilem tympani mouit sonum,

Mitra ferocem Barbara frontem premens?

Natus Alcmena posuit pharetras,

Et minax vasti spoliū leonis,

Passus aptari digitis smaragdos,

Et dari legem rudibus capillis.

Cruva distincto reliquit auro,

Luteo plantas cohibente succo,

Et manu, clauam modo qua gerebat,

Fila deduxit properante fuso.

Hospes Timoli Lydiam fouit nurum,

Et amore captus ad leues sedit colos.

Et in Hippolyto:

Et in Hercule Octavo:

Alexander Magnus vituperatus, quod veste peregrina uteretur. Itali prisci ante aduentum Aeneae, ex more gentis capillos comebant.

Vir vestimentis muliebribus, foeminae virilibus abstinento.

Hercules crocotophorus.

Vnum feroci stamen intorquens manu.

Nempe illa ceruix spolia deposuit fera,

Crimenq; mitra pressit: & famulus stetit

Hirtam Sabaea marcidus myrrha comam.

De hoc quoque non nihil tradit Lucianus in dialogo Iouis, Aesculapij, & Herculis.

60 ¶ Sardanapalum quoque carpunt Historici, quod ab Arbaeto Medorum praefecto inter scortorum greges habitu muliebri inuentus est, ut scribunt Ctesias lib. Rerum Persicarum 3. & ex eo Athenæus lib. 12. cap. 3. Iustinus lib. 1. Paulus Orosius lib. item 1. cap. 19. Sed & Publius ille Clodius ab omnibus reprehenditur, quod inter publicas Bonae Deae ceremonias, ad Pompeiam Caesaris vxorem muliebri veste penetrasset, ut videre licet apud Ciceronem in Epistolis ad Atticum, & in Oratione de Aruspicum responsis, non vno in loco: itemque in Oratione pro domo sua, & saepius alibi. Sed & ipse Tullius lib. 1. earundem Episto. ad Atticum, Epistol. 9. scribit Clodium ipsum in domo Caesaris cum veste muliebri fuisse deprehensum, ac per manus seruulae seruatum, rem (inquit) insigni infamia. Item apud Suetonium in ipso Caesare, cap. 6. Plutarchum, qui huius historiae ordinem atque seriem graphicè describit in vita eiusdem Caesaris. Ex quo statim id intelligis, hanc vestium transformationem saepe fieri libidinis causa. Nam & Pausanias lib. 8. quo Arcadica scribit, auctor est, Leucippum Oenomai Pisae regis filium, ut Arcades & Elei memorant, Daphnen deperditè deamasse: cuius nuptias cum assequi nequisset, utpote virilem sexum exosae, is habitu muliebri, comaque, quam Alpheo fluuii deuotam nutrebat, contexta, ad eam accessit, seque Oenomai filiam esse apud eam mentitus est: cumque generis nobilitate venandi; peritiam ceteris virginibus antecelleret, Daphnes beneuolentiam sibi facillimè conciliauit. Mox ea, ceteraque Nymphae, in Ladone flumine natate concupiscentes, inuitum Leucippum exuerunt: quem cum marem esse deprehendissent, hastilibus iaculisque confoderunt.

61 ¶ Vituperantur quoque à quibusdam Mafsilienses, quod luxu perdit, muliebrem in modum ornarentur, comis vnguento delibutis, capillisque religatis. Ex quo apud Suidam ortum adagium in eos, qui cultu parum viris decoro vterentur, ἐκ μασσαλίας ἡκεις, id est, e Maffylia venisti. Et aliud eiusdem sensus apud Athenæum lib. 12. c. 7. in fi. πλευσίας ἐς τὴν μασσαλίαν. nauiges Maffylia. Quamquam his admodum aduersantur, quae ab aliis multis magnae autoritatis scriptoribus de Mafsiliensium temperantia, seueritate, abstinentia, sinceritate, frugalitate, grauitate, & omnibus aliis virtutum generibus tradita sunt, nempe Tullio lib. 2. Officiorum. & in 3. Philip. & in Oratione pro L. Flacco, Strabone lib. 4. Valerio Maximo lib. 2. c. de Institutis antiq. non semel, Liuius 4. decadis lib. 7. Cornelio Tacito in vita Agricola, Iustino lib. 43. Lucano lib. 3. & aliis plerisque: vt non immeritò Plautus in Casina mores Mafsilienses pro optimis appellauit. Atque ita facile crediderim Suidam & Athenæum non de nostra illa Gallica Mafsilia, sed de Libyca Maffylia loqui, cuius meminit Virgilius lib. 4. Aeneidos,

Maffylia, ruunt equites.—

Vbi Seruius, Maffylia, inquit, gens est non longè à

Mauritania: & est pars Getuliae & Numidia. Et rursum idem Virgilius lib. cod. 4.

Hic mihi Maffylia gentis monstrata sacerdos,

Vbi & ipse Seruius, Maffylia, ait, Mediterranea est ciuitas Beronicae Libyae: vnde non longè Hesperidum horti sunt. Et lib. 6.

Tot maria intraui duce te, penitusque repostas

Maffylum gentes.—

Quo in loco Seruius quoque Maffylia (inquit) sunt Mauri, vnde speciem pro genere posuit. Nam Aeneas ad Aphricam venit, cuius partem constat esse Maffylia. Sed & Liuius 3. decadis lib. 4. ad finem, scribit Maffylam gentem esse Numidia, in qua regnabat Gala pater Massanissae. Quam Mafsiliensium à Maffylis differentiam vereor, ne Lazarus Bayfius, vir alioqui admirandae eruditionis, non intellexerit, in libello de Re vestiaria, quo loco de tunica agit.

62 ¶ Clifthenes item Comicorum conuiciis patuit, quod parum vir haberetur, seque cultu indecoro in foeminam transformaret. Vnde & illa Adagia nata apud eundem Suidam ex Aristophane & aliis, κλαδένω ὄρω, Clifthenem video: & κλαδένος ἀκρατίστερος, Clifthene intemperantior. Eademque infamia notatus est ab antiquis Cleocritus, quod ad maiorem lasciuia vestibus foeminam mentiretur, cuius etiam non nihil meminit Suidas. D. Hieronymus ad Eustochium de conseruanda virginitate, in mulieres inuehitur, quae vestibus virorum vtuntur. Alia (inquit) virili habitu veste mutata erubescunt se foeminas natas esse. Quintilianus lib. 5. cap. 9. inter signa illud adscribit, vestem muliebrem mollis & parum viri esse. Charondas Thuriorum Legislator, eos qui in praeliis signa ordinesque destituisent, quae arma pro patria capere recusassent, ea poena mulctauit, vt vestibus muliebribus induti, in medio foro sisterentur ter quotidie ante omnium ora in suggesto, quo huiusmodi hominum animos, ab ea mollitia & foeminea timiditate, sensim reuocaret in audaciam, atque vt illis mortem praestaret oppetere, quam tantam ignominiae calamitatem diutius in patria experiri, vt tradit Diodorus Siculus lib. 2. Bibliotheca 12.

63 ¶ Zenon Cittiensis ille Stoicæ sectae princeps, cum in sua Republica praecipisset, viros & mulieres eandem vestem induere, id nonnulli, & inter ceteros Cassius Sceptitius reprehenderunt: vt tradit Diogenes Laertius in vita ipsius Zenonis. Dinocrates Messenius Romae temulentus in habitu

Sardanapalus in muliebri habitu deprehensus. Clodius in sacris Bonae Deae in habitu muliebri deprehensus.

Leucippus iaculis confossus.

Mafsilienses olim unguento delibuti. Prouerbiū. Prouerbiū aliud. Mafsiliensium nostrorum temperantia, seu vitia, abstinentia. Maffylia Libyca.

Clifth. cultu indecoro. Prouerbiū. Cleocritus foeminam mentitus. Cherodalex.

Zenon viros & mulieres eadem veste uti volebat.

muliebri saltavit: postera autem die, cum ab Achaorum imperio Messenem ad defectionem sollicitaret, peteretq; à Tito Flaminio subsidium, De his (inquit Titus) viderimus: te verò miror vna tractare, saltare, & sceminam mentiri posse, cum res huiusmodi moliri audeas: vt tradit Plutarchus in Philopemene. Iosephus lib. 19. Antiquita. cap. 1. C. Caligulam impudentissimum Imperatorem arguit, quòd stolas muliebres, cycladem, & alia huiusmodi vestimenta muliebria induebat, concinnabatq; capillos annulis & cincinnis, aliq; faciebat, quæ ad ornatum, cultumq; muliebrem pertinent. Cumq; talis esset, audebat tamen aliis cultus muliebres exprobrare. Quibus admodum similia scribit Suetonius in eius vita, cap. 52. & Plin. lib. 37. cap. 2. dum tradit illum, supra omnia muliebria, focculos è margaritis induisse. Et de eo quoque scribit Suidas quòd eò vesaniæ peruenit, vt muliebri habitu non contentus incedere, capillitium quoque in cincinnos contorqueret *τὸν κόμην πλοκάμους, καὶ πλοκῆν πρὶ ποσειδάων, καὶ γυναικίζομενος.* Alter Imperator impurissimus Nero eò progressus est, vt neque suæ, neque aliorum pudicitia parcens, ad extremum amictus virginum specie, palàm conuocato Senatu, dote dicta, cunctis festa de more frequentantibus, nuberet, vt scribit Aurelius Victor in vita illius. Sed & alius Imperator Commodus tantæ impudentiæ fuit (vt tradit Aelius Lampridius in vita eius) vt muliebri veste indutus, in theatro, vel amphitheatro sederet.

Caligula muliebribus vestibus usus.

Et Nero.

Et Commodus.

64

Phariseorum ornamenta, mul. Lydi flammeis usi. Prouerbum.

¶ Alibi autem supra num. 49. diximus apud Virgilium lib. 9. Aeneid. probro datum fuisse Phrygiis, quòd mitras atque redimicula, mulierum ornamenta deferreret, ob idq; magis Phrygias, quam Phryges, esse appellados. Diuus Epiphanius Eleutheropolites lib. aduersus hæreses 1. sect. 16. Phariseos admodum increpat, quòd per amicula, & alios ornatus, ac muliebria pallia, in latis crepidis, & calceamentorum ligulis incederent. Iulius Pollux lib. 7. cap. 13. scribit ex autoritate Xenoph. Barbaros vestitu muliebri delectari. Lydi prouerbio illo *Λυδίῳ νόμῳ*, Lydio more, repræhensi, quòd flammeis muliebribus ornarent capita, vt à Diogeniano & Hesych. traditum est. Batalus quoque Epheus tibicen prouerbio *βάπαλος ἄ*, locum fecit, in molles & effeminos, quòd is muliebribus sandaliis primus omnium in scenam prodierat, vt retulerunt Plutarchus, & Libanius Sophista, vterque in vita Demosthenis. Ex quo & Græci *βασιλεῖς* dicunt, pro eo quod est, turpiter & effeminate viuere. Ab hoc autem Batalo credunt nonnulli ipsum Demosthenem Batalum cognominatum fuisse, quòd in adolescentia esset ad voluptatem propensior, & veste muliebri aliquando vsus fuisset: vt etiam scribit Suidas. Quanquam hoc eius cognomen aliò transferunt Plutarchus & Libanius, vbi supra, nempe ad mollitiem simpliciter. Illud autem in Gallia historis proditum est, Anglos Ioannam illam puellam, omnibus seculis admirandam, Rhotomagi viam combussisse, quòd virili veste contra fas, vt dicebant, vsa fuisset.

βασιλεῖς.

65

Platonis & Aristippi historia memorabilis.

¶ Apollonius Tyanæus apud Philostratum lib. 4. citat sententiam Euripidis, qua dicit eum, qui formam muliebrem imitatur, turpiter ornari. Scio autem apud ipsum Euripidem in quadam tragœdia hos versus Trimetros esse,

*ὅτι ἄνθρωποι μὲν θηλήν ἐνδύοντα σολήν
ἀρέσω πεφουκῶς, καὶ γένος ἐξ ἀρρένων.
Effeminata veste non possum regi,
Cum sim vir, & virili natus stemmate.*

Id est,

Quos versus vsurpauit Plato, cum iussisset Dionysius in conuiuio, vt singuli in veste purpurea saltarent, vt tradit Laërtius in vita Aristippi: vbi & id addidit, Aristippum ipsum sumptam purpuram se induisse: & cum saltare inciperet, propriè prompteq; dixisse,

*Καὶ γὰρ εἰ βασιλευμασιν
ὁ νόστος ὁ σάφρων ὁ διαφραδίστην.
Neque in sacris Liberi*

Patris, pudica mens unquam corrumpitur.

66 Viros vestimentis mulierum, aliquando uti licere. Et è diuerso.

¶ Nam & legitimus in veterum monumentis id, de quo tractamus, aliquando sine dedecore & reprehensione factum, cum vel necessitas quæpiam, vel alia quædã iusta causa ingruerit, aut mos regionis permiserit. Nã primùm apud Romanos, Idibus Ianuariis permittebatur, vt tibicines muliebri habitu urbem lustrarent, vt tradit Plutarchus, huius rei ratione reddens in Problematis Rom. c. 55. Idem quoque in Problematis Græcis, c. 171. scribit apud Coos sacerdotem Herculis muliebri veste indutum, & mitra caput ornatum, apud Antimachiam rem diuinam facere solitum: eiusq; item rei reddit rationem, quoniam Hercules ipse aliquando ad *ορεσίαν* mulierem pugnando defessus aufugisset, & muliebri veste opertus apud eam delituisse. Macrobius lib. 3. Satur. cap. 8. ex autoritate Philochori in Atthide, prodidit Lunæ, quam Venerem credebant, sacrificium facere viros cum veste muliebri, mulieres cum virili: quòd eadem & mas existimatur, & scemina. Plutarchus in Claris mulieribus, cap. 4. tradit apud Argiuos sacra quædam celebrari, in quibus mulieres chlamydem ac virilem vestem induta, viri autem pepulum gestantes, & muliebribus velamentis capita obuoluti versabantur. Cuius rei quoque rationem reddidit. Laudatur Hypsicratea Mithridatis regis vxor, aut, vt alij tradunt, pellex, quæ virilem habitum induta, tonsis capillis Mithridatem à Pompeio victum per efferatas gentes fugientem animo pariter & corpore infatigabili secuta est: vt videre licet ex Valerio Maximo, lib. 4. cap. 6. & Plutarcho in vita ipsius Pompeij. Ob hancq; (vt subdit ipse Plutarchus) virilitatem & audentiam, ipse Mithridates eam masculino genere Hypsicratem

Luna mas & scemina.

Argiuorum mos. Hypsicratea Mithridatem habitu virili sequuta.

cratem appellabat. Hanc imitata Plotina quædam mulier raræ fidei, & singularis pudicitia, apud Apuleium lib. 7. Asini aurei, tonso quoque capillo, & in masculam faciem reformato habitu pretiosissimis moniliis, & auro monetali zonis refertis incincta, inter ipsas custodientium militum manus, & gladios nudos, cunctorum periculorum particeps, & pro mariti salute perugilem curam sustinens, maritum in exilium secuta est.

Plotina quomque mari. sequuta.

67 ¶ Lucianus quoque in libro *πρὸς τὴν μητέρα τοῦ Πιστύου διαβολῆς*: id est, de non temere credenda calumnia, tradit, apud Ptolemæum, cui Dionysio cognomen fuit, accusatum fuisse Demetrium Platonium, quòd in Bacchanalibus solus omnium muliebribus vestibus indutus non fuisset: actumq; de eo planè erat, quòd & regium exemplum imitatus non esset, & aspernaretur Dionysiorum mollitiem, nisi accersitus ad Regem, manè palàm vino libasset, & instita muliebri amictus, ad numeros Dithyrambicos, cymbalorumq; modos saluisset. Euclides ille Megaricus, cum Athenienses decreto suo cauissent, vt Megarensis ciuis, si Athenas pedem intulisset præhensus esset, ea res homini capitalis esset: sub noctem, priusquam adesperaret, tunica longa muliebri indutus, & pallio versicolore amictus, & caput & ora velatus è domo sua Megaris Athenas ad Socratem audiendum commeabat, vt vel noctis aliquo tempore consiliorum sermonumq; eius particeps fieret. Rursusq; sub lucem millia passuum paulò amplius viginti eadem veste illa indutus redibat. Quod cum à multis, tum ab Aulo Gellio scriptum est lib. 6. cap. 10.

Demetrius Platonius.

Euclides ad audiendum Socratem, habitum muliebri comecabat.

68 ¶ Tryphiodorus & Lycophron in Alexandra, & ex eorum autoritate Tzetzes Historiarum Chiliad. 5. cap. 16. & rursus Chiliad. 8. cap. 226. tradunt, quòd cum Thetis ex oraculis intellexisset, filium Achillem breuis vitæ futurum, si aduersus Troianos nauigaret, illum abscondit in Lycomedis regiarum puellarum conclauis, veste muliebri vestitum, ne agnosceretur. Vnde Horatius lib. Carminum, Ode 8.

Achilles vestibus muliebribus indutus.

*Quid latet, vt marina
Filiis dicunt Thetidis sub lacrymosa Troia*

*Funera? ne virilis
Cultus in cadem, & Lycias proriperet cateruas.
Turpe nisi hoc matris precibus tribuisset Achilles,
Veste virum longa dissimulatus erat.*

Et Ouidius lib. 1. de Arte Amandi:

*Quid facis, Acacide? non sunt tua munera lana.
At titulos alia Palladis arte petes.
Quid tibi cum calathis? clypeo manus apta ferendo.
Pensa quid in dextra, qua cadet Hector, habes?*

*Reijce succinctos operoso stamine fusos:
Quassanda est ista Pelias hasta manu.
Aspicit ambiguum genitrix, cogitq; valentem,
Innectitq; sinus: tum colla rigentia mollit,
Submittitq; graues humeros, & fortia laxat
Brachia, & impexos certo domat ordine crines,
Ac sua dilecto ceruice monilia transfert,
Et picturato cohibet vestigia limbo:
Incessumq; modumq; docet, fundiq; pudorem.*

Et Statius lib. 1. Achilleidos:

Hinc autem illa Tiberij Imperatoris anxia curiositas, quod Achilli nomen inter virgines fuisset, vt tradit Suetonius in vita illius, cap. 70. Quo in loco interpretes, alioqui doctissimi, & multifariæ lectionis, fatentur se nullibi id comperisse. Miror autem Tiberium id non didicisse ab Hygino Augusti patris sui adoptiui liberto, qui fabularum ca. 96. scribit ipsum Achillem, Thetidis matris calliditate, apud Lycomedem Regem, habitu scemineo inter virgines asseruatam, mutatoq; nomine Pyrrham fuisse vocatum, quòd esset capillis flauis (Græci enim *πυρρῶν* rufum dicunt) donec Vlysses ignoras quis Achilles esset, in vestibulo regio munera sceminea posuit, quibus clypeum & hastam admiscuit, & subitò tubicinè canere, armorumq; crepitum & clamorem edi imperauit. Achilles autem hostem arbitratum adesse, vestem muliebrem dilaniauit, & clypeum hastamq; arripuit: quo ex facto est agnitus. Caterum Plinius lib. 35. cap. 11. scribit Athenionem Maronitem pinxisse Achillem virginis habitu occultatum, Vlysse depræhendente.

Achilli quod nomen fuerit inter uirgines.

69 ¶ Idem Hyginus eiusdem operis Fabularum cap. 274. refert historiam Agnodices puellæ, quæ habitu virili se Herophilo cuidam in disciplinam tradidit, vt artem Medicam addisceret: quam quidem historiam & nos adscripsimus in nostro Tractatu Nobilitatis, cap. 31. quo de arte Medica disseruimus nu. 342. incip. scio tamen. Nec absimiliter Læsthenia Mantinea, & Axiothea Phlasiæ, ornatu virili ipsius Platonis auditorium ingrediebantur, vt ab eo erudirentur, vt scriptum reliquit Dicæarchus, & post eum Laërtius in Platone. Semiramis Assyriorum regina, multis alioqui vitiis obnoxia, in hoc tamen laudatur, quòd Nino marito mortuo, cum intelligeret populo grauissimum fore scemina imperanti obedire, sexum & habitum mentita virilem, filij Nini personam assumpserit, quòd suos falleret, tantisper dum ille, qui per teneram adhuc ætatem regere non poterat, adolefceret, ac regno idoneus foret, vt Iustinus lib. 1. tradit. Quis posset vituperare vxores Minyarum? qui cum à Lacedæmoniis Spartæ essent recepti, interiectoq; tempore elati superbia regnum

Agnodice habitu virili medicinam didicit.

Læsthenia habitu virili Platonem audiit. Item Axiothea. Semiramis uirum mentita.

affectassent; Lacedæmonij eo nomine eos morte multandos censuerunt, comprehensosq; in carcerem coniecerunt. Vxores autem ipsorum Minyarum, quæ & ciues erant, & primorum Spartanorum filia, ingrediendi carcerem, & cum suo quæque viro colloquendi à Lacedæmoniis, nullum in illis dolum esse suspicantibus, facultatem impetrauerunt. Quæ horum permisso ingressæ carcerem, vestibus suis, quas gerebant, viris traditis, illorum vestes sumpserunt: quo astu, viri muliebri veste amicti, veluti mulieres è carcere prodierunt, sibiq; salutem quæsuerunt: quod ab Herodoto traditum est in Melpomene, & Valerio Maximo lib. 4. cap. 6. in fine, & Plutarcho in lib. de Claris mulieribus, & Polyeno lib. 7. Stratagematôn ad Antonium & Verum Imperatores. Et id quidem minimè puniendum pronuntiauit è nostris Florianus in l. liber homo. col. ij. versic. circa tertium dubium. ff. ad leg. Aquil. vbi dicit, se id disputasse. & Paris Pute. in tractatu Syndicatus, in verbo, carcer. §. an si plures. colum. vj.

¶ Idem autem Polyenus lib. 3. eiusdem operis scriptum reliquit, quòd Lachares Atheniensis, cum hostes Sextum cepissent, paucos dies in fouea quadam delituit, victum tam exiguum habes, quo à morte se vindicaret. Fortè autem muliere mortuum suum efferente, in muliebri stola mulieribus lugentibus permixtus, nigram habens calybram, euasit extra moenia. Mnesilochus focer Euripidis, vir quidem bonus, apud Aristophanem q̄ θεομοφορεῖα ἴσθαι, veste muliebri indutus, ad festa Cerealia, viris interdicta accessit, quo Euripidem ipsum aduersus mulieres defenderet. Lycij in funere vestes muliebres induebant, vt à Lucio & lacrymis (quas viris non satis decoras esse existimabant) citò desinerent: vt à Valerio Maximo scriptum est lib. 2. cap. 1. & à Plutarcho in oratione consolatoria ad Apolloniū. Cois morem fuisse tradit Plutarchus ca. 171. Proble. vt cum sponsalia inirent, muliebri veste induerentur. Aelianus lib. 7. de Varia historia, continentiam ac temperantiã vxoris Phocionis in hoc laudat, quòd veste mariti vteretur. Heraclides in Politicis refert, quòd cum Promnesus Rex Cephaleniæ, aut potius tyrannus, virgines ante connubium ad concubitū sibi deposcere soleret, Antenor muliebribus vestibus amictus, & clam ense munitus, illum in lecto trucidauit. Quam ob rem populus summis honoribus eū ornauit, atque ducem elegit, & puellam, cuius nomine is ingressus fuerat, ad magnam gloriam & dignitatem euexerunt. Cui non admodum ab similibus est alia historia relata à Iustino lib. 7. quod cum Perfarū legati rogassent Amyntam Macedonum regem, vt in conuiuium quod illis ipse parauerat, adhiberet vxores & filias: quæ vt venerunt, petulantius eas Persis contrectantibus, Alexander Amyntæ filius rogat patrem abire è conuiuium, & mulieres quoq; euocat, cultius, vt ipse dicebat, exornaturus, gratioresq; reducturus: in quorum locum iuuenes matronali habitu exornatos supponit, eosq; petulantiam legatorū ferro, quod sub veste gerebant, cōpescere iubet. Atque ita omnes interfecti sunt. Epaminundas Thebanus in Arcadia die festo effusè extra moenia vagantibus hostium sceminis, plerosque ex militibus suis muliebri ornatu immiscuit: qua simulatione illi intra portas sub noctem recepti ceperunt oppidum, & suis aperuerunt. Autor Iulius Frontinus Stratagematum lib. 3. cap. 2. Cæterum Cornelius Tacitus in lib. de moribus Germanorum, Nec alius, inquit, sceminis, quam viris, nisi quòd sceminæ sæpius lineis amictibus velantur, eosq; purpura variant, partemq; vestitus superioris in manicas non extendunt, nudæ brachia & lacertos. Sed & proxima pars pectoris patet, quanquã seuera illic sint matrimonia. Idem in eo. lib. scribit, apud Naharualos Germaniæ populos antiquæ religionis lucum ostendi, ibiq; præsidere sacerdotem muliebri ornatu. Origenes lib. 3. contra Celsum, Dionysium Bacchum Mænaliam vocat, & muliebri habitu amictum dicit.

¶ Et vt de sacris sanctisq; mulieribus loquar, Eugenia Philippi Proconsulis Alexandrini filia, & Marina, & Euphrosyne Alexandrina, virgines sanctimonia illustres, habitum virorum induta, in Cœnobium virorum profectæ sunt, illicq; viri existimati, sanctissimè vixerunt, vt à scriptoribus ecclesiasticis proditum est: qui & ipsi tradunt, Pelagiam Antiochenam, relictis voluptatibus, & illecebris, quibus primùm deditissima erat, sumpto virili habitu, in penitissimas nemorum latebras fecerit, vbi ad mortem constantissimè perseuerauerit. Sed & Diua Natalia, Hadriani martyris vxor, cum Maximianus mulierum ingressum ad viros prohibuisset, qui in carcere detenti, & ad supplicium iam destinati, atque deuoti erant, viriles sibi vestes desumpsit, quòd vir existimata in carcere: relinqueretur, administratura sanctis necessaria: vt testis est Iacobus Voragineus in Vitis sanctorum. Illud autem scio tractatum ab Alexandro Halesio, scholasticorum doctorū primario, ac magistro, in secunda parte suæ vberimæ, & fecundissimæ Summæ, quæst. clj. num. 2. an sit peccatum, viros induere vestimenta muliebria, & educto mulieres virilia: quem tu illic videre poteris. Proinde vt hoc caput semel finiam, hæc quoque lex nobis præscribenda est,

FOEMINAE MARITIS AVT PRÆSENTIBVS, AVT FVTVRIS NON CÆTERIS MODESTE SE ORNANTO. FORMOSA S QVE, VTCVNQVE POTERVNT, CITRA FVCVM EFFICI VNTO. VIRI NEGLIGENTIVS, ET QVANTVM SATIS ERIT AD MVNDITIEM, ET DIGNITATEM EX MORE REGIONIS TVENDAM CVLTVI CORPORIS STVDENTO. ATQVI VIRI VESTIMENTIS ORNAMENTIS QVE MVLIEBRI BVS, ET CONTRA FOEMINAE VIRILIBVS, NISI SIQVA NECESSITAS, ALIÀ VE IVSTA CAUSA INGRVERIT, ABSTINENTO.



LIVD autem, antequam hinc discedamus, dissimulanter præterire nec possum, nec debeo, vt si vir quispiam, qui se matrimonio velit addicere, quicquam latentis vitij, aut deformitatis in corpore habeat, id in primis vxori, quam ducturus est, detegat: ne si iam consummato matrimonio resciscat, (neque enim illam, qua cum dies noctesque versaris, diu latere potest, vel reclamante Signo. consi. 53. Titius calce percussit. col. 2. vers. sed in dubio) te contemnat, detestetur, abhorreat: proindeque alios petulanter sectetur. Nisi forte putes, mulieres omnes esse similes Biliae vxori Cnei Duillij illius, aut, vt alij vocant, Duellij (quod magis placet) à Duello scilicet, vt tradit Cicero li. de Oratore ad Brutum, Duellij, inquam, illius, qui primus Romæ ex nauali victoria triumphauit: aut etiam vxori (huius nomen non legitur) Hieronis Syracusani Tyranni. Nam cum viris ipsis fuisset in quodam iurgio exprobratum, quòd illis os foeteret, suis id vxoribus crimini dederunt, vt pote quæ nihil vnquam hac de re dixissent. At illæ responderunt, existimasse se, viros omnes ita olere. Testis Bilia Hieronymus lib. j. in Iouinianum: alterius autem, Lucianus in Hermotimo: qui tamen hunc Gelonem appellat, non Hieronem: & Plutarchus, qui vbique Hieronem appellat tum in Apophthegmatis, tum in libello, quem inscripsit, Quomodo quispiam ab inimicis emolumentum capere possit. Fuerunt autem Gelo & Hiero fratres, Dinomenis filij, vterque Siciliae tyrannus: sed Gelo natu maior fuit, cui successit Hiero, vt scribit Pausanias: quanquam & hic habuit filium, cui etiam Geloni nomen fuit, vt constat ex Liuio lib. 4. 2. Belli Punici. Hieronem autem Duellius ille Consul Romanus bello nauali vicit, autore Lucio Floro lib. j. Belli Punici.

¶ Sed, vt redeamus, si illæ sceminæ id ita esse putabant, vt dicebant, mirum profectò fuit castitatis testimonium, sed quod tam multis seculis bis tantum contigisse legatur. Er sanè fututum adeò neminem insanum reor, qui nostris præsertim temporibus spem concipiat, vxorem se his similem inuenturum, eaque spe ductus, suum illi vitium non patefaciat. Prudenter quidem mihi fecisse videtur pater Sergij Galbæ Romani Imperatoris, qui (vt scribit Tranquillus) cum esset breui corpore, ac etiam gibber, & tamen à Liuia Ocellina diuite admodum ac pulchra, vitro esset in virū appetitus, & aliquantò enixius: ille tum subinde instanti vitium corporis, secretò posita veste, detexit, ne quasi ignotam fallere videretur. Simile quippiã fecisse tradit Apuleius lib. 2. Floridorū, Cratem Thebanum, nobilem Philosophū, cuius & decreta canonica meminerunt 12. quæst. 2. §. Crates, vbi tamen Socrates perperam legitur. Nam cum Hipparchia, quæ & ipsa Philosophiæ deditissima fuit, eum maritum optaret, is inter scapillum retexit, quod erat gibberosum, peramque cum baculo, & palliū humi posuit, professus puellæ, eam sibi esse supellestem, eamque formam, quam videret. Proinde (inquit) sedulo consule, ne post pœnitudo te capiat. Enimvero Hipparchia conditionem accepit, respondens, iandudum sibi prouisum satis esse, & satis consultum, neque ditiorum maritum, neque formosiorum vsquam gentium posse inuenire. Proinde duceret, quòd liberet: & ita Crati nupsit Hipparchia.

¶ Adde, quòd ex Iuriscultorum sententia, qui mancipia atque etiam res inanimatas, siue mobiles, siue immobiles vendunt, certiores debent facere emptores, quid morbi vitijue latentis cuiq; rei sit, l. j. §. venditor. ff. de acti. empti. & l. j. circa prin. & per totum tit. ff. de ædil. edi. Quam sententiam Plato lib. 11. de Legib. & Philosophi comprobant, & eleganter & copiose disseruit Philosophorum & Oratorum Romanorum princeps Tullius, in 3. Offi. lib. vbi & in eam rem, iuris ciuilibus autoritatem in testimonium citat: & post eum D. Ambrosius & Philosophus & Theologus præstantissimus, lib. quoque Officiorum 3. vbi & inter cætera hæc verba conscripsit: In contractibus vitia eorum, quæ vaneunt, prodi iubentur, ac nisi intimauerit venditor, quamuis in ius emptoris transferent, doli actione vacuantur. Hæc Ambrosius, Valerius autem Maximus lib. 8. c. 2. in prin. loquens de iudicio quodam M. Porcij Catonis, Bonæ, inquit, fidei venditorem nec commodorum spem augere, nec incommodorum cognitionem obscurare oportet. Sed & hæc recentiores Theologi latè confirmarunt, D. Thomas, 2. 2. quæst. 77. ar. 3. & iterum in quolibet 2. art. x. Ant. Flor. in 4. parte Summæ, tit. j. cap. 17. vers. 3. in quali. Ang. Cla. in verbo, emptio & venditio, vers. 8.

¶ Quæ si in cæteris vel vilium rerum venditionibus obtinent, quid, si Deo placet, in huiusmodi venditione dicendum est, quæ est maximi omnium ponderis, momenti, atque præiudicij? Seruum enim si emas, aut equum, si quoquo pacto non placeat, facillimè vel vendes, vel permutabis: aut si mercator desit, pro derelicto habebis. Maritum verò vel vxorem non est liberum aut permutare, aut aliàs quouis modo missum omnino facere, quocumque deformitatis aut animi aut corporis vitio laboret. Scitum enim illud est Christi oraculum, Quos Deus coniunxit, homo non separet.

¶ Nec quenquam moueat, quòd matrimonium venditionem appellauerim. Est enim matrimonium ex antiquo more Romanorum quædam veluti species venditionis. Nam (vt post Varronem l. lib. de Vita populi Romani commemorat Nonius Marcellus, vir antiquitatis peritissimus, sub

Vir future uxori corporis vitium detegat.

Viri vitium uxore diu latere non potest.

Bilia putabat omnibus uiris os male olere. Et Hieronis uxor.

Galba uxori future vitium corporis detexit. Crates quoque, Decretorum locus.

Venditores rerum vitium patefacere debent.

Vxorè ob corporis vitium missam facere non licet.

Matrimonium species venditionis.

Ro. lex uetus in matrimonio = niis. Saccipero. Sacciperium.

titulo, de doctorum indagine) nubentes ex veteri lege Romana, a se ipsis, ad maritum venientes, solebant ferre: atque vnum, quem in manu tenebant, tanquam emendi causa marito dare: alium, quem in pede habebant, in foco Larii familiarium ponere: tertium in saccipione (alij saccipero ex Plauto in Rudente, vt opinor, legunt. Est autem maior crumena, & amplum nummorum receptaculum) quem in composito vicinali certo tempore solebant resignare. Ex quo Virgilius legum Romanarum peritissimus primo lib. Georgicon:

Tēque sibi generum Thetys emat omnibus vndis.

Quem locum enarrans Seruius Maurus, aut, vt alij vocant, Marius, & ipse admodū antiquarius: Ad antiquum (inquit) morem retulit, quo se maritus & vxor inuicem emebant, vt habetur in Iure. Idem autem alibi in enarratione illius loci Virgiliani lib. 4. Aeneidos,

— Ac dominum Aeneam in regna recepit.

Hæc ferme scribit: Est autem de Iure, quasi per coemptionem, quæ certis solennitatibus apud priuos peragebatur in contrahendo matrimonio, & sese coemendo in vicē vir & vxor interrogabant: vir ita, an mulier sibi materfamilias esse vellet: illa respondebat, velle. Item mulier interrogabat virum, vtrum vir sibi paterfamilias esse vellet: ille respondebat, velle. Itaque mulier in viri matrimonium conueniebat: & vocabantur hæ nuptiæ per coemptionem. Hæc ille. Tu autem, vbi dicitur, In matrimonium conueniebat, lege, In manum conueniebat, ex iis, quæ diximus, & quæ mox subiiciemus. Et ita quoque legitur apud Apuleium lib. 6. Meta. hic rite Psyche conuenit in manū Cupidinis. Et lib. 8. At dum herilis puella in Lepolemi manum venerat, &c. Et rursum, Modò ne in Thraylli manum sacrilegam conuenias. Sicuti etiam legēdum arbitror in vxorem. ff. de ritu nupt. vbi ita legitur, nec in matrimonium conuenire noueram eius, qui priuignæ maritus fuit. & in l. ex ea parte. §. mulier. ff. de verb. obligat. vbi sic quoque legitur, Mulier, ab eo, in cuius matrimonium conueniebat, &c. vbi Accursius id non intelligens, ea verba interpretatur, id est reconciliabatur. Donatus autem enarrans illum locum in Andria,

Hanc mihi in manum dat, &c.

ita scribit, Confirmatæ sunt legitimæ nuptiæ per in manum coemptionem.

¶ Verùm vt reuertamur, huius etiam rei meminit, & iisdem fermè verbis Boethius in 2. lib. Commentariorum in Topica Ciceronis, inquiens: Tribus modis vxor habebatur, v. scilicet, usu, farre, coemptione. Sed confarreatio solis Pontificibus conueniebat. Quæ autem in manum per coemptionem conuenierat, hæ matresfamilias vocabantur. Quæ verò usu, vel farre, minimè. Coemptio verò certis solennitatibus peragebatur, & sese coemendo inuicem interrogabant: vir ita, an sibi mulier materfamilias esse vellet: illa respondebat, velle. Mulier, an sibi paterfamilias vir esse vellet? Ille velle respondebat. Itaque mulier viri conueniebat in manum: & vocabatur hæ nuptiæ per coemptionem: & erat materfamilias viro, loco filia. Quam solennitatē in suis institutis Vlpianus exposuit. Hæc Seuerinus. Sed illum Vlpiani locum arbitror fuisse à Iustiano, vt pleraque alia, detractum. Cui ad stipulatur Arnobius lib. aduersus gentes 4. Vxores (inquit) Diij habent, atque in coniugalia fœdera veniunt conditionibus antè quæ sitis: usu, farre, coemptione, genialis lectuli sacramenta conducunt: Sed & ipsemet Seruius interpretans eum locum Virgilij lib. II. Aeneidos,

Multæ illam frustra Tyrrhena per oppida matres Optauerunt nuptum.

Tradit matresfamilias eas dici, quæ in matrimonium (lege manum, vt supra diximus) conueniebant per coemptionem. Nam per quandam (inquit) solennitatē in familiam migrant mariti. Hunc quoque morem coemptionis, per quam materfamilias dicebatur, tetigit Cicero in Topicis, cum scribit: Si ita Fabiæ pecunia legata est à viro, si ea vxor materfamilias esset: si ea in manū viri non conuenierat, nihil deberetur. Genus est enim vxor: eius duæ formæ, vna matrumfamilias: hæ sunt quæ in manum conueniunt. Altera earum, quæ tantummodo vxores habentur. Quem locum Boethius interpretans ea scribit, quæ ex eo supra diximus. Sed & idem Tul. in oratione pro L. Muræna meminit huiusmodi coemptionem; quæ in matrimonio fieri solebant, abundantiusque in oratione pro L. Flacco. Quintilianus item primum locum Ciceronis imitatus, lib. 5. Orato. instit. titu. de argumentis. At si quis (ait) cum legatum sit ei, quæ viro materfamilias esset, neget deberi, ei quæ in manum non conuenierit, specie, quoniam duæ formæ sunt matrimoniorum.

¶ Et hinc sæpe materfamilias simpliciter pro vxore accipitur. Terentius in Adelphis,

— Pro diuim fidem,

Meretrix, & materfamilias erit vna in domo.

Liuius lib. 4. Belli Macedonici: Et cum tibi viro liceat purpura in veste stragula vti, matremfamilias tuam habere amiculum purpureum non fines: Et lib. 9. eiusdem Belli: Hunc iusta matremfamilias, illū pellice ortū. Et ita quoque nonnunquam ponitur in nostris legibus, vt in l. j. in prin. ff. de cub. & in l. qui domum. ff. de adul. & in l. cum qui. C. eo. tit. & in l. ea quæ. C. de dona. ante nupt. Et de vidua quoque dicitur, tanquam scilicet nomen post viri mortem retineat, in l. mater. ff. de adul. Quamquam scio matremfamilias aliter accipi à nostris Iurisconsultis, & aliis, vt videre licet ex lege pronuntiatum. §. matremfa. ff. de verb. signifi. & l. deinde. ff. de lib. exhib. & ex Gellio, cum describit differentiam matronæ, & matrisfamilias. lib. 18. ca. 7. Sed, vt redeamus, Seruius enarrans eum locum Virgilij lib. 7. Aeneid.

Matrimonium per coemptionem. Seruii locus emendatus. Iurisc. loci emendati. Conuenire in manum.

6 Vxor tribus modis habebatur, usu, farre coemptione. Materfamilias, quæ dicebatur.

Seruii alius locus emendatus.

7 Materfa. pro vxore.

Matremfamilias

— Externusque in regnum quaritur heres.

de iure traxit, vt non generum, sed hæredem diceret. Nam per coemptionem facto matrimonio sibi inuicem succedebant.

¶ Ad illum autem morem coemptionis in matrimonio, alludit, vt opinor, Diuus Gregorius Nazianzenus in carmine virginitatis:

ὦνία δὲ δ' ἀμαρτὴ πόσις, καὶ γ' ἐχέριον,
πολλὰ κίς δ' ἀγαθὸς, καὶ ὦνις ἐνὶ ἀκότῃ,
πολλὰ κίς καὶ συγερὰ, τυκτὸν κακὸν, δὲ ἀπόεμπτον.
Venalis est vxori maritus, & (quod hoc est deterius)
Sæpenumero neque bonus: & venalis vxor marito,
Sæpe & odiosa, fabricatum malum, neque reiectabile.

Id est, ad verbum,

Et Euripides Medeam in sui nominis Tragœdia ita inducit loquentem,

πάντων δ' ὅσ' ἐστ' ἐμψυχα, καὶ γυνάμιν ἔχει
γυναῖκίς ἐσμὲν ἀθλιωτάτων φύτων,
ἐς πρῶτα μὲν δ' εἰ χρημάτων ὑπερβολῆ
πρὸς τὴν πρῶτον, λεωπτότην ἢ σάμασθ' λαβῆν.
Omnium verò, quæ sunt animata, & rationem habent,
Mulieres sumus miserissima planta:
Quas primum quidem oportet diuitiarum excessu
Maritum emere, dominumque corporis
Accipere.

Et Sophocles apud Stobæum, Sermone 66. inducens mulierem hæc dicentem:

ὅταν δ' ἐς ἡβλὴν θησκώμεθ' εὐφρονες,
ἀθλιώμεθ' ἔγω, καὶ δειπολόμαθα
Θεῶν πατρῶων ἢ τε φυσάτων ἄπο,
αἰ μὲν ξένος πρὸς ἀνδρας, αἰ ἢ βαρβαρῶν.
Vbi verò ad pubertatem hilares peruenimus,
Pellimur foras, atque diuendimur,
Procul à Diis patriis, & parentibus,
Alia quidem peregrinis viris, alia barbaris.

Quibus concinit, quod scribit Diuus Chrysostomus in Matthæum Homil. 74. Quis vxorē ducturus, quomodo puella educata sit, inuestigat: Nullus omnino: sed pecunia statim & possessionum magnitudo, & supellectilium quaritur. Hæc, quasi quicquam empturus esset, vel permutationē quandā facturum, diligentius perscrutatur. At id eod. συναλλαγῆ Græcè, Latine permutationē nuptias appellat. Audiui enim multos dicentes: Cōmutauit ille vel illa, id est, coniugio copulati sunt. Ita dona Dei vituperant, cum quasi vendentes & ementes vxores viri ducant, & viris nubant vxores. Hæc ille. Quæ (vt id obiter dicam) potes addere iis, quæ nostri Iurisconsulti de eo verbo Græco scripserunt in Iuris gentium. §. & id eod. ff. de pactis. & in l. Labeo. §. j. ff. de verbor. signifi. & quæ in illis locis scripta sunt, scilicet in priore à Francisco Duareno, & in posteriore ab Alciato: rursumque ab eodem in rubri. C. de pactis. & in l. cum mota. C. de transact.

¶ Sed & huiusmodi emptio apud alios in usu fuit. Assyrij (vt tradit Aelianus, lib. 4. de Varia historia) puellas nobiles in forum ducebant, virisque in matrimonium vendebant. quod & scribit Nicolaus in lib. πρὶ ἐθῶν, apud Stobæum, Sermone 42. vbi id eos facere prodit, vt paulò post dicemus de Thracibus. Idem Babylonij, qui ipsi Assyrij sunt, obseruabāt, vt autor est parens historiæ Herod. lib. j. Thracæ etiam (vt idem recenset in Terpsichore, statim circa initia) vxores magno are à parentibus coemebant. Quam rem paulò apertius describens Solinus capit. 15. Nupturæ (inquit) non parentum arbitratu transeunt ad maritos: sed quæ præ cæteris specie valent, subhastari volūt, & licentia taxationis admissa non moribus nubūt, sed præmiis. Quas formæ premit dedecus, dotibus emunt, quibus coniungantur. Sed & de iisdem loquens Pomponius Mela, lib. 2. Nupturæ (inquit) virgines non à parentibus viris traduntur, sed publicè aut locantur ducendæ, aut vxoneūt: vtrum fiat, ex specie & moribus causa est. Probæ formosæque in pretio sunt: cæteras qui habeāt, mercede quaruntur. Indi quoque multas vxores accipiebant pari boūm emptas, vt prodidit Gnosius Strabo lib. Geographiæ 15. Græci quoque præcis temporibus vxores sibi inuicem emebant, vt ab Aristotele scriptū est lib. Politicōn 2. c. 6. Et alij item. Nam Homerus lib. Iliados 11. tradit Iphidamantem Antenoris filiū centū bobus datis, vxorem à socero suo accepisse iis versibus,

ἀικτὸς ἀπὸ μνηστῆς ἀλόχε, ἀποσίειν ἀργῶν,
Κυρίδης, ἢς ἔτι χάριν ἰδε, πολλὰ ἔδωκε:
πρῶθ' ἑκατὸν βῆς δῶκεν.

Sauromatæ quoque inter pocula filias suas maritis vendebant, vt tradit Zenodotus in prouerbio, Νόμος καὶ χάρα. Hi sunt quos Latini Sarmatas vocant, vt scribit Plinius lib. 4. cap. 12. Quin hodie fertur Arabibus & Saracenis morem esse emendi vxores, æs pro arrhabone tributibus, vt à Raphaele Volaterrano relatum est lib. 3. c. 34. Sed & nostris legibus sæpe legimus maritum esse veluti emptorem, vt latè docuimus in tractatu Retractuum, tit. 2. in fi. nu. 69. incip. item emptor.

Iterū de coemptio. in matrimonio.

συνάλλαγμα.

Assyrii uendunt nobiles in matrimonio. Babylonij. Thracæ.

Indi pari boū uxores emebant. Græci. Iphidamas uxorem centū bobus emit.

Sauromatæ.

Arabes. Saraceni.

¶ Finem

10 Nuptura uiros futuros uitium corporis ne celato. Taxili nupturas conspicientes nudant.

Moschouitarum mos inducendis uxori- bus. Et Turcarum.

Fortune uirilis in templo femine nupturae nudantur.

11 Mulier cum tunica uerecundiam exiit.

Lysidice, nec cum lauaretur tunicam ponebat. Mulieri neno cum quidem tunicas ponendae.

12 Nuditas femininarum, uiros in libidine accendit.

Lanuuii qui. Porte pro muliebri pudentia.

Finem huic rei faciam: sed primum mulieres quoque moneo, illud sibi non absimili ratione obseruandum, quod de uiris diximus. Scribit Strabo in eo ipso li. 15. ex autoritate Aristobuli, apud Taxilos Indiae populos illud obseruari solitum, ut qui filias pro inopia locare non possint, in ipso aetate flore in forum perducant cum tuba & clausis. Tum multitudine conuocata, puella primum postica humero detegit tenus: postea uero antica. Quae placita fuerit, & approbata, quibuscunque uideretur, nubitur. Plato lib. 6. de legibus, ut nemo in capeffendis matrimoniis decipiatur, sed sublata ignorantia quisque agnoscat, cui collocet, & quam a quibus ducat, huius rei gratia ludos, chorosque puellorum & puellarum simul fieri iussit, nudatis corporibus, quatenus modestus pudor patitur, ut cum ratione in aetate conuenienti conspiciant alterutrum, atque conspiciantur. Quod & ferè repetit in lib. 8. Moschouitarum autem solent, cum de uxore ducenda deliberant, omnium toto regno puellarum virginum delectum habere, ac forma, uirtuteque animi praestantiores ad se perducere iubere: quas demum per idoneos homines, fidelesque matronas inspiciunt ita diligenter, ut secretiora quoque ab eis contrectari explorarique fas sit. Ex iis uero, magna atque sollicita parentum expectatione, quae ad principis animi respondeat, regius nuptiis digna pronuntiat. Caetera uero, quae de formae pudicitiaeque & morum dignitate contenderant, saepe eadem die in gratiam principum proceribus, atque militibus nubunt, sic ut mediocri loco natae plerumque, dum principes regiae stirpis clara stemmata contemnunt, ad summum regalis thori fastidium pulchritudinis auspiciis euehantur, ut retulit Paulus Iouius in libello de legatione Moschouitarum, ubi etiam tradit Turcas Othomanos idem facere solitos. Sed & legimus, olim in templum Fortune uirilis uentitare mulieres solitas, quae nuptui dabantur: & corpore nudato, num quo uitio, aut labe essent affectae, explorari solere.

Sed id tamen nolim suadere mulieribus, ut se uidelicet uiris denudent: quoniam ut apud Herodotum lib. 1. Musarum ait Gyges Dascilli filius, ἡμα δὲ χριστὸν ἐκδουμὴν σὺν κενόφρονι καὶ ἀδω γυναι. Id est, Mulier exuta tunica, pariter & uerecundiam exiit. Quam sententiam probat D. Hieronymus in Iouinianum lib. 1. & Plutarchus in lib. de auditoris officio, ad principem tamen eam arguit, sed aliud respiciens, idem Plutarchus in praecipis connubialibus, cap. 9. At hanc ipsam Gygis & Candaulis historiam referens Tzetzes Histor. Chiliade j. c. 3. sic facit uxorem Candaulis, quam maritus Gygi nudam ostenderat, loquentem:

Γυμνὴ δὺοῖν ἀνδράσι γὰρ ἔγω θεαθήναι. Nuda à duobus uiris conspici non sustineo.

Illi autem Herodoti sententiae adstipulatur Clemens Alexandrinus li. Paedagog. 2. ca. 9. & iterum li. eiusdem operis 3. cap. 5. Et his concinens Diuus Cyprianus in lib. de habitu uirginum. Simul(inquit) cum amictu uestis, honor corporis, & pudor ponitur. Ideo nec ipse alibi in eo. li. ius facit uirginibus, ne in balneis quidem sese nudandi. Quo nomine Graeci scriptores, & in his Theodoritus in lib. de uirtute actiua, laudant Lysidicen, quae praefata insigni quadam pudicitia, ne tunc quidem, cum lauaretur, subuculam exueret. Philaeram autem, cum in labrum balneare descenderet, quantum corporis aquae immergeretur, tantum ab inferiori parte sensim detegeret, subucula paulatim ad superiora subducta: cumque aquis lota emergeret, eadem ratione superiora corporis amictu obtegeret. Quin & Hesiodus grauis autor, ne nocte quidem finit intimas tunicas ponere, quatenus noctes etiam Deorum immortalium sunt. Hoc enim est carmen illius lib. 2. Operum & dierum:

ἡ δ' ἀπογυμνωθεὶς, μακάρων τοὶ νόκτες ἕασιν.

Ex nostris Bal. in l. interpositas col. 2. uersicu. quandoque quis uult rescindere per officium. C. de tranfact. scribit metum uerecundiae satis esse ad rescindendum contractum, licet non contineat metum mortis, uel corporis cruciatus: ut si quis(inquit) denudet mulierem, mineturque eam se extra domum nudam deducturam.

Quin & nuditas ipsa mulierum uiros, si quicquam aliud, ad libidinem miris modis accendit, sicuti aperte ostendunt uersus illi Propertiani lib. 2. Eleg. 16. qua suas uoluptates narrat:

Ipse Paris nuda fertur perisse Lacena, Cum Menelaeo surgeret ex thalamo. Nudus ex Endymion Phoebi cepisse sororem Dicitur, & nuda concubuisse Dea. Cantabant surdo, nudabant pectora ceco. Lanuuij ad portas hei mihi, solus eram.

Et alibi lib. 4.

Quibus, ut annotat Caelius lib. 4. c. 7. postremae editionis, significat Poeta, se inter sublandientes meretriculas ita iacuisse, ut uenerea obire nunquam ualuerit, quamuis illae quidem cantillarent, quamuis ad prolectandam concubitus appetentiam, & libidinis prurimum, pectora papillasque denudarent, quamuis & ipse inscenderet, atque etiam mutonem ac testiculos (qui & ab eruditissimis Lanuuij quoque dicuntur) femineis genitalibus admoueret, quae poeta festiue portas appellat: nihilominus potuisse nihil, & iacuisse, perinde ac solum. Quem tamen locum Beroaldus interpretis alioqui eruditissimus intelligere non potuit. Tu tamen super ea uerba Lanuuij uide Ciceronem Epist. famil. lib. 9. epist. 22. In hanc autem sententiam Ambrosius lib. 3. de uirginibus, loquens de Herodiade: An quicquam est(inquit) tam prouum ad libidines, quam inconditis motibus ea quae uel natura abscondit, uel disciplina uelauit, membrorum operta nudare?

Sed ut ad institutum negotium ueniamus, nuditas quidem mulierum ad libidinem irrat, ut reiectis,

reiectis, contemptisque naturae iurisque legibus, nulla generis affinitatisque ratione habita, ad infandam inconcessamque uidequaque uenere aliquando impulerit, si uerum est, quod Aelius Spartianus grauis historicus retulit: quod cum Iulia Antonini Caracallae Imperatoris Romani nouerca, mulier forma eleganti & egregia, se maxima parte corporis coram Antonino ipso, quasi per negligentiam nudasset, eaque nuda conspecta, dixisset Antoninus libidine exarsuans, Vellem, si liceret: respondisse ferretur, Si liber, licet. An nescis te Imperatorem esse, & leges dare, & non accipere? Quo audito, Antoninus ad obeundum scelus audacior factus, nouercam uxorem duxit. Cuius etiam rei non nihil meminit Bal. noster in ca. j. col. ult. de constit. Et id quidem satis ostendit uerissimum esse illum Mimum Publij Syri apud Aulum Gellium libro 17. c. 14. & Macrobius lib. Saturn. 2. c. 7. Cui plus licet, quam par est, plus uult, quam licet.

14 Sed quoniam fortasse id non mirum uidebitur in uiro suapte natura impatientis (ut de illo scribit Eutropius) libidinis, quid dicemus de Dauide, uiro per omnia integerrimo, & de quo dixisse Deus legitur, Inueni uirum secundum cor meum? Nonne cum Bersabecam nudam sese lauauit, forte fortuna conspexisset, in eam, tam deperditè exarsit, ut adulterium cum ea primum, deinde & homicidium in eius uirum perpetraret: ut sacrae docent literae, 2. Regum 11. De qua re loquens D. Augustinus in libro de honestate mulierum, Dauid(inquit) ille sanctissimus mille passionibus pressus, uidit mulierem nudam, & admauit eam, & statim homicidium simul fecit, & adulterium. Nota est ex Plutarcho in Amatoriis narrationibus, historia Aristoclae formosissimae puellae, quae Ioui sacrificium factura, nuda est à Strarone uisa, qui in eam, magno utriusque malo, exarsit. Nam cum item illa à Callisthene amaretur, nuptiarum die amantium manibus est discerpta. Strato autem in omnium conspectu, supra ipsam uirginem ferro sciugulauit. Et in hanc sanè sententiam uersus est ex Poeta quoniam, ab eodem Plutarcho relatus in libro, cui titulus est, Quatenus legendi sint Poetae:

Balnea calda Venus sequitur, dum ueste renudat.

15 Quamobrem ueneri ipsi atque libidini dediti, nuditate mulierum mire delectantur: nec illis satis nuda mulier uideri potest. Notum est enim illud lasciuu Poetae lib. 11. Epigram.

At mihi nuda satis nulla puella patet.

Propertius, & ipse uates Cupidineus, meram se nuditatem expetere palam ostendit, cum ita Cynthiae ueluti minaretur lib. 2.

Quod si pertendens animo uesita cubaris, Scissa ueste meas experire manus. Manè erat, & uolui, num sola quiesceret illa, Visere: at in lecto Cynthia sola fuit. Obstupui, non illa mihi formosior unquam Visa, neque ostrina cum fuit in tunica. Pars humeri tamen ima tui, pars summa lacerti Nuda sit à laua conspicienda manu.

Et alibi de eadem loquens eo. lib. 2.

Et Ouidius lib. 3. de Arte amandi,

Secundum quam sententiam Plautus Poeta Comicus, idemque lasciuus, ita scribit in Mostellaria:

Pulchra mulier nuda erit, quam purpurata, pulchrior.

Apud Danielè c. 13. senes illi amatores iusserunt Susannam nudari, ut uel sic eius decore fatiarentur.

16 Hinc fortè à Poetis Amor nudus depingitur, quod uidelicet nuditate admodum delectetur, & gaudeat. Marullus Tarchoniata, qui Amorem ipsum graphicè ac luculenter descripsit:

Cur sine ueste Deus? simplex puer odit opertum. Nudus Amor formae non amat artificem.

Ex quo & illud Propertij lib. 1.

Et primus omnium Moschus in descriptione Amoris fugitiui:

Γυμνὸς μὲν τὸ γέ σῶμα, νόσος δὲ οἱ ἐμπειρίας. Nudum corpus habet: mentem fallacia uelat.

Id est,

Memorat autem Plinius lib. 36. ca. 5. simulacrum Cupidinis nudi in Pario Colonia Propontidis, opus eximium Praxitelis, Sed & eundem nudum depingit Philostratus in Imaginibus. Quamquam aliud ea nuditas à plerisque refertur, ut uidere licet apud Alexandrum Aphrodisaeum, aut quisquis is fuit, lib. Problem. primo, c. 85.

17 Hinc item ipsius mater Cupidinis Venus, scortorum praefes & magistra, à statuariis & sculptoribus nuda depingitur, ut uidere licet apud Lucianum in eo lib. cui titulus ἐρωτες: & memorat etiam Theodoritus Cyrenensis lib. 3. eius diuini operis, cui titulus fecit, θεραπευτικὴ μὲν τῶν ἑλληνικῶν παιδικῶν, tanquam si dicas, cura, siue medela Gentilium affectionum. In qua re, ut ipse dicit, illam prostantibus in fornice meretricibus impudentiorem faciunt. Quis enim uidit unquam meretricem in foro stantem nudo corpore sine palla & zona? Et Arnobius aduersus Gentes, Disputationum lib. 6. cum scribit, Ad libidinem concitat Venus nuda. Et alibi in eo. li. Venus nuda & aperta depingitur, tanquam si illam dicas publicare, & diuendere meritorij corporis formam. Idque etiam uidere licet ex Venere Cnidia Laetantij in Amoris, & Ausonij. Inter caeteros autem Apelles pinxit Venere nudam à mari exeuntem, quae ob id Anadyomene, hoc est, emergens à mari dicta est: quo opere nihil absolutius fuit. Id autem sumpsere pictores à Poetis, qui & illam saepissimè nudam faciunt. Aut (quod tradit Fulgentius li. 2. Mythologicon) quod nudos affectatores suos dimittat: aut quod libidinis

De eadem re.

Antoninus Caracalla. Vellem, si liceret. Imperator leges dat, non accipit.

Dauid in Bersabecam nudam exarsit.

Aristoclea ab amatoribus discerpta.

Libidinosi nuditate mulierum gaudent.

Cupido nudus.

Venus nuda.

Libidinis crimen proditur.

libidinis crimen nunquā ita fit celatū,quin tandē prodatur:aut quòd nudis maximè cōueniat:aut (quod iam diximus)nuditas ad libidinem prouocet.Hinc illud Ouidij in epist.Didūs ad Aeneam:

— Quia mater Amorum

Nuda Cytheriacis edita fertur aquis.

Et lib.j. Amor. Eleg.14.

Illis contulerim,quas quondam nuda Dione

Pingitur humenti sustinuisse manu.

Et lib.3.de Arte amandi:

Nuda Venus madidas exprimit imbre comas.

Illudque Martialis lib.8.Epigram.in prin.ad librum suum,

Nuda recede Venus,non est tuus iste libellus.

Et illud quoqueApuleij Afini aurei lib.x.

Qualis fuit Venus,cūm fuit virgo nudo & intecto corpore.

¶ Sed & Priapus quoque,alter libidinis Deus,& quo membri pudendi magnitudo repræsentatur, nudus à Poetis ipsis effingitur. Tibullus lib.j.Eleg.4.ad ipsum Priapum:

Nudus & hybernæ producis tempora brumæ,

Nudus & æstiu tempora sicca Canis,

Item Virgilius,aut quisquis is fuit,in Priapeis,

Taliacunque puer,dominus florentis agelli,

Imposuit mensæ,nudæ Priape tue.

18 Priapus nudus.

19 Nuditatis mēbrorū mulierū sacris literis exosa.

Patauinæ uirginis opertā facie in publico prodeunt.

Chalcedoniæ dimidium faciei reteregetes.

20 Persarum lex de ea re. Spartanorū in eadē re mos.

Corinthiorum quoque. Arabum item.

Penelope teais genis è gynæceo descendit.

21 Poppea uelata facie incedebat. Romanorum mos.

In fœminas, quæ humeros detegunt. Virgo ne se nudam conspiciat. Theano.

¶ At uerò quantum è diuerso ipsa fœminarum nudatio,vel quantulacunque pudicorū proborūque uirorum animos exasperet,apertè docet illud Ezech.16.Vbera tua intumuerūt,& pilus tuus germinauit:nuda eras,& confusione plena.Et Esaiæ 20.Nudam & discalceatam,discoopertis natis,ad ignominiam Aegypti.& c.47.Nuda turpitudinem tuam,& discooperti humerum, releua crura,&c.Et Threnorum Hiere.4.Sed & Lamæ nudauerunt mammam.Rursūmque:Inebriaberis,atque nudaberis.Et D.ille Hieronymus,castrorum sanè castissimus,scribens ad Demetriadem de uirginitate seruanda:illa,ait,tibi sit pulchra,illa amabilis,illa habenda inter socias,quæ se nescit esse pulchram,quæ negligit formæ bonum,& procedens ad publicum,non pectus, non colla denudat,nec pallio reuoluto ceruices aperit: sed quæ celat faciem,& vix vno oculo, qui uix est necessarius, patente ingreditur. Propterea etiam eo nomine laudantur à plurimis uirgines Patauinæ, quoniam non nisi opera facie, prodeunt in publicum. Nam & earundem seueritas pudicitiaque multis celebrantur. Ex quo illud Martialis lib.11.

Tu quoque nequitias nostri lususque libelli

Vda puella leges, sis Patauina licet.

Illudque Plinij Cæcilij ad Iunium Mauricum,lib.Episto.j.Habet auiam maternam Serranā Proculam,è municipio Patauino: nostri loci mores:Serrana tamen Patauinis quoque seueritatis exemplum est. Laudantur & Chalcedoniæ mulieres,quæ si in alienos viros & magistratus potissimum incidere, dimidium faciei retereget. Quæ à uidiuis coorta consuetudo, in eas prorepit, quæ & maritos haberent. Quod reculit Plutarchus in Problematis c.162. Qui mos multum placuit Ang. Aret. qui in §.j.col.j. Instit. de pat. pote. scribit, mulieres debere incedere facie semioperta: quod temporibus(ait) nostris non obseruant mulieres.

¶ Persarum uerò legibus sancitum legimus apud Iosep. lib.11. Antiquitatum, ca.9. ne mulieres extraneis uiris inspiciendas se præberent. Apud Spartanos autem diu obseruatū legimus, ut aperta facie uirgo, nupta uerò conuelata in publico uisureretur. Cuius etiam rationem reddebat Charilus, siue Carilaus (vtrunque autem legitur) ὅτι τὰς μὲν κόρας ἀνδρῶν εὐρεῖν δεῖ, τὰς δὲ γυναῖκας οὐδεὶν τῶν ἄλλων. Id est, Quoniam uirginibus viros sibi querere necessarium sit: mulieribus autē, quos compararint, custodire. Autor Plutarchus in Apophthegmatis Laonicis. Corinthij autem suas quoque uirgines velabant, ut retulit Tertullianus in lib. de uirginibus uelands. Quo etiam loco tradit, Arabiæ fœminas non caput tantum, sed faciem quoque ita totam tegere, ut vno oculo libero contentæ sint dimidiam (ut ipse loquitur) frui lucem. Homerus lib.18. Odyssææ scribit Penelopem, cūm è gynæceo descenderet in eum locum, ubi proci degebant, genas subtilibus uelis texisse, ita scilicet ut cæteros aspiciere, ab illis autem aspici non posset:

ἄντα παραίων χρομὴν λιπαρὰ κρηδεμένα.

Quod & hodie fieri uidemus à magnatum vxoribus, cūm in uis publicis incedunt.

¶ Conelius Tacitus de Poppea, alioquin impudica, loquens, lib.13. Rarus (inquit) in publicū egressus, idque uelata parte oris, ne satiaret aspectum, uel quia sic decebat. Nam & apud Romanos C. Sulpitius Gallus vxorem dimisit, quòd eam capite aperto foris uersatam cognouerat. Lex enim (inquit) tibi meos tantum præfinit oculos, quibus formam tuam approbes, & placere desideres. His decoris instrumenta compara, his esto speciosa, horum te certiori crede notitia: uterior tui conspectus superuacua irritatione accersitus in suspitione & crimine hæreat, necesse est. Autor Valerius lib. 6.c.3. Diuus item Hieronymus (ut ad illum rursus redeamus) in libello de suspecto contubernio, Palliolum, inquit, interdum cadit, ut candidos nudet humeros, & quasi uideri noluerit, celat festina, quod uolens detexerat. Idem ad Latam de institutione filia, ita de nuditate uirginum loquitur, ut nec ipsæ se nudas conspiciere debeant. Mithi (inquit) omnino in adulta uirgine lauacra displicent, quæ se ipsam debet erubescere, & nudam uidere non posse. Theano uerstem aliquando induens, brachium fortè nudauit: & cūm quidam dixisset, ὀ pulchrῆ cubitum, At non publicum, inquit. Autor Clemens Alexandrinus lib.4. Stromaton: & ante illū Plutarchus in præceptis

ptis connubialibus, cap.32. ubi hinc subdit, pudicæ mulieris, ne cubitū quidem nudari oportere. 22 ¶ Legimus D. Barnabam, cūm alicubi uidisset fœminas nudas cum uiris ludere, ita eam rem exhorruisse, ut illis diras imprecatus sit: unde & secuta est confestim templi ruina, quæ multos oppressit. Sed & in sacris literis, Gene. 24. c. ad fi. Rebecca cūm uidisset Isaac, in occursum eius per agros uenientem, pallio se confestim operuit. Ioannes Damascenus in lib. Hæreseon, Adamianos commemorat ab Adamo nescio quo dictos, qui nudi tam mares, quàm fœminæ, in vnum locum conueniebant, in eoque lectionum & precum officia, & quæuis alia sacra perficiebant. Simulatam uero solitudinem, & castitatem, factasque nuptias probabant: suamque ecclesiam Paradisum esse dicebant. Idem quoque propemodum de iisdem refert Epiphanius Palæstinus Eleuteropolites, aduersus hæreses lib.2. tom.1. c. 52. D. Ambrosius lib. epistol. 8. episto. 64. mirum in modum increpat Sinagrium Veronensem Episcopum, qui uirginis accusatæ stupri secreta genitalia inspicere iusserat, ad depræhendenda libidinis uestigia: quanquā leges Pontificiæ id nulla ratione permittunt. Cæterum hanc mulierum nuditatem tribus potissimum rationibus damnat Anton. Flor. in ij. part. titu. quinto, cap.1. in quarto gradu, ubi qui uolet, poterit legere.

23 ¶ Non abs re igitur antiquæ leges marem tantum inspicere nudum iusserunt, ut proinde cognosceretur, pubesne esset, an impubes: fœminas uerò nudas ob id conspici non patiebatur, impudicum illud atque indecorum iudicantes, ut ex tex. in l. vlt. C. quando curat. vel tut. esse desin. & in §. j. Instit. quib. mod. tut. fini. Cui non omnino dissimile est, quod & Plato sanxit lib. de legibus uidecimo. Conuenientiam (ait) ætatis ad nuptias, & contrā, iudex nudos omnino mares, nudas tantum ad pubem usque fœminas conspiciens, iudicet. Sed ut ad nostras leges reuertamur, sanè si fœminas aliquando nudas conspici oportet, leges ipsæ & Canones à mulieribus, & ipsis honestis & probatæ fidei, inspicere eas uoluerunt, non à uiris. l. j. in princ. & per totam fermè legem. ff. de ventre inspi. & in c. proposuisti. & cap. causam matrimonij. de prob. & in cap. fraternitatis, & in c. vlti. extrā de frig. & malefic. & facit text. in cap. nec alia. ibi, manus obstetricum, 27. q. j. Idque natura homines docuit, quæ uel in cadaueribus mortuorum, pudenda mulierum magis, quàm uirorum, ueluti de industria obregit: uirorum enim cadauera supina fluitare inspiciuntur, fœminarum prona, ueluti pudori defunctarum parcente natura, quod obseruauit Plinius lib. 7. cap. 17. & Solinus c. v. in fi. Quanquam huius rei alia quoque, eaque naturalis, ratio reddi potest, quòd scilicet mulierum antica sint posticis longè ponderosiora, respectu uerè & mammarum: & contrā in maribus.

24 ¶ Denique legimus, Deas castitatis præfides, ægerrimè tulisse, si quando eas nudas à uiris, etiam imprudentibus, inspicere contigerit: neque id impunitum reliquisse. Nam cūm se Pallas aliquando & Chariclo in Heliconia Hippocrene nudæ per æstum lauarent, ac tum fortuito Tiresias uenator ad eum fontem sitiens accessisset, Palladem imprudens nudam conspiciens, statim oculis captus est, ut pulchrè descripsit Callimachus in eo Hymno, cui titulum fecit, εἰς λυτρά τ' Παλλάδος, id est, in lauacra Palladis: & Nonnus, & Propertius, quibus locis statim citabimus. Et Apollodorus lib. Bibliothecæ, siue de Diis, 3. Quanquam alij aliò referunt cæcitatem illam Tirciæ, ut nos quoque dicemus in nona lege connubiali, num. 115. incip. nec mirum, Aætæon quoque, cūm etiam inter uenandum forte fortuna Dianam in fonte nudam conspexisset, eiusdem indignatione in ceruum commutatus est, & à suis canibus discerptus: ut late recensuit Ouidius lib. 3. Metamorphos. Et transeunter lib. 2. Tristium, ubi ita scribit:

Inscius Aætæon uidit sine ueste Dianam:

Præda suis canibus non minus ille fuit.

Silius lib. 12. Pausanias lib. 9. Claudianus in Rufinum, Arnobius aduersus gentes lib. 3. & ante hos Callimachus, ubi supra. Et Apollodorus in eo lib. 3. Bibliothecæ. Nonnus autem Poëta Græcus lib. Dionysiacôn quinto, facit Aætæonem hæc exclamantem:

ὄλβιε Τυρεσία σὺ μὲν ἐδρακὲς ἐκτὸς ὀλέθρου

γυμνὸν ἀνανομένους δικτῆρομονος εἶδος ἀθίνης

ζώης σὺν βλεφάρων ὀλέθρου φάος. ἡμετέρων δὲ

ὀφθαλμῶν ἀμάργμα νόσῳ μετέδουκεν ἀθίνῃ.

Felix Tiresia, tu quidem uidiisti citra perniciem

Nudam inuita misericordis formam Palladis.

Uisus tuorum oculorum perditio lumine: nostrorum autem

Oculorum splendorem cum mente commutauit Pallas.

Parce oculis hospes, lucosque, abscede uerendo:

Cede, ægedum, & tuta lumina linque fuga.

Interdicta uiris metuenda lege piatur,

Quæ se summtota vindicat ara casa.

Magnam Tiresias aspexit Pallada uates,

Fortia dum posita Gorgone membra lauauit.

Et cætera quæ sequuntur. Quanquàm aliæ causæ calamitatis Aætæonis afferantur à Diodoro lib. 5. cap. 14. & à Pausania lib. 9. & à Fulgentio ex Anaximene.

25 ¶ Tradit & Lactantius lib. 2. qui de origine erroris inscribitur, cap. 17. Iunonem nudatam in sacris legos sese uindicasse. Apud Homerum lib. 5. Odyssææ, Leucothea Dea marina, cum Ulysi nau-

Templi ruina ex nuditate mulierum. Rebecca occurrès Isaac, pallio se operuit. Adamianorū hæresis. Genitalia mulierum non inspicienda ad conuincendum stuprum.

Fœminas non nudandas ad depræhendendam uirginitatem. Plato. lex de ea re. Fœminas non nisi fœminis nudandas, cum necesse est.

Cadauera mulierum prona, uirorum supina fluitare.

Deas castas nudas se conspici, molestè ferre. Tiresias oculis captus, quòd Palladē nudam conspexisset. Aætæon in ceruum mutatus, quum Dianam nudam uidisset.

Quorum hic sensus est propè ad uerbum:

Ex quibus & illud Propertij lib. 4.

Iuno nudatam se uindicauit.

Leucothea nudam se uideri noluit. frago vittas immortales dedisset, quibus sub pectore extensis nataret, iussit eum, cum terram attingisset, eandem iacere in pontum, subiunxitque: αὐτὸς δ' ἄρ' ἔσθ' ἰσοφί, πρᾶσιδ'.

Ipse autem seorsim te verte. Id est,

Ne uidelicet ipse eam nudam a tergo inspiceret.

Et hinc quoque illud Virgilianum in Pharmaceutria,

Trānsque caput iace, ne respexeris.

Numina uidevi nolunt. Quem locū enarrans Seruius, Nolunt enim, ait, se uideri numina. quod & idem ipsum tradit ipse Seruius lib. 4. Aeneid. eum locum enarrans. Vnde & illud Ioannis Secundi de Cnidia Venere,

Non te Praxiteles uidit Dea magna, nec est fas

Cernere conspicuas, & sine ueste deas.

Festus autem Pompeius lib. 10. ubi de Lymphis loquitur, vulgò memoriae proditum esse, quicumque speciem quandā è fronte, id est, effigiem Nymphæ uiderint, furendi finem non fecisse: quos Græci Νυμφολυπῆς vocant. Latini uero Lymphatos.

Huic se forma dei vultu redeuntis eodem

Obtulit.

Porro aliò spectat, quòd prisci illi Gratias nudas pingebant, ut Horat. lib. 3. Car. Ode 19.

Tres prohibet supra

Rixarum metuens tangere Gratia

Nudis iuncta sororibus.

Et iterum lib. 4. Ode 7.

Gratia nude. Gratia cum nymphis geminisq; sororibus audet

Ducere nuda choros.

Pronerbiū. Ex quo vetus illud adagium, αἰ χάριτες γυμναὶ, ne scilicet quid inter amicos fictum, fucatum, reatum, uerum nuda simplicitatē sint omnia, quemadmodum Gratia sunt sine dolo, sine fraude, sine aliquo velamine, ut tradit Acron in locum illum priorem Horatij. Et sine fuce, ut scribit Seruius lib. j. Aeneidos in eum locum,

At memor ille matris Acidalia.

Quamquam id aliò referat Fulgentius lib. 5. Mythologicarum, & Cornutus, aut (ut alij uocant) Phornutus in lib. de Natura Deor. Ceterum ne illud omitam, scribit Pausanias in Bœoticis, antiquissimos illos scalptores atque pictores Gratias non nudas, sed uestibus indutas expressisse: idq; probat multis antiquissimis earum statuis & picturis. Quo uero primū autore nudæ scalptæ aut depictæ fuerint, fatetur se ignorare. Scio autem illum alibi, scilicet in Eliacis, tradidisse ipsas Gratias Veneri potissimum ex Diis esse familiares: ideoq; vnam illarum rosam tenere, alteram myrti ramum, quorum vtrumque Veneri sacrum est: quod fortassis artificibus ansam præbuit, ut nudas eas exprimerent.

Nec interim in hac tractatione nuditatis Deorum, illud omitendum ducimus, quod Artemidorus Daldianus lib. de Somniorum interpretatione 2. cap. 35. scriptum reliquit, ne in somnis qui dem vlli conducere, Dianam, aut eius imaginem nudam conspiceret. Nec quod idem eo. lib. c. xliij. tradit, Venerem in somnis visam bonam iudicari, si infernas partes vsque ad zonam velatam habeat: totam autem nudam solis meretricibus bonam esse, & quæstus significatiuam: ad reliqua autem confusionem significare. Id quod dicit à se obseruatum fuisse.

Proinde non rectè fortassis plerisque videbitur consuluisse, vir alioquin doctissimus, autorq; grauissimus Fran. Are. consi. cxlij. ex facto proponitur quòd illustris, in tertio, & iterum in quarto dubio eiusdem consi. cum omnibus neruis contendit probare, Franciscū Sfortiam ducem Mediolani iure petiisse, ut Dorothea filia Ludouici Marchionis Mantuæ, Galeatio ipsius Ducis filio desponsata, nuda è quibusdam Medicis à se misis conspiceretur, ut hinc detegeretur si qua puellæ esset deformitas: contra Ludouicū hoc ipsum iniuria recusasse, sed tantum filiā obtulisse videndā, cotta (sic enim appellat) quā ad eam Galeatius ipse miserat, coopertā. Cuius tamen consiliū probat Philip. Dec. in d. c. proposuisti. in ij. no. An tamen bene vterque senserit, aliorum sit iudicium.

Ego uero scio, Platonem ab Eusebio lib. 3. de præpar. euang. ca. 12. & Theodorito lib. de legibus, qui nonus est eorum, quos de curatione gentilium affectionum elegantissimè scripsit, alijsq; ecclesiasticis scriptoribus fuisse repræhensum, quòd in libris de repub. atque de legibus iusserit mulieres non solum iuuenes, sed etiam anus, in gymnasiis nudas cum uiris luctari, adolescentulas nudas cursu & equis certare, & in solennitatibus eas quoque nudas cum nudis iuuenibus tripudiis salire, sicuti supra diximus. Quæ omnia hausisse videtur Plato ex legibus, politicisq; constitutionibus Lycurgi Lacedæmonij, qui eadem fermè instituit, ut tradit Xenophon in Lacedæmonio. rum repub. & commemorauit Propertius lib. Eleg. 3. illis versibus,

Multa tue Sparta miramur, &c.

Et Pelignus vates, quo loco describit raptam à Theseo Helenam, in Epistola Paridis ad eandem Helenam:

More tue gentis nitida dum nuda palastra

Ludis, & es nudis femina mista uiris.

Et Plutarchus in vita ipsius Lycurgi, & in Apophthegmatis Laconicis, ubi & hoc Lycurgi institutum à

tum à quibusdam fuisse repræhensum tradit. Ab hac autem mulierum Laconicarum nuditate, & quia etiam illis pinnæ virginalis tunicæ non erant consutæ ab inferiori parte, sed aperiebantur, simulq; totum femur, cum incederent, nudabatur, eas Φαινουμειδίας appellabat Ibcus, à patientibus scilicet femoribus, uti etiam memorat Pollux lib. 7. Onomastici, cap. 13. & ἀνδρομανεὶς Euripides, quòd viros ob id in libidinem furere facerent, ut & retulit Plutarchus in Lycurgi, ac Numæ Pompilij comparatione: ubi & citat Sophoclem hunc morem Laconicarum mulierum aperite describentem:

Καὶ τὰν νεοργὸν ἄσπ' ἀσόλος χιτῶν
Θυραῖου ἀμφὶ μηρῶν, πλῦστερ' ἐρμύονα.

Cui addere potes & illud Euripidis in Andromache,

Ἰδ' ἄν ἐ βάλαιτό τις
Σάφρον γέναιδ' Ἰσπαρταπίδω κέρη,
αἰ ξυ νεοισιν ἐξερημῖσαι δόμοις.
γυμνοῖσι μηροῖς, καὶ πέπλοις, ἀνημένοις
Δρόμοις, παλάστρᾳ τ' ἐκ ἀναχέτος ἐμοὶ
κοινὰς ἔχουσι. κατὰ θαυμάζην χρεῶν
ἐ μὴ γυμναῖας σάφρονας παιδεύετα.

Id est, ad verbum:

Neque si velit queriam
Casta esse, queat Spartana puella:
Quæ cum iuuenibus relinquentes domos,
Nudis femoribus, & tunicis dissolutis,
Cursus palastrasq; non tolerabiles mihi
Communes habent: & tamen admirabile videtur,
Si non castas mulieres educatis?

Huc quoque spectare videtur illud Martialis lib. 1. Epigram. 135.

Aut libidinosæ

Ledaas Lacedæmonis palastras.

Et in hanc sententiam D. Chrysofostomus Homilia in Matthæum 6. multis inuehitur in mimos; aliosq; huiusmodi ludos atque spectacula, quibus producuntur mulieres nudæ, veluti maxima libidinis incitamenta: eosq; mille mortibus dignos pronuntiat, qui hæc faciunt. Id quod dicit, quoniam apud Romanos nudæ in scenam prodibant: quod vel ex hoc intelligis, quod scribit Valerius Maximus lib. 2. cap. 5. Catone (inquit) ludos Florales, quos Mefsius Aedilis faciebat, spectante, populus, ut mimæ nudarentur, postulare erubuit: quod cum à quibusdam cognouisset, discessit à theatro, ne præsentia sua spectaculi consuetudinem impediret. Ex quibus & illud quoque intelligis, id fuisse uiris sanctis & seueris non admodum honestum, & cæteris non impudendum, etiam si mos regionis id permittat. Ut non immeritò malè audiant quòd apud eos, more gentis, fœminæ saltatrices nudæ introducerentur, ut scribit Athenæus lib. 13. cap. 31.

Nude fœmine in scenam prodibant apud Romanos.

Tiberius Imperator Ro. voluptatis libidinisq; assertor impotentissimus, ob id à Suetonio taxatur, quòd nudis aliquādo puellis ministrantibus cœnauerit. Sed & Heliogabalus ille quoque Ro. Imperator, omnium (ut verbis Apuleij utar) bipedum nequissimus, ab Historicis incepsitur, quòd fœminis nudis currum suum trahentibus, nudus & ipse in publicū sæpe prodierit, ut in eius vita Lampridius retulit. Clearchus quoque lib. vitarum 5. apud Athenæum lib. 12. cap. 25. Anaxarchum carpit, quòd ei nuda puella ministrabat. Timæus lib. 1. Historiarum, & Theopompus apud Athenæum lib. 4. cap. 16. tradidit, apud Tyrrenos in conuiujs, & epularum apparatus virgines nudas corporibus ministrare solitas cōuiujs discumbentibus. Sed & eas pudore deposito in gymnasijs publicis & palastris nudas exerceri solitas. Neque enim apud eos turpe ducebatur nudas fœminas vulgò conspici. Plutarchus in vita Antonij tradit illum nudum in Lupercalibus curru per urbem fuisse vectum à matronis & virginibus omnia membra nudatis. Clearchus autem in 4. vitarum commentario, apud eundem Athenæum lib. 12. c. 7. scribit, quòd cum Tarentini Carbinam Iapygum urbem vi expugnassent, illorum filias, quæ ad templum τῆς καρυαῖων confugerāt, iisdem in locis, factatisq; Deorum ædibus denudatas omnium libidini obnoxias, per totum diem exposuerunt: quæ res adeò hominibus dijsq; ingrata fuit, ut eos omnes, qui hoc facinus patrauerant fulguribus statim ac fulminibus obrutos fuisse constet. Illud quoque ab antiquis non sine vituperio scriptum est, virgines in Peloponneso discinctas, & absque tunicis esse consueuisse, tantum pallio tectas, utrinque fenestrato: per quod patebant nuda corpora. Ex quo σωρεῖς, vice prouerbij dictum aduersus eos, qui corpore parum decorè nudato incedebant: de quo per Erasmus Chiliad. 5. Centu. ij. c. xlvij.

Tib. nudis puellis ministrantibus cœnabat.

Heliogab. nudus nudis fœminis currum trahentibus incedebat.

Anaxarcho ministrabant nude puellæ. Tarentini fulmine idi, quòd nudas fœminas libidini expos.

Peloponnes. uirgines discinctæ pallio fenestrato.

Nec intemptium erit historiam à Plutarcho in lib. de claris muliebribus. cap. 2. relatam, hoc in loco depingere, ex qua agnosces naturam hunc pudorem etiam insanis mulieribus ingenuisse, ut nuditatem maximè abhorreant. Nam ignota, ut ait, causa, quam alij ad aëris intemperantiam corruptionemq; quandam, alij ad terrarum pestilentem halitum referebant, Milesiæ virgines ad insaniam omnes conuersæ in vehemens mentis desiderium adeò compulsæ fuisse dicuntur, ut per omnes propè domos tota passim urbe laqueo se suspenderent: ad id enim maximè, & non

Milesiarum uirginum insanæ.

aliud fenè mortis genus eas impulsas. Luëtuosum igitur & turpe pendentium virginum spectaculum Miletì quotidie cernebatur: cui pesti nullum penitus afferri efficax remedium poterat. Nec enim maiorum monita, nec parentum preces, & lachrymæ quicquam proderant: indiesq; id malum excrefcere videbatur, vt non humanis id amplius caulis, sed Deorum potius indignationi omnes constanter adscriberent, donec prudentis cuiuspiam viri & rerù vsu periti admonitu, Miletiorum Senatus decreuit, vt quæ suspensio posthac se conficerent, virgines omnes nudato corpore per medium forum palàm efferrentur: eodè edicto promulgato confestim hanc labem cessauisse: aded enim illas eo decreto publicato animis concidisse, sic turpitudinis illius phantasia perterritas fuisse, vt nulla postmodum id malum attentarit: tantùm apud ingenuos animos pudoris existimationisq; vis valuit, vt quas antea, quò minùs sibi manus afferrent, terribilium (vt aiunt) extremum non absterruit mors, iisdem huius turpitudinis iniecta opinio, à proposito tam citò dimouere potuerit. Aliter autem hanc historiam refert Polyænus lib. 8. Stratagematôn.

33 Micca rogat ne mortua nuda iaceat. Olympias moriens capillis crura texit. Polyxena.

¶ Laudatur ab eodem Plutarcho in eo ipso lib. de claris mulieribus, cap. 15. Micca filia Aristodemii Eliensium tyranni, quòd moribunda Megistonem rogauit, ne se post mortem turpiter nudatam iacere pateretur. Et à Iustino ad calcem lib. 14. Olympias mater Alexandri, quòd expirans capillis & veste crura contexit, ne quid posset in corpore eius indecorum videri. Idemq; de Polyxena scribit Euripides in Hecuba:

ἢ δὲ θνήσκουσ' ὄμωσ
 Πολλὴ πρόνοιαν εἶχεν ἔσχημόνως πεισῆν
 κρύπτειν θ' ἄ κρύπτειν ὄμωσ' ἀρτέων ἕλωρ.

At illa iam moriens tamen

Multum prouidit, vt honestè caderet,
 Celaretq; quæ celare oculos virorum oportet.

Cuius quidem sententia meminit Clemens Alexandrinus lib. Stromaton 2. & Plinius Iunior lib. epistolarum 4. ad Minutianum, vbi & eo quoque nomine laudat Corneliã Vestalium maximam, quòd cum incestus iniuste damnata in subterraneum cubiculum demitteretur, hæsissetq; descendenti stola, vertit se ac recollegit. Meminit item eius sententiæ Lucianus in Encomio Demosthenis: eamq; Ouidius lib. 13. Metam. vbi ipsius Polyxenæ immolationem describit, ita traducit:

Tunc quoque cura fuit partes velare pudendas,
 Cum caderet, castiq; decus seruare pudoris.

Sed & idem lib. 2. Fastorum de Lucretia loquens:

Tunc quoque iam moriens, ne non procumbat honestè,
 Respicit: hæc etiam cura cadentis erat.

Lucretia.

34 Caesar moriens prouidit, ut honestè caderet. Nuditas in uiris quoque habet aliquid pudoris. Adam & Eua erubuerunt se nudos esse. Vlysses nudus ramo pudenda operuit.

¶ Quid, quòd & id quoque uiris laudi datum est. Vnde & Suetonius de Cæsare, Nam vt animaduertit (ait) vndique se strictis pugionibus peti, toga caput obuoluit, simul sinistra manu sinum ad ima crura deduxit, quòd honestiùs caderet, etiam inferioris parte corporis velata. Quod & Valerius Maximus tradidit lib. 4. cap. 5. Appianus Alexandrinus bellorum ciuilium lib. 2. Nam & in uiris quoque nuditas habet aliquid pudoris & verecundiæ, præsertim verò pudendorum, quæ & hinc id nomen accepisse videntur. Nam & Adam ille protoplastus, sicut & Eua omnium parës, cum ante peccatum non erubescerent, quòd nudi essent, post peccatum cum se agnouissent esse nudos, præ verecundia consuerunt folia ficus, & fecerunt sibi perizomata, id est, succinctoria, & vt verbo Varronis utar, suffibula, vt scribitur Genes. 3. Sic & Vlysses apud Homerum lib. Odyssæ 6. cum nudus esset è mari elapsus, ramo frondenti sibi pudenda cooperuit, sicque Nausicæ Alcinoi filia apparuit:

ἐκ ποικιλῆς δὲ ὕλης πρὸς θεοῦ κλάσε χερσὶ παχέῃ
 φύλλωρ ὡς ῥύσατο πρὶ ἕρῃ μίδρα φώϊος.

Ex quo Virgilius, aut quisquis est in Priapeis, illud deprompsit,

Huius & Alcinoi mirata est filia membrum

Frondenti ramo vix potuisse tegi.

Plutarchus in Catone Censorio scribit, eum Romanorum quibusdam vitio dedisse, quòd generi vnà cum foceris balneum ingrederentur: propterea quòd membrorum nudationem inspectantibus illis sine dedecore fieri posse non putabat. Antè Plutarchum Cicero lib. 1. Officiorum: Nostro quidem more cum parentibus puberes filij, cum foceris quidem generi non lauantur. Subdit autem Plutarchus, Romanos, postquam à Græcis nudari didicissent, ipsos deinde Græcos, vt id cum vxoribus vsurparent, docuisse.

¶ Sed vt redeamus ad sacras literas cum Noë imprudens inebriatus esset, iaceretq; nudatus in tabernaculo, Cam cæteris fratribus, veluti subfannans, nuntiauit. At verò illi confestim pallio vrenda patris operuerit. Pater autem è vino & somno expergefactus, postquam hæc rescuit, Cam maledixit: cæteris fratribus contrà benedixit. Herodorus lib. 1. scribit apud Lydos, cæterosq; ferè Barbaros magno probro esse, etiam virum conspici nudum. Socrates historicus ecclesiasticus in tripertita historia libr. 1. cap. 11. tradit quòd cum Ammonius Aegyptius, & Theodorus eius discipulus, aliquando vellent fluuium transire, iussisse Ammonium, ne alter alterum nudum conspice

Noë ebrij 35 nuditas derisa. Lydis probrū est, nudū conspici. Ammon. erubuit nudum se conspici.

conspiceret, Theodorum abire: cumq; senior se quoque ipsum erubesceret nudum intueri, repentè diuina virtute translatum esse ad vltiorem ripam.

36 ¶ Sed & Dionysius Halicarnassicus lib. Antiquitatum Ro. 7. non admodum probat virorum corpora nudari in Olympiis, aliisq; certaminibus. Primumq; omnium Acanthum, aut, vt ahj legunt, Neanthum, Lacedæmonium hunc nudandi corporis morem aduexisse decimaquinta Olympiade, cum antea pudori sibi ducerent Græci omnes nuda in certaminibus apparere corpora: quod probat Homeri autoritate, qui lib. 23. Iliados facit Epeum & Euryalum in funere Patrocli cinctos in certamen descendere:

τῶ δὲ ζωσμένω Βητλω ἐς μέσον ἀγῶνα.

Et paulò post Aiacem & Vlysses,

ζωσμένω δ' ἄρα τῶγε Βάτλω ἐς μέσον ἀγῶνα.

Et lib. 18. Odyssæ, quo loco describit certamen ipsius Vlyssis & Iri, hæc scribit:

ὡς ἐφ' ἄθ', οἷδ' ἄρα πάντες ἐπίνεον. αὐτὰρ ὀδυσσεύς.

ζῶσεν καὶ ῥάκεσιν πρὶ μίδρα.

Quibus significatur Vlysses cinxisse se pannis circū genitalia. Et lib. 6. Odyssæ, Vlysses ipsum, cum se lauare vellet in fluuio, ancillis Nausicæ iussisse, vt procul abessent. Erubescere enim coram illis se nudare corpus:

ἀμφιπολοὶ σὺθ' ἴτω ἀπόπροθεν, ὅφρ' ἐγὼ αὐτὸς

ἄλμην ἄμωρ ἀρλόμαι, ἀμφὶ δ' ἐλαίω

χρίσομαι. ἢ γὰρ δινεὸν ἀπ' ἕρως δειν' ἀλοιφὴ

αὐτῆν δ' ἐκ αἶμ' ἐγῶγε λοισσομαι. αἰδέομαι γὰρ

τυμνῶσ' κέρεισιν ἐπιλοκάμοισι μετ' ἄλλω.

37 ¶ Sed quod de certaminibus dictum est, illum morem nudandi corpora hinc fluxisse tradit Pausanias lib. 5. quo Messenica describit, quòd cum Olympiæ lata lex esset, mulieres ad illud certamen accedere non debere, pænâq; præuaricantibus constituta, vt è Typeo monte prærupto deicere-tur, quæ huiusmodi certamen ingressa deprehenderetur, ac Callipatera, nonnullis Pherenice dicta, marito mortuo pugilis habitu in id descendere ausa fuisset, Pisirrhodôq; filio certaminis victoriam adeptò, lætitia gestiens sepes claustrâq; quibus athletæ cõcludebantur, transilire conaretur, nudata corporis parte, qua sexus discernitur, fœminam se esse detexit. Qua re cognita, illam quidem patri, ac fratribus, filioq; Olympionicis condonarunt: at legem nouam sanxerunt, vt deinceps athletæ nudi ad id certamen accederent. Hanc tamen historiam recensens Tzetzes Histor. Chiliad. 1. cap. 23. fœminam hanc Aristopatiram vocat, & filium Pisirothion: uti etiam facit Pindari interpres. Nonnulli quoque hanc nuditatem inde manasse dicunt, quòd cum antiquis consuetum fuisset subligaria ferre circa pudenda in gymnasiis, Orfito Lacedæmonio cerranti soluta fibula dolorem incusserit: vnde deinde lex est constituta, vt nudarentur. Sed his omnibus re fragatur quod à Philostrato traditum est in vita Apollonij lib. 6. ab Hercule fuisse institutum vt nudi athletæ certarent in Olympiis.

Hacanth. pri. aduexit morè nudandi corp. in certaminib. Homeri tempore luctaturise accingebant.

Nudandi corpora in certaminibus unde mos fluxerit. Callipatera pugillis habitu in certamã descend.

38 ¶ Illud autem Aenææ quoque temporibus factitatum fuisse, vt nudarentur in certaminibus, satis probat illud Virgilij lib. 3. Aeneidos,

Exercent patrias oleo labente palestras

Nudati socj.

Sed quis æquis oculis videre nunc ac ferre posset Lupercalia illa, quibus mares & fœminæ per templum vrbemq; certatim, Lycæum nescio quod carmen canentes, nudi procedebant. Fœminæque se nudas de industria verberandas pelliculis offerebant, vt conciperent, uti videre licet ex Quid. lib. 2. Fastorum, Plutarcho in vita Cæsaris, & Marci Antonij, & aliis plerisque. Ex quo & illud Virgilij lib. 8. Aeneidos:

Hinc exultantes Salios nudosq; Lupercos.

Vbi & id Seruius declarat.

Item illud Martialis lib. 1. Epigram. 108.

Nudam te statuet tuus Lupercus.

39 ¶ Verum vt ad fœminas, à quibus initium huius nostræ legis cœpit, redeamus, finemq; huic tandem loco imponamus, illud fœminas ipsas monemus, vt si qua in eis sit occulta deformitas, ei certè cui nubere velint, non re quidem, id est corporis nudatione, sed verbis adaperiãt propter eam maximè rationem, quæ à nobis dicta est, cum de uiris in huius capituli initio loqueremur. Ideoq; & hanc legem vtrique statuemus:

SVAM QVISQVE DEFORMITATEM FUTURO MARITO, AVT VXORI DETEGITO.

NE TAMEN SE PROPTEREA, PRAESERTIM FORMINA, NUDATO.

Quarta lex Connubialis.



ACTENVS de forma, & iis quæ ad formam attinent, abundanter, affatim, aut veriùs superfluèter diximus. Nunc ad id maturè accedendum est, quod statim post primam legem diximus: eos videlicet maritalem potestatem do-

Vxores uiris dominatur ob dotem uel nobilitatem.

Dotes dapfiles.

De eadem re.

In aure vtranque dormire.

Argentum accepi, dote imperium vendidi.

Et in eadem fabula Artemona,

Faxo (inquit) ut scias,

Quid pericli sit, dotata mulieri conuicium dicere.

Et apud eundem in Aulularia Megadorus fenex afferit dotes dapfiles in seruitutem viros redigere. Et alibi in eadem fabula ille idem, cum multas incommoditates, sumptusq; intolerabiles, qui ex magnis dotibus proueniunt, enarrasset, tandem in hæc verba concludit:

Dotate maciant & malo & damno viros.

Et in Mostellaria Simo & ipse fenex:

Si quis domi dotatam uxorem habet, malè.

Rursum & alius fenex in ea fabula, quæ Menæhmi inscribitur:

Credo (ait)

Cum viro litigium natum esse aliquod: ita istæ solent, quæ viros

Subseruire sibi postulant, freta dote feroces.

Cui concinit illud Ouidianum lib. 2. de Arte amandi,

Dos est uxoriam lites.

Sed & alius fenex Pleriplectomenus in Milite eiusdem Plauti:

Nam mihi virtute Deum dicam, propter diuitias datas

Licuit uxorem dotatam genere summo ducere:

Sed nolo mihi oblatricem in ades introducere.

Quibus & germanum est illud alterius cuiuspiam fenis in Plotio Menandri, apud Gellium lib.

2. cap. 23.

ἐπ' ἀμφότεραν ἐν ἐπικληρῶς ἢ μέγαρον καθυδρήσθαι.

In aurem vtranque quandoquidem dotata est, cubet.

ὄσμοι κρεοβύλλω λαβῆν ἐμε, καὶ δέχεσθαι τάλαντα

ἑνὸς αὐτοῦ οὐδὲ πηχίως, εἴ τι τὸ φερούμενον

ἄπῳς ἀνυπόστατον.

Me miserum, qui Creobulam duxi, & talenta decem,

Nanam mulierculam, cubitalem, cuius superbia

Adeo intolerabilis est.

Id est,

Et paulò infra,

Dicit autem; In aurem vtranque dormiet: quoniam vxor pauper, & ob id morigera, viro semper faciem aduersam, non auersam, in lecto habet. Diues autem, quæ non adeo maritum metuit, & reueretur, modò aduersam, modò auersam, prout ei libitum fuerit, faciem habet: & sic in vtranque aurem liberè dormit. Id enim significat in aurem vtranque dormire: vt videre est apud Terentium in Heautontimorumeno,

Ademptum tibi iam faxo omnem metum,

In aurem vtranque otiosè ut dormias.

Idem autem Menander, vt ad eum reuertamur, apud Stobæum Serm. 67.

ὅταν πένθης ᾖν, καὶ γαμῆν τις ἐλάμβρος;

Tà μετὰ γυναικὸς ἐπιλέχοντ' ἡμίμασ,

αὐτὸν δὲ δόσιν, ἐκ ἐκείνου λαμβάνα.

Si quis pauper nuptias instituerit,

Et allatas ab uxore pecunias acceperit,

Hic dat seipsum, non illam ducit.

ὅστις γυναικὲν ἐπικληρῶς ἐπιθυμῆι λαβῆν

πλὴν ἄν, ἢ δὲ μὲν ἐκείνῳ θεῶν,

ἢ δὲ λῆ' ἀτυχῆν μακάριος καλὸς μὲν.

Quisquis uxorem unicam heredem cupit adsciscere

Diuitem, is vel iratis pœnam luit Diis,

Vel infelix esse vult, sub nomine fortunati.

Alter Poëta Græcus Antiphanes apud ipsum Stobæum in eodem loco:

ὅκ ἐστιν ὁδὸν βαρύτερον τῷ φορτίῳ ὄντος γυναικὸς ποῖκα πολλὴν φερούσης.

Haud vllum est onus grauius

Reuera, quam vxor dotem ferens copiosam.

Et Euripides in Menalippe apud eundem, eodem quoque Sermone 68.

ὄσοι γαμῆσι δ' ἠγένοι κρέσσος γάμος,

ἢ πολλὰ χήματ', ὅκ ἐπίσαντ' γαμῆν.

Τὰ τ' γυναικὸς γὰρ κρατῆρ' ἐν δῶμασι

Δαλοῖ τ' ἀνδρα, κὼκ ἐστὶ ἐλευθεροῦ.

Quicumque nuptias aut genere prestantiores contrahunt,

Aut multarum opum gratia: uxorem ducere nesciunt.

Vxor enim imperans domi

Subiicit maritum, ita vt amplius non sit liber.

Et alia multa in hanc sententiam reperies apud ipsum Stobæum, illo ipso Ser. 68. ex Musonio, &

alii, vt ibi videre poteris.

4 Sed vt iterum redeamus ad Latinos, huc quoque vergit, quod non semel apud Nonium Marcel-

lum Titinnius, aut vt alij appellant, Ticinius, Poeta antiquissimus, in Prælio ait: Verum enim do-

tibus deliniti, vltro etiam vxoribus ancillantur, id est, vt idem Marcellus interpretatur, feruiunt.

Ad quam item sententiam referendum est illud Epigrammatarij Poetæ ad Priscum lib. 8. quod de-

promptum ex ipso Menandro nonnulli volunt,

Vxorem quare locupletem ducere nolim,

Quæritis? uxori nubere nolo mea.

Nam dicit nubere virum vxori locupleti, quoniam Nubere, propriè priuatimque scæminarum est,

sicut Ducere virorum, vt scribit Caper vetustissimus Grammaticus in libro de Orthographia &

Latinitate verborum, & palàm insinuat illud Ouidij lib. 9. Metamorph.

Pro nubra quid iuno? quid ad hæc Hymenæe venitis

Sacra? quibus qui ducat, abest, vbi nubimus ambæ.

Et probatur etiam apertissimè in §. j. versic. vnde quæsitum est. Insti. de nupt. & in l. 2. §. j. ff. de in-

ius voc. Licet etiam (vt hoc in transcurfu dicam) Nubere interdum de viris dicatur, vt videre li-

cet apud ipsum Nonium Marcellum ex Pomponio in Pannuceatis. Et ita quoque vsus est Cor-

nelius Tacitus lib. 15. cum scribit de Nerone: Ipse per licita atque illicita scædatus, nihil flagitij re-

liquerat, quò corruptior ageret, nisi paucos post dies vni ex illo contaminatorum grege, cui no-

men Pythagoræ fuit, in modum solennium coniungiorum denupisset. Et Suetonius de eodem:

Cui etiam, sicut ipsi Sporus, ita denupfit. Et Iuuenalis,

—Quid quæris? nubis amicus.

Et è nostris quoque voluit Bald. in l. cum testator. C. de testa. manu. Sicut è diuerso nonnunquã

de scæminis Ducere dicitur, vt in l. si ignorans. C. solut. matri. vbi & id not. Bald. Igitur Martialis

(vt ad eum reuertamur) voluit intelligere, eos fungi vice & officio mulierum, potius quàm viro-

rum, qui locupletes vxores accipiunt. Itaque subdit:

Inferior matrona suo sit, Priscæ marito.

Non aliter sunt scæmina, virg. pæres.

5 Neque dissimile est, quod scribit Iuuenalis Satyra 6.

Intolerabilius nihil est, quàm scæmina diues.

Quod citat è nostris Lucas Pen. in l. j. col. j. in fi. C. de mulie. & in quo loco, lib. x. Et rursus idem

Iuuenalis in eadem Satyra:

—Veniant à dote sagittæ.

Libertas ermitur.—

Et huc quoque pertinet illud Siliij Bafsi apud Senecam in 6. controuersia, lib. 2. Omnes vxores di-

uites seruitutem exigunt: crede mihi, volet regnare in suis diuitiis. Et paulò inferius. Multi ducere

sine dotibus vxorem: quidam dictas non accipere dotes: quidã autem emptis contenti fuere mã-

cupiis: & cum possent accipere diuitias, emere, quibus libertatem darent, maluerunt, quàm suam

vendere. Et in eadem controuersia, Aelius Fuscus pater, Insolens (inquit) malum est beata vxor;

cum immensum pondus auri orba attulerit, cum pecunia arcas nostras onerauerit, quid aliud,

quàm beatè seruiemus? Alter Declamator Quintilianus auus, Declamat. 301. Tu tamen quid cir-

cumscriptione ista perdidisti? Vxorem non habes locupletem? nihil enim magis, quàm pecuniam

desideras. At te dignum, qui duceres parem: tunc scires, quæ discordiæ, quæ contentiones, quàm

frequens mentio dotis, quàm crecta ex æquo ceruix. Vti què in his tuis deliciis, in his cupiditatibus

liceret amare aliquam ancillam, deperire aliquam ministrarum. Nunc habes vxorem non ambi-

tiouam, non exacturam comitatus, sed quæ tota ex tuo vultu pendeat. Sed & Seneca ipse de re-

mediis fortuitorum ad Gallionem: ei qui conquirebatur bonam vxorem se amississe, Inuenies

(inquit) si nihil quæris, nisi bonam, dummodò ne imagines proauòsque respexeris, nec patrimo-

nium, cui iam ipsa nobilitas cecidit.

6 Huc quoque respicit Plutarchus, qui in eo libello, quem de liberis educandis scripsit, monens

De eadem re, ex Latinis au toribus. Ancillari quid.

Nubere scæ minarum, Du cere uirorum.

Nubere tamè interdū de ui ris dicitur.

Ducere etiam de scæminis interdum.

De eadem re.

De eadem re.

parentes,vti liberis suis vxores despondeant,quæ nec multò nobiliores,nec ditiores sint. Prudẽter enim dici prouerbio τὴν ἡστὶ ἀυτὸν ἔλε. Id est, æqualem tibi mulierem inquire. Nam qui se ip-sis longè ampliores cupiunt vxores, non eorũ maritos, verũm dotis mancipia fecisse se nesciunt.

Quin Anaxandrides, & ipse Græcus autor, dicebat apud Stobæum Serm. 66.

ἦν γὰρ πρὶν ὧν, τὴν γυναικα χήματα
λαβὼν, ἔχει δ' ἄσποιναν, ὃ γυναικ' ἔτι
ἦς ὄντι δ' ἄλ' ὅτι καὶ πρὶν.

Nam si quis pauper pecuniosam vxorem
Duxerit, non vxorem, sed dominam habet,
Cuius est famulus & seruus.

Phocylides quoque Milesius,

λατρεύεις δ' ἀλόχῳ λυγρῆς χάριν εἶνεκα φερνῆς.

Id est, ad verbum:

Seruis autem vxori, mala gratia dotis.

Gallicus item Poeta Aufonius in Monosyllabis:

Sape in coniugibus fit noxia, si nimia est, dos.

Scribit Philostratus, quòd cum Antipater, qui tum Imperatori ab epistolis erat, auidius affectaret filiam Hermocrati in matrimonium tradere, non censuit is arripiendam huiusmodi felicitatem. At instante acrius nuptiarum conciliatrice, ac potentiam memorante, Doti (inquit) magnæ non seruiam, neque foci superbiæ. Socrates dicebat, splendida coniugia, vt aliquando illustant, ita nonnunquam funditus domos euertunt: vt retulit Valerius lib. 7. c. 22.

De eadem re.

¶ Nicostratus in lib. πρὶ γάμου, id est, de nuptiis, in eandem sententiam hæc scribit, apud Stobæum Serm. 68. ἐνίοι δ' ἀν' ἡμέρας ἐφασαν ἄλλωσιν εἰ μὴ πλεῖστον καὶ πένοντα ἐπαγοίτο πολλῶν. ἀλλὰ φησὶν ὅτι πρὸ καὶ τὸ λαμπρὸν τὸ δ' ἐλευθέρων ὄντων, ἰδίᾳ μὲν τὴν γυναικα, ὑπὸ τὸ πλεῖστον διατεθειμένη, ἰδίᾳ δὲ χήμασιν ὑποθωπύουσα αὐτὸν λυγρῶν, καὶ ἦν συμβαίνει μάλιστα λαμβάνοντα ἐκείτην ἀγαθίστην. Quibus si-gnificatur, quosdam vxorem aliter non ducendam existimare, quàm diuitem, & magnam dotem afferentem. Sed hic apparere egregiam seruitutem, si quis seipsum tum vxori opum luxuria dif-fluenti, tum pecuniis adulatoriẽ submittat: etsi maximè liceat pecunias ab ea acceptas infumere. Subiungitque, εἰ δ' ἔσθ' ἐμὲ τις ἀν' ἡμέρας σμικρὰν ἢ δ' ἰσ' αὐτὸν ὄντων. Si quis, inquit, meæ sententiæ fuerit, vel paruam dotem libenter accipiet.

¶ At diuus Ambrosius lib. j. de Abraham Patriarch. ca. 2. Qui suauitatem, inquit, quærit coniugi, non superiorem censu ambiat, non monilibus ornatam, sed moribus. Offendit plerunque virum, si se vxor nobiliorem nouerit. Hæc proxima superbiæ sunt. Sara non facultatibus ditior, non gene-re splèdidior erat: ideo virum imparẽ non putabat, ideo quasi parem gratiam diligebat, ideo nõ censu est retenta, non parentibus, non propinquis: sed virum proprium, quocunque pergeret, se-quebatur. Diuus autem Hieronymus in epistaphio Marcellæ ad Principiam, taxat viduas, quæ sibi pauperes maritos deligunt, quibus imperent, vt nomen tantum virorum habere videantur, qui patienter riuales sustineant, si musitauerint, ilico prouiciendi. Et huc quoque respicit Horatius lib. 3. carminum, Ode 24.

Nec dotata regit virum

Coniunx. — Et eiusdem lib. Ode 30.

-- Probamque

Pauperiem sine dote quero.

Artemidorus Daldianus lib. de Somniorum interpretatione 2. c. 31. Si quis, ait, argenteis armis pu-gilatum deceret, vxorem ducet mediocriter opulentam, fidelem, & domum custodientem, & vi-ro obedientem. Si verò quis cõtra sequitorem pugnet, formosam quidem ducet vxorem, & opu-lentam, verũm fastuosam propter opes, & ob id virum contemnentem, & malorum causam fu-turam. Nec prætermittendus Græcus ille versiculus,

Νύμφῃ δ' ἄπροικῶν ἔκ' ἔχει παρρησίαν.

Id est,

Sponsa indotata non habet libertatem, sine audaciam loquendi.

Nam (vt scribit Bald. nosfer in auth. res quæ. col. i. vers. quæro, pater viuens. C. com. de leg.) vxor indotata à marito contemnitur: vt etiam diximus in nostro tractatu, Cessante causa, cessat effe-ctus, in 22. limitat. nu. 9. incip. ex hac autem.

De eadem re.

ex nostris.

¶ Et Iason Iurifconsultorum nostræ ætatis facilè princeps, in l. si diuortio. col. 3. vers. quærit Bart. de pulchra. ff. de verb. oblig. postea quàm primũm retulit sententiam Bart. ubi dicentis, valere pro-missionem, vel confessionem dotis non receptæ, factam constante matrimonio inter coniuges inæquales, videlicet inter virum ignobilem, aut senem, & vxorem nobilem aut iuuenem, ea potis-simũm ratione, quòd hæc donatio sit remuneratoria, quæ valet inter coniuges. l. quod autem. §. si vir & vxor. ff. de donatio. inter virum & vxorem. Deinde verò retulit aliorum opinionem, qui contra tenuerunt, & ad rationem Bart. responderunt. Ipse autem ad confirmationem eius solu-tionis, illud & inter cætera adiicit, non posse dici hoc casu donationem remuneratoriã: tantum enim abesse, vt vir ignobilis quicquam commodi, aut honoris ab vxore nobili recipiat, aut vir se-nex ab vxore iuueni, vt etiam multum incommodi, & tormenti ab ea patiatur, vt pote quæ volet sibi maritum subici, & seruire. Licet tandè sequatur Bar. vt scilicet dicatur donatio remunerato-ria, non ea consideratione, quòd mariti conditio melior sit, sed quòd mulieris efficiatur deterior.

¶ Quæ cum ita sint, idèd Lycurgus id prudenter, vt cætera omnia, statuit, vt virgines sine dote nu-berẽ:

bere: ne propter opulentiam colerentur, vt tradit Plutarchus in vita illius, & in Apophthegmatis Laconicis: aut vt scribit Iustinus lib. 3. (quod tamen in idem recidit) vt feruierũs matrimonia sua viri coercerent, cum nullis dotis frænis tenerentur. Quanquam scio, Aristotelem contrarium de eo scripsisse lib. 2. Politicõn, c. 7. cum arguit leges Lacedæmoniorum, quarum lator Lycurgus ipse fuit, quòd dotes magnas dari permitterent: cum melius fuisset, aut nullam, aut paruam, aut me-diocrem esse constitutam. Aelianus autem lib. 6. Variæ Histor. priori sententiæ adstipulatur, scri-bens legem esse Spartanis, vt matrimonia nulla dote intercedente contraherentur. Porro Solon, & ipse legislator, & vnus præterea ex septem Græcia Sapientibus, ex matrimoniis cæteras dotes sustulit, tres tantum vestes, & quædam parui empta vasa, aliud præterea nihil nuptam secum im-portare iubens: vt & tradit ipse Plutarchus in vita illius. Sed & Chilo, qui & ex septem Sapienti-bus fuit, monebat vxorem humilem, apparatu modico esse ducendam, vt scribit Laetius, ne sci-licet pro vxore dominam domum accersas: de quo & nos paulò post dicemus. Quibus concinens Cato ille Censorius, quem vel vnum illis septem opponere possum, (si tamen is est, quod multi existimant: ego nunquam putavi) ita monet,

Vxorem fuge ne ducas sub nomine dotis.

Quem versum ita vertit Græcè Planudes,

Μὴ ποτε κερδίῃν ἀλόχον ἄγης δὲ φέρων.

¶ Itaque qui vxorem ducunt ingenti dote & matrimonio refertam, aut aliàs nobiliorem, ij iam non sunt domini, non superiores, non mariti, non denique pares: sed potiũs famuli & inferiores, non vxores, sed dominas habentes: quales illi fuisse videri possunt, qui (vt scriptum reliquerunt Iurifconsulti) vxores suas dominas vocabant. in l. vxorem. in prin. ff. de leg. 3. Peto (inquit Bar-dus ille) à te domina mea, vbi Alber. id expendit, & in l. Titia. §. qui Marco. ff. de annu. leg. vbi vir quispiam fracti (vt reor) atque abiecti animi non dominam solũm vxorem vocat, sed sanctissimã adiicit, & Alber. ibi not. & illum quoque tex. ad id expendit Bald. in l. vlt. col. 2. vers. quid si testa-tor. C. de indic. vid. Similiter in l. vlt. §. vxori. vbi hoc ponderat Nico. Neap. ff. de aur. & arg. legat. & in auth. qui. mo. na. effi. legi. §. illud quoque. vbi annotat Ang. nisi fortassis illi gratia honoris id ip-sum faciebant, vt dicit Bart. conf. 244. fuit quidam de Afsisio, col. vlt. & Lucas Pen. in l. quicumq; col. 4. C. de re mili. lib. 12. Sicut & Claudius Cæsar, qui, vt erat stupidi ingenij, non modò Messali-nam vxorem dominam vocabat, sed & alios ciues Rom. dominos appellabat, autore Suetonio.

Lycurgus do-tes prohibuit.

Solonis lex de ea re.

Chilonis sen-tentia de ea re.

Catonis Cen-sorii.

Vxores à ma-ritis dominae uocate.

Græci uxores dominas uo-cant.

¶ Quamquam ea vxorum appellatio & à Græcis profecta videri potest, qui vxorem δέσποιναν, id est, dominam dicunt, vel teste Homero li. 3. Odyssæ, cum dicit de vxore Nestoris:

Τῶ δ' ἀλόχῳ δέσποιναν λέχῳ πόρρωε καὶ ἔννῃν.

Id est, ad verbum,

Huius vxor domina lectum parauit, & cubile.

Et lib. 7. in fi. de vxore Alcinoi:

ἄλκίνοος δ' ἄρα λέκτρο μυχῶ δόμου ὑψηλοῖο

τᾶρ δὲ γυνὴ δέσποιναν λέχῳ πόρρωε καὶ ἔννῃν.

Alcinous autem dormiuit in conclau domus alta:

Iuxta autem vxor domina lectum parauit, & cubile.

Menandro quoque in Plotio, apud Gellium lib. 2. c. 23.

ἦν' ἔγγνωστον εἶχέ με γυνὴ δέσποιναν.

Id est,

Tum me cunctis notum, vt faceret vxor hera.

Quod & ipsum tradit Epictetus Philosophus, & ipse Græcus, in eo libro, cui titulus est, Enchiri-dion, c. 55. vbi de officio & cura viri erga vxorem differens, Mulieres, inquit, statim à decimoquar-to anno dominae vocantur. His enim viri ob concubitum blandiuntur. Subdit tamen: Monendẽ igitur sunt, apud nos in honore esse nihil ob aliud, nisi vt modestæ sint, & virum reuerentur.

Et Latini quo-que.

¶ In quem etiam sensum existimat Seruius dici posse illud Virgilianum lib. 6. Aeneid.

Hi dominam Ditis thalamo deducere adorti.

Quamquam sunt, qui aliò referant. Sed ad id referendum puto illud Catulli in Epithalamio Iulic & Mallij:

Ad domum dominam voca,

Coniugis cupidam noui.

Illud quoque Papinij lib. j. Syluarum, in Epithalamio Stellæ & Violantillæ:

Tu modo fronte rosas violis, modo lilia mista

Excipis, & dominae niuis à vultibus obtas.

Et paulò post:

Quamuis Aufoniis multum gener ille petitus

Matribus, edomui victum dominae, potentis

Ferre iugum, & longos in si sperare per annos.

Rursũmque:

Dulcia cum domina dexter connubia vultus

Annuit, &c.

Et illud Ouidij ad vxorem lib. Tristium 3. Eleg. item 3.

Nantier huc aliquis dominam venisse, resurgam.

Et paulò post:

Nec dominae lachrymis in nostrâ cadentibus ora

Accedent animæ tempora parua mea.

In quibus locis Ouid. vxorem dominam vocat.

Et illud

Et illud eiusdem in epistola Laodamiae ad Protefilaum:

Causa tua est dispar: tu tantum vivere pugna,
Inq. pios domina posse redire sinus.
Ille ferens domina mandata recentia secum
Pugnabit caute, respicietq. domum.

Et rursus in eadem epistola,

Item illud Iuvenal. Posthumium quempiam de vxore alloquentis,

Ferre potes dominam, saluis tot testibus, ullam?

Illud quoque Valerij Martialis lib. 11. in Paulam, Epigr. 8.

Harebit domina vir comes ipse suae.
Vxor cum tibi sit puella, qualem
Votis vix petat improbus maritus,
Dives nobilis, erudita, casta,
Rumpis, Basse, latus, sed in comatis,
Vxoris tibi dote quos parasti.
Et sic ad dominam reuersa languet
Multis mentula millibus redempta.

Et lib. 12. in Bassum, Epigr. 98.

Sed & D. Adrianus vxorem Nataliam dominam vocare solitus est, sicut & illa è diuerso virum dominum, id in eius vita referente Iacobo à Voragine: nonnunquam enim & hos alioqui contemnendos autores citamus. Et è nostris Ioan. And. Milanciam vxorem dominam appellat, tum in c. cum secundum. col. 1. de præben. tum in c. qui prior. col. penul. de regul. iur. lib. 6. in merc.

¶ A quibus etiam illud, opinor, processit, quòd Itali, & Hispani, & magna pars Gallorum matronas vulgò Damas vocant. Quod tamen tractum posset videri ab ipsis quoque Græcis quibus etiã vxor dicitur δάμαρ & δάμαρς. Nam Plinius alioquin grauis autor & antiquus lib. 33. c. 3. sceminas indiscriminatim dominas appellat, cum inquit: Et inserta margaritum pondera è collo dominarum auro pendencia. Et è nostris Accursius in l. si ignorans. ff. loca. cum loquitur de domina more meretricio incedente. & in l. ad egregias. ff. de iure. rursusq. in l. medicos. in verbo, deduci, & iterum in verbo, exhiberi. C. de profef. & med. li. x. In quibus locis de domina loquitur, id est, muliere, quæ vt ait, inuita in iudicium deduci, vel exhiberi non debet, per tex. in l. j. C. de offi. ciuil. iudi. Et alia glo. sing. in c. odi. 24. quæst. j. dicens inibi esse arg. contra scholares, qui vadunt ad ecclesias vt videant dominas. Sed & Bal. confi. 380. tam profundè, col. vlt. lib. 2. Et in isto (inquit) negotio ad communem opinionem dominarum recurrendū. Et Ange. in l. usufructuarium venari. ff. de usufr. ita scribit: Nota pro dominabus, quibus est relictus vsusfructus alicuius fundi, in quo est pabulum columbarum, vt possint capere & occidere eo modo, quo dicitur de feris inclusis. D. i. c. Io. Euangelista, siue vt alij contendunt, Ioannes cognomine Presbyter, qui eodè ferme tempore & ipse Christi discipulus fuit, in 2. Epistola catholica, Mulierem quandam nomine Elecã, ad quã scribit, dominam non semel appellat. Et D. Hierony. aut alius (quod semper existimaui) in Regula sanctimonialium ad Eustochium. c. 16. in prin. ipsam Eustochium dominam vocat. Et D. August. Florentinam, epist. 132. Sed & statuta plerunque ea appellatione vtuntur. Pisis est statutum, quòd non possint ad nuptias couocari, nisi duodecim dominæ, vt refert Bar. in l. inficiando. §. infans. in fi. & ibi etiam Ang. ff. de fur. & Io. Ana. in c. vlt. col. x. verf. ex prædictis refert. extr. de collu. dete. & Fran. Are. in l. patris & filij. ff. de vulg. & pupil. Et hæc omnia ex illo verf. itaq. qui vxorẽ ducunt, depris his quæ in hac, & alia proximè præcedere editione addita sunt, Chassenæus, vt sæpe aliàs, ad verbum transcripsit in suum Catalogum gloria mundi, parte 2. confide. 31. Posteaque subdit, non credere se indistinctè esse verum, vt omnes mulieres debeant vocari dominæ, quicquid audacter (inquit) Tiraquellus dicit. At tu Chassenæ nimium audaculus es, qui medicis scripsisse, quæ contra palam reprehendo. Nam primum eos Bardos appello, asseròque fuisse fracto & abiecto animo, stupidòque ingenio, qui id fecerint. Deinde subiungo, Græcos id facere solitos, indèq. apud idoneos scriptores dominam pro vxore vsurpari. Et hinc quoque nationes quasdam: & Plinium, & quosdam ex nostris legum interpretibus sceminas ita vocare: id quod & tu ad verbum, vt iam diximus, retulisti, ac desumpstisti. Vnde igitur conficis, me sensisse sceminas omnes ita vocandas? Certè si tu illud vocabulum, Bardus, intellexisses, non hæc tam temè effutisses. Sed vt ad te, Lector, sermonem meum conuertam, cum ita scripsissem, Pero (inquirebat Bardus ille) à te domina, Chassenæus pro eo vocabulo, Bardus, à se non intellexit, putans mendum esse, nomen Baldus, eius loco substituit. Idque sæpissimè facit, cum incidit in sententiam, aut verba non intellecta, vt ex sexcentis locis illius Catalogi videri potest.

¶ Sed vt ad institutum reuertamur, illud inter legum doctores satis conuenit, virum non teneri vxorem vocare dominam, præsertim si hunc appellationis titulum à viro sit consecuta, vt per Bar. in l. si iudex. ff. de minori. & in l. si post mortem. §. vlt. in pen. q. ff. de bo. poss. cont. tab. & in l. pen. C. de donatio. inter virum & vxorem. Nicol. Neap. in l. e. ipius Bart. in l. amicisimos. §. vlt. in fi. ff. de excu. tu. Pan. & Fely. in cap. ex parte B. ille in fi. hic col. j. ff. de foro comp. Barb. in cap. vlt. de ordi. cogni. & conf. j. col. 22. & iterum col. 25. lib. j. & in tra. de præstan. Cardi. q. 2. col. 2. verf. tertio facit. Soci. in l. omnes. ff. de excep. Iason in l. cum filiofa. col. 3. verf. hinc videmus. & ibi Ant. Bauer. in repe. chat. 8. col. 3. ff. de leg. j. & Fely. in c. super eo. le. 2. in prin. extra de testib. Bened. in repet. ca.

Raynu

Raynutius. in verbo, in eodem testamento relinquens, le j. nu. 99. de testa. Philip. Dec. in l. 2. col. 2. ff. de reg. iur. Ant. Corfe. in tra. de pote. & excel. regi. in 30. q. Et hoc quoque caput impudenter furripuit Chassenæus vbi supra in verf. vltimo.

¶ Hæc omnia è tendunt, ne quis cupiditate, aut ambitione allectus, potentior se ducat vxorem. Nam eiusmodi fermè connubia inauspicata & infelicia sunt. Quibus adde, quod præcipiebat Cleobulus Lyndius, vnus ex septem Sapientibus, apud Demetrium Phalereum, Diogenem Laertium, & Stobæum, γάμου ἐκ τῶν ὁμοίων. ἢν γὰρ ἐκ τῶν κρείσσωνων γήμης, δεσπότης, καὶ ὁ συγγενεὶς κίση. Id est, vxorem ducito ex æqualibus. Si enim ex potentioribus ducas, dominos, & non affines habebis. Sed & Solon, vnus quoque & idem primus ex illis Sapientibus, hoc idem præcepisse fertur. Ita enim illum loquentem inducit Aufonius:

Par pari iugato coniux: quod impar est, distidet.

Chilon Lacedæmonius, qui & ex illis Sapientibus est, illud quoque præcipiebat apud Laertium, vxorem similem ducendam, γάμον ἐυτελή ποιῆσαι. Aliter autem refert Stobæus Serm. 68. γάμου ἐυτελεῖς καὶ ἰσότητες ποιῆσαι. quibus significatur, nuptias humiles, siue malis, frugales & æquales esse celebrandas. Pittacus item Mytilenæus, & ipse ex Sapientibus, ab Atarnete adolescente interrogatus, vtra sibi ducenda esset vxor: duas enim se expetere, alteram quidem opibus & genere parem, alteram vtraque in re excellentem. Monuit scipione, quo nitebatur, elato, pergeret ad triuuiũ ciuitatis, quòd pueri lusus causa conueniunt: eos consuleret, quid factu opus esset, & quod illi dedissent consilij, id sequeretur. Sicque factum esse: adolescentemque illum puerorum vocibus admonitum, æqualem altera præterita sibi duxisse. Pueri autem ludentes ex ludj legibus subinde clamabant, Tu tibi fume parem. Quæ sententia hoc impensius placuit Pittaco, quòd ipse nobilior se duxerat, Draconis scilicet, Penthili filij sororem, quæ illi immodicè superba erat. Author Laertius, qui & ipse refert, Callimachum, cum suaderet Dioni hoc Pittaci factum non inelegãti Epigrammate celebrasse:

Ξάνθῳ ἀταρνέτης τις ἀνὴρ ὀπιτῆσκον ὄτως,
τὸν μίτυλλω αἶον, καὶ δατὴ ὄρα δίδω,
ἄττα γέρον δ' οἶός με καλεῖ γάμου. ἢ μια μὲν δὴ
Νύμφη, καὶ πλὴτων καὶ γενεῆ κατ' ἐμῆ.
ἐδ' ἑτέρη προβέβηκε. τί λῳιονίᾳ δ' ἄγε σὺν μοι
βόλευσον ποτὲρην εἰς ὑμῶν αἶον ἄγω.
ἔπειν ὃ ἴσκιπωνα γεροῦσκὸν ὄπλον ἀέρας
ἀνίδε, κείνοί σοι πᾶν ἐρέσσιν ἐπῶ.
οἱ δ' ἄρ' ἔσθ' ὑπὸ πλῆγῃσι θοᾶς βέμβηκας ἔχοντες
ἔσπερον εὐρέη παῖδες ἐνὶ τριόδῳ.
Κένομ ἔρχεο, Φοσι, μετ' ἰχνια χ' ὁ μὲν ἐπέσπ
πλῆσιον, δὲ δ' ἔλεγον, τὴν ἢ σαυτὸν ἔλα.
Ταυτ' αἶων ὁ ξάνθῳ ἐφέσατο μέροισ' οἶκος
δραξάδης παίδων κλήθονι συνθίμω.
τὴν δ' ὀλίγην, ὡς κείνῳ εἰς οἶκίον ἦγαγε νύμφην.
ὄψω καὶ σὺ Δίων τ' ἢ σαυτὸν ἔλα.

Quod ex Ambrosio interprete Laertij paucis quibusdam immutatis ita vertimus:

Hospes Atarnetes rogauit Pittacon olim
Hyrradij natum, quem Mytilena tulit:
Magne senex gemina cupiunt mihi nubere, quarum
Et genere atque opibus conuenit vna mihi:
Altera præcellit, quid præstat, consule, dicque,
Vtra ex his potius sit capienda mihi.
Hic baculum tollens altum, senis arma, profatur:
Consilium pueri, quod petis, expedient,
Quis celer in gyrum iactatus verberare turbo
Assiduo latis vertitur in triuiis.
I, sequere illorum monitus, sic fatum, at ille
Accedit, referunt, tu tibi sume parem.
Quæ postquam audiuit, monitis puerilibus hærens,
A magnis hospes abstinuit thalamis:
Atque parem paruas vxorem duxit in ades.

Sicque Dion posthac tu tibi sume parem. Superbiam autem vxoris Pittaci (vt id quoque scias) maximè declarat, quod retulit Plutarchus in libro de tranquillitate animi: Cum ipse aliquando conuiuas quosdam hospites suos accepisset, vxor superueniens mensam iracundè euerxit. Sed vt è semita in viam reuertamur, sententia quoque est Euripidis in Rhefo:

ὄκ ἐξ ἡμῶν τῶν μαζόνων δ' αμείψθαι θέλω.

Nolim ex potentioribus me ducere vxorem.

Verba sunt Dolonis ad Hectorẽ, ei vxorem ex genere Priamidarum offerentem.

Chassenæi furtum.

Septem sapientum sententia de vxore æquali ducenda. Cleobuli. Solonis. Chilonis.

Pittaci.

Pittaci uxoris superbia.

Ad superbiam uxoris Pittaci redit Euripidis sententia.

ob...
Diuus Adrianus uxorem dominam uocabat. Ioan. And. quoque.
14
Dame. Fœmine passim domine uocantur. Plinius ita eas uocat. Accursius. Glo. decreti. Baldus. Angelus.
D. Ioannes.
D. Hierony.
Chassenæi furtum.
15
Vir non tenetur uxorem uocare dominam.

17
Noftrorum de eadem refentia.

Ex noftris autem Barb.in d.l.fi diuortio.col.pen.ff.de verb.oblig.& Nicol.Perufinus confiftorialis aduocatus,in tracta.fucceffionum ab inteftrato,in prima parte principali,in 6.specie filiorū, verf.fecundus modus legitimandi,qui est in 43.col.& Maria.Socin.conf.35. circa prædictam. col. 2. huic fententiæ addunt calculum, & in eam citant finem illius carminis Ouidiani in Epiftola Deianiræ ad Herculem,autore tamen tacito:

Si qua uoles aptè nubere,nube pari.

Et ante illos citauerant Bal.in auth.res quæ.col.pen.verf.vlt.not.C.commu.de leg.& Ioan.Fab.in rub.Infti.de nup.vbi & ipfe monet,tria potiffimum iis effe obferuanda,qui matrimonium capeffunt.Quorum illud primum est,vt parem ducamus conditione, & ætate. Cætera prætermitto. Illum quoque verfum citat Philip.Corn.conf.3.in præfenti confultatione.col.2.eo.lib.3. vbi illud quoque dicit fcholæ Philofophicæ & monere & laudare. Et facit text. in l.fi donationum.C.de nupt.& in l.fi maior,in fi.C.de leg.hære.vbi Bald.alludens ad illū verfum Ouidij, Si quis(inquit) vult aptè nubere,nubat pari.& in c.non omnis.32.q.2.in illis verbis, Nuptiarum autem fœdera inter ingenuos legitima funt,& inter æquales:quafi diceret, è diuerfo non effe legitima inter inæquales.Ita enim lego ex 70.epiftola Leonis Pontificis ad Ruficum Narbonenfem Epifcopum. Quod tractum fuiiffe videtur à more veterum Romanorum,apud quos Boethius fcribit in Cōmentariis Topicorum Tullij,nuptias inter impares iure contractas non fuiiffe. Ang.conf.396.nūc arbitramur, factum autem illius incipit, doctor in fignis,col. vlt. taxat quempiam iuuenem Medicinæ doctorem, qui viduum fub nomine dotis vxorem duxerat contra Catonis monitum. Ante hos Iac.Bel.in auth.de refl. & ea quæ parit.in prin.in vlt.quæft.fcribit, quod quis parem fibi debet ducere vxorem.Hæc omnia confirmat, quod Deus Opt.Max.dixit, dum matrimonium inftitueret, faciamus ei adiutorium fimile fibi. Nam quod fimile dicit, non folum ad fimilitudinem effigiei, fed & conditionis (vt cum noftris loquar) referri potest.

Decretorū locus emendatus.

Ex facris literis de hac re testimonia.

18
Aequalitas coniugum ratione probatur.

Amicitia coniugū maxime neceffaria.

Viri & uxoris concordia maxima felicitatis pars.

Quæ quidem & ifta ratione comprobo, Nihil est quod matrimonio lætè, & feliciter tranfigēdo magis conueniat, quàm viri & vxoris mutua amicitia, beneuolentia, concordia, familiaritas. Ad cuius rei comprobationem, quia per fe fatiſ est manifesta, folum Eccleſiaſtici teſtimonium afferre, à quo c.25. numerantur inter eos, qui beatitudinis partes attingunt, vir & vxor fibi bene conſentientes, niſi & ob oculos verſaretur illud maximi Poetarum Homeri lib.Odyſſ.6.

— ἢ μὲν γὰρ τὸ γε κρείσσον καὶ ἄριστον,
ἢ ὅθ' ὁ μορφρονέως, νόημασιν δίκον ἐχούτων
ἀνὴρ ἢ δὲ γυνή, πάλιν ἄλγεα δ' ὑσμινέουσι,
Χάρματα δ' ἐυκλέτεσι.

Id est, ad verbum,

Nihil enim hoc potius & melius,
Quam cum concordēs animis domum habitant
Vir & vxor: multi dolores inimicis
Gaudia autem amicis.

Quam ſententiam retulit & approbavit maximus philoſophorum Ariſtoteles lib.2. Oeconomi- cōn,c.3. & Hierocles in lib. de nuptiis apud Stobæum, Serm. 65. Quibus aſſentiens Phocylides Mileſius hæc cecinit,

Στέργε τὴν ἄλοχον. τί γὰρ ἢ δ' ἄτερον καὶ ἄριστον,
ἢ ὅταν αὐδρὶ γυνὴ φρονέη φίλα γυράσθαι ἀρετή,
καὶ πόσις ἢ ἀλόχος, μὴ δ' ἐμπέσῃ ἀνδρὶ χαρῆν;

Id est, ad verbum,

Ama tuam uxorem. Quid enim melius aut iucundius,
Quam cum viro mulier ſapit chara ſenectam uſque,
Et maritus ſua vxori, neque cadat in medio diſcordia?

Et nutrix illa in Medea Euripidis:

Ἐπερμεγίστη γίγνετ' ſωτηρία,
ὅταν γυνὴ πρὸς ἀνδρῶν μὴ διχοσπῆται.
Quam maxima exiſtit ſalus,
Cum vxor cum viro non diſidet.

Quibus concinit illud Apollonidæ apud Stobæum cap.6.

Φθὺ φθὺ γυναικες, ὡς γὰρ ἀνθρώποις ἀρα
δ' ἄρσος, δ' τυραννίς, δ' πλάττω χλιδή,
τοσούτων ἔχει δ' ἀφόρους τὰς ἡδονὰς,
ὡς αὐδρὸς ἐδδλῆ, καὶ γυναικὸς δ' ὑπεβῆς
Γνώμη δ' ἰκαία, καὶ φρονεῖα τ' αὐδ' ἰκαία.

Id est, ex verſione Conrardi Geſneri,

Papa o mulieres, certè inter homines
Non aurum, non regnum, non diuitiarum luxus,
Voluptates tam eximias præbet,
Quam boni mariti, & vxoris pie
Voluntas iuſta, & legitime affecta.

Felicem ego Macrinum illum fuiſſe arbitror, ſi quis felix vnquam fuit, quem cum vxore 39. annis vixiſſe ſine iurgio, ſine offeſſa, ſcribit Plinius lib.epiſtolarum 8.ad Geminium: felicem item illum Paternum, qui in agro Nemaufenſi id epitaphium poſuit,

D. M.

S. SYLVIVS PATER NVS VXORI RARISS.

E X E M P L I, C V M Q V A V I X I T A N N. X X X I I.

S I N E V L L A A N I M I L A E S V R A. E. S.

V. P.

19 ¶ Ad eò autem concordiam matrimonij probant Iuriſconfulti, vt iuri patriæ poteſtatis, quod naturale quodammodo effe videtur anteponant, l.j.ſ.vlt.ff.de libe.exhi.quod & iuri diuino concinit, ita præcipienti ſtatim poſt prin.Bibliorum: Relinquet homo patrem, & matrem, & adhærebit vxori ſua. Nā vxori non penitus adhæreere videtur, niſi & cū ea conſentiat, & vxor cum marito. Chryſoſtomus autem in Geneſim Homilia 37. Quando (inquit) concordia, & pax & vinculum dilectionis cū muliere & viro fuerit, omnia ſimul affluunt bona, & nullis inſidiis expoſiti ſunt, magno, & inexpugnabili quodam muro circumdati, ſua iuxta Dei ſententiā concordia: hoc fortiores eos reddet: hoc omnibus diuitiis, & abundantia magis locupletabit: hoc ſupernam gloriam iis cōferet: hoc & Dei beneuolentiā iis vbertim conciliabit. Proinde (inquit) oro, ne quid illi præferendum exiſtitemus. Sed omnia faciamus, & agamus, ita vt tranquillitas, & pax ſit cohabitantibus. Tunc autem, & filij, qui naſcuntur, virtutem ſequentur: quos imitabuntur & ſerui: & vnde quaque domus virtute florebit, eritque multiplex rerū proſperitas. Nec omittendum, quod ſomniorum interpretes dicunt, cor effe ſymbolum amoris, & beneuolentiæ cōiugum: id enim ſignificare vxorem viri, qui ſomniū videt, & maritum mulieris, quæ illud videt, vt tradit Artemidorus Daldianus lib.i.c.xlvj.

Cor ſymbolū amoris coniugum.

20 ¶ At qui æqualitas & ſimilitudo beneuolentiæ eſt conciliatrix, materque cōcordiæ, familiaritatis, & amicitia. Contra inæqualitas, & diſſimilitudo, odij diſſidiique parens eſt: vel teſte Boethio lib. 1. de muſica, c. item 1. Quoque maior ac verior ſtabiliorque ſimilitudo fuerit, & æqualitas, hoc firmior atque arctior eſt amicitia atque beneuolentia: vnde videmus iuuenes inter ſe libenter conuenire, ſenes cum ſenibus congregari, & doctos doctorum conuentu capi, & improbos congregari cum improbis, diuitibus conſuetudinem effe cum diuitibus, pauperibus item cum pauperibus, atque in vniuerſum ſimilia ſimilibus gaudere. In quam ſententiam eſt illud Eccleſiaſtici 13. Omne animal diligit ſimile ſibi, & omnis homo ſimilem ſibi. Omnis caro ad ſimilem ſibi coniungetur, & omnis homo ſimili ſui ſociabitur. Et Theognis dicit amicitiam coherere inter vicinos, æquales, & ſenes:

Aequalitas et ſimilitudo, parēs amicitia. Diſſimilitudo odii. Similia ſimilibus gaudent.

Γάντες μὲν πῶσιν ὁμῶς, ἴσῳ, ὅτε κατ' αὐτὸν
οἰκῶσι χάρις, ὅτε παλαότεροι.
Omnes hi ſeſe venerantur, amantque viciffim,
Vicini æquales viribus, atque ſenes.

Quam ſententiam ita vertit Erasmus,

Est & Aefchyli poeta ſenarius, quo ſignificatur ſapientibus ad ſapientes quandam effe affinitatem, ita,

Σοφοῖς γὰρ δὲ πρὸς ἄλλοις ἐπιτήδεα.

Quem Achillis effigies Apollonium Tyanæum alloquens uſurpauit apud Philoſtratum lib. iiii. Quin & Apollonius apud eundem lib.vj. Ego (inquit) hoc de amore cognoſco, quod Dei Deas, & viri mulieres, & beluæ beluas, & vt breuiter omnia complectar, ſimiles amant ſibi ſimilia.

De eadem re.

21 ¶ Apud Homerum Odyſſ. lib. xvij. Melanthius caprarum cuſtos conſpicatus Eumæum, ſubulcum Vlyſſis, ipſum Vlyſſem ſecum adducentem, ſed habitu ſpecificque pannofī ac mendici, ſomma iacit in vtrunque, quafi duo inter ſe ſimiles bene conueniffent:

Νῦν μὲν δὴ μάλα πάγχυ κακὸς κακὸν ἠγνάζει
ὡς αἰεὶ τ' ὁμοῖον ἄγει θεὸς ὡς τ' ὁμοῖον.
Nunc adeò malus ecce malum comitatur, vt uſque,
Ad ſimilem Deus adducit ſimilemque, parēmq.

Id est,

Cuius ſententia meminit Plato in Lyſide, vbi & hæc quoque ſubiungit, ſimile ſimili neceſſariò ſemper amicum effe. Et idem lib.vj. de legi. Singuli (ait) ſemper ad ſibi ſimillimū natura feruntur. Et rurfum lib. eiufdē operis 8. Amicū quidem vocamus ſimile ſibi quo ad virtutē, & æquale ſibi. & paulò poſt: Amicitia quæ à diſſimilibus proficiſcitur, dura eſt, & aſpera: & ſæpe viciffitudinem in nobis non habet. Apud eundem circa initia libri 1. de rep. Cephalus, ſæpe, inquit, plerique conuenimus fermè æquales, antiquum illud ſeruantes prouerbium, ſenes inter nos cōgregamur, vt item inter ſe iuuenes. In eiufdē conuiuio, Agathon, Scitè, ait, veteri prouerbio fertur, ſimile ſimili ſemper hæreere. Platonis diſcipulus Ariſtoteles libro quaſtionū Encyclycarū 10.c. 52. quaerit, Cur cognata cognatis ſibi que ſimilibus gaudent, ea que cupiunt, & rurfus quaſtio ſeq. quanquam nonnulli vtraque hanc quaſtionē ſimul iungant: Cur, ait, vñ quodque iunctū ſuo cognato, maxime ſuauiſſime que coeant. videlicet, vt ibi annotat Pet. Apon. ſi vir & mulier ſint eiufdē naturæ, ætatis, &c. Idem Ariſto. lib. 8. Ethic. c. j. Quidam, inquit, ſimilitudinem quandā amicitia effe poſuerunt, & ſimiles effe amicos. vnde, & ſimilem ad ſimilem, inquiunt, & graculum ad graculum, & ſimilia. Hæc ille. Et lib. 1. Ethicorū, c. xj. quo loco de iucundis agit. Quoniam quod ſecundum naturam eſt, iucundum eſt, omnia que genere inter ſe coniuncta, ſecundum naturam coniuncta ſunt. Idcirco vt plurimum, quæ ſimilia ſunt, ac genere cōiuncta, iucunda ſunt, vt homo homini, equus

Prouerbiū. Aliud prouerbiū.

Prouerbia.

equo,adolefcens adolefcanti. Hinc & proueria celebrata funt, quòd æqualis æqualem delectat, quòdque femper à fimili fimile amatur, & quòd beluam belua cognofcit, & quòd femper graculus ad graculum,& fimilia. Quòd autem dicit vtrouique, fimilia, ea non funt parum multa, vt quæ funt apud Theocritum Idyl. 9.

τέτις μὲν τέρλεσι φίλοι, μύρμηκι ἢ μύρμηκι, ἴσηκε δ' ἔρηφι. Id est,

Formica formica placere, cicada cicada, Accipitri solet accipiter.

Illa quoque apud Gregorium Nazanzenum in illis documentis, quæ præscripsit virginibus,

πῶλοι μὲν πῶλοισι φίλοι, ἐλαφοὶ τ' ἐλάφοισι, καὶ ψῆρες ψῆρεσι. ἀγνῶ δὲ τε τίμῳ ἀγνός. Id est,

Pulli quidem pullis amici, ceruicque ceruis,

Et sturni sturnis: puro autem pretiosus est purus.

Proueria.

Et illud apud Varronem in lib. iij. de Lingua Latina, Cascus cascum ducit. Item illud nescio cuius, Cretensis cum Aegineta. Item illa apud Hieronymum, Similes habent labra lactucas. Et, Balbus balbum rectius intelligit. Et apud Diogenianum, Conuenerunt Attabas & Numenius. Et alia id genus. Citat autem Aristoteli vbi supra, post pauca, Empedoclem, qui quidem simile appetere simile dicebat. Idem Aristoteli lib. magnorum Moraliu 2. c. xj. Na est imprimis amicitia in similibus, vt videtur, ac dici solet. Siquidem graculus (inquiunt) graculo, semperque Deus simile agit ad simile. Dicitur quoque canis in eadem semper tegula dormire. Interrogatus Empedocles, cumna semper in eadem tegula dormit canis, fertur dixisse, quoniam simile canis habet tegula, & proinde ob similitudinem eò tendere. Hæc Aristoteli. qui & ipse li. Moraliu Eudemioru 7. Amant, ait, vulgò se mutuo, qui similibus sunt vitis, præcipue fures, & lupi latronu instar grassantur. Ex Platonis quoque sectatoribus Alcinoius in lib. de ipsius Platonis doctrina, c. xxxij. scribit amicitiam proprie nihil aliud esse, quam benevolentiam mutuam: hanc verò tunc existere, quando vterque bonu alteri æquè ac sibi esse desiderat. Quam quidem æqualitatè haud aliter, quam per similitudinè, seruari dicit. Simile enim simili, ac moderato amicu esse: immoderata verò neque inuicem, neque moderatis cogruere possunt. Porphyrius quoque, & ipse Philosophus Platonicus lib. què de responforum Philosophia conscripsit, Decet, ait, terrestribus Diis terrestria atque quadrupedia animalia esse sacrificanda. Simile nanque simili gaudere, refert Eusebius de Præpar. euang. lib. iij. c. item 4. Sed & ex eadem schola Chalcidius in commentariis, quos in Timæum Platonis scripsit ad Osium, Pythagoricum tradit dogma esse, similia non nisi à similibus compræhendi. In quam etiam sententiam adfert versus Empedoclis, quos ita vertit:

Terram terreneo comprehendimus, æthera flammis.

Humorem liquido, nostro spirabile flatu,

Pacem tranquillo, litem quoque litigioso.

Plutarchus item in eo libello, cui est titulus, Quo pacto possis adulatorem ab amico discernere, refert huiusmodi Senarios:

Γέρον γέροντα γλώττω ἀδίστω ἔχθ, παῖς παιδί, καὶ γυναῖκα πρόσφορον γυνή, Νοσῶν τ' ἀνὴρ νοσῶντι, ἢ δουραραξία. Ἀφθείας ἐπωδός ἐστι τῶ παρωμύθου. Seni senilis lingua iucundissima, Pueroque puer, mulier apta est mulieri, Aegrotus agro: quem tenet fors aspera, Multis malis exercitato est accommodus.

Epicharmus quoque apud Diogenem Laertium in Platone:

Θαυμαστὸν ἔδδν, με ταῦθ' ἔγω λέγων, καὶ αὐτὰνεὶν αὐτῶσιν αὐτῶσ, καὶ δοκῶν καλῶς πεφυκένα. Καὶ γὰρ ἂ κίων κωὶ κάλλιστον ἤμην φάινεται ἐβῆς βοί, ἔνθ τ' ὄνθ κάλλιστον, ὅς ἢ τῶ ὄν. Res mira non est, ista si sic proloquor, Ipsique nobis si placemus inuicem. Pulchrique nati si videmur: nam et canis Pulcherrimus canis videtur, bos boui, Asinus asello pulcher, et sus sui.

22 De eadem re, ex Latinis scriptoribus. Prouerbiu.

22 Sed è Latinis autoribus Cicero in ea Oratione, quam citat Iurisconsultus in l. Cicero. ff. de pœnis, scilicet pro Aulo Cluëtio Habito, Iam, inquit, hoc ferè scitis omnes, quantam vim habent ad coniungendas amicitias studiorum ac naturæ similitudo. Et in Catone maiore, Pares autem, inquit, cum paribus (vt est in veteri prouerbio) facillimè congregantur. Quam sententiam vsurpauit ex ipsius Platonis Phædro. Et eam sanè ad suadendam æqualitatem inter coniuges, veluti in testimonium citat Bar. in d. l. si diuortio. col. pen. ff. de verb. obl. Et idem Tullius in lib. de Amicitia. scribit

scribit nihil esse, quod rem ad se vllam tam alliciat, & attrahat, quam ad amicitiam similitudo: nihilque appetentius esse similitudinem sui, nec capacius, quam naturam. Et statim post prin. 11. Philippicæ: Itaque quorum summum quondam inter ipsos odium, bellumque meministis, eosdè postea singulari inter se cõsensu, & amore deuinxit impurissimæ naturæ, & turpissimæ vitæ similitudo. Lilius lib. ab vrbe condita primo, de Arunte Tarquinio, & Tullia maiore loquens: Cõtrahit (inquit) celeriter similitudo eos, vt ferè fit, malū malo aptissimū. Quintilianus Declamatione 307. Iungit amicitias similitudo moru. Columella lib. vj. Rei Rusticæ, c. 36. Similia similibus familiariora natura fecit. Plinius lib. iij. epistol. ad Fundanum: Est ad connectendas amicitias, vel tenacissimū vinculum similitudo. Symmachus in cœnis Macrobianis lib. vij. Similibus similia gaudent. Is aut alius quispiam eiusdem nominis in epistol. Semper natura gaudet æqualibus, & familiare sibi est omne, quod simile est. Et D. Ambrosius lib. i. Offic. Videmus, ait, maximè pares paribus delectari. Et è recentioribus Bap. Mantua. in Falconem:

Maxima cum doctis cur habet commercia Falco?

Quod paritas homines conciliare solet.

Quibus mirè concinit tex. in c. nerui. paulò post prin. xij. distin. Vnusquisque, dum hominū amicitias appetit, cuiuscunque alterius, similem sibi ducentis vitæ, confortio, vt plurimū se adiungit. Et tex. in c. transmissam. ibi, consimilium sibi laicorum manus associant, de electio. Ex quo no. Io. And. in c. fraternitatis. col. 4. de frig. & malef. quod supra diximus, similibus similia gaudere: hincque subinfert, pares cum paribus esse matrimonio collocandos: citatque & illud Ouidianum:

Quam male inæquales veniunt ad aratra iuueni,

Tam premitur magno coniuge nupta minor.

23 Sed & Medici, qui rerum omnium naturas solerter scrutati sunt, memoriæ prodiderunt, similia similibus conuenire, atque salubria esse, & amica: dissimilia autem contrà. Hippocrates maximus Medicorum in libro περὶ ἰσχυρῶν, id est, de ratione victus, dissimilia, inquit, in locis similibus consistere nõ possunt, sed non agnita vagantur: quæ verò se agnoscunt, cõmiscuntur. Siquidem concordia inter se conueniunt, discordia pugnant: propterea hominis anima nusquam, nisi in homine augetur, degitve. Magnorum quoque animaliu similitudo. Quæ autem aliàs habent, vique aliqua discordant, nõ. Galenus, quem medicoru principem meritò vocauit Ang. con. pen. sanctissima, & illustrissima scemina, in libr. de Inæquali temperatura, qui vulgò inscribitur de Dyscrasia inæquali, Nõ homo, inquit, hominè morfu perimit, atque vipera viperã, neque aspis aspidem. Simile siquidè simili conueniens est, atque amicum: contrariu verò inimicum, atque molestū. Augentur itaque omnia atque nutriuntur consimilibus. A cõtrariis verò interimuntur, atque occidūt. Atque idè sanitatis custodia fit per similia. Idem in 2. Tech. in tracta. de vêtre. c. v. scribit, ventrè, id est, stomachum bene tẽperatum sibi similia expetere. Id quod extendit Haly Rodoan ad alia quoque mēbra corporis. In eamq; rem duas quæstiones conscripsit in illu ipsum lib. Iacob. Foroliuensis videlicet 47. & seq. Idè rursus Galenus in 3. ipsius Tech. c. ij. aut, vt alij distinguunt, commentar. 44. Calidiora (ait) corpora calidioribus indigent alimētis, frigidiora frigidioribus, sicciora siccioribus, humidiora humidioribus. Iterumque cõmentar. 46. monet similia similibus administrari, cum seruare velimus pristinu corporis temperamentū, alij crasim dicunt. Idè quoque lib. iij. de Tẽperamentis, Omne, ait, animal cõueniente sibi alimento nutritur. Cõueniens autem cuiq; alimentum est, quicquid asimilari corpori, quod nutritur, potest. Et lib. vj. de sanitate tuenda (alij de arte sanatiua vocant: vulgò de regimine sanitatis inscribitur) Apta sunt, inquit, humidis quidè humida, & siccis sicca. Nutritio enim fit, cum is, qui nutrit, cibo, corpori quod alit, asimilatur. Et post pauca: Fiunt qualitibus cõuenientiæ, vti que si seruare temperamentū studes, humidis naturis humectante cibo maximè quadrante, siccis verò eo qui siccet. Sed & libro eiusdem operis i. scripserat: Similia sanis conuenire, & consuetis: humida videlicet humidis, sicca siccis, & cætera id genus. Seruari enim similibus vnumquodq; alterari verò à contrariis. Propterea ad ægrotos referendū, quod dicitur: cõtraria contrarioru esse remedia. Quæ enim corpora secundū naturam se habēt, iis seruari custodiriq; suum habitū decet. Quæ morbo aliquo premūtur, his cõtrà alterari, & ad contrariu habitum trahi, expedit. Idq; cõprobat autoritate summi in Medicina viri Hippocratis, scribentis lib. Aphorism. i. Humidã omnem victus rationè fabricitantibus esse vitile, præcipue verò pueris, & his, qui tali victu refici sunt assueti. Videtur enim Hippocrates in his tria deinceps pari inter se iure posuisse, morbū, ætatem, consuetudinem. Atque à morbo quidem cõtrarij adhibendi indicationè accipit: ab ætate, & cõsuetudine, similitū. Febrī nanque, ceu morbo calido, & sicco, humida conueniunt: puellis, quibus ætas nõ morbosa, sed secundum naturã fit, id maximè est vitile, quod planè est similitū. Pari modo cõsuetudini, vtpote quæ adscititiã ac acquisititiã naturã in corporibus gignit, cõtraria dedisse imprimis noxiu. Et rursus lib. eiusdè operis v. scribit, malè affecto corpori semper contraria, optimè se habenti similia viribus esse adhibenda. Cui profus simile est, quod scriptū reliquit alter nostroru Medicoru oculus Auicennæ. 4. primi, c. j. Aegritudo suo medicatur contrario, & cõseruatur sanitas suo simili. Nec longè abest, quod tradit Isaac Medicus famatissimus in lib. dietaru vniuersaliu: Temperatis cõplexionibus cibaria tẽperata dari necesse est. Et Albertus Magnus, què multi iure Medicis annumerat, lib. de animalib. 7. c. ij. Omnis (inquit) natura desiderat simile sibi, nisi sit omnino destituta, & deducta ad inæqualitatè.

Ex iuribus.

De eadem re, ex medicis.

Sanitatis custodia per similia. Similia similibus nutriuntur.

Cõtraria contrariis curantur.

Disimilia fe-
re nō coeunt.

& dyscrasiam. Funct enim desiderat contrariū, sicut febricitans febre calida & sicca, desiderat fri-
gidum, & humidum; non quidem, vt illo nutriatur, sed potius, vt contrarij passionem faciens re-
ducatur & reprimatur excessus. Secū dum igitur desiderium est ad simile complexionis, & ad con-
naturalem cibum. Propter quod etiam Empedocles dixit, omne nutriti simile simili. Hactenus
Adbertus. Quorum sententias confirmat Theophrastus, quem Medicina peritissimum fuisse sua
ipsum scripta demonstrant lib. De causis plantar. i. c. xxv. Res (ait) contraria, neque alere, neque
feruare apta est, sed similis.

24
Lapis ligno
non coheret.
Arbor arbori
disimili non
infitur.

¶ Mirum est, quod scribit naturæ interpret Plinius lib. 16. c. xlij. ne inanimata quidē vnquam co-
herere, nisi similia natura: vt si quis (inquit) lapidem lignumque coniungat. Columella lib. Rei
Rusticæ §. c. xj. Omnis, inquit, surculus omni arbori inferi potest, si non est ei, cui inferitur, cortice
disimilis. Si verō etiam similem fructū, & eodem tempore affert, sine scrupulo egregie infertur.
Et rursus eodem c. tradit, antiquos veluti pro lege sanxisse, eos tantum surculos posse coalescere,
qui sunt cortice, & libro, & fructu cōsimiles iis arboribus, quibus inferuntur. De cuius rei veritate
differit idē, eiusdē operis lib. 8. c. item vij. de matrimonio columbarū loquēs: Curandū est, inquit,
si fieri possit, vt pulli, quemadmodum exclusi sunt, nunquā separentur. Nam ferē, si sic maritata
sunt, plures educant foetus: sin aliter, certē nec alieni generis cōiungantur, vt Alexandria, & Cam-
panæ. Minus enim impares suas diligunt, & ideo nec multum ineunt, nec sapius foctant. Aesopi
Apologus planē ostendit disimilia nō secum cōuenire, nec esse sociabilia. Nam Carbonarius, ar-
quit ille fabulatore, rogauit fullonē, vt secum in eadem domo habitaret. Sed fullo respondit, nō id
se posse facere. Timeo enim (inquit) ne quæ ego dealbo, tu fuligine repleas.

Pullos, ut ex-
clusi sunt, con-
iungendos.

Carbonarius
& fullo simul
non habitant.

25
Creditor aliis
similem cau-
sam habentib.
querit, non
aliis.
In habentibus
symbolū faci-
lis transitus.

¶ Sed vt de nostris quoque loquamur, Guli. Cun. in l. vlti. C. de bon. auto. iudic. poss. afferens rati-
onem, quare in casu illius l. creditor querit aliis creditoribus habentibus similem causam, non
autem habentibus disimilem. Quoniam (inquit) similia facilius coniunguntur, adducitque illud
Aristotelis lib. ij. De genera. & corrup. c. iij. In habentibus symbolū, facilius est transitus. Ad quod
etiā citat l. ij. §. vlt. & l. seq. & l. sed cum patrono. in prin. & ibi Alber. ff. de bon. poss. & in l. in rem.
§. item quæcunque ff. de rei vend. & l. an inutilis. §. acceptum. & ibi not. ff. de accepti. quod itē di-
ctum Aristotelis citat, & iisdem iuribus cōprobat Signo. consi. ij. statuto ciuitatis. col. ij. versi. non dō
probat. & Alber. in l. sed & si quis. §. quæsitum. col. ij. & ibi quoque Bal. in addi. col. j. versi. secū dō
quæro. ff. si quis cautio. vbi ipse Alberi. alia iura in id allegat. & idem Alberi. in l. ij. in prin. C. de ac-
cep. & in l. precibus char. pe. nu. 96. C. de impub. & alius substi. & in rub. ff. de bono. poss. Bal. in l. ij.
in fi. ff. de adop. vbi hanc affert rationem, cur in arrogatione maior requiritur autoritas, quàm in
adoptione. Idem Bal. consi. cccxxiij. queritur vtrum papa. versi. & si habeo feudum. lib. i. & consi.
cccxxix. viso testamento. col. ij. lib. iij. & Pet. Anc. consi. cccxxij. viso puncto. ad fi. & Iason in l. qui
Romæ. in prin. col. iij. versi. secū dō responde. ff. de verb. oblig.

26
De eadem re.
Fœmina ad
fœminā plus
affectionis ha-
bet.

Posteritas à
fœmina nomi-
nata, fœmi-
nas compræ-
hendit.
Emphyteusis
fœminas non
recipit.
Nisi à fœmi-
na concessa
fuerit.
Filius natu-
ralis, patris
item natura-
lis excludit
substitutum.

¶ Cæterum idem Bal. in repe. l. si cum lex. col. vj. versi. item quia statuere. C. de eman. li. posteaquam
illud quoque adscripsit. In habentibus symbolum, & c. subiunxit, Similia sibi inuicem maximè
congruere, disimilia minimè, & Pet. Anch. consi. 336. pro maiori. col. iij. versi. tertio quod proles.
pulchrè dicit, quod mater plus cōsetur habere affectionis ad prolem fœmineā, quàm ad masculā,
propter sexus similitudinem, proptereaque verbū posteritatis à fœmina prolatum, non tantum
masculos cōpræhendit, sed & fœminas quoque: citatque illud Aristotelicum, & d. l. an inutilis. Et
id sequitur, & dicit sing. Iason in l. sed si hac. §. liberos. in j. no. ff. de in ius voc. vbi & ex hoc dicit,
quod licet, cum quis accipit emphyteusim pro se & filiis, non compræhendantur filia, vt voluit
Guid. Suz. in l. veteribus. ff. de pact. & in l. quicunque. C. de seruis fugit. cū multis concordan. ad-
ductis ab ipso Iaso. in l. si quis id quod, col. iij. versi. tertio decimo. ff. de iurisd. om. iudi. hoc tamen
fallit, si cōcessio fieret à fœmina, quæ virisimiliter non minus diligit fœminā, quàm masculum, ob
similitudinem sexus. Cui adde alios, id idem tenentes, scilicet Socinū in l. Gallus. §. nunc de lege.
col. vlt. versi. pro quo tamen adducas. ff. de lib. & posth. & in reper. l. cum auus. col. 46. versi. tertius
casus. ff. de libe. & posth. & ipsum Iasonem consi. cxvij. in causa & lite vertente inter reuerendif-
simum. col. ij. versi. secū dō principaliter. lib. iij. & Phil. Dec. in c. in præsentia. col. iij. versi. vltimo
etiā alius casus. de probat. vbi & ex hoc adducit aliud singulare, quod licet aliās filij naturales
non excludant substitutum: fallit tamen si testator substituens esset naturalis, propter similitudi-
nem illius qualitatis. & Fran. Curt. iuniorē in tractatu feudo. parte 3. col. ij. versi. secū dō singu.
Fran. Rip. lib. i. Resp. c. j. nu. 74. Ant. Rube. consi. xxxij. testator. col. ij. versi. quartus casus. & Hiero.
Grat. consi. 110. thema. col. iij. versic. circa secundum. lib. i. & diximus etiam in tract. Primige. q. x.
versic. vltimo.

27
Similitudo no-
minis affectio-
nem gignit.

¶ Quid, quod simplex nominis similitudo gignit nobis quandam mutuam affectionē, atque ami-
citiā. Id quod liquidē constat ex l. cum filius. §. pater. ibi, Sempronio nepoti meo plus tribuas in
honore mei nominis. ff. de leg. ij. Nam (vt ibi dicit Accursius) ille eodem nomine vocabatur, quo
& testator. In quam sententiā Lycō Astryanax Philosophus Peripateticus, hoc in suo testamēto
inter cætera adscripsit, Quæ in vrbe, & Aegina habeo, Lyconi fratri præcipua do, quod is nomen
ferat nostrū. Ex quo vides & hanc curā, & affectionē philosophos quoque tågere. Tradit autem
Luius lib. iij. ab Vrbe condita, Spurium Melium Tribunū plebis fauore nominis alterius Spuri
Melij Equitis Romani, qui quod regnum affectauerat à Seruilio Magistro Equitum inreemptus
fuerat,

fuerat, conatum quicquam mouere. Et Suetonius Augustū Cæsarem primos hæredes instituisse
Tiberium ex parte dimidia & sextante, Liuiam ex parte tertia: quos & ferre nomen suum iussit.
Cui concinit, quod in l. hoc iure. §. vlti. ff. de dona. fit mētio cuiuspiam, qui centum alteri spon-
derat, si iurasset se nomen ipsius laturum. Nam & in l. facta. §. si in danda. ff. ad Treb. non inutilis
est nominis ferendi conditio. Quibus iuribus innixus Phil. Dec. consi. cclxxij. in casu proposito,
col. ij. versi. sed tamen prædictis, respondit, valere conditionem illam, si hæres tulerit nomen testa-
toris. Et plurima testamenta videmus, in quibus legata relinquebātur, ea lege, vt legatarij ferrent
nomina, & arma testatorum.

28 ¶ Et sanè illud palam est, vt cum Erasmo loquamur, inter eos qui disimili sunt fortuna, disimili
vitæ instituto, disimilibus studiis, aut omnino non coire amicitiam: aut si coierit, non coherere,
citoq; dirimi, atque ob id fieri, vt idiota studiosum literarum oderit, rusticus aulicum, iuuenis se-
nem, diues pauperem, profanus sacerdotem, vel id attestantibus Decretis canonicis, in c. laicos. &
c. laici. ij. q. vij. & in c. clericis. in princi. de immu. ecclie. lib. vj. Quin & in eodem genere Epicureus
Stoicum, Philosophus Iuriscōsultum, Poeta Theologū, balbus eloquentem. Hinc geminorū gra-
riam fratrum Amphionis, & Zethi penè disiluisse, quod alter lyræ studiosus esset, alter agris co-
lendis gauderet: ac disiluerat, nisi Amphion abiecta lyra fratris ingenio celsisset. Ob eandē cau-
sam non satis fuit syncera Castoris, & Pollucis amicitia: neque caruit infamia tentati parricidij,
cū vterque eodem ex ouo essent prognati, vt iam magis gemelli esse non possent, quod alter
pugil esset, alter equis delectaretur. Et vt scribit Hora. lib. Serm. 2. Satyra 1.

Castor gaudet equis, ouo prognatus eodem

Pugnis. —

Et vt idem scribit,

Oderunt hilarem tristes, tristēque iocosi,

Sedatum celeres, celerem gnauumq; remissi.

Hinc quoque malè conuenisse Remo cum Romulo, quod alter tristioribus ac seueris esset mo-
ribus, alter blandior. Ex quo exiit id, quod scribit Lucanus,

Fraterno primi maduerunt sanguine muri.

Quod citat gl. Instit. de rerum diui. §. sanctæ quoque res. Pessimè item conuenisse Cain cū Abel,
quod diuerso vitæ genere caperentur. Summum ergo amorem summæ similitudinis esse comi-
tem: atque adeo fictum à Poetis, quemadmodum Narcissus, antè ab omni abhorrens consortio,
simulatque suam ipsius imaginem in limpido fonte conspexisset, protinus amore flagran-
tissimo cœpit ardere. Quid enim nostri similius, quàm ipsa nostra imago? Ergo cū doctus do-
ctum amat, sobrius sobrium, probus probum, nihil aliud amat vterque, quàm suam ipsius in al-
tero imaginem, hoc est, seipsum.

29 ¶ Ex his illud proficiscitur, vt quis similis illis esse præsumatur, quibus cū illi est amicitia, consue-
tudo, familiaritas: vt est tex. in l. eum qui. C. de epis. & cle. vbi not. Bal. quod ratione malæ societa-
tis, præsumitur aliquis malus, & in c. inter sollicitudines. extra de purgat. canon. & cap. clericus. 81.
dist. & ca. peruenit. ij. q. vij. in quibus locis no. glo. præsumi contra aliquem, vel pro aliquo, ex so-
cietate. & etiam ca. didici. j. q. vij. Et facit tex. in l. adiles. §. hoc autem. ibi, imitatione conferuorum.
ff. de ædili. edict. ex quo no. Bal. quod qui habet malam societatem, acquirit malos mores. Accur-
sius autem ibi adducit illud cuiusdam, Ambula cū bonis: mores enim à coniuncto formantur. &
refert Bal. cōsi. xcv. regula iuris est. col. j. lib. i. vbi & ad hoc citat l. si cohortalis. C. de cohor. lib. xij.
& alia quædā. Et dicit Ang. in auth. de monac. §. cogitandū. per illum tex. quod ex conuersatione
probatior bonitas, vel malitia. Ideoque valet dictum testis deponentis aliquē esse bonum vel ma-
lum, quia vidit eum cōuersari cum hominibus bonæ vel malæ famæ. & hoc idem sentit Bal. in l.
data. col. x. versic. item ratione frequentia, iunctis præcedentibus. C. qui accus. non poss. Sed & gl.
in c. cū oporteat. de accus. sumit argu. ex eo tex. contra aliquem ex inhonesta conuersatione. &
idem dicit gl. c. diffinimus. 18. q. ij. & Cardi. in cle. j. in iij. no. de concess. præb. Quibus ad stipulatur,
quod elegantissimè scripsit Oratorum princeps Tullius lib. ij. Officiorum, Facillimè autem & in
meliorem partem cognoscuntur adolescentes, qui se ad claros, & sapientes, & bene consulentes
viros Reipublicæ contulerunt: quibus cum si frequentes sunt, opinionem afferunt populo. eorum
fore se similes, quos sibi ipsi delegerunt ad imitandū. P. Rutilij adolescentiā ad opinionem, & in-
nocentiā, & Iuris scientiā, P. Mutij domus cōmendauit. Refert Suetonius de Claudio Cæsare, il-
lum quidem ex cōtubernio fordidissimorum hominū, super veterem segnitia notam, ebrietatis,
& alæ infamiā subiisse. Plinius in epistol. lib. iij. ad Falconem, de quodam iuene loquens, Viuit
(inquit) cum Spurina, viuit cum Antonio, quorum alteri affinis, vtrique cōtubernalis est. Possis
ex hoc facere coniecturam, quàm sit emendatus adolescens, qui à grauissimis senibus sic amatur.
Est enim illud verissimum, γυνώσκω καὶ ἐπὶ τοῖς ἄλλοις ἐκαστος, ὁπῶς ἔδειξεν ἑωυτοῦ. Id est, Similis est
vnusquisque his, quorū delectatur consuetudine. Et Libanius Antiochenus ad Cleomachā, Ta-
les, inquit, plerūque videri solemus, quales ij sunt, qui nobis amicitia cōsuetudineque cōiunguntur.
Quam item sententiā vsurpat idem Libanius ad Nefum: & Diuus Hieronymus ad Demetria-
dem: Semper in comitatu tuo graues fœminas habeas: mores enim & studia dominarū plerunq;
ex ancillarum, & comitantium moribus iudicantur. Qualis enim quæque sit, talium cōfortio de-
lectatur. Ideo Bal. in dicto consi. xcv. ante fi. lib. i. & in suo tract. quæst. nō inscietenter monet iudi-
cem, vt sciscitetur, cum quibus versatus est reus criminis, vt proinde sciat, quibus is sit moribus.

Disimilitudo
studiorum &
artium odium
gignit.
Laici clericis
infesti.

Amphionis et
Zethi fratrum
disimilitudo.
Castoris &
Pollucis.

Romuli, &
Remi.

Cain et Abel.

Narcissus suā
imaginem ad-
amauit.

Tales esse
presumimus,
quales quibus
cū conuersa-
mur.
Mores ex
conuersatione
probari.

Rei quibus cū

cum conuer-
fati sunt, in-
quirendum.

30
Cōclusio præ-
cedentium.

31
Matrimoniu
inter pares fa-
cile præsumi-
tur.

32
Deprehensio
in coitu, di-
citur se ma-
trimoniū con-
traxisse, cre-
ditur.

Si inter eos sit
æqualitas.

Quod & ante eum scripsit Alber.Gand.in tractatu malefi.in tit.de præsump.& iudiciis dubitatis.col.j.& iterū in titu.de quæstio.& tor.col.ij.& Mansue.in tit.de quæstio.§.item septimò.Et vide quæ dicam infra in 16. lege connubiali.nu.10.incip.quisquis ergo,& multis sequentibus.

¶ Itaque, vt hoc tandem caput concludam(iam enim nimitū multa de hac re diximus) cū similitudo, & æqualitas sit veluti amoris mutui fomes, contrā dissimilitudo, & inæqualitas odij, sitq; amor inter coniuges in primis optandus, maximeq; si aliud quippiā, necessarius, vt nos supra multorū testimonio docuimus, & quidem etiā intestatum, id est, nullis testibus suffultū satis per se perspicuum est: illud confestim necessariò consequens relinquatur, vt similes nobis, & æquales vxores & genere, & opibus, & ceteris omnino rebus, si nō inferiores, assumere, deligereq; quantum maximè fieri potest, debeamus.

¶ Quibus & tu adde, quod leges, legumq; consulti interpretes, facillè inter pares matrimonium præsumunt, non itē inter dissimiles atque inæquales. tex. est in l. imperialis. §. imò. C. de nupt. per quem dicit gl. not. in c. aliter. 30. q. 5. quod inter impares personas non præsumitur matrimoniū, nisi interueniant instrumenta dotalia, quā facit sing. Barb. in d. l. si diuortio. ff. de verb. obl. & cōsi. vj. scriptum est præclare, col. ix. lib. i. & consi. xlv. scribitur bellissimè. col. vlti. eo. lib. i. Et facit tex. in l. viduæ. ibi, vt si pares sint genere. & iterū in l. si donationum. ibi, inter pares. C. de nup. & in l. donationes. in prin. ibi, personis comparatis. ff. de dona. & quod voluit Bal. in l. in liberæ. in lectu. antiq; per illum tex. ff. de ritu nupt. & in l. filiū. in j. lectu. ante fi. ff. de his qui sunt sui iur. & in c. ex trāsmissa. col. j. de refsi. spo. & in c. illud. col. ij. versi. nota diligenter, extrā de præsump. Quodq; in pulchro casu consuluit ipse Bal. cōsi. cxliij. causa matrimonialis. lib. ij. & in alio casu, consi. 200. in causa ista considerandum. in vltimo dubio, versi. sed quia ista interpretatio. lib. ij. & Ang. in §. ij. per illum tex. in auth. quibus modis natu. eff. leg. & in §. adhuc. in auth. vt lic. matri & auæ. & Paul. Cast. in l. donationes. in fin. ff. de dona. & facit c. non omnis. 33. q. ij. supra à nobis citatur. Et quod tradit Boethius in Commentariis Topicor. Ciceronis, Nuptias inter impares contractas, iure contractas non esse. Et idcirco apud Apuleium lib. Meta. 6. Iupiter Psyche & Cupidinem copulaturus, iam faxo, inquit, nuptias non impares, sed legitimas & Iuri ciuili congruas.

¶ Propterea quamuis glos. in l. pen. C. de fideiuf. dicat, quod si deprehensio in coitu, præterdant ad exculationem facinoris, matrimoniū à se antea contractum, stabitur illorum assertioni, & præsumetur matrimonium: quā gl. ad hoc no. Cy. Bal. Saly. & Ang. ibi, & Bal. in l. falsus. col. ij. versi. sed quid si ipse dominus. C. de furt. dum allegat no. in d. l. pe. & rursum in c. vlti. col. ij. versi. idem dico. extrā de confess. vbi etiam dicit eam esse auream. & in c. j. iniuria. in verbo, seu furtū. col. iij. versi. quæro si Titius. tit. de pace iura. fir. & consi. xlix. si dicta Thomasia. lib. iij. & Ioā. Ana. in c. ad audientia. col. iij. in vij. quæst. de homic. & Fran. Are. cōsi. 80. sicut decet. col. iij. & Ang. Are. in tractatu malefi. in verbo, Che me hai adulterato la mia dōna. char. pen. versi. pone quod quidā iuuenis. & Alex. consi. xliij. animaduertis his. col. v. versic. pro hoc facit. lib. ij. & iterū consi. j. viso processu inquisitionis. col. v. vers. & pro hoc quod stari debeat. lib. 3. & Cepol. cautela 42. vel secundū ordinem aliorū, xliij. aliquando contingit. vbi illam gl. dicit no. & consi. causerū crimin. lvij. super querela. col. j. & iterum col. ij. vbi illam dicit singu. & Card. Alex. in c. is qui. xxxiij. distin. & Guid. Papæ in sing. ccccxcj. versi. si quis deprehendatur. & Matthæ. Affli. in consi. Sicilia, si quis rapere. col. iij. versi. quinto quæro. & Phil. Deci. in c. causam matrimonij. col. ij. in glo. j. extrā de offi. deleg. Et facit etiam sing. eam gl. Bal. in l. quicumque. col. pen. versi. vlti. vides. C. de ser. fugit. & in l. eam quam. col. vj. versi. item excipiuntur nati. C. de fideic. & in c. tertio loco. post medium. de præsump. & in sua Margar. in verbo, matrimonium. & in l. vnica. col. vij. versi. quæro, fuit quæstio de facto. C. de confess. vbi & eam dicit perpetuò menti tenendam. & Lanfran. in repet. c. quoniā contra. in verbo, cōfessiones. col. iij. versi. quæro Petrus & Berta. extrā de probat. & Barba. in addi. ad Bal. in l. j. C. de collu. deteg. & Anto. Bauer. in tracta. de viribus iuramenti, versic. cccciiij. nā licet aliās. & Hippo. Marfi. in l. j. nu. 69. C. de raptu virgi. & in singu. xxij. confessio offensi. & consi. lxj. post redditum. col. vlti. lib. i. Illud tamen debet intelligi, modò inter cetera cōcurrat personarum æqualitas, vt quia vterque nobilis, iuuenis, &c. Ita dicit sing. Barb. in d. l. si diuortio. innixus sing. vt ipse dicit, doctrina Bal. in d. l. j. C. de collu. deteg. secundum quā dicit se aliās consuluisse. Et ita sanè consuluit dicto consi. vj. col. ix. lib. i. & dicto consi. xlv. eo. lib. i. atque etiam consi. xlix. scripsit præclare. col. vlt. lib. ij. & consi. vlt. sapienter magnus. col. vj. eo. lib. ij. & consi. xxvj. clementissimū Deum. col. j. lib. iij. & idem etiā voluit Iason in d. l. si diuortio. col. vlti. vbi etiā facit sing. illam in ea re Bal. sententiam. & Io. Lup. in repe. rub. de dona. inter vir. & vxor. §. xxxij. col. ij. nu. 5. Tamen ne fallaris, Bald. in d. l. j. de collu. deteg. non id expressim dicit, ad quod allegatur, nisi mendū sit in vulgatis codicibus, in quibus non æqualitas personarum scribitur, sed qualitas. Quanquam sub qualitate, æqualitas potest intelligi. Et ipse Bal. in d. §. iniuria. tit. de pace iura. fir. loco supra allegato dicit, quod in hoc inspiciendæ sunt coniecturæ, quia ficti matrimonij prætextus non excusat. arg. d. l. donationes in concubinam. in prin. ff. de dona. quod in idem propè recidit: quem nuncutim sequitur Cepolla cautel. xxxix. aut, vt alij computant, xlj. vidimus complures casus. Nouissimè autem Alcia. in l. aliud est promittere. ff. de verb. sign. scribit tum demum illis credendum esse, si eorum affirmatio sit verisimilis: quod & idem propè est.

¶ Adde itē, quod nō solum in matrimonio, sed & in omni societate & amicitia, nobiliores atque ditiores

ditiores haud insectari debemus, sed potius æquales. Neque enim satis firma (quod iam diximus) neque tuta pauperi cum opulentis amicitia est. Quod apud Plautum in Aulularia mirè exprimit Euclio, qui Megadoro locupleti ipsius pauperis affinitatem depofcenti, in hæc verba respondet:

*Venit hoc mihi in mentem, Megadore, te hominem diuitem,
Factiosum: me item esse hominem pauperum pauperrimum.
Nunc si filiam locasim meam tibi, in mentem venit
Te bouem esse, & me esse asellum: vbi tecum coniunctus siem,
Vbi onus nequeam ferre, pariter iaceam ego asinus in luto,
Tu bos me haud magis respicias, natus quam si nunquam siem:
Et te vtar iniquiore, & meus me ordo irrideat:
Neutrobi habeam stabile stabulum, si quid diuortij fuit.
Asini mordicus scindant, boues incurfent cornibus.
Hoc magnum est periculum, me ab asinis ad boues transcendere.*

Ouidius lib. iij. de Tristibus, Elegia 4. amicum quempiam monet, vt magnorum virorum consuetudinem atque amicitiam fugiat, veluti non innoxiam. Idque pluribus versibus, quos hic subscribere paulò longius esset, sed duos tantum annectam:

*Vine sine inuidia, mollisque inglorius annos
Exige, amicitias & tibi iunge pares.*

Et multis antè seculis Iesus filius Sirach, in Ecclesiast. ca. xiiij. idem nos monuit, scribens: Pondus super se tollit, qui honestiori se communicat. Et ditiori te ne socius fueris. Quid communicabit cacabus ad ollam: quādo enim se colliserint, cōfringetur. Diues iniuste ager, & fremet: pauper autē læsus tacebit. Si largitus fueris, assumet te: & si nō habueris, derelinquet te. Si habes, conuiuet tecū, & euacuabit te, & ipse nō dolebit super te. Si necessarius illi fueris, supplābit te, & subridens spē dabit narrās tibi omnia bona: & dicet, & quid opus est tibi? & cōfundet te in cibis suis, donec te exinaniat bis & ter: & in nouissimo deridebit te, postea vidēs derelinquet te, & caput suū mouebit à te, &c. Ambrosius quoq; lib. 3. Offi. scribit: meliores esse amicitias inopū plerumq; quā diuitū. In quam sententiā vetus est prouerbiū ἀλλ' ἀπ' μέζον' ἀπόδος, id est, fuge procul à viro maiore.

¶ Ad hoc nimirum spectat Aesopi fabulatoris Phrygij huiusmodi apologus: Leo, asinus & vulpes societatem inierunt, vt quod venatu cepissent, id in cōmune partirentur. Vbi quampiam prædam nacti sunt, leo iubet, vt asinus partiatur: ille vt erat stolidus, in treis æquas portiones distribuit. Quamobrem mox in indignatus Leo, quod ceteris æquaretur, asinum dilaniat. Restabat vulpes: eā deintegrò partiri iubet. Illa totam ferme prædam leoni attribuit, sibi vix paucula quædam seruans. Leo, comprobata distributione, rogat, quisnam illam partendi docuisset artem. Et Vulpes, ἡ ὄνυς (inquit) συμφορά, id est, asini calamitas. Ex quo Leoninam societatem appellauit Casius Iurifconsultus in l. si non fuerint. §. Aristo. ff. pro socio. cū videlicet omne cōmodum ad vnum aliquem redit, reliquis ex maxima parte fraudatis: Qualis ferme solet esse societas cum præpotentibus, plebeiæ fortis hominibus. De hac autē Leonina societate loquens Accur. in §. de illa. in verbo, partem. Instit. de societ. excerptam eam dicit ex Anieni fabula. At Ioannes Fab. in eodem loco Aesopo adscribit, ex eoque refert aliam fabulam, non multum (quod ad rem nostram pertinet) ab similem, subnectitque versus, quos nec ego grauabor subtexere, vt qui mirè huic loco conueniunt, tametsi rudes sunt admodum, atque inelegantes:

*Ne fortem societ fragilis, vult fabula præsens:
Nam fragili fidus nesciet esse potens.*

Citatque partem ex iis, quæ supra ex Ecclesiasti. adduximus, pauculis tamen verbis immutatis.

¶ Quin & vicinitas quoque (quæ aliàs affinitatis vicem obtinet, teste Terentio in Heaut.) nobiliū præpotentiorumque virorum pauperibus ipsis mala est, vt qui non desinant illos exugere, donec in nihilum redegerint. Proptereaque prouerbialiter Cardamo similes dicuntur. Cuius ea vti que natura est, vt herbarum in propinquo nascentium humorem ad se vi quadam intima perliciendo cogat arefcere, vt est apud Aristophanem Poetam Comicum, in nebulis, eiusque interpretem. Sed de hac re multa Hesiodus lib. i. Operum & dierum: multò autem plura Columella libro Rei rusticæ i. ca. iij.

¶ Nec tamē velim existimes, ex his quæ dicta sunt de nobilitate vxorū, me omnino reiicere matrimonium vxorum nobiliū, quoniam, vt scribit Plutarchus in lib. τὰ ἐξ ὀυγενείας, pro nobilitate, citatus à Stobæo Florilegij ca. lxxxvj. ἀπιστος ἢ τῆν σοφιστῶν συνοφαντία ἢ τὴν ὀυγενείας, δι' ἡμῶν τὰ ἐν μέσῳ, πᾶσι γνώριμα σκοπεῖται. ὅτι πρὸς τὰς ὀυγενείας τὰς ὀυγενείας ἰππῶν ἢ κύνων ἀνῆνται, ἢ τῆν ἀμπέλων, ἢ ἐλαίων, ἢ τὰ ἄλλων δένδρων. ἀνδρῶν τὴν δὲ ὄφελος νομίζουσι δὴ γὰρ εἰς τὰς μελλούσας ἐπαρῶν, ἀλλ' αὐτὸ πάθειται, βάρβαρον ἐστὶν ἢ ἐλλωτικὸν πείσμα. ἢ ὅκ' ὀνόματι λεληθυίας Ἰνας ἀρχῆς ἢ ἀπὸ ματαίᾳ ἀρετῇ συγκαταβάλλεται μῶνός τῆν: ὡς ἂν ἐν ταῖς ὀλίγαις ἀπαιρήτων σαγῶσι ἢ τῆν ἀρετῇ συζῆρόντων ἀγαθῶν. Id est, ex Gesneri translatione: Absurda est Sophistarū contra nobilitatē calūnia: qui vulgaria etiā & omnibus notissima nō cōsiderant: nepe quod generadæ sobolis gratia generosi equi & canes emantur. item vitiū, olearum, & reliquarū arborū optima quæque semina. Homini autē ad futuram successionē generis nobilitatem nihil conferre putant: sed tantundem

Ditiores &
nobiliores in
omni societate
refugiendi.

Prouerbiū
Aesopi in eam
re apologus.

Leonina so-
cietas unde
dicta.

Vicinitas po-
tentiorum su-
gienda.
Prouerbiū.
Cardami na-
tura.

valere, siue barbaram, siue Græcam originē. Neque credunt, latentia quædam principia, & femina virtutis in generatione liberis communicari: vt Telemacho Vlysis, de quo Homerus, clarissimo vocabulo vtēs, dixit, Instillata tibi patris virtus: tanquam assereret, ad paucas feminū guttas paternæ virtutis bona constare. Locus autē ille Homeri est lib. ij. Odyssæ, cuius integer hic est versus:

ἔδιδόκει σὲ πατρὸς ἐνέσπικτον μὲν ἄνδρα.

Si iam tui patris instillata est vis generosa.

Illi autem sententiæ Plutarchi succinit alia Theognidis in eo. lib. cui titulus est, γυνῶμαι ἐλεγχιασθαί, quam nos adscripsimus infra in vij. Leg. cōnubiali, nu. 13. & in opere de nobilitate, c. iij. nu. 7. vbi & alia multa ad hunc locum pertinentia videbis. Non fugiendæ ergo sunt nobiles vxores, sed multò nobis nobilitate superiores. Sit igitur hæc quinta Lex connubialis,

VXORES AEQVALES, AVT INFERIORES GENERE, ET OPIBVS DV-
CVNTO.
SVPERIORVM CONNVBIA OMNINO FVGIVNTO. NEC TAMEN PRO-
PTEREA VXORVM NOBILIVM MATRIMONIA DEVITANTO.

Quinta lex
connubialis.

IN SEXTAM LEGEM CONNV-

BIALEM, GLOSSAE PRIMAE

PARS SEXTA.

Aequalitas
coniugum in
æstate seruanda.



NON solum autē in genere & opibus, de quibus affatim locuti sumus, habenda est æqualitatis ratio, sed & in ætate: de qua quoniā strictim tantum, & velut per transfennam, & coniunctim diximus, operæpretium visum est, ne rem maximi ponderis quodam modo neglexisse videamur, de ea paulò latius, atque separatim, seorsimque ab illo capite scribere. Ioā. Fab. in Rubrica Insti. de nupt. monet eum, qui se matrimonio mancipare voluerit, vt tria præcipuè attendat: in quibus illud est, vt parem ætate assumamus, in id referens illud Prouerb. 5. Latere cum muliere adolescentiæ tuæ. Cui concinit & illud Malach. 2. Dominus testificatus est inter te & vxorem pubertatis tuæ, quā tu despexisti. Et paulò inferius: Vxorem adolescentiæ tuæ noli despiciere. Atque illud Theognidis Megarensis Poetæ verustissimi & celeberrimi,

ἔνδ' ἔβην παρὰ μὲν ξωμομήλικι κάλλιου ἔνδ' εἶναι

ἴμορ' ἔβην ὄργων ἔξερον ἰέμενον.

Id est,

In adolescentia verò iuxta quidem æqualem melius est dormire,

Desiderabilium operum amorem satiantem.

Sed vt ad huiusmodi ætatis æqualitatem commodiùs describendam perueniamus, illud imprimis obseruandum monemus, puellas nobis & virgines despondeamus, vt gratis illas moribus imbuamus. Quod & Cumæus ille Poeta Hesiodus præcepit in eo opere, cui titulum nuncupauit, Opera & dies, lib. ij. cuius carmen est,

παρθενικὴν ἢ γαμήν ὧς κ' ἔθεα κερθὰ δ' ἰδ' ἄξυς.

Et eius autoritate subnixus Aristoteles lib. Oeconomicōn 2. ca. iij. Quam sententiam fulcit Næuius Poeta antiquus in Gymnastico, inquit, Vtrum est melius virginem, an viduā vxorem ducere? Virginem, si musta est, id est, si nouella est, instar musti, vt Nonius Marcellus annotauit. Hoc nimirum est, quod intelligi voluit Plautus alter Poeta Comicus in Stichō, vbi Pinacium mulier Antiphoni sciscitanti, vtram potius duceret in vxorem, virginemne, an viduam:

E malis multis, malum quod minimum est, id minimum est malum.

Longo autem interuallo antè Moyfes suis legibus monuit, vxores virgines ducendas, vt videre licet apud Iosephum lib. Antiquitatum Iudaicarum 4. c. viij.

Ideoquē Veneti solent suas admodum puellas virgines matrimonio collocare, vt colligitur ex Cardi. Flor. confi. xlix. cū testatoris voluntas, iuncto casu præcedenti. Rectè quidem ac sapienter illi diiudicant. Puellam enim virginem tunc teneram & mollem, ac rudem, atque informem, in quemuis habitum sequacem, & in vtranque partem flexibilem, facillimè, quocunque duxeris, trahes, ad tuamque vitæ rationem haud ægrè formabis. Natu autem grandiores, & viduas, quibus & sui iam & alieni mores pertinaciter infederunt, ægerrimè reformabis. Præsumptum est enim, vt eleganter scribit Vlpianus in l. præcipiunt. ff. de ædil. edict. ea mancipia, quæ rudia sunt, simpliciora esse, & ad omnia ministeria aptiora, & dociliora, & ad omne ministerium habiliora. Trita verò & veterata difficile esse reformare, & ad suos mores formare. Quo in loco Saly. & Barptol. Cæpo. appositissimè no. viduas scire sua & aliena vitia. Eam autem iurisconsulti sententiam eleganti metaphora extulit Ouidius libro primo de Remedio amoris:

Quæ præbet latas arbor spatiantibus umbras,

Quo posita est primum tempore, virga fuit.

Tunc poterat manibus summa tellure reuelli,

Musta quid
sit.

Veneti suas
puellas admo-
dum virgines
maritant.
Iuuenes faci-
lius forman-
tur.

Vidua sciunt
sua & aliena
vitia.

Nunc

Nunc stat in immensum viribus aucta suis.

Idcirco & Virgilius lib. iij. Georg.

Tam vitulos hortare, viamque insistere domandi,

Dum faciles animi iuuenum, dum mobilis ætas.

Ex hoc idem Virg. lib. Georg. 3. optimam vocat ætatem primam ac teneram,

Optima quæque dies miseris mortalibus ævi

Prima fuerit.

Quoniam scilicet, vt interpretatur Seneca, epistola ad Lucilium 108. possumus iuuenes discere, & facilem ætatem & adhuc tractabilem ad meliora conuertere: quia hoc tempus est idoneum laboribus, agitandisque per studia ingenii, & exercendis per opera corporibus.

Sed quod ad viduas peculiariter attinet, cui vnquam fuit dubium, quin priorum maritorum mores vel corruptissimos, optimos tamen arbitranter, ob id solum, quod illis fuit assuetæ, tuos omnino, etiā probatissimos, aspèrnerent. Hinc assiduæ querelæ, domestica conuicia, quotidianæ exprobrationes, quicquid egeris, fecerisve, quod forte fortuna displiceat, confestim priorum maritum ob oculos obiiciunt. Et vt Libanius scribit ad Phremiliū, non deerunt querelæ, se priori viro fuisse chariorem. Accur. in Authen. de fideiuf. in ipso ferme tituli ingressu, in verbo, apparente, scribit vxorem tum demū de morte boni mariti cōqueri, cū minus bonū sortita est. Ego verò assuetanter affirmo, etiā si multò melior maritus, nedū si peior contigerit, nouā semper vitæ rationē hōrere, atque execrari, insuetosque mores fastidire: vt etiā apud nos innuit tex. in §. vlt. 23. q. vj. & alibi latè diximus. Propterea Aesopus ille fabulator egregius, & Philosophus maximus, dicit, fatulos tūc maxime priores dominos desiderare, cū secundorū ceperint experientiā. Id quē in discriminatim nullo bonitatis prauitatisque delectu. Nā & ferè semper aliās id videtur optimū, cui primū assueueris. Ideoque Theodorus Tragediarum actor, nulli vnquā concedere voluit, vt ante se ageret: quasi magis faueat auditores illis, quos primū audierint: vt refert Aristoteles lib. Politicōn 7. c. 17. vbi & hoc subiungit, idem cōtingere in conuersationibus hominum, & rerum. Omnia enim (inquit) prima nos magis delectant. Caterū ita natura cōparatum est, vt præterita semper meliora præsentibus videantur, propterea quod nulla rāta est felicitas aut voluptas, quæ non multū habeat amaritudinis, aut fellis admistū. Quod cū adest, vrget nos acriter: cū abiit, non aded magnū sui sensum relinquit: vnde fit, vt minus videamur transactis malis affecti esse, quā afficiamur præsentibus. Porro legibus Moisaicis Leuitici c. xxi. & Ezechiel. c. xliij. prohibebatur, ne viduam vxorem sacerdos duceret, illa ipsa ratione, vt tradit Hieronymus ad Fabiolam, de vestitu sacerdotum, ne ea pristinarum meminerit voluptatum. Quanquam id aliò refert Isychius Hierosolymitanus, lib. vj. Comment. in Leuiticum, eum ipsum locum enarrans.

Viduas non
esse ducendas.

Idcirco non
esse ducendas.

Sacerdos cur
viduam ducere
prohibebatur.

Bulgarus de
risus, quod ue-
tulam despon-
sasset.

Idcirco non iniuria derisus fuit Bulgarus, cū inciperet legere l. rem non nouam. C. de iudic. propterea quod nocte præcedente viduam vetulamque desponsasset, vt in ea ipsa l. retulit Accur. Plutarchus autem in libro de Eurhymia, id est, tranquillitate animi, taxat Euphorionem, quod cum prædiute vetula concumbere cuperet. Idem in Demetrio refert, quod cū Antigonus pater ipsi Demetrio iuueni suaderet, vt vxorem duceret Phillam Antipatri filiam, & Crætero olim iunctam, cuius erat apud Macedones insignis beneuolentia, isque eam, vt vetulam aspèrneretur, infurrauit pater illud Euripidæon,

ὄπισ τὸ κερδ' ἔπειτα φύσιν γαμητέου.

Vbi affulserit lucrum, ibi verò præter naturam ducenda vxor.

Olim verò apud quosdam Germanos virgines tantum nubebant, & cum spe & voto vxores semel transigebantur. Sic vnū accipiebāt maritum, quomodo vnum corpus vnāque vitam, ne vlla cogitatio ultra, ne longior cupiditas, ne tanquā maritū, sed matrimonium ament. Caterū Camillus ille Dictator legem tulit, qua pœnis deterruit eos qui nuptias deuitarēt earum viduarum, quarum viri bello ceciderant, vt retulit Plutarchus in vita illius: vbi & rationem eius legis tradit.

Vxor præter
naturam ducenda,
si lucrum affulserit.

Mirum est autem, quod scribit Ptolemæus Alexandrinus Quadripartit. libr. iij. c. item iij. statim post principium: Quod si in altera duarum quartarū Luna permaneat in natiuitate viri, tunc in iuuentute matrimonium contrahet, vel post suorum annorū plenitudinem iuuentulam vxorē accipiet. Sin autem in altera duarū occidentalium occiderit, tardè vxorabitur, vel sibi vetulā subarrabit. Sed & Iulius Firmicus Astronom. lib. v. c. j. Si in Piscibus horoscopus fuerit inuentus, & in Leone fuerit occasus, cum anu matrimonium copulabit, aut cum vidua. Et eodem lib. v. c. iij. Dabit Saturnus in Ariete positus viduam, aut ab alio stupratam. Et iterum, Si Saturnus ad Virginis signum accesserit, viduam fortietur vxorem. Et vide, quæ etiam dicam infra, nu. 29. nec est quod sibi in fin. & nu. 35. nec tamen hinc.

Astrorum vi-
uxores uel
puellas uel an-
nus ducimus.

Sed & sicuti viduas & ætate grandiores foeminas non debemus assumere in vxores, ita & illud quoque maxime cauendū est, vt & nostris monet Cæpo. in l. præcipimus. nu. 7. ff. de ædili. edict. ne seniores & prouectæ ætatis viri matrimonium capebant, præsertim cum puellis & iunioribus, nisi velint se ludibrio, contemptui, fastidio esse vxoribus: quæ cū nihil magis cupiant (earū tenera, atque ebulliente & feruida ætate hoc ipsum imprimis desiderate) quā matrimoniali operi frequenter incumbere suo se voto fraudari (repugnante, è diuerso nimirum ætate virorum) impatienter ferunt. Senes enim nō sunt apti palæstræ veteræ, parūque diligenter fundū vxoriū colere possunt: cū senectus frigida sit, & sicca, vt scripsit Aristoteles in eo lib. quē de Longitudine & breuitate

Seniores ne
matrimonium
capebant.

Senectus fri-
gida & sicca.

brevitate vitæ composuit, & lib.v.de Generatione animalium,ca.iiij.& alibi sæpe. & Hippocrates Apho.lib.i.c.xiiij.Et Galen.lib.v.de Sanitate tuenda,non semel, & de Substantia virtutū animalium,lib.x.& lib.item i.de Accidenti & morbo.& lib.de Tēperamentis,& lib.cui titulus est, Corporis temperaturā sequi animi mores: vbi præterea dicit, senectutē exanguem esse. Rursumque in 2.Tech.c.xx.quem locum explanans Haly Rodoan, dicit, quod omnis cōplexio conuertitur in fine ætatis ad complexionem frigidam, & siccam. Paulus Aegineta lib.i.c.xxiiij. & Auicenna lib.i. fen.i.doct.3.c.item 3.Iohannitius in Isagog.c.x.de qua re longē etiā lateque disputat. Iacobus Foroliuensis in suis in eundem secundū librū Techn.Gal.quæstionibus.41.quæst.& è nostris hoc quoque affirmat Lucas Pen.in l.ij.col. quoque 2.C.de Primi.lib.xij. & Domi.in proœmio lib.vj. in §.quem librum: vbi ex autoritate Physicorum, senectutem comparat Autumno, qui frigidus est; & ficcus. Hincque illud Virgilij lib.v.Aeneidos:

Senectus Autumnino comparatur.

Sed enim gelidus tardante senecta

Sanguis habet, frigentque effata in corpore vires.

Et lib.8.

Sed mihi tarda gelu, seclisque effata senectus

Inuidet imperium.--

Senectus ex caloris defectu.

Nam Parmenides apud Stobæum Sermo.112.dicebat γήρας γίγνεται παρὰ τὴν ἄσπαστον. Id est, senectutem ob caloris defectum fieri. Siccitatem autē satis probat asperitas & squalor cutis. Vnde à Græcis vocantur γέροντες, vt tradit Plutarchus lib.Symposiacōn 3.c.item 3.πὸ quasi, εἰς γῆν ῥέοντες, id est, in terram fluentes, sed quasi γῆροι, id est, terrestres. Et hanc quoque siccitatem planè adstruunt, qui senectutem exanguem ac sanguine exhaustam dicunt, vt diximus ex Galenō. Cui conuenit Silius lib.ij.

Senectus exaquis.

Exanguis que merendo

Stant prima inter signa senes.--

Et Lucanus lib.v.

Vos despecta senes, exhaustaque sanguine turbæ.

Senectus hyemi comparatur.

Frigiditatem autem senectutis euidenter adstruunt, qui & eam hyemi comparant, vt Eratosthenes & Patrocles apud Stobæum Serm.113.

Siccitas & frigiditas coitui maximè aduersantur.

¶ Porro autem siccitas & frigiditas res sunt maximè contrariæ & voluntati & potentiz coeundi, quam alido & humido (quemadmodum omnes rerum scriptores naturæ asserunt) constare certum est. Et vt scribunt Gale.lib.vj.de Sanitate tuenda, & Paulus Aegineta lib.i.c.xxxv. Veneri natura calida & humida idonea est: de quo & nos latius postea dicemus in 9. Lege connubiali, nu.150. incip. at calor. Ideoque Iuuenalis Saty.10. loquens de senectutis incommodis,

Coitus iam longa obliuio: vel si

Coneris, iacet exiguus cum ramice neruus:

Et quamuis tota palpetur nocte, iacebit.

Ex quo est & illud Martialis lib.xj. Epigram.82.

Cum senes communem vexat spado Dindymus Aeglen:

Et iacet in medio sicca puella toro.

Viribus hic operi non est, hic utilis annis,

Ergo sine effectu prurit uterque labor.

Supplex illa rogat pro se miserisq, duobus:

Hunc iuuenem facias, hunc Cytheræa virum.

Ouidius autem lib.i. Elegi.

Quæ bello est habilis, Veneri quoque conuenit ætas.

Turpe senex miles, turpe senilis amor.

Et subdit:

Quos petiere duces annos in milite forti,

Hos petit in socio bella puella viro.

Senes in Venerem segnio res.

Quam similitudinem secutus Flor. noster in l. inuiti. ff. de testi. dicit, quod quemadmodum is, qui quinquagesimum quintum annum natus est, bello non est idoneus, ideoque vacationem militiæ obtinet, vt dicit voluisse gl. in l. ij. C. de his qui nō imple. stipen. lib. x. ita nec idoneus est rei vxoria. Et ad hoc dicit eam gl. esse notandam. Quibus consonat illud Virgilianum lib. iij. Georg.

Frigidus in Venerem senior, frustra que laborem

Ingratum trahit: & si quando ad prælia ventum est,

Vt quondam in stipulis magnus sine viribus ignis,

Incaustum furit.--

Cupido omnium Deorum maximè iuuenis.

¶ Agatho in Platonis Symposio, recenset Cupidinem deorum omnium maximè iuuenem esse, eiusque rei argumentum affert, quod senectutem fugit, eamque natura odit: iuuenibus autem se miscet, cum sit vetus prouerbium, Simile simili semper hære. De qua re etiam loquens Tzetzes Histo. Chil. v. ca. xv.

Νέου ἢ τῆτος γῆραςσι, σωάμα καὶ ὠραίου,

ὡς ἢ ἐράδαι καὶ ἐραὶν πρὸς ὧδ' ἢ νεῖ φησιν.

Iuuenem autem hunc pingunt, simul & formosum,

Veluti quod amari & amare deceat iuuenilem ætatem.

Senectus libidines restinguuntur.

Scribit idem Platō de Republica lib. i. circa initia, quod senectute libidines restinguuntur, & in ea ætate pax est, & libertas à rebus venereis. Quem locū imitatus Cicero de Senectute ita inquit: O præclarum munus ætatis, siquidem id aufert à nobis, quod est etiā in adolescentia vitiosissimum. de voluptatibus enim venereis potissimum loquitur. Et è nostris Archi. in ca. tanta. 86. dist. dicit, quod senectus à voluptatibus liberat, impudentissimis dominis imponitque modum libidini. Cuius rei tex. est in c. fraternitati. 34. dist. vbi ætas senilis futuræ incontinentiæ suspicionem aufert. & in c. cum in iuuentute. de præsump. vbi scribitur, quod labe huiusmodi libidinis, quæ nō nunquam in iuuentute cōtrahitur, in senectute frequentius expiatur. Hincque illud Basilij illius Magni, εἰ ἐν γῆρας σαφροσύνη, ἢ σαφροσύνη, ἢ ἀκολασίας ἀδωαμία. id est, Continentia in senectute, non continentia est, sed libidinis impotentia.

de voluptatibus enim venereis potissimum loquitur. Et è nostris Archi. in ca. tanta. 86. dist. dicit, quod senectus à voluptatibus liberat, impudentissimis dominis imponitque modum libidini. Cuius rei tex. est in c. fraternitati. 34. dist. vbi ætas senilis futuræ incontinentiæ suspicionem aufert. & in c. cum in iuuentute. de præsump. vbi scribitur, quod labe huiusmodi libidinis, quæ nō nunquam in iuuentute cōtrahitur, in senectute frequentius expiatur. Hincque illud Basilij illius Magni, εἰ ἐν γῆρας σαφροσύνη, ἢ σαφροσύνη, ἢ ἀκολασίας ἀδωαμία. id est, Continentia in senectute, non continentia est, sed libidinis impotentia.

De eadem re.

10 ¶ Sophocles autem iam vetulus à quopiam interrogatus, possēne congredi cum muliere, Bona verba, inquit, o homo: nam liber iam sum factus, & ab inclementibus istis & furiosis dominis aufugi ætatis beneficio. Autor Plutarchus in libello περὶ φιλοπλοτίας, id est, de cupiditate diuitiarum: iterumque in lib. εἰ πρεσβύτερον πολιτεύσειν, id est, num seni gerenda Respub. Huius verba Græca hæc sunt, ὁ γὰρ Σοφοκλῆς ἀπέκρινεν ἔφη τὰ ἀφροδίσια γυναικῶς ἀποπεφευκέναι, καθ' ἑαυτὸν ἢ λιτῶν τε δεσπότων. Quod & Plato statim in prin. lib. i. de Rep. & Tullius lib. de Senec. & Valerius Maximus lib. iij. c. iij. Philostratus in Vita Apollonij Tyanæ, lib. i. Clemēs Alexandrinus lib. Pædagog. 2. c. x. & Marcellinus ad eundē propè modum tradiderunt. Quanquam scio, Athenæum & Hegesandru tradidisse, Sophoclem ipsum iam senē Theoridē & Archippen deperiisse.

11 ¶ Sed vt redeamus ad principale nostrum institutum, superioribus concinit illud Flacci Tibulli antiqui Poætæ Comici, in fabula, cui Helenam nomen posuit, apud Fulgentium de Vocum antiquarum interpretatione,

Tūne amare audes edentule, & capularis senex?

Illius quoque alterius Comici Plauti in Mercatore,

Tūn, capite cano amas senex nequissime?

Si vnquam vidisti pictum amatorem, hem illic est.

Nam meo quidem animo vetulus decrepitus senex

Tantundem, quasi sit signum pictum in pariete.

Et paulò post:

Proinde apud eundem autorem in Milite Palæstrio luculenter dicit, adolescentulam mulierem esse & nuptam & viduam, quæ seni nupta est.

12 ¶ Nam licet ea verè nupta sit, tamen censetur esse vidua, cum maritum habeat senem, ideoque inutilem ex sententia Accursij in l. vlt. C. ad leg. Fau. de plagia. Id quod Bal. ibi trahit ad priuilegia concessa viduis, vt videlicet huiusmodi mulieribus competant, quæ habent maritos inuitiles: quod multum notandum esse Iafon dicit in repe. l. si is qui pro emptore. col. liij. vers. adde quod Io. de Lig. ff. de vfuc. Illam autem gl. dicit valde fing. Alex. in addi. Bar. in l. eleganter. §. qui reprobos. ff. de pig. act. & confi. c. iij. statutum loquens. lib. i. & Barb. confi. xlvj. scripsit præclare. col. j. lib. 1. & in tracta. de præstantia Cardinalium, parte 1. q. xij. col. j. vbi & hoc dicit procedere in statutis loquentibus de viduis. quod & idem dicit Fely. in c. significantibus. col. iij. de offi. & pot. iudi. deleg. Sed & illam gl. sequitur Iafon in l. si dari. circa medium. ff. de verb. obli. & Fran. Pur. in l. j. col. vij. vers. ex quo dicto. ff. de iurisd. om. iud. Et hoc certè confirmat tex. in c. inter corporalia. extra de transla. præla. vbi ecclesia dicitur viduata sponso, id est, Episcopo, quæ habet Episcopum inutilem: quod ibi Bal. etiam trahit ad mulierem, quæ habet maritum inutilem. Hucque spectat, quod apud Ouidium Deianira se viduam esse profiteretur, quoniam nullas ex marito Hercule oblectationes referebat, cum ferè semper longius abesset:

Vir mihi semper abest, & coniuge notior hospes,

Monstraque, terribiles persequiturque feras.

Ipsa domo vidua votis operosa pudicis

Torqueor, infesto ne vir ab hoste cadat.

Licet enim ibi vidua, ad domum referatur, tamen nō ob aliud domum viduam vocat, quàm quod ipsa vidua esset ob mariti absentiam. Et Plautus in Sthico Penelopen, quæ diutiùs marito suo caruerat, viduam quoque appellat:

Credo ego miseram fuisse Penelopen soror suo

Ex animo, que tandiu vidua viro suo caruit.

Et Seneca Tragœdiographus in Agamemnone:

Decem per annos vidua respiciam virum?

Ibi enim Clytemnestra loquitur de Agamemnone marito.

13 ¶ Sed vt ad institutum negotium redeamus, Euripidis sententia est, in Danae, apud Stobæum capit. xlix.

Καὶ νῦν παρανοῶ πᾶσι θεῖς νεώτεροις,

Μὴ πρὸς τὸ γῆρας τὸς γάμος ποιημένος

Σχολῆ πενήτων παίδας. ἔ γὰρ ἰδόνῃ,

Τυνακί τ' ἐχθρὸν γῆμα πρεσβύτης αἰῆρ.

Et nunc iuuenes adhortor omnes,

Ne in senectute nuptias celebrantes

Vix liberos procreent. Nec enim voluptas est,

Sed res inimica mulieri senex vir.

Et post pauca:

Κικέρου

Senex nuptias

mica res uxori.

μικρὸν νέαν γυναῖκα πρὸς βύτης ἀνδρ.
Amatus iuueni uxori senex maritus.

Homerus autem longo antè tempore satis docuerat, nihil oblectationis, nihil voluptatis esse mulieri in fene marito. Nam cum aliquando incidisset in mulieres, quæ Cereri sacrum faciebant in triuio, vnaque ex iis iussisset illum faceffere, ille indignatus hæc in eam cecinit, vt tradit Herodotus in vita illius:

Κλῦθί μοι δὴ χομῶν κροσσόφρε, δὸς ἡ γυναικῶν
Τῆν δὲ νέων μὲν ἀνήσασθι φιλότιστα καὶ δύνῃν.
ἢ δ' ἐπιτὸρπέδω πολιοκροτάφοισι γέροντι,
ὧν ὄρη μὲν ἀπαμβλύνονται, θυμὸς ἡ μύρονι.

Quæ quidem ita non infeliciter vertit Conradus Heresbachius:

Audi flaua Ceres, precor, hoc mihi perfice votum:
Hanc nunquam iuueni matronam iunge marito:
Sed tremulo sit nupta seni, cui vertice cani
Fundantur crines, gelida superante senecta:
Is cupiat tantum, effæto nil corpore possit.

Tanquam scilicet maius malum non potuisset Homerus ei mulieri imprecari, quam vt feni viro nuberet.

14 Roma. uxores mense Maio non ducunt.

Plutarchus autem problematon ca. lxxxv. quærit, cur mense Maio Romani uxores nõ ducant: cuius rei hanc inter cæteras rationem affert, quod Maius à maioribus natu appellatus est. Iunius à iunioribus. Nuptiis verò accommodatior est iunior, scribente, vt subdit, Euripide in Andromache: licet is locum non adscribat.

Ἄλλ' ἢ τὸ γῆρας τὴν Κύπριον χάριεν ἐᾶ,
ἢ τ' Ἀφροδίτην οἷς γέροντι ἀχθετοῖ.
Verum senecta iubet valere Cypridem:
Et ipsa rursus infensa senibus est Venus.
Sed aut senectus Venerem valere iubet,
Aut Venus senibus molesta est.

Id est,

Vel sic propemodum ad verbum,

Proinde, vt subdit Plutarchus, abstinent nuptiis, Iunium expectantes, qui Maium deinceps protinus excipit. Cuius etiã ceremoniæ meminit Ouid. lib. v. Fastor. Sed & illius sententiæ Euripidis meminit & ipse Plutarchus in li. Nũ feni gerenda sit Respublica. Cæterum idem ipse in Solone scribit, Dionysiu Tyrannũ iam vetulum, cum rogaretur à matre, vt quandã ex ciuibus in matrimonium acciperet, respondisse, Ciuitatis quidẽ leges abrogari à tyranno, naturæ autẽ leges cogi nullo modo posse, si præter ætatem vxori se iunxerit. Hanc autẽ absurditatem ac deformitatem sibi in ciuitatem minimè inducendam videri. Nec permittendũ, vt affinitates alieno tẽpore fierẽt, quæ neque gratiæ quippiã, nec officij, nec finem nuptiarum essent habituræ. Verum in senẽ, qui ducit puellã, à diligente principe, aut legumlatore id optimo iure queat dici, quod in Philocteten dictũ memoratur, Quam bene igitur nubere potes miser, ac habitans in thalamo diuitis vetulæ, vt perdices, ex cõcubitu te pinguem cõperiens, transfibis ad sponfam viri indigentem. Ita enim legitur vulgò in nostris codicibus Latinis, & quidem corruptè, vt & Græci quoque codices quotquot hæcenus vidimus, corrupti sunt: sed ita tamen, vt facillè ex iis intelligas, nõ Dionysiu ipsum à matre rogatum vxorẽ accipere, sed matrem ipsam vitum ducere voluisse, eiq; Dionysiu illud dixisse; τὸς μὲν τ' πόλειως νόμος λελευκέναι τυρανῶν, τὸς ἡ τ' φύσεως, ἃ κ' ἐπὶ δ' ὀνεία εἰκ' ἐστὶ, γὰρ μὲς νυμφαγωγῶν παρ' ἡλικίαν. Cui planè cõsonat, quod tradit ipse Plutarchus in Apophthegmatis, nempe Dionysium ipsum matri suæ præter ætatem nubere cupienti dixisse, Ciuilia quidem iura violari posse, naturæ autem minimè. Athanasius (siue is est Theophylactus) enarrans illam Pauli ad Hebræos postremo c. sententiã, qua protulit honorabiles nuptias in omnibus, Nuptiæ (inquit) ætate prouectioribus minùs conueniunt. Et Claudianus in Carm. de nuptiis Honorij & Mariæ, à domicilio Veneris submouet & excludit senium:

Hos inter petulans alta cernice iuuentus
Excludit senium.

Ciceroni probro datum, quod senex puellam duxisset.

Non iniuria igitur probro datum est Ciceroni, quod sexagenarius Publiam virginem vxorẽ duxisset: quod excusare volens Tyro libertus illius, idcirco id factum fuisse tradidit, vt æs alienum, quo maximè obruebatur, dissoluere posset: erat enim Publia opulentissima. Cuius rei meminit Plutarchus in vita illius. Sed & Pompeius ob id repræhensus est, quod iam in ætatem vergens, duxisset Corneliam Metelli Scipionis filiam, & iuuenem, & multis amoris gratiis dotatam, filioque ipsius magis copulandam, vt & ipse Plutarchus tradit in vita illius.

15 Venus & Saturnus repugnantes.

Hæc autẽ haud dubiè palã adstruit Astronomica ratio. Venus enim præses rei vxoriæ, & Saturnus senectutis antistes, vt Astronomus placuit, omnium maximè sunt inter se inimici, sibiq; è diametro repugnantes, & diuersi. A quo nõ longè disidet, quod prodit Proculus Platonius Philosophus, ætatum ordinẽ sequi ordinem vniuersi, planetarumque rationem. Septimam autem, & eã quidem postremã, Saturni cõsequi potestati: in qua naturæ cõsentaneum est, à generatione sequestrari, & à corporis abiũgi alteram & incorpoream vitam affectando. Nam decrepitos inuadens Saturnus implet

implet naturæ suæ malis, frigiditate, pigritia, & tristitia querula. Quod & à Marsilio Ficino inter Platonicos non postremo, annotatũ est: vt non immeritò cecinerit, quisquis is fuit apud Græcos,

Γέρον ἐρασὸς ἐχάτη κακὴ τύχη.

Quo significatur, extremam fortem malorum esse senem amatorem. Cui concinens Menander apud Stobæum Serm. 113.

ἃ κ' ἂν γένοιτ' ἐρώωντος ἀδλιώτερον
ἃ θέμ, γέροντος πάλῃ ἔτερος γέρον ἐρώων.
ὡς γὰρ ἀφ' αὐτῶν βόλεθ' ὧν ἀφ' αὐτῶν
Διὰ τ' ἡρόνον, ὡς ὅτος ἃ κ' ἔσ' ἀδλιος?
Nil miserius esse potest amante
Sene, nisi alius senex amans.

Senex amator miserimus.

Nam qui frui cupit rebus à quibus arcetur
Propter tempus, quomodo ille non miser est?

Et Aristophanes in ἐκκλησιασταῖς, id est, concionantibus, vbi inducit Blepyron senem hæc conquerentem:

ὀμοι κακοδαίμων, ὃ γέρον ὧν ἡρόμην
γυναικῶν.
Hei mihi infelici, qui senex existens, duxi
Vxorem.—

16 Et Mimnermus, aut vt alij vocant, Mnimermus, Smyrnæus siue Astypalæus, apud Stobæum Sermo. 61.

De eadem re.

Κρυπῆσθι κλεῖτος, καὶ μέλιχα δῶρα, ἢ ἔυνη,
ἀνθεα εἰς ἡβης γίγνησ' ἀρταδέας
ἀνδράσι ἢ δὲ γυναιξὶ ἐπεί δι' ὀδωπρῶν ἐπέλθῃ
ἡβρας ὃ, τ' ἀχρῶν ὁμῶς καὶ καλῶν ἀνδρῶν τιθεῖ,
ἀεὶ μὲν φρένας ἀμφὶ κακῶν τέρονσι μέριμνα,
ἢ δ' αὐγὰς προλερῶν τέρονσι ἡελίτι.
ἄλλ' ἐχθρὸς μὲν πρῶτον, ἀπίμασος ἡ γυναιξὶν
ἔτος ἀργαλέου γῆρας ἔθηκε θεός.

Id est, ex Gesneri versione:

Amor occultus, & blanda munera, & lectus,
Rapida carpenti sunt iuuentutis flores
Viris & mulieribus: vbi verò molesta ingruerit senectus,
Quæ pulchrum etiam virum reddit informem,
Semper tum graues animum rodunt cura:
Nec solis aspectu delectatur senex.
Oderunt illum pueri, contemnunt mulieres:
Adeo miseram Deus senectutem fecit.

17 Hincque illud Tibulli lib. 1. Eleg. 2. ad fi. de fene amatore loquentis,

Hunc puer, hunc iuuenis turba circumterit arcta:
Despuit in molles & sibi quisque sinus.

Despuere aduersus incantationes, & alia id genus.

Veluti rem hanc monstrosam, & in vltimas terras asportandam cenfeat. Sic enim despuimus comitiales morbos, id est, contagia regerimus, & fascinationes repercutimus, & alia quæ sequuntur apud Plinium lib. 28. cap. 4. quibus ostendit maximas vires inesse in huiusmodi in finum exputationibus. Nam & idem Plinius lib. 10. cap. 23. in fi. tradit ipsum comitalem morbum despuum suctum. Vnde etiam Plautus in Captiuus:

TYN. Et illi isthic qui insputatur morbus, interdum venit:
Proin tu ab isthoc procul recedas AEGIO. Vltro istum à me. ARI. Ain' verbero?
Me rabiosum, atque insectatum hastis meum memoras patrem?
Et eum morbum mihi esse, vt qui me opus sit insputarier.
AEGIO. Ne verere, multos isthic morbus homines macerat,
Quibus insputare saluti fuit, atque his profuit.

Sed & ipse Plinius lib. 25. cap. vlti. scribit Senecionem herbam, quæ à Græcis ἐρωγέρον dicitur, si quis ferro circumscripam effodiat, tangatq; ea dentem, & alternis ter despuat, ac reponat in eundem locum, ita vt viuat herba, dentem eum postea non doliturum. Idem lib. 26. c. 9. Experti, inquit, affirmare plurimum referre, si virgo imponat nuda, ieiuna ieiuno, & alternis ter despuat, & manu supina tangens dicat, Negat Apollo pestem posse crescere, quam nuda virgo restinguar: atque ita retrorsa manu ter dicat, totiesq; despuant ambo. Idem lib. 27. c. 12. ad fi. tradit, circa Ariminum herbã rescadam nasci, qua collectiones & inflammationes omnes discutiantur, modò quædam carmina ibi adscripta ter pronuntientur, & toties despuatur. Et lib. 3. c. 12. scribit huiusmodi exputationes mederi furunculis. Ex quibus quoque est illud Catulli Epigram. 47. ad Licinium:

Nunc audax caue sis, precesq; nostras
Oramus, caue despuas oculo.

Idem illud Persij Sary. 4.

Est prope te ignotus, cubito qui tangat, & acere
Despuat in mores.—

Claudianus quoque Panegy. 7. in eundem sensum dixit Mores despuere pro auersari & abomi-
nari. Et ex Græcis scriptoribus Theocritus,

ὡς μὴ βασιλευσὶν ἢ τριῖς εἰς ἐμὸν ἔπιπυε κόλπον.

Ne quis me fascinet, ter meum in sinum despuat.

Huc item respicit illud Plauti in Asinaria:

Teq. obsecro hercle, ut qua locutus es, despuas.

Sed & moribus alios, ut curentur, despuendos monet Marcellus Burdigalensis, videlicet glandu-
las, cap. 15.

18
Senectus loquaculi.

At dicit senex quispiam loquaculos, ut sunt ferme omnes, si Plutarcho Problematon sympo-
siacorum Decade 1. cap. 2. & Eustathio in Cœnis Macrobianis lib. 6. credimus, imò si Tullio ipsi
in Catone maiore: cuius hæc verba sunt: Senectus est natura loquacior, ne ab omnibus eam vitium
videar vindicare. Atque etiam Plauto in Mercatore, qui eos garrulos dicit. & Aristor. lib. 2. Rhe-
toricorum, cap. 13. ubi & huius rationem reddit. Et Isocrati in Panathen. & Homero lib. 2. Iliad.
ubi Iris id Priamo seni exprobrat, dicit (inquam) senex maritus, Quod opere non potero perfi-
cere, verbis quidem rerumq; & historiarum antiquarum narrationibus compensabo, quibus aures
& animum vxoris demulcebo, à coitusq; cogitatione auocabo. Cui illud tantum respondebo,
Non admodum placere mulieribus illud Homericum de senibus lib. 3. Iliados:

Γρηραὶ δὲ πολέμοιο πεπυμένοι, ἀλλ' ἀγορηταὶ
ἔσονται.—

Iam ob senium bello desueti, at dicere tantum

Egregij.—

Illud item eiusdem lib. 4. eiusdem operis de Tydei filio:

Χεῖρα μάχη, ἀγορὴ δὲ τ' ἀμείνω.

Inferiorem pugna, sed dicendo priorem.

Quæ & ipsa trahit Erasim. ad senes libidinosos. Aut etiam simile illud Vir. lib. 11. Aeneid.

--Lingua melior, sed frigida bello

Dextera.--

Quoniam ut apud ipsum Homerum lib. eiusdem Iliados 16. dicit Patroclus:

ὅτι γὰρ χεῖρὶ τέλος πολέμου, ἐπέω δ' ἐνὶ βραχίῳ

τῶ σπῆρῳ μὴδ' οὐδ' ἐλέγχει, ἀλλὰ μάχεσθαι.

Molimentum prælij in manibus est, consilij in verbis.

Ea propter non loquacitate nunc opus est, sed pugnacitate.

Ex quo & illud Virgilianum lib. 10. Aeneidos,

--Sed non est Troius heros

Dicta parat contra: iaculum nam torquet in hostem.

At contra non dicta Libys, sed feruidus hastam

Quem imitatus Silius lib. 4.

Perlibrat.--

Ante vtrunque Plautus in Truculento ita facit Stratophanem militem loquentem:

Ne expectetis, spectatores, meas pugnas dum prædicem.

Manibus duella prædicare soleo, haud in sermonibus.

Vbi factu est
opus, verba
non sufficiunt.

Et ut cum nostris loquar, vbi factu opus est, verba non sufficiunt. Ad quod allegat tex. in c. j. vbi
etiam est bona glo. ext. de eo qui mit. in pos. & in l. qui decem. s. j. versi. idem responsum. ff. de so-
lut. & l. feruus si hæredit. in fi. ff. de statulib. & in l. j. s. hæc autem verba. ff. quod quisque iur. vbi no.
Ias. in iij. not. adducitq; concord. quas ibi videre licet. Sed vnum text. non omiserim omnium in
eam rem elegantissimū, in l. j. s. tulisse. ff. de S. C. Syll. vbi ita scribitur: Non tamen, qui clamore vsus
est, auxilium tulisse videtur. Quid enim, si cum posset manu depellere à domino periculum, ille
clamorem inanem elegit? Sed & illud dictum vsurpauit glo. in c. pastoralis. in gl. vlt. de offi. ordi. &
in c. vt circa. in verbo, præstito. de elect. lib. vj. Pet. Anc. confi. cxxxv. prima facie dicitur. in prin.
& confi. 330. visa facti narratione. col. ij. vers. ad propositū. & confi. 331. visis diligenter actis, post prin.
& Alex. in l. si mora. col. ij. ff. sol. mat. & confi. 130. in causa Strazorotorū col. 4. vers. & si diceres. in
fi. & seq. vbi ad hoc multa adducit. & confi. 44. eximie Doct. col. vlt. lib. 7. & Hipp. Marfi. qui & in eā
rē pleraq; affert, quæ de industria omitto, in l. qui falsa. col. 8. vers. vlt. ff. de falsis. & nostri D. sæpe.
Et ut solēt dicere Germani, referēte Bebelio, Verba nō implent marsupijū. Et Plautus in Epidico:

Verba non im-
plent marsu-
pium.

Nam quid igitur te mihi esse retulit

Beneficum oratione, si ad rem auxilium emortuum est?

Et Terentius in Adelphis:

Neque tu verbis solus vnquam, quod mihi malè feceris.

19
Senectus non
omnino arceat
à Venere.

Sed & si fortè fortuna contingat, ut vir senior cum vxore congregiatur: neque enim impossibi-
le est, cum nemo sit adeo senex, quin aliquando calere possit, vel natura, vel arte, ut dicit glo. in c.
nuptiarum. in verbo, in quibusdam. xxvij. q. j. & senes interdū aliquo beneficio mouentur ad coi-
tum, ut dicit glo. in c. j. extra de frig. & malefi. Id quod confirmat Pauli Silentarij Epigr. lib. 7.

ὁ πρὶν ἀμαλθὰ κέρισσιν ἐνὶ φρεσὶν ἰδὼν ὅτι ἔβη

ἰστροφόρα παφίης θεομὸν ἀπειπτεμῆκος,

Γυιοθόροις βελέεσι μὲν ἀνέμβαστος ὁ πρὶν ἐρώτων

ἀχένα ἴσιν κλίνω κύρωι μελαίπυλος

Δίετο μεγαγαλῶσα, ἵσθη ὅτι παλαῖα νικᾷς

Νῦν πλείων, ἢ τὸν πάρος μύλων ἐφ' ἑσπερίδων.

Qui potui iuuenis sapienter temere leges

Quondam prædulces, ὀ Venus alma tuas,

Spicula carniuorum vitare edoctus amorum,

En mea colla senex sub iuga mitto tua.

Victa iacet Pallas, magis hæc cape leta trophæa,

Aurea quam pastor cum tibi mala dedit.

Horatius autem lib. Carm. 4. Ode 1. conqueritur Venerem, quam iam diutius intermiserat, in se-
necute sibi rursum bella mouere:

Intermissa Venus diu

Rursus bella mones, parce precor, precor,

Non sum qualis eram, &c.

Quin & Plinius lib. 22. c. item 22. scribit Scandicem herbam marcescentes senio iam coitus exci-
tare. Licet igitur (ut repetam) senes aliquando moueantur ad Venerem natura, vel arte: tamen aut
sunt feminis expertes: aut si quod habet, est agnon, id est, sterile, non prolificū, non genitale, siue
gignitium, ut ita loquar, propter inutilis excrementi permissionem, quia eorum natura non satis
potest concoquere. Auctores Aristor. lib. 1. de Generatione animal. c. 18. & Gale. circa initia lib. 2. de
Sanit. tuenda, inquis in hunc fermè sensum: Labor, cibus, potus, somnus, omni ætati communia.
Venus verò ætate tantum florentium est: quæ autem hanc vel præcedunt ætates, vel sequuntur,
aut planè semen non effundunt, aut certè infœcundum, aut malè fœcundum emittunt. Quod &
affirmat Albertus Magnus lib. de Animalibus 5. tra. 2. c. 1. & lib. 10. trac. 2. c. 1. Et hinc senectus effœ-
ta, id est, gignendi vi & potestate destituta, & exhausta, à Virgilio dicitur illo versu supra citato:

Sed mihi tarda gelu secliq; effata senectus.

20 Ideoq; lege Papiæ Poppeæ (ita enim legendum est, non Pompeia) à Tiberio Cæsare edita, cau-
tum est, ne sexagenarij vxorem ducerent, tanquam ad generandū minimè idonei. Auctor Tran-
quillus in Claudio, & meminit Seneca in libris Moralis Philosophiæ, & Lactantius lib. 1. ca. 16. &
Imperator noster in l. pen. C. de nup. quam & ita intelligit Raph. Fulgo. confi. ccxij. quædam mu-
lier. col. ij. versi. in primo videtur, vbi ex hoc in pulchro casu consuluit. Ex quo & alibi sancitum
est, ne minor sit 66. annis, qui arrogat, quoniam magis liberorum procreationi studere debet, l. si
paterfa. §. vlti. ff. de adopt. tanquam post huiusmodi ætatem, huius rei vacationem natura ipsa de-
derit. Et apud Plautum in Mercatore hanc legem præscribunt adolescentes senibus:

Annos natus sexaginta qui erit, si quem scibimus

Seu maritum, siue hercle aduò calibem scortarier,

Cum eo nos hic lege agemus.—

21 Ergo si huiusmodi prouectioris ætatis viri vxores ducant, easq; minimè imprægnant (quod vti-
que sapius vsu eueniet) hoc certè vxores molestissimè patientur. Nam cum semper aliàs, nihil æ-
què dicitur natura, quàm aliud, quale ipsum est, producere, vel Aristotelis testimonio lib. 1. Oeco-
no. cap. 1. & lib. 2. de anima, & alibi sæpe. Nititur enim summis viribus insita potestas, ut se ad ef-
figiem quandam & imaginem immortalitatis, & diuinitatis componat: ut quoniam corruptioni
obnoxium idem numero animal, nequit perseverare, ortu vicario, mortalitati, qua fieri potest ra-
tione, adminiculetur, ac velut tibicinis præfultam ab occasu vindicet. In quam sententiam Nicol.
Lyr. detorquet illud 2. Reg. Ita est enim lex Adam Domine Deus. Illud quoque Iob. 30. Abstulit
quasi ventus desiderium meum. Tum verò maximè in huiusmodi desiderium mulieris veluti fe-
runtur præcipites. Est enim ut scribit Plato in Timæo, ad fi. & ex eo reperit Galenus lib. 6. loco-
rum affectorum, cap. 5. vulua matrixq; in fœminis animal auidum generandi: & quando procul
à fœtu per ætatis florem, aut vltra diutius detinetur, ægrè fert morā, ac multum indignatur, pas-
simq; per corpus oberrans, meatus spiritus intercludit, respirare non sinit, extremis vexat angu-
stias, morbis denique omnibus premit, quousque cupido amorq; quasi ex arboribus fœtum fru-
ctumve producat. Idq; est, quod nostræ leges proclamant, naturam ad hoc mulieres genuisse, vt
partus ederent, maximamq; eis esse eius rei cupiditatem. l. ambiguitates. C. de indic. vidui. Et vt ali-
bi scribitur, maximum ac præcipuum munus earum est, concipere, ac tueri conceptum. l. quæritur.
§. j. ff. de ædil. edic. Et pudor est fœminis nuptiarum præmia non habere. cap. pudor. xxxvij. q. ij.
Hinc illa vox Rachelis virum alloquentis, Gene. 30. Da mihi liberos, alioquin moriar. Et illa quo-
que Annæ admonitio apud Virgilium lib. 4. Aeneid.

Nec dulces natos, Veneris nec præmia noris.

Nam ut scribit Euripides in Phœnisis:

καὶ Φιλόπικρον πῶς πᾶν γυναικείον γένος.

Quo significatur, vniuersum mulierum genus amans liberorum esse: quod nō tam de liberis iam
natis, quàm de desiderio pariendi liberos intelligi, declarant verba præcedentia.

22 Quod si quispiam in hac parte nobis obiiciat Masinissam Numidiæ regem & Catonem Cen-

Semen senum
sterile.

Senectus ef-
facta.
Lex Papiæ
Poppeæ.
Sexagenarij
uxorem ne
ducant.

Natura sumus
cupidi similis
nostri gignen-
di.

Vulua gene-
randi auida.

Mulieres in
hoc genitæ,
ut partus e-
dant.

Masinissa 86.

amorum filii genuit. Cato Censo. 80. Vladislaus 90.

Rara, uice miraculi.

Octogenario natus filius an succedat.

23 Senibus maritatis posthumi ferè nascuntur liberi.

24 Senectus amicitiae inimica. Senes intractabiles, morosi, difficiles.

Consuetudo Cupidinis mater. Consuetudo Veneris ministrat. Canities morosa.

25 Senes tadio, contemptui, odio sunt. Senectutis incommoda.

forium, & Vladislaum Lituani regem Poloniae: quorum ille post 86. annos Methymatum (alij legunt Methymatum, alij Mechium, alij Mathumannum, alij denique Mathimanum) filium genuit: alter 88. aetatis anno, ex filia Salonis clientis sui alterum Catoem, auum Uticensis, procreavit. Huic autem nonagenario duo filij nati sunt Vladislaus & Casimirus. De prioribus meminerunt Plin. 7. Naturalis historiae, cap. 14. & Solinus in Polyhistore, cap. 4. & praeterea de Masiniissa Valerius Maximus lib. 8. c. 14. & Iulius Florus epitome 50. De posteriore autem, Aeneas Pius in Europa, c. 25. Si haec (inquam) quis nobis obiiciat, sciat haec pro miraculo, reque memorabili, fuisse scriptis demandata. Nam quae raro eueniunt, uice miraculi habentur. §. quantuncunque. in auth. de Consul. Sicuti non absimiliter pro miraculo habetur, si mulier quinquagenaria liberos genuerit. l. si maior. C. de legi. haere. Igitur non temere dictum est ac scriptum a Soci. consi. lxxv. super proposita consultatione. col. j. & ij. lib. iij. quod licet contingere possit, ut octogenarius aliquando generet: qui tamen id non est ex communiter accidentibus, certe si octogenario cuiquam dicatur natus fuisse filius, ut ei succedat, id non praesumetur, nec ei succedet. Quod tamen non huc adscripsi, quod ita sentiam de nato in matrimonio, nisi aliter constaret de impotentia mariti.

¶ Sed fac illud esse ueluti ordinarium & propè quotidianum, ut senes filios generent: at certe illud quoque hinc necessario sequetur, ut vel eos posthumos habituri sint, cum mors a senibus longius abesse non possit: vel si illis adhuc uiuentibus nascantur, non satis temporis eis supererit, quo eos educare & instituere possint. Scitum est enim illud Megadori senis apud Plautum in Aulul.

Post mediam aetatem qui ducit uxorem domum,

Si eam senex pregnantem furtiuo fecerit,

Quid dubitas, quin fiet paratum nomen puero Posthumus?

¶ Adde, quod cum nihil sit, quod magis matrimonium deceat, quam uiri & uxoris amicitia, ut saepe alias diximus, est senectus ueluti amicitiae inimica. Senes enim ob naturae deficientis imbecillitatem, his ut plurimum carent, quibus amicitia inicitur, atque conseruatur: utpote cum sint intractabiles, morosi, difficilisque admodum conuersationis, quae ad amicitiam conciliandam plurimum ualeat: sicuti Aristoteles tradit lib. 8. Ethic. c. 6. ita scribens, In seueris atque senibus tanto minus fit amicitia, quanto difficilius sunt, & minus congregationibus gaudent. Haec enim ad amicitiam maxime spectare, & ipsam efficere uidentur. Et profecto ex consuetudine, Veneris incentiua, & aetate efferuescunt, dicente Lucretio, Consuetudo concinnat amorem. Cui concinnans tex. apud nos in c. ueniens. extra de eo qui cognoscit uxoris suae, ita ait: Deinde ex conuersatione diurna forori puellae carnaliter se coniunxit. Propterea Apuleius lib. 6. scitissimè consuetudinem Veneri ministrat facit. Ad quam etiam sententiam spectat illud Ciceronis in Laelio: Auxit beneuolentiam consuetudo. Porro autem morosos & difficiles, querulosque senes esse, praeter Aristotelem fatetur Tullius, in lib. de Senectute, tamen non tam ad aetatem, quam ad mores id referens. Et id passim experimur. Ex quo Horatius lib. 1. Carminum Ode 9. canitiem morosam uocat.

Donec uirenti canities abest

Morosa.—

¶ Sed & alia sunt senectutis incommoda, ob quae senes ipsi ab uxoribus amari haud queunt, suntque illis tadio, contemptui, odio: praesertim si sint adolescentulae: quoniam, ut ait Terentius in Hecyra, Odiosa est haec aetas adolescentulis, quem è nostris citat Lucas Pen. in l. ij. col. item ij. C. de prim. lib. 12. Haec autem incommoda probè nouerat Iuuenalis, ea describens Saty. 10.

Sed quam continuus, & quantus longa senectus

Plena malis! deformem & tetrum ante omnia uultum,

Dissimilemque sui, deformem pro cute pellem,

Pendentesque genas, & tales aspice rugas,

Quales umbriferos ubi pandit Tabraca saltus, &c.

Vna senum facies, cum uoce trementia membra,

Et etiam leue caput, madidum, infantia nati.

Frangendus misero gingiua panis inermi.

Vsque adeo grauis uxori, natisque, sibiisque,

Ut captatori moueat fastidia Cossio.

Et post pauca:

Cæcilij quoque antiqui Poetae in Hephæstione sententia est, apud Ciceronem in lib. de Senectute, & Nonium Marcellum statim in princ. lib. de Proprietate sermonis,

Tum etiam in senectute hoc deputato miserrimum,

Sentire ea aetate esse odiosum se alteri.

Quibus concinens Mnimmermus apud Stobæum cap. 61.

— ἐπειδὴ ὁ δαυαρὸν ἐπέλθῃ γῆρας, & reliqua, quae nos adscripsimus supra num. 15.

Et rursus apud eundem Stobæum cap. 113.

ἂλλ' ἄλιγο χρόνιον γίνετ', ὡσαυτὸν ὄναρ,

ἂν πένθος αὐτὸ δὲ ἀργαλέον καὶ ἀμωροφόν

Γῆρας ὑπὲρ κεφαλῆς αὐτῆς ὑπερκερματῆ.

ἔχθρὸν ὄμωδ' καὶ ἀπίμον, ὅτ' ἀγνοῶσιν τίβι ἀνδρα.

Sed breue tempus durat instar somnij.

Iuuentus pretiosa: difficilis autem, deformisque. Senectus statim imminet capiti. Odiosa simul & contempta, quae uirum reddit obscurum. Estque etiam in idem illa Menandri sententia cap. 113.

Ἰουνοῦ δὲ δριμύτα γέροντ' οὐ δίκαια μένον.

Amarulentus est alumnus senex domi manens.

26 ¶ Ex quo factum est, ut apud antiquos scriptores senium pro tadio, molestia, & odio plerumque poneretur, ut eidem Marcello placet, ad hoc referenti illud Aetij in Epinausimache, Mors amici subigit, quod mihi est senium multò acerrimum. Illud quoque Turpilij in Demiurgo, Quia enim odio & senio mihi nuptia. Et multa aliorum testimonia, quae, ne prolixior sim, prudens omitto.

Illud tamen Plauti addidero in Stichus,

Haec res uite me saturant, mihi diuidia & senio sunt.

Et in Truculento,

Male quod mulier incepit, nisi efficere perpetiar,

Id illi morbo, id illi senio est.

Itemque illud Tullij in Oratione pro Milone: Luget Senatus: moeret Equester ordo: tota ciuitas confecta senio est. Nec desunt, qui ad hunc quoque sensum trahant illud Claudiani lib. 3. de Raptu Proserpinæ,

Ignauis senium cognouimus aui.

Quibus astipulatur Homerus, qui lib. 19. Iliados senectutem odiosam siue molestam uocat,

Ἰηρατὶ τε σὺ γέρον, &c.

Adde & fordiam, siue fordètem, & turpem: quòd amori admodum repugnat. Sic Statius lib. 11.

— Veteri stat fordida tabo

Et lib. 7.

Vtraque canities.—

Ecce truces oculos sordentibus obsita canis.

Et Marullus,

Turpem canitiem pati.

27 ¶ Ex iis que fit, quòd licet alias non ualeat donatio inter uirum & uxorem. ff. & C. de dona. inter uir. & vxor. per totum: ualeat tamen, si donet senex maritus uxori iuueni, ueluti magis cõpensans, ut remuneransque uxoris ipsius ex sua senectute iacturam, & incommoda, quam gratis tribuens, ut plenè no. per Doct. in l. si uoluntate. C. de dot. promiss. & in l. si diuortio. ff. de verb. oblig. Ro. cons. 445. consultatio praesens, col. iij. & Guid. Pap. consi. 112. Nobilis Guicharda. in fi. & Bal. Nouellus in tract. de dote. §. x. col. iij. uerfi. quid autem si talis. cum aliis similib. à me alibi copiosè adductis.

28 ¶ Quae cum ita sint, ideo uerè cecinit Catullus,

Et senis amplexus culta puella fugit.

Et apud Apuleium lib. 5. Asini aurei, Mulier quaedam dolenter queritur, inque primo suae miseriae loco reponit, quòd nata esset fenioem maritum: At ego (inquit) misera primùm patre meo fenioem maritum sortita sum. Dein. & c. Bar. autem noster in l. Mutianæ. col. vlt. in prin. ff. de cond. & demon. scribit uxores iuuenes cupere mortem senum maritorum solere. quod & ipsum tradit idem Bar. & post eum Paul. Cast. in l. pater Seuerinam. §. Socrus. eo. tit. ita intelligentes glo. ibi sim pliciter loquentem de uxoribus. Et hinc quoque saepius uxoribus adulteria proficiscuntur, tum quia cum mariti senes sint admodum in Venerem seges, uxores ipsae aliorum concubitus haud renuunt: imò uerò spontè nec rogatae, petulanter rogant, quòd suam, quantum possunt maxime, libidinem expleat. Tum quia maritos senes minimè diligant, iis, quae iam dicta sunt, rationibus. Ideoque Theognidis sententia est, incommodam esse uxorem iuuenem uiro seni. Neque eam gubernando regi posse, ut nauem, neque anchoris detineri, sed abruptis funibus, saepius noctu alium portum petere, id est, aliorum concubitus sectari. Carmen ipsius est huiusmodi:

ἔβρι σὺν φοροῦν δὲ γυνὴν νεὰ ἀνδρὶ γέροντι,

ὃ γὰρ πικρὰ λίω πείθει, ὡς ἀκάστος.

ἔδ' ἀγκυραὶ ἐχέσιν. ἀρξὴν ἔβαλε ἢ δεσμὰ

πολλὰ κίς ἐκ νυκτὸν ἄλλου ἐχει λιμένα.

Quam quidem sententiam ex eo assertit Clemens Alexandrinus lib. Stromaton 6. ubi & aliam in eandem rem adducit ex Aristophane:

αἰχρὸν νῆα γυναικὶ πρεσβύτης ἀνδρ.

Turpis res iuueni uxori, senex uir.

29 ¶ Ex quo etiam fonte manat impotentissimum, imperiosissimumque illud uxoribus iuuenum in huiusmodi senes maritos imperium. Nam ut scribit Aristophanes, quòd θεομοφορεῖσθαι, id tamen Euripidi attribuens,

Διαιονα γὰρ γέροντι νυμφίω γυνή.

Id est, ad uerbum,

Domina enim seni sponsa uxor.

Quod & ex Euripide in Phœnice repetit Stobæus Serm. 69. Et Quintilianus, si is est (quod nondum credimus) in ea declamatione, cui titulus est, Cæcus in limine: Genus (inquit) infimae seruitutis esse, senem maritum. Ideo & paulò post, eandem, quae seni nupserrat, uxorem & dominam appellat.

30 ¶ Nec est, quòd sibi in ea re blandiri debeant senes, Auroram adamasse Tithonum senem, dicente Propertio lib. 2. ad Cynthia:

Senium pro tadio, molestia, odio.

Senectus odiosa. Sordida canities.

Et turpis. Ualeat donatio facta à fenioem marito uxori iuueni.

Femina iuuenes senum amplexus resugunt.

Femina iuuenes mortem maritorum senum cupiunt. Uxores senum maritorum, concubitus aliorum expetunt.

Uxoribus iuuenum in senes maritos imperium.

Aurora senem Tithonum adamauit.

At non Tithoni spernens Aurora senectam,
Desertum Coa passa iacere domo est.
Cum sene non puduit talem dormire puellam,
Et cana totiens oscula ferre comæ.

Et paulò post:

Semel, vicini
ad penè nunquam
Venus cur cū
Anchise sene
sciente concu-
bit.

31
Senum marito
rum zeloty-
pia comes per
petua.

32
Prouerbiū
reiciendum.

33
Anus cum iu-
uene improba-
tum matrimo-
nium.
Vt uetuli cum
puella.

34
Iuuenes mari-
tentur, ante-
quam scortari
didicerint.

35
Astrorum ui-
mulieres ma-
ritos sene, for-
tiantur &
contrā.

36
Qua etate
matrimonium
incundum sit.
Legum & Ca-
nonum in cam-
rem prescri-
pta etas.
Aetas feminis
genitalis.

Id enim fabulosum, & ex cōmento fuisse à Propertio, vnde cūque causam suam muniente, con-
fictum potius dixerim, quàm verum: aut si verum fuit, id certè, quod semel tantum vsu euenit,
perihè esse, ac si nunquam. Nam, vt inquit Asconius, Semel vicinum est ad penè nunquam, vt
dicit Celsus noster, Ex his quæ fortè vno aliquo casu accidere possunt, iura non constituuntur.
I. ex his. ff. de leg. Nam quod legitur Venus cum Anchise iam senescente coiuisset, vnde Acneam
ipsa peperit, non tam ex amore illius fecit, quàm quòd ab oraculo accepisset, fore, vt deleto Tro-
ianorum imperio, Anchisidæ imperaret: vt à Michaële Byzantino in Violario est scriptum. Cæ-
terum sunt quædam mulieres, quæ lege & vi astrorum libentiùs cum senibus coeant, quàm cum
iuuenibus, si credimus Iulio Firmico lib. Matheseos 7. cap. 18.

¶ Adde & aliud maximum incommodum, etiam si superiora desint, quod ex huiusmodi matrimo-
nii virorum seniorum cum puellis procedit: nempe perpetuam ipsorum virorum zelotypiam.
Quam videmus omnes quotidie, & vidit Lycurgus ille sapientissimus Lacedæmoniorum Legis-
lator apud Xenophontem in Laconum republica, vbi hæc de eo scribit: ἔγε μὲν τοι συμβάλλη γε-
ραῖω νέαν ἔχθη, ὅρων τὸς ηλικιότας φυλάττοντας μάλιστα τὰς γυναικας, τ' ἀναντία καὶ τὸς ἐνόμισε,
τῷ γὰρ πρεσβύτῳ ἐποίησεν ὁποῖς ἀνδρὸς ἢ σώμα ἢ ψυχὴν ἀγαθέμ, τῶν ἐπαγομένων τεκνοποιή(αδ).
Id est, Et si quidem contigerit, vt fenex quispiam vxorem iuniorem ducat, videns huius ætatis
homines maximè asseruare vxores, huius quoque rei cōtrarium constituit. Sanxit enim, vt cuius
viri corpore animoq; senior ipse magis caperetur, eo adducto ad vxorem, prolem ex eo suscipere-
ret. Quantum autem zelotypia viros torqueat, si quando eis contigerit, alibi fortè dicemus.

¶ Proinde, vt id caput concludamus, reiciendum est modis omnibus antiquum illud Prouerbiū
à Diogeniano in collectaneis memoratum, αἰ γέροντι νέαν ἐπίβωλε νόρῳ. Id est, Semper seni iu-
uenculam subiice: quo moneri videmur, vt seniores viri puellam ducant, magis quàm anū, ne
si frigus accesserit frigori, languente Venere steriles existāt nuptiæ, nisi malimus huiusmodi pro-
uerbiū ad alium vsū trahere, cum Erasmo in tertiæ Chiliadis centuria 5. cap. 91.

¶ Superioribus tamen annectendum Græcum Epigramma Leonidis ex 2. lib. Epigrammatū Græ-
corum, quo æquè improbat matrimonium anus cum iuvene, & vetuli cum puella:

Ἐρῆσιν ἔγχε φιλίνος ὄτ' ἦν νέος ἄνθρωπος ἄριστος,
Δωδέκῃ τιν, παρὶς δ' ὄμοιο δ' ἐπέσθῃ.
καὶ γὰρ ἄπαις δ' ἐμὲν τὸτε σπείρω ἐς ἀνεργα,
Νῦν δ' ἐτέρως γήμεις ἀμφοτέρω ἔρεται.
Nupst anus iuueni, vetulo tibi iuncta puella est.
O nimium ex omni tempore inepta Venus.
Aut aliis ducis, sterili vel conseris agro:
Coniuge nec frueris, nec frueris sobole.

Id est, vt vertit Alciatus noster:

¶ Diuus autem Chrysostomus in Epistolam Diui Pauli ad Thessalonicenses priorem, Homil. 5.
monet, vt iuuenes antequam scortari didicerint, connubiali iugo subiiciantur. Nam si semel se-
meretricibus addixerint, statim in pristinam relabi petulantiam. Et longè ante illum D. Ignatius,
ὄς νεώτερος ἐπίτρεπε γαμήν πρὶν διαφθαρεῶσι ἐς ἐτάρας. quibus etiam significatur, iunioribus
nuptias esse contrahendas, antequam meretricis amoribus implicentur. Quod & ex eo repetit
Antonius ille Monachus Melissæ lib. 1. cap. 14.

¶ Nec tamen hinc discedendum putauimus, priùs quàm Lectores illud admonuerimus, vt sicuti
mulieres quædam vi & potentia astrorum concubitum senum appetunt, vt diximus suprā nu. 29.
ita etiam quædam eadem vi huic fato sunt obnoxia, vt vel iuuenes cum maritis senibus, vel anus
cum iuuenibus matrimonio copulentur. Nam cū Sol in altera quarrarum duarum orientalium
extiterit, scilicet in figura, in iuuenta viro seni desponsabitur, vel in senectute iuuenem maritum
accipiet. At si in altera duarum occidentalium extiterit, tardè marito coniugabitur, vel in prima
iuuentute seni desponsabitur: vt scribit Claudius Ptolemæus lib. 4. Quadripertiti, cap. item 4. vbi
& alia huiusmodi multa tradit, quæ ibi, si libeat, videbis. Præter hæc, vide etiam ea, quæ dixi suprā
num. 6. mirum est autem.

¶ Sed iam nunc dicendum est, qua potissimum ætate vir & mulier matrimonio se debent addice-
re. In qua re, sicuti inter omnes conuenit, mulierem iuniorem & ætate tenera, virum quoque nō
ætate defecta esse debere: ita & in annorū numero palàm dissentiunt. Prisci illi Romani virgines
duodennes, & iuniores etiam nuptui tradebant. Sic enim maximè & corpus & indolem puram &
illibatam viro præstari posse tradit Plutarchus in cōparatione Lycurgi & Numæ Pompilij. Sed &
Leges nostræ & Cæsareæ, & Pontificiæ viro annū 14. vt sit idoneus matrimonio, assignarūt. Mu-
lierum verò esse nubilè, & viro maturā tradiderūt, quæ 12. annos nata est. Quod tempus leges in
eam rem præscripserunt, quoniā ferre semen incipit homo circiter annos bis septē, vt dicit Arist.
li. 5. de Natura animal. c. 14. vbi subdit, quòd vim genitalem recipit circa annos ter septē. Priùs enim
dixerat, quòd semē nō simul incipit excerni, & posse generare: sed vis illa prolifica postea accedit.

¶ Quan

37 ¶ **Qu**anquam legimus ante hos annos mares liberos genuisse, fœminas peperisse. Refert enim
Alber. Rosa. in suo Indice, in verbo, matrimonium. l. 2. puellam nouem annorum peperisse. D. au-
tem Gregorius in suo Dialogo scripsit puerum nouem annorum suam nutricem grauidam red-
didisse, vt refert glo. in Summa. 2. o. q. 1. & ibi etiam Archid. atque Hosti. & Ioan. And. in cap. vlt. de
eo qui cog. con. vxo. suæ. Hosti. in summa, tit. de pœnit. §. cui confitendum, vers. qui pueri. Io. And.
Pan. & alij, in c. j. de delict. puer. & idem Ioan. And. in c. puberes. col. 2. & ibi etiam Pan. de despon.
impub. & Bart. in tract. differ. iuris Canonici, & Ciuilis. Ang. conf. 2. 53. visis statutis. ante fin. Petr.
Anch. in c. si pater. col. 7. vers. in matrimoniis. de testam. lib. 6. Domi. conf. 2. 4. quia difficilè. col. iij.
Alex. & Ias. in l. pupillari. vterque col. vlt. ff. de vulg. & pupil. ipse Alexan. in l. 2. col. 3. vers. sed licet
Doct. ff. de vulg. & pupil. & Barb. in proœ. Cle. §. nulla. col. vlt. Iason in l. moribus. quæ est 2. col. 4.
illo tit. de vulg. & pup. **Qu**anquam in dialogo Gregorij istud omnino non reperitur, vt etiam as-
serunt Card. Flor. & Ioan. Ana. in d. c. j. de delict. puer. Et de alio quoque annorum decem retulit
D. Hieronymus ad Vitalem, in hæc verba: Domino, inquit, teste, non mentior. **Qu**ædam mulier-
cula cūa expositum nutrifer infantem, & instillaret cibos, ac nutricis officio fungeretur, cubaret-
que cum ea paruulus, qui vsque ad x. iam peruenerat annum: accidit vt plus quàm pudicitia pati-
tur, se mero ingurgitaret, accensaque libidine obsecans motibus ad coitum duceret infantē. Pri-
ma ebrietas alterius noctis, & cæterarum deinceps fecit consuetudinem. Necdū duo menses fue-
rant, & ecce fœminæ vterus intumuit. Sed & in eadem quoque epistola planè dilucidè; ostendit
ex annorum computatione Solomonem & Achaz reges, cū essent 11. aut etiam x. annorum, fi-
lios genuisse, illum scilicet Roboam, hunc Ezechiam, & ipsos reges. Cuius etiā rei meminit Ioa.
And. in d. c. vlt. de eo, qui cog. conf. Quo in loco Hosti. idem scribit contigisse puero x. aut 11. an-
norum in castro sancti Michaelis, in diocesi Siscarien. Legum igitur conditores id in ea re, sicuti
aliàs semper, considerauerunt, quod frequentius & in pluribus vsu euenit. Nam aliàs natura legē
facere non potest, vt dicit Hieronymus in eo loco, quem citauimus.

38 ¶ **E**t ideo quamuis leges præsumant esse puberes, & maturos nuptiis, marem scilicet in quatuor-
decim annis, fœminam in duodecim, & ex hac præsumptione legem statuunt: tamen ex Pontifi-
cum Decretis contrarium probari potest, & si comperiat, valebit matrimonium antè contractū,
per c. de illis, & c. vlt. de despon. impu. Quare autem fœminæ citius existimentur, sint ve citius pu-
beres, & nuptiis idoneæ, quàm masculi, Macrobius rationem nostris incognitam adfert lib. 1. de
Somnio Scipionis, cap. 6. videlicet fœminas propter votorum festinationem maturius biennio le-
gibus liberari. Ego verò id naturæ profus a signo, quæ mulieres citius admouet generationi, ve-
luti naturæ inferioris: vt exilia poma celerius maturescūt, robusta ferius, vt dicit idem Macrobius
lib. 7. Saturnalium, cap. item 7. Et vt scribit Theophrastus de Causis plantarum lib. 4. c. 9. & iterū
ca. 11. Quæ infirmiora sunt, ea facilius celeriusque perficiuntur. A quo non longè abhorret, quod
scribit Plinius libro 7. cap. 4. & ante illum Aristoteles libro 7. de Historia animalium, cap. 3. fœmi-
nas celerius gignere, quàm mares, sicuti & celerius senescere. Ex quo Zcuxis pictor Agatharcho
etiam pictori se de pingendi celeritate iactanti cū ipse durius immoraretur operi, ita respondit:
Diu pingo, quia pingo æternitati: citò nata, citò pereunt, diu elaborata ferunt ætatem. Beta
citò nascitur, buxus paulatim. Autores cū alij plurimi, tū Plutarchus in li. de Amicitia in multos
diffusa. Et hoc quoq; è nostris optimè intellexit Bar. in l. 2. C. de his qui veni. æta. impe. vbi dicit,
quòd mulier, cū sit breuioris vitæ, ideo citius perficitur, vt contingit in omnibus animalibus.
Quod & ipsum ex Aristot. est. lib. 4. de Generatione animalū, c. 6. Sed & id quoque videmus in
virgultis & arboribus, vt ipse subdit: quod & asserit Columella in lib. de arboribus, c. 3. non semel:
& ante eum Theophrastus de Causis plantarum lib. j. c. ix. Et eandem penè rationem scripserunt
Host. & Ioan. And. in c. literas. de despon. impub. Bald. in l. qua ætate. ff. de testa. Panor. & Cardin.
Alex. in c. vbi non est, eo. tit. & Philip. Fran. in rub. de testa. lib. 6. col. 3. vers. & quæritur primò.

39 ¶ **P**ossunt ergo ex nostris legibus, vt iam satis dictum est, matrimonium contrahere mares anno
14. fœminæ 12. Sed qua tamen potissimum ætate id debeat vterque facere, leges ipsæ non decer-
nunt. Illud tantum scriptum reliquerunt, filiam posse se inconsulto patre matrimonio collocare,
si pater eius nuptias distulerit, vsque ad vigesimum quintum annum, veluti senserint, fœminam
intra tempus illud esse nuptui tradendam. tex. est in Auth. sed si post. C. de inoffic. testam. & in §.
causas. vers. si pater. in Authen. vt cum de appel. cog. & glo. in c. de raptoribus. in verbo, excusata,
xxxvj. quæst. j.

40 ¶ **A**libi autè est tex. in §. generaliter. vers. nouimus enim, in Auth. de tempor. non sol. pec. sup. dot.
quòd quæ nouum velocissimè festinant matrimonium contrahere, non minùs tamen, quàm quin-
decim annos expectant: & ibi Accurs. scribit forte verum esse de consuetudine. Et alibi videlicet
in §. j. in verbo, viripotentes. Inst. de nupt. dicit, quòd ille tex. consuetudinem frequentiore[m] ho-
minum ponit, tanquam id plerunque homines obseruent. Et hæc sunt, quæ reperi in legibus Ro-
manis, quæ extant. Socrates autem apud Casiodorum lib. j. Historiæ, quam Tripartitam vocant,
cap. 9. scribit, apud ipsos Romanos olim legem fuisse, arcentem à priuilegiis habentium vxores,
eos qui annum vigesimum quintum nacti, vxores nondum duxissent: tanquam scilicet intra illā
ætatem, aut in ea ipsa viri, sicuti & de fœminis diximus, vxores debeant ducere.

41 ¶ **A**scraus autem poeta, nunquam satis laudatus, viro trigessimum annum, mulieri decimumquin-

Puella nouem
annorum pe-
perit.
Puer nouem
annorum nu-
tricem impræ-
gnauit.

Alter puer x.
annorum idem
fecit.


Solomon 10.
aut 11. annor.
genuit Ro-
boam. Achaz
eiusdem æta.
Ezechiam
genuit.

Fœminæ cur
citius pube-
scant.

Citò nata ci-
tò pereunt.
Mulier ut est
breuioris vi-
tæ, ita citius
perficitur.

Filiarum nup-
tiæ non diffi-
rende ad 25.
annum.

Iterum de æta-
te contrahen-
di matrimo-
nium.



ro 30. annum
foemine 15. co
stituit.

tum ad matrimonium constituit. In hanc enim sententiam ita cecinit libro 2. eius operis, quod inscribitur, Opera & dies:

ὥρα ἢ γυναικα τὸν πρὸς δίκον ἀγαθῶν,
μη τε πρηνόων ἐτέων μάλα πόλ' ἀπολείπων.
Μητ' ἐπιθείς μάλα πολλὰ γάμοι δέ τοι ὄρι' ἔτ' ἔτ'.

Id est,
Aetate matura uxorem domum ducito,
Neque multo maiorem natu triginta annis,
Neque multo minorem. Ista enim tempestiua sunt nuptia.
Virgo autem pubescens anno decimoquarto, nubat decimoquinto.

Xenophon So
craticus.

Cui quantum ad mulierem, subscripsisse videtur Socraticus Xenophon, qui in Oeconomico in ducit Ischomacum, quem in Oeconomia imitandum proposuit, cum Socrate differentem, vxorē se quinque & decem vix annos natam duxisse. Quantum ad virum autem, huic concinit, quod ab Aetio traditum est Terrabib. 4. Sermone 4. cap. 26. Aetatem vel iuniorem vel prouectiorem conceptionem impedire. Ideoque primū pubescentes à Venere prohiberi debere. Ita vt vir 30. annum, mulier decimum octauum attingat.

Aetius Medici
cus.

42
Lycurgi de
hac re lex.

¶ Lycurgus, cuius cultis legibus Lacedaemoniorum respublica floruit, neglectis, euersa est, non certam in ea re aetatem (quod apud antiquos scriptores me legisse meminerim) definiuit. Illud tamē statuit, vt nemo pro voluntate vxorem duceret, & non, nisi cum in adultam aetatem peruentum iam esset, nuptias celebraret. Id enim plurimum fecūditati ac robori conducturum. Autores Xenophon in Repu. Lacedaemoniorum, & Plutarchus in Apophthegmatis, atque etiam in Vita ipsius Lycurgi: qui & in comparatione ipsius Lycurgi, & Numae Pompilij, scribit Lycurgum virgines maturas & virorum appetentes suis legibus desponsasse, quo tum congressus, appetente natura, gratia sit beneuolentięque principium magis, quā odij ac metus aduersus viros, si antetēpus violenter comprimantur. Tunc enim corporibus robur inest ad conceptus, partusque dolores perferendos: perinde atque ob aliud nihil illa nuberent, quā ad sobolem procreandam. Romani autem (inquit) duodecim annos natas, & iuniores etiam, illas nuptui tradunt. Sic enim maximē & corpus & indolem puram & illibatam viro praestari posse existimant. Itaque illam quidem Lycurgi sententiam ad procreationem prolis magis sequi naturam: hanc autem Romanorum consuetudinem ad vitæ contubernium moribus formandis accommodatiorem esse.

43
Solonis de
eadem re
sententia.

¶ Solon alter Legislator, sed Atheniensium, ea Elegia, quam de decem hominum aetatibus conscripsit, quintū septenarium (is est trigesimus quintus annus) nuptiis assignauit, apud Philonem Hebraeum lib. 2. de Mundi opificio. Eam Elegiam Lilius Gregorius Latinitate ita donauit:

Impubes & adhuc infans, cum septa molaris
Educat primū, se ptimus annus erit.
Cūque alios septem Deus huic perfecit annos,
Apparent pubis mollia signa noua.
Tertia mox vestit tenera lanugine malas,
Heu nimis aetatis flos citò praeiens.
Iam iuuenem virēs q, facit tibi septima quarta:
Virtutis profert certaque signa viri.
Coniugis aetas maturum quinta ministrat
Natorum, & quibus est posteritatis amor.
Sexta homini mentem cunctos adducit ad vsus,
Qui queat ingenio rebus adesse suis.
Septima mente valet, valet & lingua, & simul isti
Octaua, ambae annis quattuor atque decem.
Nona aetate etiam magē mollia dicere quibit
Virtutem ad magnam lingua etiam & sophia.
Si quisquam ad decima mensuram exegerit annos,
Intempestiuam non habet ille necem.

Cuius aetatum diuisionis per hunc septenarium numerum à Solone facte, meminit etiam Ceforius in li. de Die natali: sed versus eius non adscripsit. ¶ Plato autem ille Philosophorum facile princeps, ad finem li. 6. de legibus, ita de hac re loquitur: Nuptiarum tempus sit puellae à sextodecimo anno in vigesimum: idque sit longissimum tempus ad hoc institutum: masculo à trigesimo ad quintum & trigessimum. Sed & idem lib. 4. eiusdem operis, eam legem sanxit, vt vxorem quisque à trigesimo anno ad trigessimum quintum ducat. Si non duxerit, pecunia mulctetur & infamia. Idem autem lib. 5. de Repub. Mulier à vigesimo aetatis anno incipiens, vsque ad quadagesimum pariat: vir autem postquam acutissimum sui cursus vigorem transierit, ab anno scilicet trigesimo vsque ad quintum & quadagesimum procreet. ¶ Ceterum Aristoteles, ipsius discipulus, non longè ab eo discedens, maribus circa trigessimum septimum annum, puellis circa 8. nuptiarum tempus praescripsit. Aristotelis verba subnectere placuit, ex quibus facile dignosci poterit ea aequalitatis ratio, quā in aetate viri & vxoris requirimus. Ea sunt Graecè scripta in hanc ferme sententiam ex li. Politicōn 7. c. 16. Circa cōiugia prouidere debet

44
Et Platonis.

45
Aristotelis
de eadem re
sententia.

debet Legislator, qua aetate & cuiusmodi existentes, sunt in matrimonium copulandi. Hoc autem instituere oportet, inspiciendo ad ipsos, & ad vitæ tempus, vt aetatibus in idem tempus concurrant, nec discrepet generandi potentia. Viro autem generare adhuc valente, si mulier ipsa concipere non possit, vel muliere quidem ad concipiendum apta, & vir ipse non possit, lites & discordia inter ipsos oriuntur. Ad filiorum quoque susceptionem est inspiciendum. Oportet enim, ne nimis distent ab aetate parentum: quoniam nec ipsi senioribus gratiam referre vllam possunt, nec parentes filius alimenta praestare. Nec etiam nimis proximi accedere debent filij. Habet enim hoc turbationem non paruam. nam minor futura est reuerentia huiusmodi filiorum erga genitores, vt pote qui quasi sint aequales: & circa gubernationem domus querelae ex ista quasi paritate solēt prouenire. Insuper & vnde cepimus eō perueniamus, vt corpora natorum sint secundū Legislatoris voluntatem, ferè quidem haec omnia proueniunt per vnam diligentiam. Nam cum sit finis gignendi vt plurimū viris septuagesimus annus, mulieribus autem quinquagesimus: ita coniugandi ab initio sunt, vt aetatibus ad hunc finem concurrant. Est autem adolescentium coniunctio improba ad filiorum procreationem. In cunctis enim animantibus iuueniles partus imperfecti sunt: & foeminae crebrius, quā mares, & parua corporis forma gignuntur. Quocirca necesse est, hoc idem in hominibus prouenire. Huius autem coniectura fuerit, quod in quibuscunque ciuitatibus consuetudo est, adolescentes mares puellasque coniugari, in eisdem inutilia & pusilla hominum corpora existunt. Praeterea in partu magis laborant puellae, ac pereunt plures. Ex quo responsum oraculi Troezenis datum quidam existimant, ὡς πολλῶν διαφθειρομένων δια τὸ γαμίσκειν τὰς νεωτέρας, veluti ea causa multis pereuntibus propter immaturitatem nuptiarum. Ad continentiam quoque vile est, nuptias fieri seriores: intemperatioribus enim esse videntur, cum puellae Venere assuescunt, ac masculorum corpora impediuntur crescere, si adhuc augente corpore rei Venere intendant. Nam eius rei quoddam est determinatum tempus, quod multo ampliùs excedit. Quapropter puellas quidem circa aetatem 18. annorū nuptui tradere congruit: masculos verò circa aetatem annorum 36. aut paulò circa. In hoc enim tempore & vigentibus corporibus coniunguntur, ac procedente tempore simul aptè desinent procreare posse: & filiorum successio partim erit ab initio eis aetate vigentibus, si rectè procedit statim generatio: partim verò dum iam aetas vergit ad annum septuagesimum. Haec maximus Peripateticæ sectae conditor.

46 ¶ Ex cuius auctoritate aequalitatem in aetate coniugum non ita accipi volumus, vt sint eiusdem per omnia aetatis, sed vt pariter atque eodem tempore desinant posse generare: quod is ita demū fieri autumat, si mas foeminam 20. annis, aut paulò plus minùsue praecedat. Nam & iustam aequalitatem aetatis in vtroque alij quoque non recipiūt. Euripides enim in Aeolo, apud Stobaeū Serm.

Aequalitas
coniugū respice
in finis cōstima
deranda.

69. haec in eam sententiam scribit:
καλὸν γυναικα πρὸς νέαν ζῶσαι νέον.
μακρὰ γὰρ ἰσχύς μακρὸν ἀφ' ἑνῶν μείνει,
Θηλείας δ' ἡβῆ θάσσον ἐκλείπει δέμας
Id est,
Malum est, iuuenem uxorem adolescenti coniungere.
Diuturnior enim est marium vigor,
Foemineum verò corpus citius pubertate destituitur.

47 ¶ Sed quod dicit Aristoteles, quinquagesimum annum gignendi finem esse mulieribus, 70. autem maribus, idem asserit ipse Aristoteles lib. 5. de Natura animalium, c. 14. vbi tamen subiungit id ratio contingere, vt ad eam vsque aetatem possint generare: sed magna ex parte quintum, & sexagesimum annum finem generandi maribus esse, foeminis quintum & quadagesimum. Quinetiā quod de quinquagesimo anno mulierum dictum est, hoc & probant leges nostrae, in l. si sterilis. ff. de act. empt. & ven. & l. si maior. C. de legit. hære. in quo loco dicunt Fulg. & recentiores, quod ad probandum, mulierem ea aetate peperisse, requiruntur probationes euidentiores. & refert ibi Ang. quod Henricus Imperator, cuius vxor ea aetate conceperat, voluit vt ea palam pareret, quod omnem suspicionem occasionem tolleret, & de hoc quoque multa Soci. conf. 126. visum fuit. col. 2. lib. 3. Idq; etiam asserit Plin. lib. 7. c. 14. Dionysius Halicarnassensis li. Antiquitatum Romana. 4. Ad id verò, quod dicit de concubitu, & liberis parentum iuniorum, quadrat quod scribit ipse Aristoteles eo libro 5. de Natura animalium, c. 14. Nouellorum in omnibus animalium, generibus primam emissionem seminis aut infœcundam esse, aut si fecunda sit, imbecilliora tamen generare. Tacitus de moribus Germanorum, Sera, inquit, Venus, eoque inexhausta pubertas: nec virgines festinantur. Eadem iuuenta, similis proceritas, pares validaeq; miscuntur, ac robora parentum liberi referunt. Et ante illum Cæsar lib. 6. Belli Gallici, Germani, inquit, ante annum vigesimum foeminae notitiam habuisse, in turpissimis habent rebus. Ex quo satis constat, apud eos non licuisse vxorem ducere intra annum vigesimum.

Foemine ad
50. annū, ma
res ad 70. gi
gnunt.

Germanorum
mos.

48 ¶ Nec erit intempestiuum, Stagiritani Philosophi rationibus adicere, quæ Albertus ille Magnus, mirandūque in Physicis rebus, de aetate ad generandum idonea scribit, & ea quidē scitè, licet minùs elegāter. In li. enim de animalibus 5. tract. 2. c. 1. In homine (inquit) est exitus, & descensus spermatibus post completionem duorum septenariorum: sed sperma adhuc est modicū, tenue, & aquosum: Conueniens autem est, & bonum, in tertij septenarij complemento. Tunc enim vt frequentius stat longitudinis diameter, & corpus incipit spissari secundum diametros latitudinis & profundita

Ex Alberto
Magno, aetas
ad gignendum
idonea.

funditatis: & ideo etiam tunc sperma spissius, & glandulosius efficitur, eiusque calor efficitur calidior, superflua in ipso exiccata humiditate: propter quod conuenientius est ad generandum. Et in eodem capite, multis interiectis: Homo masculus, circa 30. annos habens semen perfecte maturum, potest generare ad 70. annos: & raro in valentioribus exteditur hæc virtus vsq; ad 80. Sed post hoc est labor, & dolor, & non est aliqua virtus generationis, licet coeat. Mulier autem concipit, & parit, vsque ad ætatem 50. annorum: & hoc raro accidit. In paucis enim accidit mulieribus. Inuenta est tamen mulier temporibus nostris in Germania, cuius primogenitus excessit vltimogenitum, spatio 40. annorum. Quod autem frequentius accidit in viris, est quod generant vsque ad 60. vel vsque ad 65. annos. Et mulier valida consuevit esse ad partum, vsque ad 40. vel vsque ad 45. annos, qui sunt duo arcus minorum coniunctionum Iouis, & Saturni, vel parum plus. Idem rursus lib. 9. trac. 1. c. 2. Sperma (ait) conueniens generationi est illud, quod est sufficienter decoctum: & hoc est, quod in tertio distillat septennio, hoc est, in anno 21. à natiuitate generantis. Ante hoc enim tempus vt in pluribus non est sperma completè habens virtutem generandi perfectum aliquid in genere humano: quia quamuis in minori ætate parentum generentur fortè ex spermate eorum: tamen id quod generatur, fit debile, & infirmum, non complens periodum humanæ vitæ. Et post pauca: Vt in pluribus autem, mulieres post tria septennia, conuenientes efficiuntur ad partum, eò quod corpora earum mollia in tanto tempore maturantur, quod tunc est quantitas spatij coniunctionis Iouis, & Saturni, & vnus anni solaris: quia in quantitate temporis coniunctionis duarum superiorum stellarum, infunditur perfectio corporibus indiuiduorum perfectorum: & hæc perfecta virtus infusa per vim Solis, per signorum circuitum reducitur ad agendum, & adunatur virtus eius, vt sit efficacior: quoniam licet fortè aliquis natus non nascatur in coniunctione Iouis, & Saturni, & ideo annus 20. non terminetur ad iteratam earundem stellarum coniunctionem: tamen in tanto tempore quantitatem rursus vnus coniunctionis perficiunt super generata, & ideo sunt perfecta. De istis tamen in Astronomicis est reddenda ratio. Sed hæc dixisse ad præsens sufficit, quod in 21. anno perfecto, matura est ad concipiendum mulier, & quæ antè concipit, immaturatè concipit, ante tempus videlicet maturi feminis: viri autem indigent maiori tempore, quam sit istud, quoniam corpora eorum sunt calori magis resistentia, & ante tempus illud, quo perfecte matura sunt corpora virorum, est sperma eorum subtile & aquosum: & tale sperma non est aptum generationi perfecti in genere humano. Sed oportet, quod sperma sit glandulosum, & grandinosum, quando tangitur, hoc est, quod sit quasi compositum ex glandulis, & partibus grandinis mollibus: quia tunc in spissitudine eius potest contineri fortis, & multus spiritus, cum virtute formante perfectum, & vigorosum partum. Qui spiritus cum virtute sua, neque est in subtili spermate: & si esset, euaporaret. Tale autem sperma grandinosum, non est in corpore viri, nisi iam sit desiccatum calore iuuentutis, & confortatum, & inspissatum, & exiccatum iam in seipso ab humore ætatis puerilis. Hactenus ille.

49
Aliorū de eadē re sententia. Abraham uxore annis 10. senior.

¶ Non desunt tamen, qui dicant, estque nostra ætate vulgi opinio, satis esse, si vir mulierem annis decem antecedit. Qua in sententia fuisse videtur Abraham ille, vnus idemque primus ex Patriarchis, quem tradunt sacræ literæ annis tantum decem fuisse Sara vxore antiquiorem, vt aperte colligitur ex Genes. c. 17. vbi Abraham ipse ita loquitur: Putasne centenarius nascetur filius, & Sara nonagenaria pariet? Quod & annotauit Origenes Adamantius in vndecima, quæ scripsit in Genes. Homilia, paulò post initium. Qua autem ætate Abraham esset, cum Sarâ vxorè duxit, quæve ætate Sara quoque ipsa tunc esset, non legimus. At illorū filius, & nepos scilicet Isaac, & Esau quadragenarij vxores duxerunt, Genes. c. 25. & seq. sed qua ætate vxores eorum tunc erant, non scribitur. Nec tamen omittemus, quod Rabbini ille, cui nomen fuit Bag. Bag. magni apud Hebræos nominis, inter plurima documenta illud quoque adscripsit, vt decem & octo annos natus filius vxorè duceret, ad vitandâ scortationē. Cuius rei nos admonuit ornatissimus olim nostræ decuriæ præses, nunc sacratissimus Niuernorum Episcopus, quem hic honoris gratia nomino. Nec quod Tarcinius ille Priscus Romanorum rex, omnium rerum experientissimus, vxorem duxit quinquennio tantum se iuniorem: vt tradit Halicarnas. lib. 4. si fortè hac in re exemplis ducamur.

50
Aristoxeni sententia de tempore coeundi.

¶ Nec interim omitendum censuimus, quod ad confirmationem eorum, quæ supra diximus de iuniorum Venere & prolificatione, scripsit Aristoxenus Pythagoricus in Florilegio Stobæi c. 99. Græcè quidem, sed in hunc sensum, ex translatione Conradi Gesneri: in vniuersum quidem cauendam esse præcocem Venerem. Nam neque in plantarum, neque in animalium genere, quæ præcocia sunt, secunda fieri, sed certo tempore ad fructificandi facultatem preparari, quod corpora ipsorum roborata & perfecta, semina & fructus proferre valeant. Multas autem res esse, quas seriùs didicisse præstaret: quale & opus venereum est. Quapropter oportet pueros ita corporibus exerceri, & occupari, vt non modo Venerem non quarant, sed, si fieri possit, intra vigesimum annum prorsus ipsam ignorent. Quin & ea ætate rara Venere vtendum esse. Hoc enim & ad parentum, & ad generandæ prolis bonam habitudinem multum conducere.

51
Iuno ætate grandior Ioane marito.

¶ Ex his autem, quæ supra diximus, facile intelligis, omnium sententia, virum ætate vxorem præcedere debere. Quanquam Homerus testis est libro 4. Iliados, Iunonem fuisse Ioue marito, naturam grandiore. Ita enim loquentem facit ipsam Iunonem,

Καί με πρεσβυτάτω τέκετο Κρόνῳ ἀγκυλομήτης

ἀμφό

ἀμφότερον γενεῖ τε, & quæ sequuntur.
Cui concinens Ouidius lib. 6. Fastorum, hæc eam dicentem quoque inducit:
Si genus aspicitur, Saturnum prima parentem
Feci: Saturni fors ego prima fui.


Vt non sine magno ac insigni exemplo nonnulli hodie ducant vxores annis se maiores. Legibus autem Cretenfium viri eiusdem ætatis vxores capiebant, vt scribit Strabo lib. x.
¶ Ego verò (vt tandem redeam, ac caput hoc concludam) magis accedo Aristoteli: cuius autoritas, cum in omnibus, tum verò maximè in rerum naturalium cognitione, omnium est maxima. Ideòq; Ang. noster con. pe. Sanctissima, & illustrissima domina, illum principem Philosophorum non iniuria appellat. Quin & Iurisconsultus Iulianus haud grauatè illum testem citauit, in l. si pater. ff. de solut. Proinde & cæteris legibus hanc adiungemus,

Aristotelis autoritas.

Sexta Lex conubialis.

VIRGINES, EASDEMQUE PVELLAS VXORES DVCVNTO.
VIDVARVM VERO, ATQVE SENIORVM, NVPTIAS FVGIVNTO.
SENIORES TAMEN VIRI VXORES IVNIORES NE DESPONDENTO.
SED AEQUALITATEM EA IN RE, VT IN CAETERIS, SECTANTOR.
VERVM EAM NON ANNIS, SED GIGNENDI FINE, METIVNTOR.
DENIQVE MARES XXVI. PVELLAE XVIII. ANNORVM, AVT CIRCI-
TER, NVPTIIS ADDICVNTOR.

IN SEPTIMAM LEGEM CONNV-
BIALEM, GLOSSÆ PRIMÆ
PARS SEPTIMA.



ED penè excidit, quod fortè primo loco monere debuimus, vt videlicet vxores nobis deligamus, quæ probis honestisque parentibus natæ sint, atque etiam ex patria, quæ foeminas humiles, & pudicas ferre solet. Nam quod ad parentes pertinet, eius rei nos satis monuit noster Iuris interpres, quæ summum in Gallia magistratum gessisse nonnulli, sed erranter quidem, ferunt. Is est Io. Fab. qui in rub. Insti. de nup. inter cætera, quæ (sicuti alibi diximus) ei esse præcipuè attendenda monet, qui se matrimonio mancipare voluerit, illud non prætermittit, vt vxorem ducat boni, pacifici (vt ipse loquitur) & fidelis generis: quia vt plurimum videmus (quemadmodum & ipse dicit) non solum labem sanguinis, sed & morum quoque, ad posteros deriuari.

Vxores bonis parētibus, & natione non infamata eligendæ.

¶ Quæ sententia certè verissima est. Nam tamen sua cuique mens est, diuino creata arbitrio, pleæque tamen sunt animi vires, quæ simul cum corpore à parētibus transfunduntur in filios. Sic enim natura comparatum est, vt cum Ficino loquamur, vt corpus, & anima proportionem quadam harmonica congruant, motusque corporis in animam, si cuti & animæ in corpus (quod Medici adstruunt, & alibi in nostro tractatu Nobilitatis, quo in loco de Medicina differimus, latè comprobauimus) facillimè, & vehemensimè penetrant. Ideòque quanquam non educitur anima filij, aut à corpore parentis, aut ab anima, ex orthodoxorū sententia, vt & nos alibi latius diximus: tamen corpus tale, & cum tali quadam procliuitate, à tali quodam corpore parentis educitur. Sic vuas acerbis comederunt patres, & dentes filiorum obtupuerunt, vt scribitur Hiere. 30. c. Porro procliuitatis illius corporis anima ob cognationem quandam affectumque erga corpus propriū, particeps quodam modo redditur, præsertim secundum vim eius inferiorem, qua corpori propinquat, multumque consentit. Deinde vis superior animæ naturali quodam amore, inferiori sæpe obsequitur ferme, sicut illa corpori. Obsequitur (inquam) ferè similiter, sed non equè. Motus enim, qui in anima actio est: fit in corpore passio: qui in corpore passio est, fit in animo sensus, atque cōpassio. Adhæc filij ipsi parentum præceptis imbuti, ad eorum consuetudinem morèque deducuntur. Nam cum omnia adolescentes, quæ oculis excipiunt, simiarum instar imitentur, fit sanè, vt quæcunque à parentibus maximè, quorum præsentior est, & assiduior conuersatio, fieri viderint, ad vnguem etiam facere nitantur, & sese assuefaciant: assuefactique demum (tanta est vis consuetudinis) perpetuò ita, vt primò imbuti fuerint, quasi secretiore quadam vi agente, perseverant: vt eleganter scripsit ille educationis liberorum præceptor eximius.

Parentum mores in liberis deriuantur.

¶ Propterea, vt testatur versis nostris omnibus obuius,

Sæpe solet similis filius esse patri.

Quem citat gl. in l. quod si nolit. §. qui mancipia. ff. de adil. & dist. & in l. quisquis. in verbo, in quibus. C. ad leg. Iul. maie. vbi & in eam rem est bonus tex. in hæc verba, In filiis paterni criminis exempla metuuntur: & glo. in auth. de rese. fac. pal. ad fi. vbi est quoque bonus tex. & in c. venerabilem, super verbo, progenitores. & ibi etiam Panor. col. 4. de clef. & in c. j. §. 6. dist. quæ dicit hanc vnam causam esse, quare filij presbyterorum non promouentur: & glo. in c. item si quis cum militibus. 6. q. 1. & ibi etiam tex. & in c. vlt. de conse. dist. vlt. & in c. 2. super verbo, defectu. de fil. presbyt. lib. 6. quæ & illud quoque dicit, hac inter alias ratione, spurios sacris non initiari. Et facit quod voluit glo. in l. cum vnus. in prin. in verbo, domum. ff. de ali. & cib. leg. & Cy. in l. in bonæ fidei. in 7. quæst.

Filii similes parentibus.

Filii presbyterorū cur nō promouentur. Spurii cur sacris non iniiciuntur.

7. quæst. C. de iureiu. & Bald. in l. j. ad fi. C. de loca. & in l. fi. quos. in fi. & ibi Ang. C. de capti. & id Bald. conf. 95. regula iuris est. col. j. lib. j. & Alberi. loquens in filio calumniatoris, in l. fi. cui. §. j. nu. 2. ff. de accusa. & Fran. Aret. in l. iubemus, in fi. C. de adu. diuer. iudi.

De eadem re.

Hinc illud Sapientia 3. de impiis, & iis qui sapientiam abiiciunt: Nequissimi filij eorum, quasi nequissimorum nequissimi sint etiam filij. Et huc quoque alludens Ezechiel c. 16. Radix tua, & generatio tua de terra Canaam: pater tuus Amorrhæus, & mater tua Hettæa. Loquitur enim ibi de Iudæis Hierusalem habitantibus, quibus parentes non erant eiusmodi, sed quia mores eorum imitabantur, eos dicit ab eis generatos. Et hoc Esdras sacer ille scriptor, non illepidis similitudinibus insinuat l. 4. c. 9. Qualis ager, talia & semina: & quales flores, tales & tincturæ: qualis operator, talis & creatio: & qualis agricola, talis & cultura. Vtque alibi scribitur Matth. 7. atque Luc. 6. non potest arbor mala bonos fructus facere, neque arbor bona malos fructus facere. Cuius sententiæ principium citat glo. in d. §. qui mancipia. Nec minus eleganti figura Theognis:

ὄτε γὰρ ἐκ σκίλλης ῥόδον φέρει, ἢ θ' ὑάκινθον
ὄδ' ἐπὶ δ' ἀλῆς τέκνον ἐλευθέριον.

Non etenim è squilla rosa nascitur, aut hyacinthus,
Sed neque ab ancilla filius ingenuus.

Nec ab simili forma Horatius lib. Carminum 4. Ode item 4.

Fortes creantur fortibus & bonis.
Est in iuuenis, est in equis patrum
Virtus: neque imbellem feroces
Progenerant aquile columbam.

De eadem re
Prouerbum.

Sed & sine figura huiusmodi sententiam, tanquam prouerbio celebrem, Euripides extulit apud Antonium Monachum, Melissæ tom. 2. ca. 79. & apud Stobæum cap. 88.

ὄδ' ὄδ' παλαιὸς ἀνὴρ ὡς καλῶς ἔχει.
ὄκ' ἀν' ἡρόντο χυτὸς ἐκ κακῆ πατρός.

Heu heu, ut illud dicitur rectè, probum
Patre ab improbo non posse nasci filium.

Τοσόνδε παῖδα σωφρονεῖν ἴα ἐπίσταμαι,
Χρησθεὶς θ' ὁμιλεῖν τ' εὐσεβεῖν ἡσκηκότα.

Πῶς δ' ἂν ἐκ τοῖσδε σῶματ' ἀκαρῶς
Γένοιτ' ἄμ' ἰδὲ εἰς ὄρε μ' ἀν' πίθοι ποτέ.

Hunc ego puerum tanta modestia pæditum noui,
Et cum bonis conuersando pietatem coluisse

Quo pacto igitur ex tali homine malus
Nascetur? nullus hoc mihi persuadebit unquam.

Id est,

Et apud eundem Stobæum c. 86.

Id est, ut vertit Gesnerus,

Et Aristoteles lib. Politicōn i. c. 4. ex quorundam sententia ait, Sicut ex hominibus hominem, & ex bestia bestiam, sic ex bonis bonum generari. Et li. 3. c. 8. Consentaneum est (inquit) ex melioribus ortos, esse meliores. Et rursus in Præceptis Rhetorices de causis ciuilibus: Nemini est obscurum, qui ex bonis, clarisque parentibus nati sunt, eos consentaneè fieri suis maioribus non dissimiles. Et lib. 3. Rhetoricorum ad Theodecten: Verisimile est (inquit) probū ex probis, & bene educatum, in probum virum euasisse. Et Cicero in Oratione pro Roscio Comcedo: Nemo ex improbo patre probum filium nasci posse existimaret. Et Fabius Quintilianus lib. 5. de argumentis scribit, argumenta sæpe à persona, & genere esse ducenda. Nam similes parentibus ac maioribus suis filij plerunque creduntur, & nonnunquam ad honeste turpiterque viuendum inde causæ fluunt. Diogenes Cynicorum princeps, cum ebrium in foro vidisset, illius (inquit) pater ebrius fuit. Autor Laetius. In quam sententiam Martialis miratur, quod filia ebriosis biberet aquam, cum inquit lib. 6. Epigram. ad Catulum:

Miror, quod Bassi filia potat aquam.

Suntque & in eam rem multa antiquis celebrata prouerbia: quale illud est, Mali corui, malum ouum, Cuius meminit Gellius libro v. cap. x. Et illud Homericum, E quercu, è saxi natus, libro Odyss. 19.

ὄ γὰρ ἀπὸ δρυὸς ἐοσὶ παλαιφάτος, ὄδ' ἀπὸ πέτρης.
ὄ μὲν πῶς νῦν ἔστιν ἀπὸ δρυὸς, ὄδ' ἀπὸ πέτρης.

Et lib. 22. Iliados,

Et Hesiodus lib. j. eius operis, cui titulum fecit, ἔργα καὶ ἡμέρας, id est, opera & dies, homines natos fingit ἐκ μελιῶν, id est, fraxinis, vt significet duriciem, & feritatem animorum. Vnde & illud Virgilianum lib. 8. Aeneidos:

Gensque virum truncis, & duro robore nata,
Deucalion vacuum lapides iactauit in orbem,
Vnde homines nati, durum genus.

Et lib. 1. Georg.

Vbi Seruius ait propter ipsos lapides à quibus nati sumus, Nam & Græcis populi λέγεται dicuntur à lapidibus: vnde etiam Ouidius lib. j. Metamorp.
Inde genus durum sumus, experiensque laborum,
Et documenta damus, qua sumus origine nati.

Ex quo

Ex quo & ipse Ouidius in Epistola Didus ad Aeneam,

Te lapis, & montes, innataq; rupibus altis
Robora, te saeva progenere fera.

Et Iuuenalis Saty. 6. statim post principium:

Viuebant homines, qui duro robore nati, &c.
Et Stadius Papinius lib. 3. Thebaidos,
Scopulisq; sata, vel robore gentis.

Vbi Lactantius Grammaticus in id citat illud Virgilianum. Et rursus lib. 4. eiusdem operis,

—O saxi nimirum & robore nati.

Vbi Lactantius Grammaticus interpres scribit, ad originem conuenire animum. Et idem autor lib. 1. Syluarum in Epithalamio Stellæ & Violantillæ:

—Duro nec enim ex adamante creati,
Sed tua turba sumus.—

Illud item Quintiliani, Generosioris arboris statim planta cum fructu, & alia id genus infinita. Illud quoque Theocriti Idyllio 18.

ἄγχι παῖ καὶ σὺ γνέ, κακῶς ἀνάθρεμμα λεάνιας.

λαίβε παῖ.—

Id est, ex Eobani, vt reor, traductione:

Dure puer, quem crudeles peperere leana,
Saxee saue puer.—

Sed & illud Aristophanis in ea fabula, cui ὄρνιθες, id est, aues, titulus est, statim post principium,

τὸν ἔποπ' ὄρνις ἐγέννασ' ἐκ τῷ ὄρνιθι.

Hoc est,

Vrupam progeniuit auis ex auibus.

Varro autem vni ex Menippeis hunc titulum indidit, Patris est filius, ex qua Satyra illum citat Nonius Marcellus. Traditq; Philostratus in Aristide, Sophistam quempiam eo veluti prouerbio notasse Alexandrum, quod patris ambitionem imitaretur.

Ex quibus illud procedit, vt præsumatur filius esse eiusdem voluntatis, & affectus cum patre. l. fi. operarum iudicio. ff. de ope. lib. & ita dicit per illum tex. Bal. in l. liberti. col. j. versic. op. iij. C. eod. & ante eum voluerat Bar. in tract. de Guelphis & Gibellinis, col. iij. versic. circa quartam, per no. in d. l. quisquis. C. ad leg. Jul. Maieft. Propterea non inficenter Albe. Gand. in tract. malef. tit. de præsum. & iudicii dubitatis. col. iij. versic. præsumptio enim naturæ est, monet, vt parentum eius, qui accusatur, mores conspiciantur, vt proinde etiam sciamus, quibus sit ipse accusatus moribus. Nam qui bonos habuit parentes, bonus: qui malos, malus præsumitur, per aliquot ex iuribus supra citatis. Et pulchrè dicit Ang. in l. fugitiui. C. de ser. fug. quod ex eo quis præsumitur transiisse ad hostes, quod natus est ex progenie eo nomine infamata. & sequitur Barb. conf. xxxiiij. præclarè optimus. col. 18. versic. modò sacratissimus. lib. ij. & Io. Neuz. inter confi. Alber. Bru. confi. xij. patres comedunt. col. x. Et hos quinque postremos versicu. vti erant ante superiorem editionem, Chassenæus, fur ille manifestus, in suo Catalogo in xj. parte, confide. xxv. reposuit.

Filius voluntatis & affectus eiusdem cum patre esse præsumitur Parentes rei accusati inspicendi.

Chassenæi fur tum.

Nec tamen illud subdicebo, fuisse nonnullos improborum sceleratorumq; patrum filios probissimos, vt è diuerso probissimorum improbissimos. Quis enim nescit illud Virgilij lib. 7. Aeneid.

Contemptor Diuim Mezentius.—

Et tamen is habuit filium Lausum talem, qualem paulò post describit,

—Dignus qui latior esset

Imperii, & cui pater haud Mezentius esset.

Sed tamen id adeò rarum est, vt non aliud quippiam magis. Etsi scio apud Homerum lib. 2. Odyssæ, Mineruam illud grauius dixisse:

Παῦροι γάρ εἰσι παῖδες ὁμοιοί πατρὶ τέλοντα.

ὄι πλεονες κακίως, παῦροι δὲ τε πατρὸς ἀρέως.

Quibus significatur, paucos virtutibus parentum respondere: plures autem illis peiores, paucos meliores esse.

At illud verisimum est, filias plerunque mores matrum repræsentare solere. Neque enim verisimile est, vt filia statim ab incunte ætate turpibus matris moribus imbuta, honestatem in grandiori ætate sectetur: ad quam tantum abfuit, vt mater cohortaretur: vt etiam ab ea magis, & exemplo dehortaretur, & verbo. Id quod intellexit Iuuenalis scribens Saty. 6.

Filie matrum mores imitantur.

Scilicet expectas, vt tradat mater honestos,

Aut alios mores, quam quos habet?—

Et sequitur,

—Vtile porò

Filiolam turpi vetula producere turpem.

Item Saty. 14. statim post princ.

—Expectas vt non sit adultera, Large

Filia, que nunquam maternos dicere mæchos

Tam cito, nec tanto poterit contexere cursu,

Vt non ter decies respiret?—

Et paulò post subdit:

Sic natura iubet: velocius, & citius nos

Corrumpunt vitiorum exempla domestica, magnis

Cum subeant animos autoribus.—

Et Diuus Ambrosius lib.3. de virginibus, loquens de Herodiade: Quid potuit filia de adultera matre discere, nisi damnus pudoris: Ideoq; Ezechiel Propheta decantatissimus cap.16. Sicut (ait) mater, ita & filia eius. Et in hanc sententiam glos. in d. c. fi quis cum militibus, vj. q. j. adducit verbum vulgarem,

Insequitur leuiter filia matris iter.

Vnde & Virgilius in Bucolicis Ecloga 1.

Sic canibus catulos similes, sic matribus haedos Noram.

Cuius autoritate Columella lib.3. rei rusticae, Nihil (inquit) dubium, quin ipsa natura sobolem matri similem esse voluerit. In idq; alia quaedam scribit, trahitq; etiam ad vineta.

Et huc quoque respicit, quod scribit Horatius lib.2. Carminum, Ode 4.

Neque sic fidelem

Sic lucro aduersam potuisse nasci

Matre pudenda.

Quasi diceret, talis non esset, si matre impudica nata fuisset.

Et Terentius in Heauton.

Sed vereor, ne me absente hic mulier corrupta sit.

Concurrunt multa opiniones, quae mihi animum exaueant,

Locus, occasio, aetas, mater, sub imperio cuius est, mala.

Quo in loco Donatus interpres, Nam similes (ait) parentibus filij plerunque creduntur. Paris autem Ouidianus ad Helenam scribens, haec quoque aperte sentiens, ita inquit:

Vix fieri si sint vires in semine morum,

Et Iouis & Leda filia, casta potes.

Nam Morum, potius, quam Amorum, lectio arridet: quanquam vtrunque huic nostrae sententiae conuenit.

Ideoque Libanius ad Solonicum scribens, Vxorem, inquit, cognitam ducas, cuius parentes, & matrem praecipue bonis moribus praestantem noueris. Et Peleus Euripideus in Andromache, in eam sententiam haec dicit:

Καὶ γὰρ μὲν ἡδὼν τῷ γαμῆντι, μήτε σοὶ
κῆδος σιωπῆσαι, μήτε δῶμασι λαβεῖν
κακῆς ἡμακῶς πᾶλον. ἐκ φέρεσι γὰρ
μित्रῶν ὄνειδος. τὸ δὲ καὶ σκοπεῖτέ μοι
μνηστῆρες, ἐδδλῆς θυγατὲρ ἐκ μητρὸς λαβεῖν.

Id est, ad verbum,

Et ego quidem loquebar, te ambiente affinitatem, nunquam tecum

Affinitatem contrahere, neque intra domum accipere

Mala mulieris pullum. Imitantur enim

Materna opprobria. Hoc & considerate mihi

O proci, bona filiam ex matre ut ducatis.

Et apud eundem Iolauus in Heraclidis:

ἢ καὶ τῶν πατρῶν καλλίον γέρας,
ἢ πατρὸς ἐδδλῆ καγαδῆ πεφύκεναι
γαμῆν ὄν' ἀπ' ἐδδλῶν. ὅς ἢ νικηθεὶς πᾶσι
κακοῖς ἐκοινωνῶσιν, ἢ ἐπαινεῖσθαι
τέκνοις ὄνειδος ἔνεχ' ἄδονῆς λιπέην.

Non est hoc liberis pulchrior honor,

Quam patre bono & honesto natos

Vxores ducere a bonis. Qui vero victus desiderio

Malis communicat, non laudabo,

Liberis dedecus causa voluptatis superari.

In quam etiam sententiam est illud Theognidis:

Κύνες μὲν καὶ δεινὰ κέρη καὶ ἵππος
εὐγενεῖας, καὶ τις βῆλες ἔξ ἀγαθῶν.

Κτήλα δὲ γῆμαι ἢ κακῶν κακῶ ἢ μελεδάνει

ἔδδλῶς ἀνὴρ, ἢ τις χρέματα πολλὰ φέρεθ.

ἢ ἢ γυνὴ κακῆ ἀνδρὸς ἀναίετος ἢ ἀκοιτίς

πλοσσίς, ἀλλ' ἀφινδὸν βῆλες ἄν' ἀγαθῶν.

Χρέματα γὰρ τιμῶσι, καὶ ἐκ κακοῦ ἐδδλῶς ἔγυμν

καὶ κακὸς ἔξ ἀγαθῶ πλοσς ἔμιξε γένος.

Id est,

Canes quidem, & asinos querimus, a Cyrene, & equos

Generosos: & haec quisque vult ex bona progenie

Sibi parare: vxorem autem ducere malam ex malo genere non curat

Vir bonus, modo sibi pecunias multas adferat.

Neque mulier mali viri tenuit esse vxor

Diuitis: sed locupletem praefert bono.

Pecunia enim coluntur, ex malo genere bonus vxorem ducit,

Et malus bonus sibi genus adsciscit.

Quam

Quam sententiam admodum probat Xenophon in lib. de scriptis Theognidis. Iure igitur Horatius lib.4. Carminum, Ode 24. Scythas eo nomine laudat, quod illic,

Dos est magna parentum Virtus.

Adeo vt non ab re Moyses suis legibus statuiffe videatur, ducendas esse vxores virgines ingenuas, ex honestis parentibus prognatas: vt retulit Iosephus lib.4. Antiquit. Iudaicarum, cap.8. eodemq; vlti. Et haec quidem de parentibus.

14 SED ET QVOD ex patria mores veluti ingenitos accipimus, & ex variis caeli loci aspectibusve diuersae ingenerentur morum κρᾶσις, siue contemperaciones, testis est doctissimus Medicorum Hippocrates Cous, ante se eius lib. qui inscribitur, De aere, locis, & aquis: Plato in Timaeo, & iterum in Menexeno, rursusq; lib. de Republica, 8. & lib. 5. de Legib. ad finem: & ipsius discipulus Aristoteles lib.7. Politicon, cap. quoque 7. & rursus Orbicularium quaest. lib.14. cum multis locis, tum vero maxime cap.1. & c.8. & c.15. & c.18. vbi & illius interpres Petrus Aponensis hoc late confirmat: & Polybius & Philosophus & Historicus celeberrimus lib.4. Historiarum: & Cn. Manilius Consul Roma. apud Liuium lib.8. belli Macedonici, in Oratione, qua Romanos milites aduersus Gallos animat. Et quisquis is fuit, qui pro Rhodius apud eundem Liuium, 5. Decadis, lib. item 5. Orationem habuit ad Senatum: & Cicero in Oratione, quam de lege Agraria eleganter scripsit, contra Seruiliam Rullum, & lib.1. de Diuinatione: iterumq; lib.2. & Plinius Natur. Historiae lib.2. cap. 78. & Lucanus lib.8. illis versibus,

Quicquid ad Eos tractus, &c.

Apollonius Tyanæus apud Philostratum lib.7. Plutarchus lib. Politicon ad Traianum, statim post princ. Galenus Pergamenus, Medicorum post Hippocratem nobilissimus, in lib. de Substantia virtutum animalium, cap.9. & rursus lib.2. de Temperamentis, vulgo autem de complexionibus. Et in lib. cui tit. est, Corporis temperaturam animi mores sequi. & Apuleius lib.10. Metam. & Flauius Vegetius lib.1. de re militari, cap.2. Et Seruius enarrans illud Virgilij lib.6. Aeneidos,

Principio caelum ac terras, camposq; liquentes.

Vbi etiam dicit post Ptolemaeum, translaturum ad aliud clima, hominum naturam ex parte mutare. De toto enim non potest: quia in principio accipit sortem corporis sui. Et omnino fufissimè Alexander ab Alexandro, lib.4. Genialium dierum, cap.13. & Caelius Rhodiginus lib. Lect. antiqu. 18. cap. item 18. ex vltima editione: quorum verba, ne sim longior, praetermissi, eorum sententiam stricte retulisse contentus.

15 Cuius etiam sententia sunt omnes scriptores Astronomici, istud astris ascribentes, & inter ceteros Claudius Ptolemaeus Alexandrinus lib.2. Quadripartiti, cap. item 2. & 3. eiusq; in eum locum interpres Haly, & Albumasar introductorij lib.3. & iterum 5. & maximus ipse syderalis scientiae professor Firmicus Maternus ad Mauortium Lollianum lib. Astronomicon i. c. etiam i. cuius verba haec sunt: Quaedam gentes ita a caelo formatae sunt, vt propria sint moru vnitae conspicuae. Scythae immani feritatis crudelitate grassantur: Itali sunt regali semper nobilitate praefulgidi: Galli stolidi: leues Graecia: auari Syri: Afri subdoli: acuti Siculi: luxuriosi semper Asiatici, & occupati voluptatibus: Hispani elata iactantiae animositate praeposteri. Quanquam scio, eundem autorem eiusdem lib. cap.4. eodemq; vltim. haec scripsisse: De moribus vero gentium superuacanea disputatio est. Nam & Asiaticos plurimos videmus, imò penè omnes, sobrietatis insignia praeferentes, & Graecorum leuitas saepe modestae grauitatis pondus accipit: & effrenata Scytharum rabies quandoque humanitatis clementia mitigatur: & in finibus Galliarum populus sapientiae temperamento prudenter conualefcit: Afrorum quoque subdolan manus honestae fidei ornamenta condecorant: & a plurimis Hispanis iactantiae vitia deferuntur: & Syrorum auaritiam mutauit repentina profusio. Nec est inter illos acutos Siculos stultos inuenire difficile. Ab Italis quoque frequenter dominationis imperia translata sunt.

Ex patria mores assumimus. De eadem re.

Mores gentium saepe immutari.

De eadem re.

Proverbium.

De eadem re. Natio serui qui uenditur pronuntianda.

Patria ordi-
nandorum in-
uestiganda.

nandorum patriam inuestigari, vt proinde sciatur, quibus ipsi sint imbuti moribus. De quo etiam
tex. est in c. constitutus. extra de purg. cano. Et alibi contra aliquem præsumitur ratione patriæ, vt
est tex. in d. c. Afros. 99. dist. & ibi not. glo. & Archid. qui adducit illam Firmici sententiam, à nobis
suprà citatam, tacito tamen autoris nomine. & Bald. in l. data. col. x. versic. octauo modo. ibi, item
ratione patriæ. C. qui accu. non poss. qui & illum text. allegat. Et simile est, quod dicit Bar. in tra-
ctat. de Guelphis & Gibellinis, col. iij. quod de iure quis præsumitur esse eius affectionis, qualis est
eius patria. Est enim præceptum iuris gentium, vt patriæ pareamus. l. vt vim. ff. de iusti. & iur. quod
dictum pro sing. reasumit Barb. consil. xxxiiij. præclare optimus dicit. col. xvij. lib. ij. & alibi quoq;
commédatur in repet. c. Reginaldus. col. iij. & iterum 88. de testa. & consil. x. sapienter scribitur, col.
ij. lib. ij. & Fran. Curt. senior consil. xlv. statuto seu consuetudine, col. iij. versic. quia quilibet. Et in
hanc quoque partem quædam affert Pet. Iaco. in arbore succes. col. ix. versic. item rex. & Cepol. in
libello, de Imperatore militum deligendo, versic. propter nationem, & in lib. de simulatione contra-
ctuum, in 21. præsumptione, & in suo libello, de vita & modo viuendi in studio. Vnde scitè admo-
dum Albe. Gand. in tract. malef. in tit. vnde aut quo loco possit fama procedere. in princ. scribit,
quod fama vel infamia potest ex loco potissimum originis procedere, cum quis à natura, & ori-
gine propria præsumatur esse bonus vel malus, per d. §. qui mancipia. Et facit etiam quod scribit
Bald. in c. vt debitus. col. ij. extra de appella. ingenia hominum fieri deteriora, vel meliora, ex aëris
dispositione. Et huc quoque spectat ille Ezechielis locus supra citatus, quo dicitur, filiorum Hie-
rusalem radicem, & generationem esse de terra Canaan.

Patria affe-
ctio & nostra
eadem esse præ-
sumitur.

18
Regionis uber-
tatem irrita-
mentum uitio-
rum esse.
Annibal Cam-
panis deliciis
fractus.

¶ Cuius rei alias quoque rationes, vltra vim astrorum, afferre possumus: primum quod quædam
nationes præ cæteris multa vitiorum irritamenta subministrat. Nam quid aliud Campanos luxu
ac libidine affluentis reddidit, quam terra ipsa omnium, quæ libido luxusq; expostulat, feracissi-
ma: quæ & inuictum armis Annibalem (vt cum Valerio loquar) illecebris suis complexa, vincen-
dum Romano militi tribuit. Illa enim vigilantissimam ducem, illa exercitum acerrimum dapibus
largis, abundantanti vino, vnguentorum fragrantia, Veneris vsu lasciuiose, ad somnum, & delicias euo-
cauit, ac tum demum fracta & contusa Punica feritas. Et de illis loquens Valerius Coruinus, apud
Liuium lib. 7. ab vrbe condita, Campanos inquit haud dubie, nimio luxu affluentibus rebus, mol-
litieq; sua potius, quam vi hostium, victos esse. Et idem Liuus lib. 3. 2. Belli Punici, non multo post
prin. de eisdem loquens: Prona (inquit) semper ciuitas in luxuriam, non ingeniorum modò vitio,
sed & affluentia copia voluptatù. Ideoq; vt postea scribit de Annibale & Carthaginensibus, Quos
nulla mali vicerat vis, perdidere nimia Capuæ bona ac voluptates immodicæ, &c. In quam etiam
sententiam Diodorus Siculus de Tyrrenis loquens, lib. 6. Bibliothecæ, c. 9. in fin. Postremò priori
virtute abiecta, potius se atque ignauitæ tradentes, haud iniuria partam à suis maioribus gloriam in
bellis amiserunt. Non parum autem eos ad delicias impulit patriæ fertilitas, quæ fructifera rerum co-
pia, ad inertiam voluptatemq; traduxit. Et sanè nihil est, quod magis homines molles reddat,
quam rerum copia. Hinc Arabes à Virgilio lib. 1. Georg. molles appellati:

Tyrreni u-
bertate soli
corrupti.

Arabes mol-
les.

India mittit ebur, molles sua thura Sabæi.
Te Medus, te mollis Arabs, te Seres adorant.
Siue in Hyrcanos, Arabasq; molles.

Quem secutus Claudianus,
Et ante eum Catullus, Epigr. 11.

Omnium enim regionum est fertilissima Arabia. Ex quo fortassis & hoc nomen assumpsit, tan-
quam vitæ nocumentum. Græcè enim ἀρα nocumentum dicitur, & βίος vita.

Arabes dicti,
tanquam vitæ
nocumentum.

19
Peculiares cu-
iusque natio-
nis mores.
Argu. à natio-
ne.

¶ Deinde sunt sui cuiq; nationi peculiare, propriusq; mores. Vnaquæque enim prouincia suo sen-
su abundat: & vt Quintilianus ait, hanc eius rei rationem afferens, lib. 5. de argumentis, Gentibus
proprijs mores sunt: nec idem in Barbaro, Romano, Græco probabile est. Et ciuitatum etiã leges,
instituta, opinioniones habent differentiam. Ob idq; scribit, argumenta à natione, & patria sumi. Vtq;
scribitur in Decretis canonicis in c. omnes, dist. j. Aliæ alijs gentibus leges placent. Vnde ortum
vetus illud Græcorum Adagium apud Zenodotum, νόμος καὶ χώρα. Id est, lex & regio: quo ad-
monemur, instituta diuersa pro locorum varietate esse veluti legem. Et hæc quoq; omnia à versic.
ix. vt etiam erant in prima editione, penè ad verbum, meo nomine tacito, Barro. Chassenæus, in-
signis eius rei fur, transtulit in suum Catalogum in 11. parte, consil. 24.

Proverbium.
Chassenæi fur-
tum insigne.

20
Diuersarum na-
tionum in re
uxoria mores
Indorum.

¶ Sed vt ad institutum redeamus, quæ diximus, facile comprobantur ex morum antiquorum diffe-
rentiis: quorum nonnullos, qui ad rem vxoriam, de qua priuatim agimus, pertinent, commemora-
bo, ex illustribus atque probatis scriptoribus, in his maxime, quæ concubitum respiciunt. Nam de
alijs alibi latius differemus. Indi vxores plures singuli ducunt, quæ mortuo marito apud grauissi-
mos iudices contendunt, quæ ex his maritus maxime dilexerit. Quæ victrix est, læta coniugis se
flammis superiacit, & cum eo tanquam felicissima crematur: alia cum tristitia, & mœrore in vita re-
manet. Testes Bardesanes Syrus, in lib. de Fato: Onesicritus ille Philosophus Aeginensis, aut vt
alij volunt, Astipalænsis, in Vita Alexandri: Cicero lib. 5. Tuscul. quæst. Strabo lib. 15. vbi & huius
moris Indorum causam affert ex ipso Onesicrito: Valerius Maximus de institutis antiquis. Plutar-
chus in lib. cui titulus est, Num improbitas sufficiat ad infelicitatem. Solinus Rerum memorabilium
c. 65. Aelianus de Varia Hist. lib. 7. Nicolaus in Collectaneis de moribus gentium, & ex eo Stobæus
Florilegij cap. 120. aut aliorum computatione 122. Eusebius præparationis Euangelicæ lib. 6. c. 8.
& Hieronymus in Iouinianum lib. 1. Seruius in 5. lib. Aeneid. enarrans illum locum Virgilij,

Incertus,

Incertus, geniumne loci, famulumne parentis
Esse putet.

Et hanc quoque rem Propertius lib. 3. suis carminibus celebravit,

Felix Eois lex funeris vna maritis,
Quos Aurora suis rubra colorat equis.

Nanque vbi mortifero iacta est fax vltima lecto,
Vxorum fufis stat pia turba comis:

Et certamen habent leti, quæ viua sequatur
Coniugium: pudor est, non licuisse mori.

Ardent vinctrices, & flamma pectora præbent,
Imponuntq; suis ora perusta viris.

21 ¶ Sed & Pomponius Mela lib. 2. scribit eundem morem esse Thracibus. Nam & hi (vt ille tradit)
singuli plurimas vxores habent: quod & tradit Euripides in Andromache, Heraclides in Politicis,
& Solinus lib. 2. c. 15. vbi subdit, hos vxorum numero se iactare, & honoris loco multiplex coniu-
gium ducere. At Herodotus statim post prin. lib. 5. id tantum tribuit Thracibus, qui supra Cresto-
neos incolunt. Cæterum Strabo lib. 15. scribit Catheorum proprium esse, vt vxores cum viris de-
functis comburantur, ob hanc causam, quod cum aliquando adulescentulos adamarent, à viris se
cedebant, vel eos veneno interimebant: vt ergo veneficia tollerentur, hanc legem esse conditam.
Quod & tradit Diodorus Siculus lib. 17. quo Alexandri res gestas describit, vbi hos Catharos
vocat. Sed & eundem morem fuisse apud Venedos Germanorum populos, vt scilicet marito mor-
tuo vxor se in rogam cremadam præcipitaret, tradit Vunnefridus Anglus, qui postea Bonifacius
vocatus, & Archiepiscopus Moguntiacus factus est, in epistola ad Edoardum principem Anglorum.
Procopius quoque lib. de Bello Gothorum, eandem apud Erulos consuetudinem fuisse tradit.

Thracum.

Catheorum.

Siue Catha-
rorum.
Venedorum.

Erulorum.

22 ¶ Nec soli Indi, Thracæ, & alij supra memorati vxores plurimas singuli habent: sed & Iudæi, Aeg-
yptij, Nasamonæ, Aethiopum gentes, Garamantes, qui & ipsi ex Aethiopiis sunt, Parthi, Cy-
renaici Africæ populi, Persæ, Syri, Pæones, Geloni, Numidæ, Mauri, siue Maurusij, Germani. De Iu-
dæis testimonio sunt, Abraham, Iacob, Dauid, Solomon, & alij: & meminerunt Decreta canonica
in c. recurat. & in §. his ita respodetur. xxxij. q. iij. & c. gaudeamus. de diuor. De Aegyptiis Diodo-
rus lib. 1. aut, vt alij computant, ij. cap. 3. Sacerdotes tamen excipiunt, quibus vnam tantum vxorem
ducere licet. Quod & nostra religio approbasse nonnullis videtur apud D. Paulum prioris ad Ti-
moth. 3. & ad Titum 1. De Nasamonibus Herodotus lib. 4. De Garamantis Strabo lib. 17. quan-
quam sunt qui aliter de eis referant, vt dicam infra num. 51. incip. Et vt ad alia. De Parthis Bar-
desanes in lib. de Fato. & D. Clemens lib. Recognitionum 9. c. 7. & Eusebius Cæsariensis εὐαγγελ-
ικῆς προπαρασκευῆς, id est, euangelicæ præparationis lib. 6. c. 8. Iustinus lib. 41. vbi ita de his scri-
bit: Vxores dulcedine variæ libidinis singuli plures habent. De Cyrenaicis Pomponius Mela lib. 1.
De Persis Ammianus Marcellinus lib. 23. vbi hinc proficisci dicit, vt apud eos charitas per diuer-
sas libidines dispersa torpescat. Et ante eum Herodorus lib. 1. cuius hæc verba sunt: γὰρ ἐστὶ δὲ
ἐκείνους αὐτῶν πολλὰς μὲν καὶ ἐξ ἑαυτῶν γυναῖκας, πολλὰ δὲ ἐπιπλεῖνας παλλακὰς κτλ. Id est, Ducunt
autem vnusquisque ipsorum multas quidem puellas virgines, multò autem plures pellices habet.
Hæc ille. Verum is locus à Laurentio Valla Herodoti interprete, omissus est, vt & alia pleraque
eiusdem lib. 1. ad decem ferè chartas, quòd is, vt opinor, nactus sit exemplar aliquod mutilum. Sed
& huius moris Persarum testis est Strabo lib. 15. non multum ante finem: vbi id dicit eos facere
propagandæ sobolis gratia: & Tullius in 4. in Verrem actione, vbi idem de Syris quoque testat-
ur, de Regibus solum loquens. De Pæonibus Herodotus in Terpsichore. De Gelonis Flaccus
lib. Argonauticò 7. illo carmine,

Iudeorum.
Aegyptiorum.
Maurusiorum.
Nasamonum.
Parthorum.
Cyrenaicorum.
Persarum.

Amor per di-
uersas libidi-
nes dispersus
torpescit.

Syrorum.
Pæonum.
Gelonorum.

Hei mihi, vel seuo coniunx non vna Gelono.

Hos Scythas esse putat Probus in Virgilium lib. 3. Georg. in eum locum Atérque Gelonus. & La-
ctantius Cælius, aut quisquis est ille doctissimus Statij interpres, enarrans illum locum lib. 2. The-
baidos,

Bisthonas, aut refugo pallentes Sole Gelonos.

De Numidis, & Mauris, siue Maurusij Salustius in Iugurtha. Et præterea de ipsis Maurusij Pro-
copius lib. 4. de bello Vandalico. De Germanis satis probat, quod tradit Cæsar ad finem lib. 1. Com-
mentariorum belli Gallici, Ariouistum Germanum duas vno tempore habuisse vxores: vnam
Sueuam natione, alteram Noricam, Regis Vocconis forem. Sed tu tamen vide, quod de eis scri-
bam inferius num. 62. incipien. Germani.

Numidarum.
Maurorum.
Germanorum
Maurusiorum.

23 ¶ Quin & Athenienses, sicut referunt Satyrus, Hieronymus Rhodius, & Laërtius, & Athenæus,
cum bellis ac lue exhausta ciuibus ciuitatem reparare, sobolemq; propagare vellent, decreuerunt,
vti vrbanam quidem vxorem ducerent, liceret autem & ex altera procreare liberos. Quam legem
secutus Socrates, Xantippen duxit, simul & Myrtò Aristidis neptem. Et Euripides quoque ob
eam legem duas vxores habuit, quarum matrimonij aded pertædebat, vt mulieres omnes admo-
dum exosus fuisse dicitur, sicuti ab Aulo Gellio relatum est lib. 15. c. 20. Sed hinc vide, quæ de
eo scribam numero ab hinc 2. & 3. Cecrops autem primus Athenis vnicam vxorem vni viro iun-
xit, cum antea mulieribus promiscue vterentur, διὸ καὶ ἔδοξε πρῶτον διφύνης ὀνομαδῆνα. Id est,

Athenien-
sium.

Socrates duas
vxores habuit
Et Euripides.
Cecropis lex.

ideoq; visus est quibusdam διφυής, vt tradit Athenæus, hoc est, duplici natura, siue biformis, vt loquitur Iustinus lib. 2. fuisse appellatus. De qua re etiam Tzetzes Historiar. Chiliad. 5. c. 17.

Καὶ ἄλλως τῶτον διφυή τ' Κέκροπα καλοῦσιν.
αἰ τῶν ἑλλήνων πρότερον γυναικες κατ' ἑλλάδα,
ἄχ' ὡσπερ νῦν, ἐξέγγνωτο νομίμοις ὄϊς ἀνδράσι.
Δίκλῳ κήνων δ' ἐμίγνυτο τοῖς βυλομένοις.
ἤσαν λοιπὸν μονοφυεῖς ὄτως οἱ παῖδες τότε,
μόνας ἐπιγινώσκουτες μητέρας, δ' πατέρας.
ὡς δὲ ἀπ' τ' Σάεος πόλεος ἀργυπῆϊας
(Σάϊς δ' ὄνιν ἢ ἀδλωῶ τῆ ἀργυπῆϊου γλώσση)
Μετὰ τ' κατ' ὠγύγη κήκλυσμον ἐκείνου,
ὃ Κέκροψ' περαγέγονεν ἀθηναῖς τ' ἑλλάδος,
ταύτας ἀθῆνας κεκληκῶς ἐκ Σάεως ἀργυπῆς,
πολλοῖς ἐλυσίτελεσεν καὶ ἄλλοις τῆ ἑλλάδι.
Νομοθεῖται καὶ γυναιξὶ ζῦς γάμος ζῦς νομίμος,
ἔξ' ὧν παῖδες ἐγγινώσκουτες, ὡς ἔφλω, τῆν μητέρα.
Τὸ πρῶν μόνον γινώσκουτες, ὡς ἔφλω, τῆν μητέρα.
ὄθεν ὃ Κέκροψ' διφυής, νόμοις ὡς δέξασ ταῦτα.
Et aliter hunc duplicis nature Cecropem vocant.

Hoc est,

Græcorum prius mulieres per Græciam,
Non quemadmodum nunc, coniungebantur legitimis viris:
Sed instar iumentorum miscebantur omnibus volentibus.
Erant igitur vnius nature tunc filij,
Solas agnoscentes matres, non patres.
Vt autem à Sais orbe Aegyptiorum
(Sais autem est Pallas Aegyptiorum lingua)
Post illud, quod in Ogygis tempora incidit diluuium,
Cecrops accessit ad Athenas Græciæ:
Has Athenas cum vocasset ex Sais Aegypti,
Cum multis alijs in rebus commodauit Græciæ,
Tum lege constituit mulieribus nuptias legitimas,
Ex quibus filij cognouerunt duos parentes,
Antè solam (vt dixi) cognoscentes matrem.
Vnde Cecrops duplicis nature dictus, vt qui hac legibus ostenderit.

Subdit autem Athenæus ipse (vt ad eum reuertamur) quodd cum Socrati ipsi à Callisthene, De- metrio Phalereo, Sartyro Peripatetico, & Aristoxene obiectum esset, quodd duas vxores haberet, scilicet Xantippen, & Myrtò Aristidis filiam, ipse se illius Decreti autoritate tuebatur. Siculos quoque eo more vfos fuisse, testimonio est Dionysius, qui vno simul tempore Doridem Locren sem & Aristomacham Syracusanam vxores duxit, vt tradit Cicero Tusc. quaest. lib. 5. Plutarchus in vita Dionis, haud multò post princ. Atque etiam Macedones, hoc præsertim argumento, quodd Philippus Macedo Alexandri Magni pater, eodem tempore duas Macedonum vxores habuit, Olympiadem, scilicet, ipsius Alexandri matrem: & Cleopatram, Attali ex foroçe neptem, vt scribit idem Plutarchus in vita Alexandri.

Siculorum.

24 Romanorum. Valentiniiani lex. Cesaris lex.

Pœna ducentium duas uxores.

25 Euripides duplicia connubia damnat.

¶ Sed & apud Romanos aliquando duas vxores simul ducere licuit. Nam Socrates Constantino- politanus apud Casiodorum in Tripartita historia lib. 8. cap. 11. tradit Impe. Valentinianum, cum Iustinam post Seueram ducere vxorem vellet, legem sanxisse, vt liceret volentibus duas habere vxores. Id quod etiam Paulus Diaconus in Valente retulit. Sed & longo antè tempore Helius Cinna, Tribunus plebis, plerisque professus est, habuisse se scriptam paratamq; legem, quã Iulius Cæsar ferri iussisset, vt vxores liberorum quærendorum causa, quas, & quot ducere vellent, lice- ret, vt tradit Suetonius in vita illius, c. 52. Sed id posterioribus legibus fuit abrogatū. I. nemo. la j. C. de ludæis. & l. eum qui duas. C. de adul. vbi in id eadem pœna, quæ & stupro, statuitur. Et eum text. ad id ponderat, vt pœna sit capitis, dicitq; in id singul. Roma. sing. 531. tu scis quæ pœna. Sed quomodo id procedat, videbis apud Alex. consi. clxv. visis & pöderatis. in prin. lib. 7. Sed id quo- que antè edicto Prætoris fuerat prohibitum. l. j. §. vlti. ff. de his qui not. infra. Eratq; etiam antiquis Romanorum legibus: quod vel ex eo constat quod Dionysius Halicarn. lib. 11. de Appio Claudio Decemuiro, qui captus amore Virginie, cum eam non posset sibi matrimonio coniungere, quia aliã iam vxorẽ habebat, conatus est eam donis corrumpere, &c. Et de hac re multa traduntur in De- cretis canonicis, 26. dist. & per Coll. in rub. de eo qui dux. in mat. quã pol. per adul. vbi & id docet esse cõtra ius naturale. Et Pan. in c. cum haberet. in ij. no. eo. tit. & per Theologos lib. 4. sent. dist. 23.

¶ Nam & Euripides antiquissimus Poëta ius non facit vni viro duas vxores ducere, cum scribat in Andromache,
— οὐδὲ γὰρ καλοῦ
Δυοῖν γυναικῶν ἀνδρὶ ἐν ἑνίας ἔχειν,

ἀλλ'

ἀλλ' εἰς μίαν βλέποντες ἐναίαν Κύπριν
στέργουσιν, ὅστις μὴ κακῶς δίκαιν θέλει.

Id est, ad verbum,

Neque enim honestum,
Duarum vxorum virum unum gubernacula habere:
Sed ad vnã respicientes legitimã Venerem
Contenti sunt, quicunq; non malè habitare volunt.

Iterumque in eadem fabula,

ἔδεποτ' ἀπ' δίδυμα
Λέκτῳ ἐπαπέσω βροτῶν,
ἔδ' ἀμφιμάτορας κόρας.

Id est, ad verbum,

Δυσμυεῖς τε λύπας, &c.
Nunquam duplicia connubia
Collaudauro mortalium,
Neque binas matres habentes liberos.

Itemque inibi:

Rixas quidem domorum,
Tristisque offensas.
Κακὸν γ' ἔλεξας, ἐν' ἀνδρῶν δῖος ἔχεν λέχη.
Malum certè nartias, unum virum binos habere lectos.

26 ¶ Verum idem apud Stobæum, Ser. 66. fuisse videtur in alia sententia:

Νόμοι γυναικῶν δ' καλῶς κείντ' πέρι.
Χρὴ γὰρ τ' εὐτυχῆσθ' ὅτι πλεῖς ἀσχεῖν
Γυναικας, εἴπερ ἢ τροφῆ δόμοις παρήν:
ὡς πλὴ κακῆν μὲν ἐξέβασκε δωμάτων,
πλὴ δ' ὄσαν ἐδλῆν, ἠδ' ἔως ἐσώρετο.
Νῦν δ' εἰς μίαν βλέπεις, κίνδυνον μέγαν
δῖπ' ὄνεις.—

Leges nuptiales non bene condite sunt:
Oportet enim hominem felicem plurimas habere
Vxores, si modo victus domi suppetat,
Vt malam expellat foras,
Bonam verò libenter sibi seruet.
Nunc autem ad vnã solum respiciunt, vehementer
Periclitantes.

Nam & ipse (quod iam diximus) duas simul vxores duxit. Quanquam Moschopulus, aut quis- quis est, qui vitam ipsius Euripidis in scholiis conscripsit, vnã post alteram & seorsum du- xisse tradit.

Lacedæmonio rum. Anaxandri- des cur duas uxores du- xit.

27 ¶ Solus autem inter Lacedæmonios Anaxandrides rex duas vxores simul habuit, vt à Pausania proditum est in Laconicis. Cuius etiam rei meminit Herodotus in Terpsichore, qui scribit, illum fuisse compulsum ab Ephoris secundam ducere, ex qua successores relinqueret, cum prior sterilis crederetur, quodd iam diutiùs liberos non sustulisset. Quò fit, vt magis mirer, quod scribit Clemēs Alexandrinus lib. Stromaton 2. Laconum legislatorem non solum pœnã imposuisse ei, qui vxorẽ non duxisset, sed etiam ei, qui vnã tantum. Huius autem moris eorum, qui plures simul ducunt vxores, fit mentio in c. gaudemus. de diuor. vbi quæritur, Si quis horū habens plures vxorẽs, religionem Christianam assumat, an possit omnes, vt antè, tenere, an verò vnã ex omnibus eligere debeat. Sed vt redeamus, apud eodẽdem Lacedæmonios licebat contrã, vnã vxorem esse duobus collocatam, ita tamen vt perpetuò domi apud vnũ degeret, possit autem ad alterum diuertere, sine iniuria ac probro, testimonio Xenophontis in Repub. Lacedæmoniorum. Quin apud eodẽdem ex Lycurgi instituto licebat seniori viro iunioris vxoris, si quem ex iunioribus ho- nestum ac probum deligeret, probarẽtq; illum ad vxorem adducere, & vbi eam generoso illius fe- mine compleuisset, suum quod natum esset, efficere. Licebat autem probro viro, qui sæcundã ali- quam pudicãmq; mulierem alteri nuptam admiraretur, marito illius suadere, vt cum ea congre- deretur, tanquam in solo fertili bonos filios saturus. Testes idem Xenophon, & Plutarchus in Lycurgo, & Theodoritus de Curatione gentilium affectionum lib. 9. cui de legibus, titulus est.

Iterum Lacedæmoniorum.

Tapyrorum.

Romanorum. Cato uxorem suam Hortensio concessit.

28 ¶ Et simili propè modo Tapyri, Parthorum populi, qui Hyrcanis adiacent, susceptis aliquot libe- ris, proprias vxores alijs viris quærenda: sobolis gratia nuptui concedunt, vt scribit Strabo lib. 11. Vbi & hoc subdit, apud Romanos Catonem Uticensẽm Hortensio Martiam vxorem concessisse, secundum antiquam Romanorum consuetudinem: quod & retulit Appianus lib. 2. Bellorum ci- uilium, Plutarchus in ipso Catone, ex Thraseæ autoritate: & cecinit Lucanus lib. 2. multis versibus: & meminit Tertullianus Apologetici c. 39. & D. Hieronymus lib. 2. in Iouinianum & D. Au- gustinus in lib. de Fide, & operibus, & iterum in lib. de Bono coniugij, c. 18. itemque lib. 5. contra Iulianum Pelagianum.

Solonis lex.

29 ¶ Nec apud Lacedæmonios tantum, vt ad id redeamus, sed & apud alios fuere singulis vxoribus plures mariti. Nam & Solon suis legibus permisit vxori, si eius vir minùs esset ad rem Venerẽam

idoneus, mariti propinquos ad concubitum admittere, vt tradit Plutarchus in vita illius: qui & hanc legem absurdam & ridiculam videri dicit: quosdam tamen putare, eam se recte habere ad eos, qui coire ipsi nequeunt, pecuniarum autem gratia vxores accipiunt, & contra naturam coire nituntur. Intuentes enim illi vxorem, cum qua libitum fuerit concumbere, aut missam facient, aut cum dedecore & ignominia retinebunt, cupiditatisque pecuniarum, & contumelie poenas dabunt. Illud tamen probari, vt non cum omnibus coiret vxor, sed ex mariti necessariis vnum aliquem deligeret: ne alienum esset, quod nasceretur, & generis necessitatem attingeret. Et apud Medos vxores habere viros quamplurimos, pulchrum: pauciores quam quinque, calamitosum ducere, scribunt Strab. li. ii. & Aeneas in Asia descriptione, c. 34. vbi tamen & illud quoque tradunt, ipsorum Medorum reges contra vxores multas habere, pauciores quam septem, non licere.

Medorum.

30 Britannorum.

¶ Quinetiam apud Britannos (hi sunt quos Anglos vulgo vocamus) plures viri vnam vxorem habebant, vt referunt Bardesanes in lib. de fato, & D. item Clemens in illo quoque lib. 9. Recognitionum, c. 7. & Eusebius de Preparatione Evangelica, lib. 6. c. 8. Caesar autem lib. Commenta. belli Gallici 5. de his loquens, Vxores (ait) ducunt deni duodenique inter se communes, & maxime fratres cum fratribus, parentisque cum liberis: & si qui ex eis nati sunt, eorum habentur liberi, a quibus quæque virgines ductæ sunt. Quanquam de his sunt qui aliter referant, vt postea dicemus. Nec ab similitur in Aromatiferâ regione (ij sunt Arabes) vna omnibus consanguineis vxor est. Ingressurus ad eam, baculum ante fores deponit. Eo viso, reliqui congressu abstinent. Illa tamen noctes agit cum seniore. Cum matre coire non censetur impium: cum alterius sanguinis femina cõgredi adulterium est, quod morte plectitur. Ex Strab. lib. 16.

Arabum.

31 Cherondæ lex de permittendis maritis & uxoribus.

¶ Quid, quod Charondæ illius Thuriarum Legislatoris legibus, ius erat vxori, à viro, quotiescunque libitum esset, discedere, alterique viro, cuiuslibet collibuisse, nubere. Eaque lex permanfit, donec cuiuspiam ætate prouecti coniunx iunior, eo relicto, alteri iuniori viro se coniunxit. Vnde & ille senior ita percitus postulauit, legem illam emendari, illudque adiici, Relicto priori viro, cuiuslibet collibuisse: modo hic illo iunior non esset: pariterque si coniugem vir eiecisset, nullam deinde eiecta iuniorem iungere sibi licere. Idque obtinuit, laqueique periculo se exemit. Neque enim licebat, legum emendationem petere, nisi collo laqueo inducto, vt si abrogationem legis confestim non obtineret, illi guttur perfringeretur. Auctor Diodorus Siculus lib. 12. Bibliothecæ.

32 Persarum.

¶ Nec solum apud Arabas, de quibus nuper diximus, sed & apud Persas quoque matres, filias, sorores, in iura connubij admittere, impium non ducitur: vt scribit idem Strabo ad calcem lib. xv. Antisthenes in altero Cyrorum, & ex eo Athenæus lib. 5. cap. 14. Quintus Curtius lib. 7. & Lucianus in eo libello, cui titulum De sacrificiis nuncupauit: vbi idem quoque de Assyriis tradit, atque etiã Ctesias, & ex eius autoritate Tertullianus in Apologetico, c. 9. Eusebius li. Preparationis Evangelicæ 3. & iterum lib. 6. c. 8. Arnobius lib. 8. eodẽmque vlt. Disputationum aduersus gentes, & Chrysofomus in 2. parte Homiliarum in D. Matthæum, Homil. 2. si eius sunt illæ Homiliae, quod Erasmus negat: & in Sermone Pentecostes, ad fi. quem nemo dubitat illius esse: Theodoretus lib. 3. de Medela gentium affectionum, & iterum lib. x. Laertius in Pyrrhone, D. Clemens li. Recognitionum 9. Bardesanes in d. lib. de Fato, D. Augustinus lib. 3. quæstionum in Leuiticum c. 61. D. Hierony. in Iouinianum lib. 2. Seruius in 6. Aen. Harmenopolus lib. j. προλέγει: dum Ius gentium ita definit, quo scilicet gens aliqua vitur, vtputa apud Persas matribus commisceri. Agathius de bello Gothorum li. 2. qui asserit, probatque non fuisse hoc apud priscos illos Persas obseruatũ: quod minimè tamen crediderim verum esse, cum Magi eorum primi sacerdotes, & Philosophi iustum censerent matri ac filia misceri, vt scribit Socion lib. 23. & ex eius autoritate Laertius in proemio. Hincque est illud Catullianum in Gellium,

*Nascitur Magus ex Gelli matrisque nefando
Coniugio, & discat Persicum aruspicium.
Nam magus ex matre, & nato gignatur oportet,
Si vera est Persarum impiareligio.*

Artaxerxes filias uxores duxit.

Nam & Darius ille postremus Persarum Rex, ab Alexandro deuictus, sororem suam vxorem duxit, vt tradit Iustinus lib. 11. & Plutarchus in vita Alexandri. Et ante eum Artaxerxes ipse Persarum rex, legitur Athosim, aut, vt alij vocant, Atossem, & Mestrim, aut (vt alij) Mestrim, siue etiam, vt alij, Amestrim, filias duxisse. Quamquam aliud sentire videntur Plutarchus in Artaxerxe, Heraclidis autoritate, & Herodotus in Thalia, vbi etiam illud refert, quod cum Cambyfes Persarum rex cuperet sororem, quam deperibat, vxorem ducere, nec antea Persæ sororem in matrimonium accipere consueuissent, is accersiuit regios iudices, legum patriarum interpretes, ab hisque percõstatatus est, nunqua lex esset, quæ cum sorore nuptias contrahere permitteret. Illi responderunt, Nullam se apud Persas huiusmodi legem inuenire, præter eam qua licet Regi facere, quicquid libet. Ita (inquit) neque legem abrogarunt metu Cambyfis: & ne legem tuentes ipsi perirent, aliã inuenerunt adiurricem eius, qui sororem in matrimonium ducere vellet. At ipse Plutarchus in libro de Fortuna Alexandri, scribit ipsum Alexandrum docuisse Persas matres reuereri, earumque nuptiis abstinere. Ex quibus patet, non semper illis huiusmodi matrimonia fuisse licita, sed rem ex temporibus fuisse variatam. Nam & idem Plutarchus in vita Artaxerxis non semel tradit, cum filias suas (quod iam diximus) vxores duxisset contra leges Persarum & Græcorum.

Persis nõ semper licuerunt huiusmodi matrimonia.

¶ Neque

¶ Neque ij tantum qui Persidem incolunt, sed quicumque Persarum ad alia climata ex ea exiuerunt (ex quibus alij in Parthia, alij in Media, Aegypto, Phrygia, aut Galatia habitant) nefanda hæc matrimonia celebrant. Ob id Magusæi appellati, vt retulerunt Bardesanes, Clemens, & Eusebius, vbi supra citauimus. Et de Parthis quoque testatur Lucanus lib. 4.

*Parthorum dominus quoties sic sanguine mixto
Nascitur Arfacides, cui fas implere parentem.*

De Medis quoque & Aethiopiis D. Hieronymus in eod. 2. lib. Aduersus Iouinianum: vbi & idẽ quoque asserit de Indis, & Scotis. Sed & de ipsis Aegyptiis, Ptol. Quadripar. li. 4. c. 9. Sed & idem de Hybernis, Scotis quidem vicinis, qui hodie Irlandi vulgo vocantur, tradit Strabo, lib. 4. In Naura quoque regione parentibus cum liberis stupro coire fas esse, prodidit Curtius li. 8. non procul ab initio. Nomades item non vnus tantum aut alter, sed tota natio suis matribus congredebantur, vt tradit D. Chrysofomus in 2. Pauli ad Corinthios Epistolam, Homilia 8.

¶ De Aegyptiis quoque scribit Diodorus lib. 1. eos, præter communem omnium morem, lege sanxisse, sororem à fratre ducendam vxorem exẽplo Isidis, quæ fratri Osiridi nupsisset, vnde natus est Harpocrates, vt tradit Plutarchus in lib. de Iside. Omnes autem qui res Aegyptiacas scripserunt, & inter hos Iustinus lib. 2. 4. & Pausanias in Atticis, & Plinius lib. 32. c. 9. & Strabo lib. x. tradiderunt Ptolemæum Philadelphum, Aegypti regem, etiam Arfinoen sororem duxisse vxorem. Cui cum ob id dixisset Sotades, εἰς τρυμαλίην ἀκρόσιλιν τὸ πέντρον ἀβείης. id est, in foramen minimè sanctum aculeum trudit, in vincula coniectus est, vt scribit Plutarchus in lib. πρὸς πείραδων ἀγωγῆς, id est, de educatione liberorum. Hegesander autem apud Athenarum lib. 14. c. 7. dicit eum ob id primùm fuisse coniectum in figulinam plumbariam, deinde in mare immersum. De eo quoque scribit Herodotus lib. 1. Imperatorum 1. illum eò turpitudinis fuisse prolapsum, vt contra Macedonium, adeoq; Græcorum leges, etiam sororiis amoribus implicaretur. Id quod dixit, quoniã is erat à Macedonia oriundus, filius Ptolemæi Lagi, vnus è successoribus Alexandri, fuitq; rex Aegypti, & Macedonia, vt videre licet apud eundem Iustinum. Pausanias autẽ, vbi supra, dicit illum id fecisse, non more Macedonium, sed Aegyptiorum, quibus imperabat. Alius itẽ Ptolemæus, nisi vnus ex illis fuerit Berenicen Ptolemæi & Arfinoes filiam, sorore suam, duxit vxore: vt scribit Iulius Hyginus lib. 2. Signorum caelestium, quo loco de Leone loquitur: & Theocritus Idyllio 17. ad fi. vbi & id dicit solemne fuisse iis, qui ex Rhea prognati sunt: nam & ea fratri nupsit, vt postea dicemus. Tradit & ipse Iustinus lib. 30. alium Ptolemæum etiam Aegypti regem (is est, qui interfectis patre & matre, ex facinoris crimine ex contrario Philopatri cognomen tũ accepit) vxore duxisse sorore Eurydicen, quã & postea interfecit. Sed & Valerius Maximus li. 9. c. j. tradit Ptolemæum Regem, qui ob vitia Physcon cognominatus est, sorore cõmuni fratri nuptam sibi nubere coegisse. Et sorori Cleopatras nomen fuit, vt tradit c. seq. vbi & ipsius Physconis vxore fuisse scribit. vide quæ scribuntur de his infra nu. 36. Nam & Arnobius illo lib. 8. Disputationum, scribit Aegyptiis eum sororibus legitima fuisse matrimonia. Sed & ex lege Carum licitum erat matrimonium fratris & sororis, vt tradit Ammianus li. 1. de Gestis Alexandri. Caterum Monobazus Adiebenorum rex, cognomine Bazeus Helenam sororem duxit. Vide Iosephum lib. Antiquitatũ 20. c. 2. in prin.

¶ Verum & aliis item multis gentibus non illicita fuisse fratrum, & sororum matrimonia, sed prope solennia fuisse, ex iis satis constat, quæ mox subiiciemus. Nam primùm videmus Iouem Deorum maximũ, in Iunonis sororis matrimonium cõuenisse. Ex quo illud Homeri li. 16. Iliados de Ioue:

ἄρην ἢ προσέειπε κασιγνήτην, ἀλοχόν τε.

Iunonem autem allocutus est sororem vxoremque.

Et alibi sæpe. Et illud quoque Virgilij lib. 1. Aeneidos:

Est ego quæ diuinum incedo regina, Iouisque

Et soror, & coniunx. Et iterum lib. x.

Iunonem interea compellat Iuppiter ultro:

O germana mihi, atque eadem gratissima coniunx.

Et illud quoque Ouidij in Epistola Paridis ad Helenam:

Præposui regnis ego te, quæ maxima quondam

Pollicita est nobis, nupta, sororque Iouis.

Si mihi concedat Iuno, fratremque virumque,

Hippolytum videor præpositura Ioui.

Et Horatius lib. Carminum 3. Ode quoque 3.

Coniuge me Iouis, & sorore.

Ex quo est & illud Ciceronis in Oratione pro domo sua ad Pontifices: Sed vide, ne tu te debeas Iouem dicere, quod tu iure eandem sororem, & vxorem appellare possis. Hoc tamen nonnulli referunt ad cæli & aeris coniunctionem, vt videre licet apud Ciceronẽ ex Ennij & Euripidis autoritate li. 2. de Natura Deorum, & apud Macrobiũ lib. 1. de Somnio Scipionis: & apud Seruiũ in illud Virgilij supra citatum ex lib. j. Aeneid. & apud D. Augustin. de Ciuitate Dei lib. 4. c. x. ex Varronis, & aliorum sententia. Saturnus quoque Iouis pater Pœben sororem duxit vxorem, vt videre est apud Diodorum Siculum lib. 5. Bibliothecæ c. xv. Sed & idem aliam sororem Rheam, quã & Opim vocant, vxorem duxit, vt scribit Lactantius lib. 1. ca. 13. & ante eum Apollodorus Athenion

Magusæi qui dicit. Parthorum Medorum. Aethiopiis. Indorum. Scotorum. Hybernorum. Naurorum. Nomadum.

Aegyptiorum.

Sotadis in Philadelphũ dictum.

Iuppiter Iunonem sororem duxit uxore.

Saturnus Rheam sorore duxit uxorem.

Atheniensis Bibliothecæ lib. j. & ipse Diodorus lib. 3. Bibliothecæ, aut vt alij computant, 4. Quotiam lib. tradit βασιλειαν, id est, Reginam, Cæli filiam, Atlantidum reginam prudentissimam, magnam matrem appellatam, vnum ex fratribus Hyperionem virum sumpsisse. Sed ἄρατος ipse (Latini Cælum vocant) Terram sororem in matrimonium duxit, vt ex Sochoniaco tradidit Eusebius Præparationis Euangelicæ lib. i. cap. 7. Oceanus Tethyn sororem vxorem duxit. Vnde & illud Ouidij lib. 9. Metamorph.

—Dij nempe suas habuere sorores.

Sic Saturnus Opim iunctam sibi sanguine duxit,

Oceanus Tethyn, Iunonem rector Olympi.

Draco autem Corcyreus in suis de lapidum generibus commentariis, & ex eius autoritate Athenæus, tradunt Ianum illum, cuius tam celebre nomen fuit, vxorem duxisse Camisiam, aut (vt alij vocant) Camesem, sororem suam. Quod & ipsum tradit Leon Philosophus. Homerus in Hymno Solis, tradit Hyperionem vxorem duxisse Euryphaesiam, sororem suam legitimam: ex hisq; natos esse Lunam & Auroram. Idem statim post initium lib. x. Odyssææ, tradit Aeolum illum Aeoliæ Regem à Diis immortalibus dilectum, sex suos filios, totidemque filias, matrimonio inuicem copulasse. Ex quo est illud ipsius Ouidij lib. 9. Metamorph.

At non Aeolide thalamos timuere sororum.

Cercaphus item filius Ochimi Solis filij, vxorem duxit Cydippen (Cyrben postea vocatam) vt scribit Diodorus Siculus lib. 6. c. 13. Eanus quoque ille antiquus, vt tradit Laetantius lib. j. c. 22.

¶ Et vt de posterioribus quoque loquar, Iustinus statim in initio lib. 28. scribit Alexandrum Pyrrhi Epirotarum Regis filium, vxorem duxisse Olympiadem sororem. Idem quoque lib. 37. tradit, Mithridatem illum Ponti Regem duxisse vxorem Laodicen sororem. Strabo lib. 14. & Diodorus Siculus eo suæ Bibliothecæ libro, quo Philippi Macedonis gesta describit, qui 16. est omnium eius librorum, ca. 8. & Vlpianus interpres Demosthenis tradunt, Mausolum Carum Regem iustissimum Artemisiam sororem simul, & vxorem habuisse. Idem Diodorus eodẽ libro scribit Idrieum ipsum quoque Carum regem, Aolam sororem vxorem duxisse. Quod & tradit Arrhianus libro Gestorum Alexandri: vbi & illud adiicit, eum morientem illi regnum reliquisse. Dionysius Syracusanus posterior, vxorem duxit Sophrosynam sororem, consentiente patre Dionysio superiore: vt scribit Probus Aemilius in Vita Dionis, in principio. Et Plutarchus in vita quoque Dionis atque etiam Timoleonis. Et Monobazus cognomento Bazeus Adiabenorum Rex, Helenam sororem: ex qua genuit Izatem, laudatissimum illum apud Iosephum, libro xx. Antiquitatum, cap. 2. Item Cleopatra illa Aegypti Regina, Ptolemæo fratri suo nupsit. Ex quo est illud Lucani lib. 8.

Degener incestæ sceptris cessure sororis.

Et lib. x.

Miscuit incestam ducibus Ptolemæi da nostris.

Et iterum eodem lib.

—Nupsit soror impia fratri.

¶ Quid, quod apud Athenienses illos, Græcorum sapientissimos, fas fuit, sororem in matrimonio capere: vt etiam tradit Arnobius illo ipso lib. 8. Disputationum aduersus gentes. Nam & Cimon Atheniensium vir summus, huiusmodi institutum secutus, Elpinicen sororem in vxorem duxit: sicuti retulit Aemilius Probus, tum in proœmio eius libri, quem elegantissimè scripsit, de excellentibus Imperatoribus, tum in vita ipsius Cimonis. Quamquam Plutarchus in vita eiusdem aliter referat, illum videlicet cum sorore non clam concubuisse. At crebrò sibi obiectum fuisse flagitium in sororem, veluti nefas esset cum sorore coire. Quod & in eandem sententiam memorat idem Plutarchus in lib. de Sera numinis vindicta. De quo etiã nonnihil Athenæus lib. 13. c. 21. Et id quidem approbare videtur, quod à Valerio Maximo proditum est lib. j. tit. 8. qui est de miraculis, Nausimenes Atheniensis vxorem, cum filij filiaq; stupro interuenisset, inopinati monstri conspectu perculsam, & in præsens tempus ad indignandum, & in posterum ad loquendum obmutuisse. Illos nefarium concubitus voluntaria morte pensasse. Illud autem certum ex Terentio in Adelphis, atque etiam in Phormione, legem Athenis fuisse, vt orbæ eis nuberent, qui essent genere proximi. Cuius etiam legis mentionem fecit Diodorus Bibliothecæ lib. 12. vbi eandem legem fuisse tradit etiam apud Thuriõs.

¶ Ex his autem multarum gentium, & nationum moribus matrimonia cum matribus, & sororibus admittentibus, ortum est illud Ouidij lib. x. Metam.

—Gentes tamen esse feruntur,

In quibus & nato genitrix & nata parenti

Iungitur, vt pietas geminato crescat amore.

Quæ quidem Ouidij ratio, imò verò Myrrhæ patrem nefariè adamantis, quam hæc pronuntiantem facit, quod causam suam defenderet, mouit Chrysippum Solensem, vt quod ἡ πρότερον δὲ diceret, congressum cum matre, filia, sorore parum prudenter vitio verti. Cuius etiã rei nonnihil meminit Epiphanius lib. Hæreseon 3. c. vlt. vbi leges eius de hac re nepharias appellat: & Laertius in Chrysippo, dicēs illū in lib. de Republica, & iterum in libro, De his quæ per seipsa non sunt appetenda, permisisse congedi matribus, filiabus, & sororibus. De quo, vt opinor, intelligens Chrysofostomus in libro, quem in laudem Babylæ martyris composuit, tradit Philosophorum Stoicæ præfectum statuisse, fas esse commisceri matribus, & sororibus. Nam Chrysippus successit in scholæ

regimine

regimine Cleanthi, qui Zenoni successerat, scholæ sectæque Stoicæ auctori: vt à Diogene Laertio videri potest. Theophilus autem Antiochenus aduersus Autolycum lib. 2. tradit Stoicos & simul Epicurum suadere atque introducere incestos concubitus cum matribus & sororibus.

¶ Sed nequis tamen putet Ouidium, vt ad eum reuertamur, illi sententiæ adhæsisse (id enim obiter dicere volumus) is eadem ipsa historia hæc grauius pronuntiauit:

Accipit obsceno genitor sua viscera lecto,

Virgineosq; metus leuat, hortaturque timentem.

Plena patris thalamis excedit, & impia diro

Semina fert utero, conceptaque crimina portat.

Dextera Cyllene est, in qua cum matre Menephron

Concubiturus erat seuarum more ferarum.

Et lib. 7. eiusdem opetis:

Didicerat enim Ouidius ex Virgilij lib. 6. Aeneidos, eum acriter puniri apud inferos,

Qui thalamos nata inuadit, vetitòsque Hymenæos.

Subditque ipse Virgilius, vt ostendat id scelus, aliâque, quæ antè commemorauerat, fuisse nefandissimas.

Ausi omnes immane nefas, ausoque potiti.

Quo in loco dicit Donatus, vetitos illos Hymenæos & natura, & legibus: quod non placet Seruio, quod apud Persas id permittebatur, vt supra diximus.

¶ Sed vtcunque fuerit de cæteris nationibus, illud certum, apud Romanos, qui cæteros omnes, & prudentia, & legum iustitia faciliè superarunt, huiusmodi nuptias fuisse nefarias incestasque prorsus existimatas. Nam iam ab initio, scilicet superioribus illis temporibus, vt scribit Plutarchus in Problematis Roma. c. 6. qui se necessitudine aliqua attigissent, nullo pacto in matrimonium coibant. Postea verò plebiscitum factum est, vt in ducendis vxoribus ad neptes vsque descendere liceret, superior autem necessitudo prohiberetur. Tandem verò sancitum est; & posterioribus nostris legibus confirmatum, ne inter eas personas quæ parentum liberorumve locum obtinent, nuptiæ contrahi possint, veluti inter patrem & filiam, auum, & neprem, matrem & filium, auiam & nepotem, & deinceps in infinitum. l. nuptiæ consistere. ff. de ritu nup. & l. vlt. eo. tit. vbi dicitur, id iure gentium esse prohibitum, & §. ergo non omnes. Instit. de nupt. Ex quo est & illud Ouidij in Epistola Paridis ad Helenam:

O Ioue digna viro, ni Ioue nata fores.

¶ Sed & eorundem Romanorum legibus vetitum est matrimonium inter fratrem & sororem, vt aperte ostenditur ex l. si stipuler, vt id fiat. §. item quod leges. ff. de verb. oblig. & §. inter eas. Instit. de nup. Nam & horum concubitus morte piari solitos apud ipsos Romanos, satis constat ex memorabili historia relata à Chrysippo lib. j. Rerum Italicarum, & post eum à Plutarcho in Parallelis, c. 53. Ex quo magis miror quod à Plutarcho scriptum est in Marco Antonio eum sororem habuisse vxorem. Sed & apud Thuscõs (à quibus Romani multa veluti mutuo iam statim ab vrbe condita acceperunt) id matrimonium fuisse prohibitum ex alia non dissimili, historia commemorata à Softrato lib. 2. Rerum Thuscancarum: & ex eiusdem autoritate ab eodẽ Plutarcho eiusdem operis cap. 52. Moscouitæ autem hæreticum putant, fratres vxores sorores ducere, vt scribit Sigismundus liber Baro, in commentariis Rerum Moscouitarum.

¶ Quin etiam apud eosdem Romanos (vt ad eos redeamus) interdictum erat matrimonium inter fratrem & fratris sororisve filiam neptemve, & cõtrario. §. fratres verò. Instit. de nup. & l. vlt. C. de incest. nupt. & l. vlt. C. si nuptiæ ex rescrip. pe. vbi id appellatur infandissimum scelus. Idq; etiã de iure ff. l. vlt. ff. de condi. sine cau. & l. qui in prouincia. §. diuus. ff. de ritu nup. & l. miles. in princ. ff. de adult. & l. si adulterium. §. j. eo. tit. Quod primùm sanxisse Neruam Imperat. Roma. autor est Dion Nicæus in vita ipsius: vbi tamen Gulielmus Blanchus, qui illum, aut certè Xiphilinum, qui illius Epitomen fecit, in Latinū sermonē conuertit, neptem, pro fratris sororisve filia vertit: vt etiam facit in Vita Claudij, agens de illius & Agrippinæ matrimonio, secutus, opinor, communem vsum loquendi Gallorum. Quamquam ante tempora Neruæ Catullus Aufilenam quandam profcindit, quod patruo se prostituisset, ex eoque liberos sustulisset. Huius carmen est:

Aufilena, viro contentam viuere solo,

Nuptarum laus est laudibus eximiiis,

Sed cuius quamuis potius succumbere fas est,

Quam matrem fratres efficere ex patruo.

Scribuntque Suetonius in Claudio, ca. 27. & Cornelius Tacitus lib. 12. Claudium ipsum vxorem duxisse Agrippinam Germani fratris sui filiam, in idque Senatufconsultum postulasse, quo iustæ inter patruos fratrumque filias nuptiæ in posterum statuerentur, cum ad id tempus matrimonia huiusmodi incesta haberentur. Nec tamen (vt dicit Tacitus) repertus est, nisi vnus, talis matrimonij cupitor, Talledius Seuerus Eques Rom. quem plerique Agrippinæ gratia impulsus ferebant. Suetonius duos dici, vnū libertinū, alterū Primpilarem. Cuius etiã rei meminit Seneca in Ludo de morte ipsius Claudij. Ex quibus faciliè potes intelligere, antiquis Romanorū legibus nõ licuisse vxorẽ ducere, fratris filia: sed Claudiū eam legẽ abrogasse. At Nerua postea eã primus reuocauit. Imò ante Neruã Nero, qui Claudio proximo loco successit, accusatorem subornauit, qui Syllani

cum

Hyperion Reginam.

Ianus Camisiam.

Aeolus filios & filias iunxit matrimonio.

Alexander Pyrrhi Olympiadem. Mithridates Laodicen. Mausolus Artemisiam. Dionysius Soprosynam.

Ptolemæus Cleopatram.

Atheniensibus an licuerit sororẽ ducere. Cimon sororem duxit.

Nausimenes uxor filii filiaq; stupro interuenit. Atheniensium lex. Thuriõrum.

Qui tutati sunt incestos concubitus.

Qui contra detestati.

Romani quos matrimonij gradus prohibuerint.

Inter ascendentes, & descendentes.

Inter fratres & sorores.

Vti apud Thuscõs.

Quid apud Moscouitas.

Inter fratres & fratrum filias, & cõuerso.

Claudius Cæsar fratris filiam duxit. S. C. in id factum.

cum Lepida Caij Casij vxore ipsius amita incestu cōfingeret: ob idq; exilium illi decretum fuit, vt & ipse Cornelius Tacitus scripsit lib.16. Suetonius autem tradit, Domitianum Iuliam fratris filiam, adhuc virginem, oblatam in matrimonium sibi, cum deinctus Domitiæ nuptiis pertinacissimè recusasset, non multo post alij collocatam vltro corrupisse: tãquam matrimonium, si is amplexus fuisset, non illegitimum fuisset. Philostratus verò in vita Apollonij lib. 7. dicit ipsum Domitianum ipsam Iuliam, fratris filiam, vxorem duxisse, interfecto Sabino priore ipsius Iuliam marito. Qua re audita Apollonius, O nox, inquit, qualis quondam fuit Danaï filiarum, cur sola fuisti? Plinius autem Iunior li. 4. Epistolarum, ad Minutianum scribit, eum fratris filiam incesto non polluisse solum, verum etiam occidisse: eam enim viduam abortu peruisse. Ex quo est illud Iuuenalis:

Cum tot abortiuis succundam Iulia vuluam
Solueret, & patruo similes effunderet offus.

Seruius filias
auunculis nu-
ptui dedit.

Porro Seruius Tullius Rom. Rex duas ipsius filias in matrimonium dedit fratribus matris earum, vt retulit Dionysius Halicarnassæus lib. Antiquitatum Rom. 4. Nec dissentiant Liuius, & alij rerum Rom. scriptores.

43
Alcinous du-
xit fratris fi-
liam.
Dido auuncu-
lo nupsit.
Dion sororis
filiam duxit.

¶ Et vt hoc obiter addam, Homerus lib. 7. Odyssæ, tradit Alcinoum sanctissimum Phæacum Regem duxisse vxorem Areten filiam Rhexenoris fratris sui. Diodorus quoque Siculus eod. lib. 16. quo Philip. Macedonici historiam describit, tradit Philippum ipsum Cleopatram filiam Alexandro Epirotarum Regi, auunculo vxorem dedisse. Iustinus quoque lib. 18. prodidit, Elisam Tyrriorum Regis filiam (ea est quæ Virgilio in sua Aeneide Dido appellatur) Sichæo auunculo nupsisse. Et Paulus Aemilius in vita Dionis, scribit ipsum Dionem, virum omnibus virtutum numeris absolutissimum, duxisse vxorem Areten, fororis Aristomaches filiam. Quod & ipsum tradit Plutarchus in vita eiusdem. Denique Herodotus libro 5. tradit Anaxandridem Spartanorum regem duxisse in vxorem sororis filiam.

44
Duorum fra-
trum uel foro-
rum liberi le-
gitime copu-
labantur.
Marcus Anto-
ninus conso-
brinam suam
uxorẽ duxit.
Itẽ & a pri-
scis Italis ob-
seruabatur.

¶ Sed vt redeamus ad Romanorum leges, duorum fratrum vel fororum liberi legitime matrimo- nio iungi possunt. l. 3. ff. de rit. nupt. & l. conditioni, quæ est 2. C. de instit. & substit. & l. celebran- dis. C. de nupt. & §. duorum autem fratrum. Instit. eo. tit. Nam & apud Liuium lib. 2. §. Decadis, Spu- rius Ligustinus ait, patrem sibi vxorem fratris sui filiam dedisse. Et Cicero in oratione pro Clu- entio Habito, scribit Cluentiam ritè nupsisse M. Aurio consobrino suo. Brutus vxorem duxit Por- tiam consobrnam suam, vtpote Catonis Vicensis filiam: cum ipse esset filius Seruiliæ sororis ip- sius Catonis: vt videre licet ex Plutarcho in vita ipsius Bruti. Et Marcus Antoninus Philosophus, qui sanctitate vitæ omnibus Principibus antecelluit, Faustnam consobrnam suam vxorem du- xit, vt testis est Iulius Capitolinus. Idque etiam apud priscos Italiæ populos obseruabatur. Nam Turnus, quem Rex Latinus, & eius vxor Amata sibi generum desponderant: & Lauinia eorum filia, consobrini erant. Venilia enim mater Turni, & Amata Lauiniæ mater, sorores erant. Ex quo Virgilius lib. 2. Aeneid. hæc facit Latinum loquentem,

Quid consanguinei Rutuli?—

Quem in locum Seruius id annotat. Nec id quidem sine aliorum vetustiorum exemplo: quando- quidem apud Hebræos id interdictum non erat. Nam Amram vxorem duxit patrualem suam, vt est in vulgata editione, quæ ei peperit Aaron & Mosen, vt scribitur Exodi 6. ca. Nec etiam is gra- dus est inter prohibitos Leuit. 18. ca. vti nec apud alias priscas gentes. Nam Deucalion vxorẽ du- xit Pyrrham patrualem. Iapetus enim duos sustulit filios: Prometheum, qui Deucalionẽ, & Epi- metheum, qui Pyrrham genuit. Ex quo est illud Ouidij lib. j. Metamorphos.

Deucalion Pyrrham lacrymis affatur obortis:
O soror & coniux, & famina sola superstes,
Quam commune mihi genus, & patruelis origo,
Deinde thorus iunxit.—

Item ab He-
bræis.

Quod tamen
postea abro-
gatum est.

Tu tamen vide, quæ de legibus Mosaicis dicam postea nu. 49. Posterioribus autem temporibus Theodosius maior id matrimonium primus lege prohibuit, vt retulerunt Aurelius Victor, & Paulus Diaconus. Et iterum quoq; Clotharius Rex, vt legitur in Legibus Alemãnorum, tit. de illicitis nupt. Et id denique Pontificum decretis, & san- ctionibus confirmatum est, & approbatum, qui ad quartum gradum hanc matrimoniorum prohi- bitionem protenderunt, vt patet ex cap. vlt. extrã de consan. & affi.

45
Ro. cur cõiu-
torum matri-
monia probi-
buere.

¶ Quare autem apud Romanos inter necessitudine aded arcta coniunctos non erat legitimum ma- trimonium, Plutarchus Problematon cap. 108. has rationes attulit: Quoniam nuptiis necessitudi- nes augeri volebant, & vltro citroque filias dando, & accipiendo, multos sibi propinquos adiun- gere. Cui rationi subscribit Aurelius Augustinus Ciuitatis diuinæ lib. 15. c. 16. Nam loquens de li- beris Adam, & Euæ, Cum nulli (inquit) essent homines, nisi qui ex illis duobus nati fuissent, viri sorores suas cõiuges acceperunt. Quod profecto, quãto est antiquius, cõpellente necessitate, tantò postea factum est damnabilius, religione prohibente. Habita est enim ratio rectissima charitatis, vt homines, quibus esset vtilis atque honesta cõcordia, diuersarum necessitudinum vinculis ne tenerentur, nec vnus in vna multas haberet necessitudines, sed singulæ spargerentur in singulos: ac sic ad so- ciale vitam diligentius colendã plurimæ plurimos obtinerent. Pater quippe, & focer duarum sunt necessitudinum nomina: vt ergo alium quisq; habeat patrẽ, alium focerum, numerosius se charitas por- rigit. Quæ Augustini sententia reperitur in Decretis canonicis in ca. 1. 35. q. 1. Et his cõcinit, quod scribit

scribit Isychius Hierosolymitanus, Gregorij Nazaneni discipulus, lib. v. Cõment. in Leuitic. enar- rans caput illud 18. ac rationẽ reddens, quare prohibebatur inter cõiunctos sanguine matrimoniũ: Vt non confundantur (inquit) generationes, nec dispereant hæreditates, neque frater, & pater idem fieret, eiusdemq; esset vxor, & mater. Vtraque enim hæc eueniebant, si eandem vxorẽ pater & filius habuissent, ex eaque filios procreassent: ex filia enim genitus tã patrem genitorẽ suum, quã fratrem haberet: quippe qui ex ea natus est, quæ & illum peperit, & vxor eius simulatq; mater fuit. Hæc autẽ ex nefaria cognatorum cõmitione, & alia his similia eueniunt. Et D. Chrysostomus in primã ad Corint. epist. Homil. 34. rationem quoq; reddens, cur Moyse nobis in eo 18. Leui. ca. connubio consanguineorum interdixit, Aliã (inquit) coniunctionis formam cõmentus est, insu- per cognatorum connubio interdicto, ad alienos nos eduxit: illos vicissim ad nos pellexit, quos naturali necessitudine copulari non licet, hos nuptiis conglutinavit, integras sæpe familias vnus Nymphæ gratia cõciliando, genus generi totum permiscet. Non duces sororem tuã, inquit, neque sororem patris, nec aliã eiuscemodi, ea generis necessitudine coniunctã, vt nefas sit misceri, ipsis nominibus cognatorum formas recensens. Satis causã sit, cur illas ames, ex eodem esse te vtero prognatum: aliter tibi competent aliã. Cur tu charitatis amplitudinem redigas in angustum? aut cur officium charitati non necessarium impendis? quò amicitiam coniuge aliunde ducta, & per hanc longissimam affinium seriem, parentes, fratres, & illorum necessarios omnes conciliare tibi potes?

De eadem re.

Theologorum
scholasticorum
eius rei ratio-
nes.

Bruta coitum
parentum de-
testantur.

Natura hos
cõcubitus ab-
ominatur.

46 ¶ Ceterum Plutarchus (vt ad eum redeamus) in loco suprã citato, alias quoque huius prohibitio- nis rationes affert: Agnatorum, inquit, disidia inter se verebantur, quibus naturalia iura vnã cum propinquitate tollantur. Denique mulieres propter imbecillitatem, ope & auxilio multorum e- gentes, propinquos idcirco se adiungere volebãt, vt si quæ à suis viris iniuria afficeretur, cognati opẽ ferrent. Sed & Theologi scholastici huiusce rationes afferre nituntur. Nam D. Thomas 2. 2. q. 154. artic. ix. & post eum Ant. in ij. parte suæ Summæ, titu. v. c. item v. versi. item quantum ad tertium, quatuor rationes reddunt, & in his eam quam primo loco adscripsit Plutarchus. Alias item Rabbi Moyse Aegyptius lib. Perplexorum 3. c. 50. quas inibi videre poteris.

47 ¶ Ego autem quantum ad parentes & liberos pertinet, rationem interdicti inter eos matrimonij naturã acceptam refero, quæ & bruta quoque animalia, quibus præter meram ipsam naturã nulla ratio subesse potest, docuit nefandos istos & ominosos concubitus renuere, aspernari, refugere, detestari. Refert enim Aristoteles libro nono Animalium, c. xlvij. & Aelianus lib. v. Historiæ etiã animalium, Camelos matres suas nunquam superuenire. Cumque aliquando curator pullum ma- tri opertã admisset, is delapso operimẽto matre cognita, camelarium illum morsu defixõ inter- emit. Quod & ipsum tradit ipse Aristoteles, si is est (nam eruditi quidam addubitant) in lib. de Mi- rabilibus auscultationibus c. ij. & Didymus in suis Georgicis apud illum scriptorem τῆν γεωπονικῶν lib. xvj. c. xxij. vbi præterea addit, nec forori camelum admisceri. Et Aelianus de animalibus lib. iij. c. xlvij. eodemque vlt. Et Auicenna lib. ix. de Animalibus, regi Scytharum fuisse equam egregiã, ex qua mares generosi omnes nascerentur, quorum vnum, qui præstantior haberetur, matri admis- sum, vt ex ea procrearet, omnino recusasse: opertã dein matrem latuisse, vt imprudens superue- niret. Verum vbi à concubitu faciẽ matris detectã agnouit, fugã properasse, atque se ipsum actum præcipitem interemisse. Quod & recensuit Aelianus lib. iij. c. vij. & Plinius lib. viij. c. xlij. Vbi & il- lud præterea addit, equã, eadem ex causa in Reatino agro, lacerato prius peroriga, sese quoq; præ- cipitasse. Nãque & cognationum, inquit, intellectus in iis est. Quinetiã Varro lib. Rei rusticæ 2. c. vij. ait, vt alij diuidunt, 14. Cum equus (ait) matrẽ vt saliret, adduci nõ posset, & eũ capite obuoluto per- origa adduxisset, & coegisset matrẽ inire, cum descendenti velum dempsisset ab oculis, ille impetum fecit in eũ, ac mordicus interfecit. Idemq; de Elephantem scripsit Nicolaus Lyrensis, tũ in Matthæũ c. xix. tum in priorẽ Diui Pauli epistolam ad Corinthios, c. v. Ex nostris quoque Ioãnes Lupus in tract. de matrimonio & legitimatione, char. v. refert in prouincia Vandalia id quoque contigisse, quòd cum equus matrẽ adopertam cõpresisset, nã haud tectam prius recusaret, ea cõfestim dete- cta, & à filio cognita, is capite reclinato, sibi genitalia amputauit. Ex eoque & ipse Lupus naturæ assignat, quòd legibus prohibitum est matrimonium inter parentes & liberos. Et huc pertinet quod scribitur in Authen. de incest. nupt. post princ. multa etiam bruta animalia huiusmodi con- cubitus auersari. καὶ τοιαῦτα γὰρ ἐπιθυμῆι ὅποια πολλὰ καὶ τῆν ἀλόγων ἀποσειέται ζωῶν.

48 ¶ Nec tamen, quod de equis dictum est, id perpetuum est, quando & ipsi nonnunquam matres & filias superueniant, autore ipso Aristote. lib. de Natura animalium vij. capit. xxij. Et Ouid. libr. Meta. 10.

—Cõeunt animalia nullo
Cetera delectu: nec habetur turpe iuuenca,
Ferre patrem tergo: fit equo sua filia coniunx.

Ex quo etiam intelligis, id brutorum commune esse: vti etiam ostendit idem Ouidius lib. vij. eius- dem operis:

Dextera Cyllene est, in qua cum matre Menephron,
Concubitus erat seuarum more ferarum.

Nam & Columella lib. vij. c. vj. capros mensium septem esse satis habiles ad procreandum, quo- niam immodicus libidinis, dum adhuc vberibus alitur, matrem stupro superuenit. Varro autem

Capri matres
superueniunt.

apud scriptorem illum Geoponicôn,lib.xix.c.j.monet cauendum,ne canes ex eadem matre pro-

gnati,inuicem coeant.
49 **Barbarorum esse hos cōcubitus.** Porro Euripides in Adromache, hunc morem esse Barbarorum dicit, vt pater filia, & filius matri misceatur,& foror fratri.

τοῦτου πάμ το βάρβαρου γένος
πᾶν τε θυγατρὶ, πᾶς τε μητρὶ μίγνυσι,
κῆρ τ' ἀδέλφῳ.

A diis eos esse prohibitos. Et Socrates apud Xenophontem lib.iiij.ἀπομνημονεύματων, quasi rerum memorabilium dixeris, asserit,legem illam à Diis conditam, ac positā esse,μήτε γονέας πασι μίγνυσι, μήτε παῖδας γονόσιν, id est, neque parentes filiis misceri, neque filios parētibus. Quod cum multis sermonibus probasset, tandem subiungit, ἕκῃ οἷγε παιδοποιεῖσθαι, ὡς ἔδῃ παιδοποιεῖντα. Sed & exemplum Loth & filiarū relatum Gene.19.c.& repetitū in c.inebriauerunt.15.q.ij.fatis ostendit, huiusmodi parētum & filiorū concubitum fuisse nefarium iure naturæ,nimirū diutiùs ante leges Mosaicas, quæ primæ omniū legum fuerūt. At postea ipsis Mosaicis Legibus nō licebat cum proxima sanguinis sui cōcumbere,vt scribitur d.c.xviiij.Leu. quod cōiugij limites & sanguinis gradus prohibitos definit.Sed & eos nūcupatim adscribit,& versibus cōplectitur gl.in c.literas.in verbo, diuina lege.extrā de resti.spol. Inter quos gradus prohibitos erat amita, id est, foror patris: quanquā ante eas leges legimus Amrā patrem Mosis, vxorē duxisse Iochæbæd, & sororem Kehath, qui & ipse fuit filius Leui, & pater ipsius Amram: vt videre est ex c.xxvj.Nume. iuncto c.vj.Exodi: vbi tamē D.Hieronymus, aut quisquis is fuit, ἡγγ vertit patruelem, vt diximus suprā nu.43. Quam tamen dictionē Hebræi dicunt significare sororem patru. In quibus autem gradibus possit Papa dispensare, videbis apud Paul.Pari.post alios,confi.lxviij.dubium.lib.iiij.Nec tamen hic omittemus, quod Plato libr.v.de Repub. ius facit omnes sibi matrimonio iungere, præterquam patres, filios, & filiorum filios, atque horum superiores, & inferiores. Quin ipse libr.xj. de legibus, iubet matrimonium copulari inter eos, qui sanguine proximi sunt.

Mosis de ea re leges. Sicut autem apud plerasque nationes licebat sorores ducere in matrimoniū, vt suprā diximus, ita & fratrum vxores viduas. Nam & Deiphobum, vnum ex filiis Priami, legimus duxisse vxorem Helenam, viduam Paridis sui fratris. Quod inter cæteros testatur Virgilius lib.vj. Aeneid. vbi hæc facit ipsius Deiphobi vmbra loquentem:

Sed me fata mea, & scelus exitiale Lacæne,
His miserere malis: illa hæc monumenta reliquit.
Nanque vt supremam falsa inter gaudia noctem
Egerimus nostri. Et paulo pōst:
Tum me confectum curis, somnōque grauatum
Infelix habuit thalamus: presitq, iacentem
Dulcis & alta quies, placidæq, simillima morti.
Egredia interea coniunx arma omnia tectis
Emouet, &c.

Platonis leges de ea re. Quem in locum Seruius, Hic, inquit, Helenam duxerat mortuo Paride, ad cuius domum prius ire erat necesse. Id quod etiam videre licet ex ipso Seruio lib.ij. Aeneid. ibi,
Tum verò manifesta fides. Et ex Hygino Fabularum c.ccxl. Helenus quoque, Hectoris frater, post mortem Pyrrhi, qui Andromachen ipsius Hectoris viduam duxerat, eadem duxit vxorem, vt tradit Pausanias libr.ij. Sed & cum Eumenes Pergami rex mortuus esse putaretur, Attalus eius frater, sumpto diademate, æ eiusdem vxore accepta, cœpit regnare. Eum verò Eumenes iucundè amplexus, in aurem illi dixit. Ne properes meam vxorem antè ducere, quam me mortuū videris. Postea autem Eumenes ipse moriens & vxorē & regnum illi reliquit. Quod à Plutarcho est scriptū in ipsius Eumen. Apophtheg. De quo etiā Liuius v. decadis libr.ij. Demetrius quoque Cleopatrá vxorem fratris, vxorē duxit, apud Iustinum lib. xxxvj. Apud Romanos quoque Crassus fratris defuncti vxorem duxit, ex quæ ea filios genuit. At apud Hebræos nuptiæ huiusmodi erant interdixæ, ex d.c.18. Leuitici, vbi ita scribitur, vxorem fratris sui nullus accipiat. Nec hoc dixisse contentus Moyfes, illud repetit, Turpitudinem vxoris fratris tui non reuelabis: quia turpitude fratris tui est. Hincque illa D. Ioannis acris repræhensio in Herodē, qui Herodidem, vxorem Philippi fratris sui, matrimonio sibi coniunxerat. Non licet tibi habere vxorē fratris tui: vt scribitur Matth. xiiij. Marci vj. & Luc. iij. Sed hæc sanè intelligenda sunt, vt non liceret ducere vxorē fratris sui viuētis: & ita loquuntur posteriores loci. Sed nec mortui quoq, vt prior locus ostēdit: nisi tamen frater ex ea vxore nullos reliquisset liberos: tunc enim nō erat interdixtū matrimonium fratris cum ea vidua fratris mortui. Quinetiā erat præceptū, vt scilicet suscitaret semen fratri suo mortuo, ne deleteretur nomen eius ex Israel: vt videre licet ex Deuteronomij c. xxv. & Matth. xxij. & Marci xij. & Luc. xx. Hincque repræhensio est Archelaus, quod Glaphyram olim Alexandri fratris coniugem, & liberorum ex eo susceptorum matrem, vxorē duxisset, contra Iudæorum leges: vt scribit Iosephus lib. xvij. Antiquitatum, c. xv. eodemq, vlti. & Aegēippus lib. ij. c. item 2. Nostri autem legibus id matrimonium omnino scelestū est, per l. fratris. & l. licet. & l. vlti. C. de incest. nup. An autē Papa possit in hoc casu dispensare, videbis latè per Aegidium Bellame.

Vxores fratrum an liceat ducere uxores. Sicut autem apud plerasque nationes licebat sorores ducere in matrimoniū, vt suprā diximus, ita & fratrum vxores viduas. Nam & Deiphobum, vnum ex filiis Priami, legimus duxisse vxorem Helenam, viduam Paridis sui fratris. Quod inter cæteros testatur Virgilius lib.vj. Aeneid. vbi hæc facit ipsius Deiphobi vmbra loquentem:

Sed me fata mea, & scelus exitiale Lacæne,
His miserere malis: illa hæc monumenta reliquit.
Nanque vt supremam falsa inter gaudia noctem
Egerimus nostri. Et paulo pōst:
Tum me confectum curis, somnōque grauatum
Infelix habuit thalamus: presitq, iacentem
Dulcis & alta quies, placidæq, simillima morti.
Egredia interea coniunx arma omnia tectis
Emouet, &c.

Quem in locum Seruius, Hic, inquit, Helenam duxerat mortuo Paride, ad cuius domum prius ire erat necesse. Id quod etiam videre licet ex ipso Seruio lib.ij. Aeneid. ibi,
Tum verò manifesta fides. Et ex Hygino Fabularum c.ccxl. Helenus quoque, Hectoris frater, post mortem Pyrrhi, qui Andromachen ipsius Hectoris viduam duxerat, eadem duxit vxorem, vt tradit Pausanias libr.ij. Sed & cum Eumenes Pergami rex mortuus esse putaretur, Attalus eius frater, sumpto diademate, æ eiusdem vxore accepta, cœpit regnare. Eum verò Eumenes iucundè amplexus, in aurem illi dixit. Ne properes meam vxorem antè ducere, quam me mortuū videris. Postea autem Eumenes ipse moriens & vxorē & regnum illi reliquit. Quod à Plutarcho est scriptū in ipsius Eumen. Apophtheg. De quo etiā Liuius v. decadis libr.ij. Demetrius quoque Cleopatrá vxorem fratris, vxorē duxit, apud Iustinum lib. xxxvj. Apud Romanos quoque Crassus fratris defuncti vxorem duxit, ex quæ ea filios genuit. At apud Hebræos nuptiæ huiusmodi erant interdixæ, ex d.c.18. Leuitici, vbi ita scribitur, vxorem fratris sui nullus accipiat. Nec hoc dixisse contentus Moyfes, illud repetit, Turpitudinem vxoris fratris tui non reuelabis: quia turpitude fratris tui est. Hincque illa D. Ioannis acris repræhensio in Herodē, qui Herodidem, vxorem Philippi fratris sui, matrimonio sibi coniunxerat. Non licet tibi habere vxorē fratris tui: vt scribitur Matth. xiiij. Marci vj. & Luc. iij. Sed hæc sanè intelligenda sunt, vt non liceret ducere vxorē fratris sui viuētis: & ita loquuntur posteriores loci. Sed nec mortui quoq, vt prior locus ostēdit: nisi tamen frater ex ea vxore nullos reliquisset liberos: tunc enim nō erat interdixtū matrimonium fratris cum ea vidua fratris mortui. Quinetiā erat præceptū, vt scilicet suscitaret semen fratri suo mortuo, ne deleteretur nomen eius ex Israel: vt videre licet ex Deuteronomij c. xxv. & Matth. xxij. & Marci xij. & Luc. xx. Hincque repræhensio est Archelaus, quod Glaphyram olim Alexandri fratris coniugem, & liberorum ex eo susceptorum matrem, vxorē duxisset, contra Iudæorum leges: vt scribit Iosephus lib. xvij. Antiquitatum, c. xv. eodemq, vlti. & Aegēippus lib. ij. c. item 2. Nostri autem legibus id matrimonium omnino scelestū est, per l. fratris. & l. licet. & l. vlti. C. de incest. nup. An autē Papa possit in hoc casu dispensare, videbis latè per Aegidium Bellame.

Bellame. confi. xxviii. in factō mihi tradito. Sororem quoque vxoris mortuæ in vxorē accipere, Theffalorum moribus permissum fuisse videtur ex eo quod narrat Liuius 4. decadis libr. x. non multo post principium, Philippum regem Macedonum Herodicum Theffalorum principē occidisse generosq; illius, in viduitate relictis filiabus singulos filios paruos habētibus, quibus Theoxena & Archo nomina erāt, Theoxenā multis petentibus aspernatā fuisse nuptias. Alterā Poridi cuidam longè principi Aenianum nupsisse, & apud eum plures partus enixā, paruis admodū relictis omnibus, decessisse. Theoxenā, vt in suis manibus liberi sororis educarētur, Poridi nupsisse, & tāquam omnes ipsa enixa foret, suum sororisque filios in eadem cura habuisse. Quod & apud Romanos licuisse videtur, ex eo q; Cecilius Metellus vxore priorē mortua sororē illius duxerit.

51 Et vt ad alia transeamus, sunt & qui sequuti sententiā Zenonis in lib. de Republica, Chryssippi in libro suprā citato nu. 38. Diogenis Sinopæi, Socratis, Platonis, Nicolai Antiocheni, à quo Nicolaitæ hæretici sunt vocati: de quo Eusebius lib. Historiæ Ecclesiast. 3. c. xxij. & August. in Catalogo herefeon: item Basilidæ, & Carpocratis in libro de Iustitia, de quibus Irenæus lib. i. aduersus hærefes, c. xxxij. & præterea Epiphanius Carpocratis quoque filij, in lib. quoque de Iustitia, de quo Epiphanius Cyprius lib. contra hærefes, 1. to. 2. sect. 32. & Prodi, de quo D. Clemens, lib. iij. Stromaton, & Theodoritus Cyrus in Hæreticarum fabularum cōpendio, & Cabadis, aut (vt alij vocant) Canadis, Persarum Regis, qui de ea re legem tulit, apud Procopiū lib. i. de Bello Persico, & apud Agathium libr. iij. Peregrinarum historiarū: atque etiam Gnosticorum, de quibus ipse Epiphanius illo eodē lib. & tom. sect. 26. & Theodoritus, vbi suprā, & Simoniorū, ita à Simone Mago dictorum, apud D. Augustinū in prin. d. lib. Hærefeon. Sunt, inquā, qui ex horum sententia nullas priuatim vxores habent, sed omnibus, vt cōmunibus, vtuntur. Et in his Aethiopes Garamātici, de quibus Plinius lib. v. c. viij. Garamantes matrimoniorū exortes, passim cum fœminis degunt. & Martianus capella lib. vj. vbi de interiore Africa: Garamantes, inquit, vulgò fœminis suis matrimonio sociantur. Et Pōponius Mela lib. i. Nulli, ait, Garamantū certa vxor est. Ex illis, qui tam confuso parentum coitu passim incertique nascūtur, quos pro suis colant, formæ similitudine agnoscunt. Solinus quoque c. xxxix. aut vt alij diuidunt, 43. Garamantici Aethiopes priuatim matrimonia nesciunt, sed omnibus vulgò vti Venere licet. Inde est, quod filios matres tantum recognoscunt: nam paterni nominis nulla reuerētia est. Quis enim verum patrem nouerit in hac luxuria incesti, lasciuientis? Ea propter Garamātici Aethiopes inter omnes populos degentes habentur: nec immeritò, quia afflicta castitatis disciplina, successionis notitiam ritu improbo perdidērunt. Hæc ille. Et de his, vt opinor, intelligit Aristoteles lib. ij. Politicōn, c. item 2. cum dicit, quibusdam superioris Libyæ populis mulieres esse communes, filios tamen partiri secundum similitudines. Et Claudianus de bello Gildonico:

--Connubia mille,
Non illis generis nexus, non pignora curæ,
Sed numero languet pietas.--

Vide tamen quod de Garamantis diximus suprā nu. 22. inci. Nec foli. Et simile quippiam de Limyrnis, aut vt alij legunt, Liburnis, tradit Nicolaus scriptor Græcus in lib. πρὸ ἐδάε, veluti dicas de moribus gentium, apud Stobæum Sermo. 42. Limyrnij vxores habent communes, & liberos communiter alunt, vsque ad annos quinque. Deinde sexto anno pueris omnibus congregatis, similitudines ipsorū ad viros coniectant, & vniqueque similem tradunt puerum, ceu parenti, quem ille acceptū pro filio educat. Hæc ille, ad cō similia iis, quæ Aristoteles de Libybus tradit, vt iidem esse videantur.

52 Illud autem, quod de similitudine dictum est (vt id obiter dixerim) quorundam nostrorū sententiam confirmat, qui cum dubitatur, vtrum filius sit prioris, an posterioris mariti, quando mulier post secundum matrimonium ocyus parit, quam vt discerni certò possit, vtrius sit mariti: dicunt illius esse, cuius faciem formamque refert. Ita enim voluit Iaco. Bellauis. in sua disput. incip. Berta contraxit matrimonium. & Alber. in l. septimo mense. circa medium. ff. de statu. homi. & in rub. C. ad Orfi. & Bal. confi. cccxc. tam profundè. post prin. lib. ij. Rapha. Fulg. confi. ccxij. quædam mulier. col. iij. versicu. rursus manifestior: vbi & hinc sumit argumentum adulterij: & nouissimè Alciat. in l. quæret. ff. de verbo. signifi. De qua re omnes differunt in l. Gallus. in princ. ff. de libe. & posthu. Inter quos Iason, post alios multos à se citatos, eam opin. refellit. vti etiam facit Carolus Ruinus confi. liij. ex pluribus. col. iij. nu. ix. lib. v. & Ludo. Gozad. confi. xij. in hac causa. col. j. nu. 3. & seq. Marius autem Salomonius in d. l. Gallus. latè, ac scienter defendit, vti apud eum videre poteris. Sed cui illud addere poteris, quod Plutarchus lib. 5. de Placitis Philosophorum, ex antiquorum decretis scribit de similitudine parentum, & filiorum: quòdque de ea re scribit Lucretius lib. iij. de Rerum natura, illis versibus:

Et commiscendo cum semen, &c.

Quibus ostendit, fœtus, qui plus materni seminis participant, fieri similes matribus: qui paterni, patribus. Et quod Macrobius libro Satur. 2. c. v. tradit, Iuliam Augusti filiam suis adulteris admittantibus, quod ea filios omnes Agrippæ marito similes edidisset, respondisse non nisi plena nauē se vectorem admisisse. Quod item scribit Martialis lib. vj. Epigrammaton, ad Nepotem:

Est tibi quæ patri signatur imagine vultus,

Qui uxores communes habent.

Aethiopy Garamaticorum similitudine formæ parentum agnoscuntur.

Libyæ superiorum consuetudo.

Limyrniorū, siue Liburnorum.

Filii patres uultu representari solent. Vtrius uiri filius esse censeatur, qui utriusque esse potest. Adulterium ex similitudine deprehendi.

Iulie dictum.

Testis materna nata pudicitia.
Pater ex Marullo. Cinna factus es septem,
Non liberorum (nanque nec tuus quisquam,
Nec est amici, filiusue vicini)
Sed in grabatis tegetibusque concepti.
Materna produnt capitibus suis furta,
Hic qui retorto crine Maurus incedit,
Sobolem fatetur esse se Cogisandra,
At ille sima nare, turgidis labris,
Ipsa est imago Pannici palestrite.
Pistoris esse tertium quis ignorat,
Quicumque lippum novit, & videt Damam?
Quartus cinæda fronte, candido vultu
Ex concubino natus est tibi Lygdo.
Præcide, si vis, filium: nephas non est.
Hunc verò acuto capite, & auribus longis,
Quæ sic mouentur, ut solent asellorum,
Quis morionis filium neget Gytha?
Duae sorores, illa nigra, & hæc rufa
Croti choraulæ, villicique sunt Carpi.

Et in eodem libro in Cinnam:

Quibus ostendit, filios facie atque similitudine referre, repræsentareque formam, atque faciem adulterorum, qui eos genuerunt. Et hinc Soranus Ephesus Medicus in Isagoge, ca. xvij. Quinto mense induit fœtus similitudinem seu patris, siue matris: aut adulterium demonstrat. Et Solinus e. iij. tradit Procœnesiam ancillam è duplici adulterio geminos edidisse, vtrunque patri similem. Quod accepit à Plinio lib. vij. c. xj. vbi etiam scribit, aliam gemino partu, alterum marito similem, alterum adultero edidisse. Id quod ex Aristotele est lib. vij. de Historia animalium, ca. iij. Sed & illud Phocylidis poetæ Græci,

ὅκ γὰρ τινὲς πατρὸς ἀμοίως μοιχικὰ λέκτρα.
Haud similes pariunt stuprata cubilia natos.

Cui concinit & illud Theocriti Idyllio 17.

Ἀσέγγυ ἢ γυναικὸς ἐσ' ἀποστρίψαι νότον αἰὲν,
ὀφείδει ἢ γοναί. τέκνον ἔπ' ὅτι εἰκότα πατρί.

Non amantis autem mulieris in alieno mens semper:
Faciles autem fœtus, filij autem nunquam similes patri.

Hesiodus lib. i. Operum & dierum:

Τίχουσι δὲ γυναικὸς εἰκότα τέκνα γόνευσιν.
Et similem sobolem genitricis patribus edunt.

φιλεῖ γὰρ αἶμα τοῦτον δὲς ἂν ἢ πατρός
τὰ πολλὰ ὁμοία σώματι πεφυκέναι.

Solet enim idem sanguis paterno
Pleraque similia corpori producere.

Et apud Homerum lib. i. Odysseæ, Telemachus cognoscitur filius Vlysis ex vultu & oculorum similitudine:

Ἄλλ' ἄγε μοι τόδε εἶπε, καὶ ἀβελκῶς ῥεῖ ἀλεξέου,
εἰδὲν δὲ αὐτοῖο τόσσον παῖς εἰς ὀδυσσεύ.

Αἰνῶς γὰρ κεφαλὴν τε καὶ ὄμματα καλὰ εἰπας
Κείνῳ. -- Et alibi lib. iij. eiusdem operis:

Κένυ γὰρ βροῖδε πόδες, τοιαῖα δὲ χεῖρες,
ὀφθαλμῶν τε βολαί, κεφαλῆ τ' ἐφυπέθε τε χεῖται.

Saltē si qua mihi de te suscepta fuisset
Ante fugam soboles, si quis mihi parvulus aula

Luderet Aeneas, qui te tantum ore referret.
Nullis polluitur casta domus stupris.

Mos & lex maculosum edomuit nefas.
Laudantur simili prole puerpera,

Sit suo similis patri
Mallio, & facile inficis

Noscitur ab omnibus:
Et pudicitiam suâ

Matris indicet ore.
Et Ovidius in Epistola Hysipyles ad Iasonem:

Felix in numero quoque sum, prolemque gemellam
Pignora Lucina bina favente dedi.

Geminorū al-
ter marito, al-
ter adultero
similis.

Id est, ad verbum,

Et Euripides in Electra:

Virgilius lib. iij. Aeneidos:

Horatius lib. iij. Ode 5.

Et Catullus in Epithalamio Iulæ & Mallij:

Si quæras, cui sint similes, cognosceris illis.
Nullere non norunt, cetera patris habent.
Papimius lib. v. Sylvarum in Epicedio filij:
Animâque avellitur infans
Non de stirpe quidem, nec qui mea nomina ferret.
Oraque non fueram, genitor.

Nec omiserim illud Phintyos filia Callicratis Pythagorica ex lib. περί γυναικὸς σωφροσύνης, id est, de temperantia muliebri, apud Stobæum Ser. 72. καλίστης ἢ κόσμου γυναικὸς ἐλευθέρως πράττειν οὐτ' εἰδὲν τὸ δὲ τ' αὐτὰς τέκνων ἐπιμαρτυρεῖται τὰν σωφροσύνην τὰν πρὸς τὴν ἀνδρα, αἰετὴ τ' ἐν τὰς ὁμοιοπατρίων ἐπιφείων τῶν ἀπὲρ αὐτῶν πατρὸς. Quibus significatur, imprimis honestum esse matronæ suæ pudicitiam erga virum per faciē liberorū suorū testari. Quod fit (inquit) si liberi referant typū similitudinis sui genitoris. Nota est autē illa historia cuiuspiam proconsulis (eius nomen subicitur) qui cū vidisset quempiā Siculum, sibi & vultu, & cæteris rebus profusū similem, mirari se ait, quapropter sibi tā similis esset, cū pater suus in eā prouinciā nunquā accessisset. At meus, inquit ille, Romā frequenter accessit. Ioco nanque (vt scribit Valerius, eā historiam recensens, lib. 9. c. xv. in fi.) accessitam matris suæ pudicitiam, inuicem suspicione in matrem eius reiecta, audaciū, quā virgīs & securibus subiecto conueniebat, vltus est.

53 Sed vt ad ceteros mores rei vxoriæ redeamus, nō Garamantes tantum eo more viuūt, vt vxoribus communibus vtantur, sed & alij plures, videlicet Ilophagi & Ichthyophagi, quasi dicas, pisciculi, qui & ex Aethiopiis sunt, Massagetæ, Troglodytæ, Agathyrsi, Maclyes Pœnorū populi, Aufes, Mosyni, Brachmanes Persarū sapientes, Tyrheni, & ex Arabibus ij, qui in Oceano sunt versus meridiem, Scoti, Afoi, Galactophagi, gens Scythica, & in vniuersum alij Scythæ, Hyrcani ante Alexā dri tēpora, Britanni, Persæ, Nomades. De Ilophagis, aut, vt alij vocant, Hylophagis & Ichthyophagis, testis est Diodorus Sicular lib. 4. Bibliotheca, c. iij. vbi dicit, eos mulieres, in quancunque inciderint, cognoscere prolis causa. De Massagetis, Eudoxus in prima periodo, & Laertius in Pyrrhone. Sed ij non ita habent cōmunes, vt ceteri. Quandoquidē singuli singulas ducūt, sed vtuntur vxoribus aliorū, idq; non occultē: nā qui cum aliena congreditur, pharetram è curru suspendens, in propatulo coit, vt scribit Herodotus ad calcē lib. i. & Strabo lib. ii. Aelianus lib. Animalium 6. c. lx. vbi de camelis loquitur. Sed & eos quoque in viis coire tradit Zenodotus in pro- uerbio νόμου καὶ χάρας. De Troglodytis ipse Strabo lib. 16. & Diodorus illo eod. lib. 4. c. iij. excipientes vterq; tyrannos, qui vxores sibi peculiare, & priuatas habent: quas qui corruperit, oue, inquit, mulctatur. De Agathyrsis, Machlybus, & Aufibus, Herodotus lib. 4. Nā de illis ita scribit: In cōmune cū mulieribus coeunt, vt inter se germani sint ac domestici omnes. Id quod ex eodē repetit D. Maximus Locorum cōmuniū, Serm. 60. & idē propemodū tradit Serinus apud Stobæum Serm. 42. De istis quoque ipse Herodotus vbi suprā, Machlyes, & Aufes, inquit, promiscuē cū mulieribus non vnā habitantes, sed pecudū more concubunt. Vbi apud mulierē puer robustus factus est, eius filius viri censetur, apud quē habitare sustinet: nā tertio quoque mense viri in id cōueniunt. De Mosynis Pōponius Mela: de Bragmanis Philostratus Lemnius, & Arrhianus historicus, idemq; (vt plerisque placet) Iurifconsultus. De Tyrhenis Theopōpus, Theophrastus, Timæus, Heraclides in Politicis, & Athenæus. De Arabibus Diodorus, dicto libr. 3. De Scotis D. Hierōny. in Iouinianū lib. 2. cuius illic ea verba sunt: Scotorū natio, vxores proprias nō habet, & quasi Platonis Politia legerit, & Catonis scetetur exemplū, nulla apud eos cōiunx propria est, sed vt cuique libitū fuerit, pecudū more lasciuūt. Sed & idem ad Oceanū, illud quoq; de ipsis Scotis, atque etiā Afois, vt legit Erasmus, scribit: illos videlicet vxoribus promiscuē & cōmunibus vti.

Vulgo tamē loco Afororū Attici legebatur, quod nunquā de illis legitur. De Galactophagis meminuit Nicolaus in lib. περί ἐθῶν, id est, de moribus, & ex eo Stobæus c. v. De cæteris Scythis (nā & illi Scythæ sunt) meminit Strabo lib. 7. de Hyrcanis Plutarch. in lib. de Fortuna Alexā dri. De Britānis, Solinus Rerū memorabiliū c. 35. vbi ita de illis scribit: Nulla ibi fœmina datur propria, sed per vicisitudines in quacunque cōmotus vsuaria sumit. Et paulō infrā, Vtuntur fœminis vulgō, certū matrimoniū nulli. Et Dion in vita Seueri, Vtuntur Britanni vxoribus cōmunibus, liberoſq; omnes alunt. Licet de his sint qui aliter scribāt, vt iā suprā diximus. De Persis, Agathius de Bello Gothorū lib. 4. vbi de ea re legē apud eos tulisse Canadē regē tradit. De Nomadibus Strabo lib. 7.

54 Sed hanc mulierum cōmunitatem, & vt ita dixerim, promiscuitatem, præter Lactantium lib. 3. c. xxv. & seq. & Chrysoſtomum Homi. i. in Ioannem, & Epiphanium lib. Hæreseon 2. c. 32. Ioānem quoque Damascenū in libro quoque Hæreseon, nō multo post principiū, & alterū Ioannē Tzetzem Historiarum Chiltade 8. c. 243. Theophilum Antiochenū ad Autolycū lib. 2. & Arnobiū lib. i. aduersus gentes, & alios Christi aſceclas, refellit Casius Sceptius, vt retulit Laertius in Zenone, & lacē & abūde Aristoteles ipsius Platonis discipulus lib. Politicon 2. ca. j. & ij. & Dionysius Halicarnassicus libro secundo Romanarū antiquitatū, vbi tradit, eos qui ita viuunt, à beluis exemplū capiunt, esseque hōs cōcubitus proteruos ac ferinos, & subobscurē Lucianus in Fugitiuis. Eāque non obscure deridet Aristophanes, in ea Comœdia, cui titulus est Εὐκλυσία, id est, concionantes. Vt interim nostros, qui & de ea re priuatim locuti sunt, prætermittam, videlicet Card. Alex. in c. dilectissimis. col. 4. verſic. nota. hic allegari. 22. q. j. vbi & tex. de hac re loquitur, & glo. &

Redit ad mo-
res gentium.

Ilophagorum
Ichthyophaga-
rum.
Massagetarū.

Troglodyta-
rum.
Agathyrsora-
rum.

Machlyum.
Aufum.

Mosynorum
Bragmanorū
Tyrhenorū.
Arabum.
Scotorum.

Afororum.
Galactophaga-
rum.
Scytharum.
Hyrcanorū.
Britannorū.

Mulierū com-
munitas re-
probata.

Si que

alij eius loci interpretes:& tex. quoque in c. nuptiarum. 27. q. j. iubens filiorum procreationi operam dare, non canino more, per vsum promiscuum sceminarum, &c. & ibi glo. in verbo, promiscuum, & Fortunius Gar. in §. ius naturale. col. xix. & seq. Instit. de iusti. & iure. Quamquam fuerunt & Christianis scriptoribus, qui hanc mulierum comunitatem defendere nimio Platonis amore ausi sint, & in his Bessario Cardinalis lib. 4. eius operis, quod aduersus calumniatorem. Platonis elegantissime scripsit: sed ita tamen, vt à nostræ religionis legibus in ea re non desciscat.

Nafamonum.

55 ¶ Præter Massagetas autem (quod iam diximus) in propatulo atque in viis coeunt, Diogenis illius Cynici dogma secuti, Nafamones, Indi, Hyberni, Mosynes, aut, vt alij vocant, Mosynæci: & ij, qui Caucafum habitant. De Nafamonibus autor est Herodotus lib. 4. vbi & idē scribit penē illos factitare, quod Massagetas, scipione videlicet prius prætento. De Indis tradit idē Herodotus lib. 3. vbi dicit, In dorū coitus in propatulo esse, sicut pecorū. De Hybernīs Strabo lib. 4. vbi scribit eos non minus alienis, quàm suis vxoribus in propatulo comisceri. De Mosynīs Arremidorus Daldianus lib. de Somniorū interpretatione primo, c. ix. vbi & id dicit facere canes, esseque inhonestum & ignominiosum apud alios homines. Et ante eū Apollonius Rhodius lib. 2. Argonauticān, vbi id eos facere, tanquam suos, dicit. Pōponius autem Mela lib. 1. scribit Mossynæos promiscuē concubere. De Caucafi incolis ipse Strabo lib. 15. Quantum autem cauere debeamus ab huiusmodi inhonestis concubitibus, dicemus affatim inferius in 15. lege connubiali, nū. 153. inci. nonum id erit.

Indorum. Hybernorū. Mosynorum.

Caucafi incolarum.

56 Nafamonum iterum. Augularum.

¶ Sed vt vterius progrediamur, Nafamonibus, præter ea quæ diximus, mos est, vt cum quis primum vxorē duxit, prima nocte spōsa singulos conuiuas obeat Veneris gratia: & vt quisque cum ea concubuerit, donum det illi, quod secū domo attulit, vt retulit Herodotus in Melpomene. Augylarū similiter sceminis solenne erat, nocte qua nubūt, omniū stupro patere, qui cū munere adueniunt: & tum cum plurimis concubuisse, maximū decus est, in reliquum pudicitia insignis, ex Pōponio Mela, lib. 1. & Solino, c. xliij. Apud Gnidanes quoque vxores ferunt pelliceas, singulæ multas, ob quod vt à quoque viro venerē passa est, fimbriā orat: vt quæ plurimos habet, ita præclarissima censetur, tanquā à pluribus viris adamata, testis Herodotus lib. 4. Stymphali itidē mulierem eam in honore habēt, quæ cum pluribus viris cōsuetudinem habet: ex Zenodoto in pro- uerbio, ὅμοιοι ἡδὲ ἡρώα. Apud Heliopolitas mos erat, vt sceminæ antequam nubent, passim sese prostituerent in Veneris templo, postea verò abstinerēt. Sed id Cōstantinus Imperator aboleuit, vt à Socrate Cōstantinopolitano traditum est apud Casiodorū, lib. Historiarum 1. c. ix. & iterū lib. 6. c. xij. Nec dissimiliter Thracēs virgines non asseruabant, sed quibus libebat cum viris, concumbere sinebant: vxores autem vehementer asseruabant. autor Herodotus circa initia lib. 5. Lydorum quoque mulieres, vt prodit idem Herodotus lib. 5. & Strabo lib. 11. ad finē. ante coniugium passim substratæ amatoribus, hospitali eos plerunque benignitate confouent, ac donis afficiunt pluribus longē, quàm ipsæ accipiant. Eum tamen haberi delectū, vt in turpitudinis fœderā cōdignos tantū admittant. Post cōiugium verò si delinquāt, nulla veniæ spes. Id quod etiam recentioribus Aelianus lib. 4. de varia historia. c. iij. Sed & Xanthus, & ipse Lydus, qui voluminibus quatuor Lydiaca complexus est, illis fuisse morem tradit, vt alienas vxores virginesque in locū producentes, quæ à re ipsa ἀγῶνα vocarunt, omnes cōstuprent. Quod & Clearchus lib. 4. Cōmentariorū, quæ de Vitis scripsit, prodidit: & ex eo reperit Athenæus lib. 12. Dipnosophistarū, subdēs, quod cum id passa fuisset Omphale, postquā imperium cōsecuta est, vt iniuriam acceptā vicisceretur, nobilium Lydorū virgines in eo loco cū seruis conclusit, quo in loco vitiū sibi illatū fuerat. Vnde rei acerbitatem verbis lenire studentes Lydi, μιαικῶν γλυκὴν ἀγῶνα, aut, vt alij legunt, ἀγῶνα, ipsum locū appellarūt. Scribit Herodotus (vt ad eū redeamus) libro primo, Lydas ipsas virgines pudicitia prostrata, sibi dotem cōparare. Sed is locus ex eorū numero est, qui à Laurentio Valla prætermissi sunt. Athenæus quoque tradit, Lydorū mulieres obuiō cuique faciles se præbere.

57 Pænorum.

¶ Punicis autem mulieribus & is mos fuit, vt antequam nubent, in fanum Veneris, quod Sycæ erat, sese conferrent, atque inde procedentes, quæstum dotis corporis iniuria contraherent, honesta nimirum tam inhonesto vinculo coniugia iuncturæ, vt grauius pronuntiauit Valerius de Institutis antiquis. Sunt & qui id olim etiam apud Thuscos celebratum tradant, vt virgines dotem sibi corporis quæstu compararent, in id referentes illud Plauti in Cistellaria:

*Tu iam locare in magnam familiam,
Vnde tibi talenta magna viginti pater
Det dotis, non vt hic eam Thusco modo.*

Scytharum. Corforum. Cypriorum. Iustini locus.

Mos quoque Scythis, Corfisiq; fuit, virgines ante nuptias nautis prostitutas in litus ducere. Cypriis item mos erat, virgines ante nuptias statis diebus (ita enim malo legere, quàm statutis) dotalem pecuniam quæsturas, in quæstū ad litus maris mittere, pro reliqua pudicitia libamenta Veneri soluturas, Iustino teste, lib. 18. Sed & de iisdē Lactantius lib. 1. c. 17. vbi eius moris Venerē autorem fuisse scribit, ne sola præter alias mulieres impudica, & virorū appetens videretur. Et ante hos Herodotus lib. 1. qui & illud tradit, Cyprios id ipsum, ex lege obseruare solitos, quod & Babylonij, de quibus postea dicemus ex eodē Herodoto. De Illyricis quoque scribit Varro lib. Rei rusticæ 2. c. x. Virginibus nonnunquam annorum viginti, morem eorū non denegare, ante nuptias vt succumberent, quibus vellent, & incomitatis vt vagari liceret, & filios haberent, è quibus vellent. Locrenses, dum Leophronis Rheginorum tyranni bello premerentur, vouerunt, si victores forent,

Illyricorum. Locrensiū.

forent, vt die festo Veneris virgines suas prostituerēt, vt tradit Iustinus lib. 21. Phœnicēs mulieres, cum sacra Diis suis facerent, sese palām prostituēbant, huiusmodi corporum suorū fœdo merimonia Deam suam se placare arbitantes, & per hæc scelera propitiā facere, vt prodit Athanasius in libro contra gentiles. De quibus etiā Augustinus de Ciuitate Dei, lib. 4. c. 10. Phœnicēs (inquit) Veneri donum dabant de prostitutione filiarum, antequam iungerent eas viris. Cuius etiam rei non nihil meminit Eusebius lib. 4. ἀναγρετικῆς προπαύσεως, c. viij. idem tribuens Heliopolitis, qui & ipsi è Phœnicibus sunt, de quibus suprā locuti sumus.

Phœnicum. Heliopolitarum. Indorum.

58 ¶ Quid quod apud Indos, mulieres, alioquin virosum amatissimæ, vt quæ cum maritis mortuis (quod suprā diximus) sese cremādas offerant, elephantī tamen pretio oblato, amatoribus pudorē substernunt: nullo inde famæ dispendio, cum laudī facinus ducatur, quod tanti earū forma censetur. Virgines autem cum esse nubiles cœperint, nulla dote data, vel accepta, in publicū à parentibus producuntur. Accurrente, vt assolet, multitudine, libera illis datur optio, è iuuenū turba viros sibi deligendi, quos virtute aliqua insigniter præstātes putauerint. Autor Arrhianus de gestis Alexandri lib. 8. Et de iisdem etiā scribit Strabo lib. 15. licere eis fornicari, nisi eas mariti castas esse cogant. Quin & hodie Indicæ virgines ante connubiū prostituuntur. Nuptæ verò prima nocte cum sacerdotibus iacent, cum quibus etiam regum absentium vxores cubitant, vt ex Cardinali Vlysiiponenfī retulit Volaterranus libri Geographiæ 12. c. postremo.

Syracusano- rum. Thebanorū.

59 ¶ A Syracusanis lege sancitum est, ne mulieres maiori sumptu ornarentur, priusquàm se constipratas, & omni nequitia impudicas docerent, vt è veterum scriptorum monumentis tradit Cælius, vir antiquarū rerum peritissimus, lib. 3. c. 10. Apud Thebanos à sacerdotibus Ioui sacrabatur virgo genere clarissima, & specie pulcherrima, quæ pellicis more cū quibus libebat commiscebatur, vsque ad naturalem corporis purgationē: mox viro dabatur, autore eo. Strabone lib. vlti. Gætulorum, siue vt alij legunt, Gelonum, lex est, qua cautum sit, mulieres quoscunque velint, viros conuenire posse, nec tamen ob id à maritis accusari, vel adulteras appellari, cum tamen passim omnibus misceantur, ac præcipuē aduenis, vt scriptum reliquit Clemēs lib. Recognitionū 9. c. 7. Et Bardesanes in lib. de Fato: & ex ipsius autoritate Eusebius illo libro Præparationis Euāgelicæ 6. c. 8. Apud Susa verò, vrbs est Persarum, indifferens mulieribus cum quibuscunque voluerint, vsus est, & seruis, & hospitibus, tali licentia à maritis permessa, vt tradit Clemens, vbi suprā. Qui insulas Balearēs inhabitant, in epulis, quæ cum domesticis amicisq; in nuptiis fiunt, primus, secundusq; & deinceps reliqui, secundum ætatem, nuptiam cognoscunt: vltimus sponso locus ad vxorem datur, vt refert Diodorus lib. 6.

Gætulorum. Susiorum. Balcarium.

60 ¶ Apud Hispanos, virgines passiuæ Venere vtuntur, ac quibuscū libuerit, congregiuntur, & è quibus velint, sibi liberos quærūt: vt è recentioribus scribit Cælius lib. 10. c. xxij. Medi, Armeniq; vel nobilitate præstantes Anaitidi Deæ, quā imprimis colunt, dedicāt filias in fano illius vetustissimo ac sanctissimo: quæ corporis pudicitia in vulgus prostrata velut inde augustiores factæ, mox traduntur viris, nemine non coniugia id genus alacriter admittēte: vt tradit Strabo lib. 11. ad finem. Illius autem Deæ statua ex solido auro conflata erat, quam Marcus Antonius cōpilauit. De quo etiā non nihil Plinius lib. 33. c. iij. Ea autē Dea Anaitis Venus erat, ita à Persis vocata, vt ex autoritate Berosi Babylonij, & Athenoclis Symmachi, qui Assyriorū Medorumque res antiquissimas conscripserunt, tradit Agathius Historiarum peregrinarum lib. 2. Lydi autem, apud Pausaniam in Laonicis, Mineruæ Anaitidis fanū habent. Apud Lituanos matronæ nobiles, viris permittentibus, publicè concubinos habent, quos matrimonij adiutores vocant: viris turpe est ad legitimam coniugem pellicem adicere. Soluūtur tamen facillè matrimonia mutuo cōsensu, & iterum atque iterum nubunt: testis Aeneas in Europæ descriptione, cap. xxvj. Dapsolibyæ congregati omnes vno die, vxores simul ducunt post Vergiliarum occasum. Nam post epulas, mulieribus seorsum discumbentibus, extincta lucerna, viri ad ipsas ingrediuntur, & quilibet, quamcunque contigerit ducit, vt ex Nicolao in libro πρὸ τῆς ἰδῆς tradidit Stobæus in Collectaneis, Sermo. 42. Quibus item locus scriptum est, Ialchleuēses Libyas, cum multi vxorem vnam ambiunt, apud curatorem eius cenare, & singulis varia disteria narrantibus, cuiusque mulier arriserit, illi cohabitare.

Hispanorum. Medorum. Armeniorum. Anaitis. Lituano- rum. Dapsolibyū. Ialchleuensiū.

61 ¶ Babylonij coniuges cū hospitibus stupro coire, modò pretiū flagitij detur, permittūt, teste Curtio lib. 5. De his quoque Strabo lib. 16. ita retulit: Babyloniorum mulieribus mos est cū hospitibus permisceri, cum turba, & cultu plurimo. Qui verò ad mulierē admittitur, posito super eius genibus argento, quantum sibi videtur, coit, longē ea à fano abducta. Id verò argētum Veneri sacrū est. Sed & hoc pluribus profequitur Herodotus lib. 1. Vna (inquit) iisdem Babylonis lex est, omnibus modis execranda. Nepe omnibus mulieribus indigenis cōmune est, semel in vita ad Veneris templum desidētib; cū externis viris consuetudinē habere. Cæterum cum plerunq; sint diuitiis tumētes, quæ sui copiā facere recusant, hæ vehiculis cameratis subuectæ pro tēplo cōsistunt relicta interim à tergo magna famulitij turba. Pleræque etiā hunc in modū faciunt, Ad templū Veneris sedent nodis corollisq; tēpora reuinctæ, è quibus dum aliæ seorsum abeunt, aliæ regrediuntur. Nam diuerticula vnde cunque sic fusticulis distincta aditū præbent externis ad mulierem illam, quam cuique libuerit deligendam. Porro cum semel illic cōsederint, non prius domū regrediuntur, quàm hospitū aliquis pecuniam mulieri in sinum iniecerit, & cum eadem à fano seorsum abducta rem habuerit. At verò pecuniam illam, quantulacunq; sit, non est fas reicere, siquidem in

Babyloniorū.



factum vsu conuertitur. Neque mulieri etiā permittitur hospitem repudiare, sed quicumque is sit, qui pecuniam obtulerit primū, hunc illa sequitur citra delectū. Postremō ubi iam congressa fuerit cum externo mulier, Dea expiata, domū reuertitur. Subditque, eas, quæ forma sunt elegantiori, citius (vt par est) expediri: quæ uero deformes, diutius cogi desiderare pro templo, antequā legi faciant satis, fierique interdū, vt vno atque altero anno, aut etiā triennio atque diutius expectare miseris oporteat. Et hinc, vt opinor, D. Hiero. in quadam epistola, Babylonem meretricē appellat: Cum (ait) apud Babylonem versaret, essemque purpurata meretricis colonus, quod uerbum est ex Apocalypsi D. Ioan. c. xvij. Et hinc fortē idem Hieron. in Catalogo, ubi Marci meminit, scribit Romam à D. Petro in sua epistola priore, c. v. Babylonis nomine figuraliter intellectā, &c. Cuius etiā rei meminit & ipse in Esaiā, c. xliij. & iterum c. xlvij. & ad Aglasiā in xj. q. & Tertullianus in lib. aduersus Iudæos, & iterum lib. aduersus Marcionem 3. quamuis id ipse aliō referat. & Paula & Eustochium, quæ id ab ipso Hieronymo, vt reor, didicerāt, in ea epistola, quam ad Marcellam scripserunt, inter eiusdem Hieronymi opera.

Babylon purpurata meretricis.
Roma Babylon dicta.

62 Germani soli propē Barbarorū, vt testatur Tacitus, singulis vxoribus contenti sunt, præter admodum paucos, qui nō libidine, sed ob nobilitatē plurimis nuptiis ambiuntur. Vide tamen quid de illis scripserim supra nu. 22. inci. nec foli. Adyrmachidæ, Africæ populi, virgines nupturas Regi exhibebant, qui eā deuirginabat, quæ sibi formosior videbatur: vt prodit Herodotus lib. 4. Hodiē quoque Canarij populi cōiuges prius nō accipiunt, quā à principe deflorentur, idque apud eos decus ducitur, autore Archangelo Madrignano in Itinerario Portugalesi. Quin apud Volsinien ses, postquā serui translata in se Republica, vrbī dominati sunt, id lege sanxerūt, nequa virgo ingenuo nuberet, cuius castitatem nō antē ex numero ipsoꝝ seruorum aliquis delibasset: vt refert Valerius lib. 9. c. j. Apud Seres fas non erat cum vxore congregi post conceptum, vt D. Clemens retulit lib. Recognitionum 8. c. xj. apud Iaxamatas virgines matrimonio nunquā collocabantur, nisi quæ hostem prius interemissent: ex Pomponio Mela lib. 1. Et idem de Sauromatis tradit Nicolaus in lib. de Moribus gentium, & ex eius autoritate Stobæus Serm. 42. Saraceni vxores mercenarias cōducunt ad tempus ex pacto, & vt sit species matrimonij, dotis nomine futuꝝ cōiunx hastam & tabernaculum offert marito, post statum diem, si id elegisset, discessura: testis Ammianus Marcellinus lib. 14. Apud Sacas si quis vxorem puellam ducere cuperet, pugnam cum ea suscipiebat: & illa, si superior esset, captiuum abducebat, atque imperiū in eum tenebat: sin inferior, ab eo regebatur. Author Aelianus de Varia historia lib. 12. c. 38. Mazusij autē abstinebant à mulierum congressu, nisi si quas bello cepissent, vt ait Zenodorus in prouerbio, *νὸμὸς καὶ χόρα*.

62 Germanorū.
Adyrmachidarum.

Canariorum.
Volsinien sū.

Serum.
Iaxamatarū.
Sauromatarum.
Saracenorū.
Sacarum.

63 Mafsilien sū. Moschouitas vxores feminæ non in eo honore sunt, vt apud cæteras gentes. Nā propē ancillarum loco habentur. Viri insignes earum vestigia mirum in modum obseruant, & pudiciam diligentissimē cauent. Nō enim adhibentur cōiuiis, neque sacrorum causa remota: templa petere, aut temerē in publicū egredi permittuntur. Cæterum vel ab externis hominibus, & exiguo quidem pretio, ad Venere omne vulgus foeminarum faciliē pellicitur, adeo vt parū earum amoribus studere viri nobiles existimentur. Autor Paulus Iouius in libello de Legatione Moschouitarum. Et aliarum quoque gentium hac in re diximus supra in 4. l. connub. nu. 9. Sed & huiusmodi.

63 Mafsilien sū.

Tibarenorū.

Corficorum.
Hispanorum.
Cantabrorū.
Moschouitarum.

64 Diesque me deficeret, si omnium nationum mores circa rem vxoriam sigillatim describere cōnarer. Sed satis constat ex iis quæ & supra in hac l. & in d. l. iij. diximus, alios alios mores in re vxoria fuisse priscis temporibus. Quod autem ad nostram ætatem pertinet, videmus: & hodiē peculiariter esse cuique genti mores, apertamque in omni vitæ ratione differentiā: vt quæ viuendi ratio Pictonibus placet, eandem Santones illis vicini detestentur: quod laudi isti assignant, illi contra vitio adscribunt. Et vt non minus verē, quā eleganter, scribit Aemilius Probus, Non eadem omnibus sunt honesta, atque turpia, sed omnia maiorum institutis iudicatur. Nemōque nihil rectum putat, nisi quod patriæ moribus conuenit.

64 Alia aliis nationibus sunt honesta, aut turpia.

65 Patriæ amor.

Id quod etiam efficit charitas patriæ, quæ plerique omnes tenentur. Est sua cuique patria charissima, atque gratissima. Naso ad Rufinum: *Est amor patriæ ratione ualentior omni.* Et paulo post: *Nescio quā natale solum dulcedine cunctis.* Dicit, & immaturo non sinit esse sui. Euripides in Phœnissis: *ἡ πατρίς, ὡς εἶπες, φίλον αὖθις ἔσθαι.*

ἡδὲ ὀνομάσαι δὴναί μ' ὡς ἐστὶ φίλον.
Patria, vt decet, charissima mortalibus:
Neque exprimere possim, quā chara.
πολλὴ γὰρ χρυσὸς καὶ πλοῦτος κρείττων πάτρα
Σὺ Φρασι, ναίειν, τὸ δὲ σύντροφον ἀδούτι θυγῶς ἐν βίῳ χωρεῖ.

Et alibi apud Stobæum c. xxxvij.

Quibus significatur, multo auro & opibus præstare patriam ad habitandum, viro prudenti. Nam quod naturæ cognatum est, nescio, quam sui dulcedinem mortalibus in vita præstet. Sæpe autem Homerus patriam terram φίλην peculiari epitheto vocat, veluti dilectam, seu amicam: vt Iliad. 9. *φίλων μὲν σὺν νηυσὶ φίλων εἰς πατρίδα γαῖαν.* Et rursus eod. lib. *εἰ δέ κεν δικάσῃ κωμαι φίλων εἰς πατρίδα γαῖαν.*

66 Diodorus Siculus lib. iij. cum malignitatē quarundam regionum descripsisset, extemplo subdit: Has tamen qui incolunt oras, tanta vitæ incommoda nolunt effugere, sed vltro eā potius deligent vitā, quā alio cogantur more viuere. Ita patriæ amor quidā ingens natura singulis innatus est. Apud Scauolam Iuriscōsultū in l. qui habebat. ff. de leg. iij. Testator quispiā patriā suam dulcissimā siue suauissimā vocat, his quidē verbis, *τῇ γλυκυτάτῃ μὲ πατρίδῃ βόλεμαι εἰς τὰ μέρη αὐτῆς*, & quæ sequitur, quæ si quis scire velit, legat Alciatū lib. Dispositionum 4. c. 18. Hincq; nō Accur. inibi, Suam cuique patriam esse dulcissimam. Atq; etiam Maria Soci. senior. confi. 35. circa prædictam. col. iij. versic. secundō magis proximē. & per illum quoque tex. dicit Ro. confi. 408. in proposita quæstione, versic. quartō ad idē, quod sua cuique patria cæteris dulcior est, & amabilior. Vbi & ad hoc alia iura citat. Itaque natura ita cōparatum est vt patriam suam, qualiscunque est, quisque laudet, extollat, prædicet, sicuti etiam facit Vlpianus Iuriscōsultus in l. j. in prin. ff. de cōsi. vbi suam ipsius patriam mirandū in modum commendat, mirisq; laudibus effert. Quæ omnia ad verbum præterea, quæ adiecimus in hac, & præcedenti editione, surripuit à nostra prima editione, nostro nomine suppreffo, vt pleraque alia, Barptolemaus Chassenæus in suo Catalogo gloriæ mundi, in 12. parte, in 17. consideratione. Si quos igitur mores patria nostra receperit, illos ante cæteros omnes, ducti amore quodam patriæ, magni facimus, atq; pertinaciter sectamur, cæteros præ nostris parui ducimus, detestamur, exhorremus. Et vt scribit Rabbi Moyse Aegyptius lib. Perplexorum 2. c. xij. Natura hominis trahitur post consuetudinem ciuitatis.

Patria dulcissima.

Patriam suam quisque laudat.

Chassenæi furtum.

67 Et vt non nihil loquar de dominatione atque potestate maritali, quod est præcipuum huius loci propositum: quid est, si Diis placet, quod quis sperare possit vxorem obedientē sibi futuram, qui eam sibi aficiuerit ex Sithoniis Thraciæ populis, aut ex Bactris, aut Sufiis, aut Sauromatis? apud quos foemina viris dominari solent: vt de illis autor est Tacitus in libello, quem elegantissimē, vt aliās semper, de moribus Germaniæ conscripsit: subdens, illos in ea re non modō à libertate, sed etiā à seruitute degenerare. De Bactris uero testis est Bardefanes in suo dialogo, quē de fato sciscitantibus amicis cōposuisse se dicit: & repetit Eusebius in suo dialogo, quē de Præparatione Euangelica vj. c. viij. Vbi & illud præterea dicunt, mulieres apud illos præstati ornatu & vnguētis vti, & ab ancillis, & seruis multō magis, quā earū maritos, cultas, singulari quadam pōpa equitantes exire, auro & lapillis phaleris equorū exornatis: nec eas castē viuere, sed eas tā seruis quā aduenis, cōmisceri: nec à viris accusari, cum eis dominētur. De Sufiis quoq; autor est D. Clemens lib. Recognitionū 9. cap. vij. De Sauromatis Stobæus, Sermo. 42. ex autoritate Nicolai in lib. *πρὸς ἑθῶν*. Vbi eos dicit vxoribus, ceu dominis, parere. Quin & in vniuersa Asia à Semiramide institutus mos est, vt viris dominantur vxores. Quam consuetudinem Alexandro res ibi gerente, seruata etiamnum, certum est ex Historicorum monumentis.

Sithoniis uxores dominantur.

Bactris quoque. Et Sufiis. Et Sauromatis.

Asiaticis itē.

68 Interdum quoque vsu euenit, vt quæ vitia sectati sunt, qui dignitate, autoritateq; inter cæteros pollent, iisdem complures illorum exemplo, ac veluti contagione quadā sese confestim dedunt.

Contagio potentū in alios.

Componitur orbis Regis ad exemplum.

vt ille dicit. Idque longē lateque vagatur, serpitque in omnes eiusdem loci homines, præsertimq; adolecētes, & foeminas, vt sunt cæteris faciliores, procliuioreq; in vitia. Propterea, siue eo, siue alio modo, si quæpiam se natio vitiis contaminarit, in ea certē rarenter cōpeties honestam, probamque mulierem, quæ nō sit peculiaribus ac propriis ipsius patriæ vitiis inquinata. Abrahā ille vir & sapientia & sanctimonia celebris, maxima sollicitudine tenebatur, vt filio suo Isaac, non ex Chananæis, inter quos habitabat, vbi certē summi alicuius, ac ditissimi filiam faciliē obtinisset, sed vt de pia & sancta gente vxor duceretur: vt patet ex Gene. c. xxiiij. Nā vt grauiter pronūtiavit Iolaus Euripideus in Heraclidis, Nullus est liberis honor pulchrior, quā patre forti bonoque natum, vxores ducere à probis & bonis: quod & nos alibi supra ex eo adduximus.

Abrahā sollicitus, ut de sancta gente vxor filio duceretur.

69 Hæc cum dicimus, satis apertē monere videmur, vt probitatem moreq; futuræ vxoris imprimis spectemus. In qua re nō diutius immorabimur: tū quia per se satis perspicua est, ideoq; nulla cōmendatione indiget, secundum sententiā Iuriscōsulti in l. j. ff. de testi. in integ. tum etiā, quia ab omnibus, qui de re vxoria scripserūt, amplē tractata. Vnū duntaxat aut alterū testē ex nostris citabo, qui & hunc locū non pratermiserunt: quorū prior est ipse Io. Fab. in rubrica Insti. de nup. monēs vt si possis, probes ante omnia mores eius mulieris, quā cū matrimoniū velis contrahere. Alter est Antipater in lib. de Coniuctu vxoris, apud Stobæum Sermone lxxvij. qui omnia ferme superiora

Vxoris futuræ mores in primis spectandi.

superiora capita velut in vnum concludit, Græcè quidem, sed in hanc sententiam: Vxor non temere ambienda est, sed omnino circumspectè, non diuitiarum, non turgidæ nobilitatis, non voluptatis vilius, non denique formæ gratia. Nā hæc quoque vt plurimum fastum ac dominandi libidinem excitare solent. Primum itaque de moribus & ingenio parentum percōtabuntur, an ciuili sit pater, nemini molestus, non ingratus, modestus, iustus, & qui rebus vanis non oblectetur: & alia huiusmodi. Deinde matrem quoque cōsiderabimus, in cuius conuictu educata est nuptura, & moribus eius imbuta. Postea de sponsa, an illam, vti par est, instituerint, neque officio suo defuerint, & amoris in ipsam nimis indulgendo, vtilitatem eius neglexerint, omni studio inquirendum est per seruos æquè ac liberos, tum domesticos, tum externos: necnon per vicinos, & alios, qui ad eos ingrediuntur, vt amici, ad conuiuia, & coquos, & opifices, & mulieres netrices, & alias.

70 De eadem re, conclusio.

¶ Et vt ego tandem breuibus concludam, illud sanè in matrimoniis obseruandū censo; quod in honoribus statuit Iuriscōsultus in l. honor. §. de honoribus. ff. de mune. & hono. Imprimis (inquit) consideranda persona, secundò origo natalium, postremò facultates. Et id quidem, ne in illud incidamus, quod grauius ac seuerè repræhendit Iuuenalis, de alia re loquens Satyr. 3.

—De moribus vltima fiet

Questio—

Cui concinens Plautus in Persa:

Quismodi hinc cum mala fama facile nubitur,
Dum dos sit, nullum vitium vitio vertitur.

Igitur hanc quoque legem alius subnectemus:

Septima Lex connub.

FVTVRAE VXORIS PARENTES, PATRIAM, MORES INSPICIUNT.

IN OCTAVAM LEGEM CONNV-

BIALEM, GLOSSAE PRIMAE

PARS OCTAVA.

1 Epilogus præcedentium.



X I I S igitur, quæ suprâ tam sparsè diffuseque scripsimus, illud strictim, breuiter, ac summam collegimus, quò facilius legentes menti memoriæque demandent. Vt quisquis voluerit habere vxorem sui amantiorem, sibi que obsequentiorem, cui leges, quas velit (vt verbis Tullij vtar) imponat, præscribat, iubeat, vetet, quod videbitur, quæ nihil imperatū negabit, nihil recusare audebit: vxorem, moneo; sibi sumat æqualem, aut etiâ inferiorem & genere, & opibus: atque eâ quidem virginem, & tenera ætate, natâ parentibus probis, & non elatis moribus, & ex natione, quæ castas, humiles & viris obedientes producere soleat: non item formosam nimium, non viduam, non vetulam, nec quam ad eò longa ætate præcedat, vt vires cupidineæ vxoris ætati non respondeant.

2 Fœmine sua natura dominationis cupide.

¶ Neque tamen propterea spondeo, neque meâ in id fidem obstringo, eam quâ ita legeris, vt nihil eorum deesse videatur, futuram semper marito obedientem. Sunt enim nō parum multæ, quæ tamen sunt maritis ipsis, in omnibus longè inferiores, siue ad nobilitatem respicias, siue ad diuitias, siue ad formâ: nihilque in illis excellat, quo superbire vel tantillum debeât, sintque aliâs probis moribus: conantur (vt sunt mulieres suapte natura superbæ & dominationis cupidæ) imperiū sibi in viros vsurpare, eosque in suam ipsarum potestatem iniicere, omnē Iuris Diuini, Naturalis & Ciuili legem & ordinem inuertentes. Apud nos tex. est in authen. de nup. §. iocundū, ancillam à domino in vxorem captam, interdum ad eò efferri, & superbè in maritum agere, vt vel ab eo diuertat. quem ad hoc annotat Lucas Penna in l. quemadmodum. in 201. præsumptione. C. de agri. & cen. libro vndecimo. Ad idque referri potest antiquum prouerbum Palladæ, libro primo Græcorum Epigrammatum memoratum,

Ancilla à domino desponsata, ab eo diuertit. Prouerbum. Ancillam non esse in uxore ducendam.

μηποτε δαλεύσασα γυνή δεσποινει γήοιστο.

Quo significatur ancillam, aut si maui, seruam nostram non esse in vxorem ducendam: quasi & hæc plerunque soleant esse erga maritos insolentiores.

3 Catoni uxor humili loco nata superbior. Catonis diem de uxorum imperio. Themistocles idem propè dictum. Themistocles uxorius.

¶ Marcus ille Cato triumpho & Celsura insignis, magis tamen etiā nū claritate literarum (vt interim verba Plinij vsurpē) vxorem habuit Actoriâ Paulam, humili loco natam, violentâ, mentis impotem, & quod nemo possit credere, Catoni superbam: vt D. Hieronymus in Iouinianū lib. 1. elegatissimè retulit, ne quis putet (vt ille subdit) si pauper duxerit, satis se concordie prouidisse. Hic autē ille est Cato, qui (vt Platarchus tū in vita illius, tum in Romanorū Apophthegmatis ad Traianum, cōmemorat) cum vxorum effrænatiū petulantiūque imperiū aliquando repræhenderet (expertus enim id ipsum fuerat) Omnes, inquit, homines vxoribus dominantur, nos verò cunctis hominibus, nobis autem vxores. Verum Themistocles Atheniensis longo antè interuallo simile quippiam dixerat, filium suum, qui in matris deliciis esset, Græcis præstare plurimum. Athenienses enim Græcis imperare, sese Atheniensibus, vxorem sibi, vxori autem filium. Quod idem Plutarchus retulit & in ipso Catone, & in ipso item Themistocle, atque etiam in Græcorum Apoph

Apophthegmatis. Idem verò in libro de Educandis liberis, statim post principium, tradit filium ipsum Themistocles, nomine Diophantum, dicere solitum, Quicquid ipse peteret ab Atheniēsi-bus, mox approbatum iri. Nam quæ ipse vellet, velle & matrē: & quæ mater, eadem cupere Themistoclem: quæ verò Themistocles, eadem & vniuersum populum Atheniensem.

Vxoribus quidam additi sunt fato, vel astrorum vi.

¶ Mirum est autē, quod ab Aelio Spartiano traditū est in Antonino Caracalla, à doctissimis quibusque memoriæ proditum fuisse, vt qui Lunâ fœmineo nomine ac sexu putauerit nuncupandam, is adductis vxoribus semper inferuiat: qui verò marem Deum esse crediderit, is dominetur vxori, neque vllas muliebres patiatur insidias. Vnde quâuis Græci vel Aegyptij eo genere, quo fœminam, etiâ Lunam dicant, mysticè tamen Deum dicunt. Scribit Hermes Trimegistus, si is est, Aphorismo 61. quòd si pars coniugij viri ceciderit in signis obedientibus, mulieris autem in imperantibus, mulier quidē imperabit viro, vir autē obediet mulieri. Firmicus autē Maternus, elegantissimus astronomiæ professor, lib. vj. Matheseos, cap. x. Saturnus (inquit) si Veneri quadrata fuerit radiatione cōiunctus, & Venus superior effecta, & dextrū possidens latus, Saturnum in inferiore loco cōstitutū quadrata radiatione inspexerit: ista cōiunctio honestis ac pudicis moribus largitur vxores, sed quæ in domo omnē dominandi vendicent potestatem, maritos tamē fido & incorrupto diligētes affectu. Et inferiūs, c. 21. Si Venus Lunâ diametra radiatione respexerit, ita vt in cōtrariis constituti locis, longa se inuicē radiorum suorum potestate pulsauerint, infelices nuptias ex ista radiatione decernūt: sed nec aliquo poterunt sic positi felicitatis ordine subleuari. Aut enim nunquam filios habebunt, aut susceptâ sobolem misera morte prosternent: sed & ipsi crebra mala, & multas vxorū suarū pati coguntur iniurias, quæ maritis suis dominari cupientes, superbo & elato spiritu in eos sæpius inuehuntur. Guido verò Bonatus doctrina & eruditione, quàm eloquentia, præstantior, in suo Astronomiæ libro, tractatu septimo, in quo differit de præcipuis iudiciis astrorum, capite tertio septimæ domus, dicit: Si quærat, vtrū vir, an mulier alteri dominabitur, inspiciendam esse domū ascendens, & deinde septimæ, quis eorū fuerit ponderosior, vel fuerit in angulo: quia ille dominabitur, cuius significator huiusmodi fuerit: id est, si significator viri fuerit in angulo, vel pōderosior, & significator mulieris fuerit cadens ab angulo & leuior, dominabitur vir mulieri. Si verò significator viri fuerit cadens & leuior, & iungatur significatori mulieris, dominabitur & præerit mulier viro. Si verò nō fuerit aliquis eorum in angulo, nec fuerit vnus iunctus alteri: ille dominabitur, cuius significator fuerit pōderosior: & quicumque eorū fuerit petens cōiunctionē alterius, vel fuerit cadēs, & alter in angulo, vel in succedēti angulū: ille erit subiectus alteri, siue sit significator viri, siue mulieris: ille debilior, nisi aliquis Planetarū abscindat lumen eorū, vel prohibeat eorū cōiunctionē. Hucusque Guido, qui totum hunc locum accepit, licet subiceat, ab Haly Abenragel in libro, quē & ipse de Iudiciis astrorum cōposuit, parte secūda, c. xvj. Vbi & hæc præterea scripsit: Si scueris natiuitates viri & vxoris, aspice in eis, si inueneris in duodecima domo vnus eorum Lunam natiuitatis alterius: id est, vt sit Luna in signo, in quo fuit in natiuitate vnus in duodecima domo natiuitatis alterius: iudica, quòd ille, cuius est Luna, victor erit alterius, alterque, non secus ac seruus, ei obediet. Verbi gratia, si fuerit ascendens in natiuitate mulieris Aries, duodecima eius erit Pisces. Et si fuerit in natiuitate viri Luna in Piscibus, significat quòd vir erit victor, & mulier obediet. Hæc ibi, quæ ille ipse alibi breuius repetit, videlicet in septima parte, c. liij. Quin & in quinta parte, cap. vj. Quando (ait) Venus fuerit Orientalis, significat, quòd mulier habebit potestatem supra virum, maximè si Iupiter aspexerit eam.

Sapiens domi nabitur astris.

¶ Ex quibus constat, plerisque fato quodam & astrorum lege huic malo esse obnoxios, vt subsint vxoribus, nulla nobilitatis, opū, ætatis, ac denique nullius rei habita ratione. Sed quoniā sapiens dominabitur astris, sicut à Ptolemæo scriptum est in lib. suæ magnæ constructionis, quâ Almagestū vocat, & è nostris affirmat Bal. in ca. j. extrâ vt lite pendens. nihil inno. & cōsi. 458. quòd dominus Arnaldus. col. vlt. lib. ij. & Io. Ana. in c. ij. col. pen. post Ioā. And. ante fi. extrâ de sortil. & Cepol. in tract. de Impera. mili. delig. char. antepe. Ang. Are. in §. j. in fi. Instit. de ca. di. A qua sententia nō longè disidet illud eiusdem Ptolemæi, aut alterius eiusdem nominis (vt alij contendūt) in octaua propositione Centiloquij: Anima sapiens ita adiuuabit opus astrorum, sicut agricola naturales terræ vires. Et alibi in eodem Centiloquio: Cœlestia corpora non imponunt necessitatem, sed inclinationem. Quod & sensit rerum omnium peritissimus Virgilius, cum dicit lib. ij. Georgicorum.

Cœlestia corpora non necessitatem imponūt, sed inclinationem.

Felix qui potuit rerum cognoscere causas

Atque metus omneis, & inexorabile fatum

Subiecit pedibus.—

Et lib. iij. Aeneidos:

Fata viam inuenient, aderūtque vocatus Apollo.

Vbi ostendit, religionem dominari fato. Rursumque lib. vj. de aureo arboris ramo infernæ Iuno-ni consecrato loquens,

Religio fato dominatur.

—Rite repertum

Carpe manu: nanque ipse volens, faciliſq; sequetur,

Si te fata vocant: aliter non viribus vllis

Vincere, nec duro poteris conuellerē ferro.

Quibus verbis, Carpe manu, vna quidem cum fato, actionis quoque nostræ arbitrium cōiunxit. Sed id apertius ostendit lib. vij. cum dicit:

Fatum arbitriū non tollit.

Heu miserande puer, si qua fata aspera rumpas,

Tu Marcellus eris. --

In quo loco non obscure dicit, posse aliqua ratione fata disumpi, vt etiam illic scitissimè anno-

6 Id quod etiam ex Homero depræhendere licet, qui & ipse non omnia fato tribuit, sed & vo- luntati & prudentiæ liberū quendam locū relinquit. Nec tamen illud excludit, quòd Græci ἀναγκασμῶν, nos Latine Coactum dicere possumus: cum scilicet quispiam agens quæ vult, in ea inci- dit, quæ non vult: vt cum lib. i. Iliad. statim post prin. stragem Heroum iræ Achillis imputat:

Πολὸς δ' ἰφθίμους Ἰουχὰς αἰὶδ' ἰπεία φευ.

ἰρῶων. -- Subdit tamen paulò post:

— Διὸς δ' ἐπέλετο Βυλὴν.

Id est:

Ιουὶς autem perficiebatur consilium siue decretum.

Et alibi in Odyssæa, Vlyssis socios sua ipsorū culpa perisse tradit. Iterumque alibi, multa illorum, quæ fato impendent, prudentia euitari prodidit: vt cum scribit lib. v. eiusdem Odyssææ:

Ἐνθάκ' ἀπ' ἔρινος τε δρυφθυσὴν τε ὄσε' ἀπ' ἀχθῆν,

Εἰμὴ ἐπὶ φρεσὶ θῆκε θεὰ γλαυκῶπις Ἀθήνη

Ἀμφοτέρωσι ἢ χερσὶν ἐπεοσύνετο λάβε πέρους

Τῆς ἔχετο σφάραγγα εἰὼς μέγα κῦμα παρῆλθε.

Hoc est,

Hic & cutis lacerata fuisset, simulque ossa fracta fuissent:

Nisi ei in animum induxisset casta Minerva.

Vtraque autem manu incitatus apprehendit saxum:

Cui harebat suspirans, donec magnus fluctus prateriit.

Et paulò post:

Ἐνθάκε δ' ἠδύλωτο πᾶρ μῶρον ὤλετ' ὀδυσεύς,

Εἰμὴ ἐπὶ φροσύνῃ δῶκε γλαυκῶπις Ἀθήνη.

Hic verò miser prater fatum periisset Vlysses,

Nisi sapientiam dedisset casta Minerva.

7 Ideo iis, qui huic constellationi obuiam ire volunt (possunt enim, si volunt, vt iam dictum, & comprobatum est) illud obseruandum esse censeo, ne à principio sibi æquari vxores patiantur. Alioquin (vt apud Liuium libr. ab vrbe condita, quarto & trigésimo, in defensione legis Oppiæ elegantissimè disserit M. Porcius Cato, de quo supra locuti sumus) eas sibi intolerabiles futuras sciant. Extemplò enim simul ac pares esse cœperint, superiores erunt. Proinde (vt ille paulò antè monuerat) date frænos impotenti naturæ, & indomito animali: desperate ipsas modum licentiæ facturas, nisi vos faciatis. Omnium enim rerum libertatem, imò licentiã, si vera dicere volumus, desiderant. Quod & à Liuiio citat Lucas Penn. in l. j. col. j. in fin. C. de mulier. §. in quo loco lib. 10. Cui sententiæ concinens Euripides apud Stobæum c. lxxij.

ὁ γὰρ ποτ' ἀνδρα τ' σοφὸν γυναικὶ γῆ

ἄναε γαλινῶς, ὁ δ' ἀφέντ' ἐξυκρατεῖν.

Quibus significatur, nunquam oportere virum sapientem vxori frænum remittere, neque sinere vt liberè imperet.

8 Nec tamen propterea illis assentior, qui se in vxores non tam maritos agunt, quàm imperiosos dominos: cum in maritali cõiugio iucundissima vitæ societas iniri debeat, vt Xenophon in Oeconomico non inutiliter disseruit, & à Columella repetitū est in Præfatione libr. xij. atq; ipsi copiosissimè alibi descripsimus. Nihil enim (vt subdit Columella ipse) in domo cõiugali apud pri- scos diuiduum conspicietur, nihil quod aut maritus, aut fœmina propriū sui iuris esse diceret, sed in commune conspirabatur ab vtroque. Autor est Plutarchus in Problematis, c. 84. ex veteri Romanorum instituto vxores maritis, nec molere, nec coquinariam facere oportere, quæ mini- steria ancillaria prorsus sunt & seruilia. Rursum alibi in isdē quæstionibus, c. 28. refert apud pri- scos Romanos hunc morè fuisse, vt spòsiam introducetes, iuberēt dicere, Vbi tu Caius, ego Caia. quasi cū viro pacisceretur, vt omnia cõmunia essent, & pariter imperarent: nec aliud in his verbis ostendi, nisi, Vti tu dominus ac domus cõpos, sic ego domina atque hera. Quod sumptū videtur ex antiqua lege Romuli, quæ huiusmodi erat, MULIER VIRO LEGITIME CONIUN- CTA, FORTVNARVM ET SACRORVM SOCIA ILLI ESTO: VTQVE DO- MVS ILLE DOMINVS, ITA HÆC DOMINA. Cuius legis meminit Dionysius Halicarnassæus lib. ij. Romanarum Antiquitatum. Sed & idem Plutarchus (vt ad eum redeamus) in Lyfandro, testis est, Spartæ pœnam ex legibus malo marito esse indictam.

9 Aristoteles libro Ethicorū octauo, capite decimo, scribit viro cū vxore id ius intercedere, quod & in ἀριστοκρατία, id est, optimatū gubernatione est. Nā pro dignitate vir in iis rebus imperat, quæ dignæ sunt viro: quæ autē fœminā decēt, eas illi tribuit. Quòd si vir in omnibus dominetur in ἀλιγαρχία, id est, paucorum potentia fit mutatio: quoniã contra dignitatem facit, non quia sit præstantior. Idem Aristoteles libro Politic. i. c. j. illud in Barbaris repræhendit, quòd apud eos fœ- mina & seruus eodē gradu habeantur. Et sanè Numidæ ob id malè ab Historicis audiunt, quòd vxoribus perinde ac seruis vtantur. Atque etiam Thraces, qui idem faciunt, vt scribit Heraclides in Politicis. Apud Apuleium libro quinto Metamor. Sorores Psyche conqueruntur, quòd essent maritis

Viri uxores sibi æquari nō patiantur. Mulier ani- mal indomitū. Fœminæ rerū omnium liber- tatem deside- rant.

Mariti mari- tos se præ- stent, non do- minos. Nihil diuiduū in domo con- iugali. Vxores ma- ritis nec mo- lere, nec co- quinariam fa- cere. Romuli lex.

Virum inter & uxore Ari- stocratiæ spe- cies est. Barbaris uxor famulæ loco. Numidæ uxo- ribus ut ser- uis vtuntur.

maritis, quasi ancillæ, deditæ. Propterea L. Valerius in ea oratione, quam apud Liuium quo loco supra citauimus, super ipsius legis Oppiæ abrogatione habuit: Vos (inquit) in manu & tutela, non in seruitio debetis vxores habere: & malle patres aut viros, quàm dominos dici. Et post paululū: Quò plus potestis, eò moderatius imperiò vtī debetis.

10 Itaque non admodum æstimo, qui vxores aut verberibus afficiendas, aut alioquin seueriùs tra- ctandas existimant, vbi fortassis errauerint, aut quippiã fecerint, vel dixerint, quod ipsis displiceat: quoniam vt apud Virgilium lib. 2. Aeneidos Aeneas prudenter dicit:

— Nullum memorabile nomen

Fæminea in pœna est, nec habet victoria laudem.

Quæ sententia cum communiter de mulieribus loquatur, tamen ad vxores maximè referēda est. M. Cato Cenforius, quamuis (vt supra diximus) vxorem fuit expertus molestam, impotentem, atque superbam, quisquis tamen vxori manus inferret, eum non aliter, quàm qui Deorum simula- cra temerasset, insectandum & detestandum esse, passim affirmabat: vt in eius vita testis est Plutar- chus. D. Paulus ad Coloss. cap. 3. Viri (inquit) diligite vxores vestras, & nolite esse amari ad illas. Qua autoritate innixus Robertus Holkot, eximius inter scholasticos Theologus, in 54. lectione, quam conscripsit in Sapientiam Solomonis, dicit regendam esse vxorem mansuetè, non cum ty- rannica austeritate: verbis, non verberibus: amore, non timore: dulcedine, non amaritudine. Ante hunc D. Chrystost. in priorem Pauli ad Corinth. epist. Homilia 26. Neque verberandã (ait) vxorem dico, absit: vltima nanque ignominia est, non eius qui verberatur, sed qui verberat. Sed si casu ali- quo talem nacta eris maritum, noli agrè ferre: sed repositum tibi ex his præmium intellige, & in præsentī vita laudem. Et vos viros illud admoneo, nullū sit tam magnum peccatū, quod ad ver- berandum vxorem vos compellat. Et quid vxorem dico: ne seruam quidem verberare, & manus in eam iniicere, viro libero est tolerādum. Quòd si seruã verberare viro maximæ ignominia est, multò magis, contra liberam, dextram extendere. Et hoc ab Gentium legumlatoribus agnoscere possumus, qui quæ vapularit, non amplius cum marito habitare cogunt, vt pote qui indignus sit, vt cum ea amplius consuetudinem habeat. Etenim summa iniuria est, vitæ sociam, & in rebus ne cessariis antea tibi coniunctam, tanquam mancipium, ignominia afficere. Ideo huiusmodi virum (si quidem vir appelladus est potius, quàm fera) & patricidæ, & matricidæ similè esse dixeris. Nam si patrem & matrem vxoris gratia relinquere præcipimur, non vt iniuriam ei faciamus, sed diuinã legem impleamus, & ipsis parentibus tam gratum hoc est, vt relictæ gratiam habeant, & id multo studio exequantur: quonã pacto non vltimæ dementia est, eam contumelia afficere, propter quã parentes Deus dimitēdos præcepit: Nōne hoc tantum infania? Et paulò infra: Sed incitat (inquit) mulier. Verum considera mulierem debile vas esse. Tu autem vir propterea princeps factus es, & capitis loco datus, vt subditæ feras imbecillitatem. Velis igitur tuum illustrare principatū: quod facies, si subditæ non insultaueris: & quemadmodum Rex tantò clarior apparet, quantò præfectum suum clariorem ostendit: quem si inhonoraret, & contumelia illius dignitatis magnitudinem affi- ceret, non paruum gloriæ suæ partem auferret. Idem & tu, si illam, quæ secundum post te locum obtinet, contumelia afficis, non paruum tui principatus honori derogas. Hæc igitur omnia tecum reputa, & modestus sis, & cum his illius noctis recordare, qua aduocato te ad se pater, tanquã de- positum quoddam, filiam tibi tradidit: & omnibus relictis, matre, domo, & seipso, omnem eius cu- ram tuæ dextræ commisit. Et statim post: Non vides agricolas: quanta diligentia, quæ semel semen accepit, terram colunt, quamuis innumera habet vitia? Vt exempli causa, quãuis arida sit, quam- uis malas herbas producat, quamuis humoris abundantia loci natura offendatur, colit tamen. Ite- rumq; haud multò post: Quotiescunq; aliquid molesti domi contigerit, si quid vxor peccauerit, consolare, & noli mœrorem augere. Licet enim omnia proicias, nihil molestius contingeret, quàm non habere beneuolam domi vxorem: licet quodcunq; dixeris peccatum, nullum magis dolen- dum, quàm cum vxore seditionē habere. Quòd si inuicem onera ferenda sunt, multò magis vxo- ris: & si pauper sit, noli exprobrare: & si stulta, noli ei insultare: sed esto modestior. Etenim tuum membrum est, & caro vna facti estis. Sed stulta est, ebria, iracunda. Igitur dolendū est, non irascen- dum, & Deo supplicandum, & ipsa admonenda, & adiuuanda consilio: & omni conatu anniten- dum, vt illis liberetur affectibus. Quòd si verberaueris, exasperabis morbum: asperitas enim man- suetudine, non alia asperitate dissoluitur. Præterea quam à Deo mercedem accepturus sis, confide- ra. Nam cum eam verberare possis, neq; id Dei metu facias, sed multa eius vitia æquo animo per- feras, leges veritus, quæ prohibent vxorem eiici, quocunq; vitio laborauerit, maximam mercedē accipies, & ante mercedem multa lucraberis. Eam nanque obsequentiore reddes, & tu ob eam mansuetior. Et alia multa, quæ in eam sententiam inibi subiciuntur, quæ tu videre poteris.

11 Hoc & ethnici illi veteres Theologi symbolicè præcipiebant, ex quorum institutis, qui Iunoni sacrificabant, fel in factis non adhibebant, sed è victima exemptum iuxta aram infodiebant. Qua re ostendebatur, bilem prorsus, iramve, atque odiū, & amaritudinem à coniugali iucunditate esse sequestrandam. Iuno enim Dea nuptialis erat, viriq; ac mulieris coniunctam vitam significabat. Cuius rei autor est Plutarchus Chæronensis in lib. de Præceptis connubialibus, atque iterum in eo, quem de Platænsi Dædala inscripsit: & reassumpsit Eusebius lib. de Præparatione Euangelica 3. cap. i. Proin Pontifex Rom. in c. j. extrà de his quæ vi metusve causa fiunt, quempiam tyrannum

Vxores in te- tela uiuorum, nō in seruitio. Vxores nec verberande, nec aliàs ma- le tractande.

Iunonis sacri- ficiis fel non adhibebatur. Tyrannus est, qui uxorem seueriùs tra- ctat.

vocat, qui vxorem seuerius tractaret.

12 Pueri non uerberibus, sed rationibus docendi.

Serui uerbis magis quam uerberibus coercendi.

Fœmina ex costa uiri, non ex pede facta.

Vir maritus uxoris, nō do minus.

Vxor sociā uiri dicitur.

Plutarchus ipse in eo lib. quem de Liberis educandis scripsit, monet pueros ad honesta exercitia, non plagis, aut uerberibus, sed monitis, & rationibus adducendos: illa enim seruos magis decere, quām liberos, qui durati rigescunt: liberalibus autem pueris maiorem commoditatem laudes afferunt, ac vituperia, quām uerbera: illa enim ad honesta concitant, vituperia a turpitudine cohibent. Quin M. Varro lib. Rei rusticæ 1. c. 20. ita dicit mancipiis imperandū esse, ut uerbis coërcantur potius, quām uerberibus. Quod si de liberis ille, hic de seruis illud moneat, quid de vxore dicendum? quæ vna caro, vnum corpus, vna anima cum viro est, ut alibi abundè diximus, quæq; de costa uiri facta est, nō ex pede, ne esse videretur ad seruitutem subiicienda, ut dicit Princeps sententiarū Lombardus lib. 2. dist. 18. & ibi D. Theologi: & Hugo à S. Victore, in lib. de Sacramento, & Alex. Hales in 3. parte Summæ, quæst. lxxxviiij. membro ij. & iij. & D. Thomas in j. part. Summæ. q. xcij. artic. iij. & in opusculo de decem præceptis. in sexto præcepto. Nicol. Lyr. super Gene. ca. 2. Anto. Flo. in j. part. iij. partis principalis Summæ. tit. j. c. j. §. quantum ad primū certum est. & è nostris gl. in c. vlt. xxxij. q. vlt. & Host. in Summa, tit. de matr. §. qualiter cōtrahatur, col. vij. vers. circa hanc materiā, & Card. Alex. in c. gaudemus. §. quia verò. col. j. de duor. Quibus cōcinnens D. Ambrosius lib. Hexaameron 5. c. 7. Non es (inquit) dominus, sed maritus: non ancillam sortitus es, sed vxorem: gubernatorem te Deus voluit esse sexus inferioris, non præpotentē. Quin leges asserūt, virum & vxorem socios esse diuinæ atque humanæ domus. l. aduersus. C. de crimi. expil. hære. & Plautus in Sticho, scribit vxores virorū esse socias. Ita enim inducit Pinaciū de vitis loquentem:

—Pudicitia est, pater, Eos magnificare, qui nos socias sumpserunt sibi.

Et statim circa initia Bibliorum, nempe Gene. c. 3. Adam de vxore, Mulier (ait) quam dedisti mihi sociam, &c. Quamquam in Hebræo non sic legitur, sed hoc modo, Mulier, quam dedisti mœcum, quod secuti septuaginta Interpretes ita verterunt, ἡ ἑσθλας μετ' ἐμῶς.

13 Vxor indignè uerberata uirum repudiat. Vir quomodo punitur, qui uxorem uerberat.

Imperatores Theodosius & Valentinianus sanxerunt, vxorem, quæ se probauerit à viro uerberibus affectā, quæ ingenuis aliena sunt, posse uirum repudiare, in l. consensu. C. de repu. per quam legem uidetur sentire glo. in c. sicut alterius. vij. q. j. quod licet maritus possit vxorē corrigere, non tamen intelligitur uerberando, sed alio modo. Quam in hoc sequitur Alex. consil. xv. viso themate suprā scripto. post prin. lib. 4. Et quamuis illa Theod. & Valen. sanctio fuerit à Iustiniano correctā in eo, quod permitteret vxori huiusmodi uerberibus affectā uirum repudiare: eam tamen iniuriam non reliquit impunitam. Voluit enim uirum, qui eo modo vxorem uerberauerit, ex alia sua substantia, constante matrimonio, tantūm vxori dare, quantum tertia pars faciat ante nuptias largitatis, in authent. sed nouo iure, eo. utu. de repud. & in corpore unde sumitur, scilicet in authent. vt lice. matr. & auia. §. si quis autem propriam. Miror autem Bartol. (si is est) in l. cum satis, col. ij. vers. praterea vxor. C. de agri. & cens. scripsisse, vxorem à viro flagellis uerberatam, licitè posse ab eo diuertere, per §. quia verò plurimas. in authent. vt cum de appellatione cognoscitur. quo in loco nihil tale scriptum reperitur. Verū illud dictum secutus est Paris à Puteo in tractatu Syndicatus, in titu. de excessibus Baronum, num. 29.

14 Sapientes uiri, uxores non uerberant. J. Antoninus Faustina uxoris adulteria dissimulauit.

Cæterum nullos ferè ex his, qui probi sapientesq; habiti sunt, legimus vxores suas, quātuncunque molestas, & intolerabiles, uerberasse, sed potius earum vitia, aut dissimulasse, aut molliter, & blandè correxisse. Scribit Iulius Capitolinus, Marcum Antoninum Philosophum Imperatorem Roma. qui sanctitate vitæ (vt & ipse dicit) omnibus principibus antecelluit, Faustina vxoris adulteria dissimulasse: tantūmq; abfuisse, vt de ea eiusq; adulteris supplicium ex lege sumeret, vt illos sibi non ignotos, præ cæteris ad varios honores, & magistratus promoueret: & in his Tertullum, quem cum ea prandentem aliquādo depræhenderat. Hic autē Marcus Antoninus ille est, quem leges nostræ Consultissimum principem vocant, in l. hereditas: & in l. vlt. C. de testa. manu. & alibi, Virum prouidentissimū, atque religiosissimum. l. vnum ex familia. §. vlti. ff. de leg. ij. Rursumq; alibi, Prouidentissimum, & Philosophiæ plenum. l. cum Syllaniam. C. de his qui. vt indig. Faustina quoque ea est, de qua fit mentio in l. si augustæ. ff. de leg. ij. Tertullus item, vt opinor, ille est, ad quem Iuriscōsultus tradit ipsum Marcum Antoninum scripsisse in l. Diuus. in princ. ff. de offi. præf. & in l. apud hostes. ff. de capti. & possli. reuer. Paulus item ille simplex Antonij sanctissimi discipulus sanctissimus, cum haberet vxorem bona specie, eamq; in ipso facinore adulterij depræhendisset, nihil aliud quā tacitè subrisit, iurèq; iurando affirmauit, se nunquam cum ea concubiturum. Ad adulterum autem, Tibi (inquit) eam habeto, & cum dicto in eremum abiit. Autor Socrates in Triperita historia, lib. 1. cap. 2.

Pauli eremita ad uxore aduulteram dicitur.

15 Socratis in uxorum uitia patientia.

Sed & Socrates ille, quem Apollo omnium mortalium sapientissimum iudicauisse dicitur, vxorum conuicia, iurgia, atque molestias modestè sapienterq; tulit, qui cum à Xanthippe vxore post infinita cōuicia, ex superiori loco aqua immunda profusus fuisset, nihil ampliùs egit, quām vt capite deterfo diceret, Sciebam futurum, vt ista tonitrua imber sequeretur. Quod cām plurimi referunt, tum è nostris D. Hieronymus lib. 1. contra Iouinianum. Et uerbis complexus est Bigus neotericus quidem Poëta, sed haud scio an multis etiam veterum melior:

—Ferendum est Socratis exemplo, quodcunque peregerit vxor, Xanthippen siquidem conuicia multa mouentem

Cum blandè argueret, sedatus de super vnda Nil nisi deterfo, post tanta tonitrua, dixit Vertice, se pluuiam non ignorante secutam.

Seneca autem lib. 2. eius operis, cui titulus est, Quomodo in sapientem non cadit iniuria, scribit Socratem ipsum risisse, cum ab vxore Xanthippe immūda aqua perfunderetur. De eadem refert Laërtius, quod Alcibiadi illum increpanti, quod modestius, quā par esset, vxoris molestias pate retur, respondit: An verò tu non toleras clamore perstreptentes anferes? Illo dicente, At mihi oua pullosq; pariūt. Et mihi (ait) Xanthippe filios. Aliter autē respondisse narrat Gellius li. 1. c. 14. Xanthippe (inquit) Socratis Philosophi vxor morosa admodū fuisse fertur, & iurgiosa, irarumq; & molestiarum muliebrium per diem, perq; noctem scatebat. Has eius intemperies in maritū Alcibiades demiratus, interrogauit Socratem, quænam ratio esset, cur mulierem tam acerbā domo non exigeret. Quoniam (inquit Socrates) cum illam domi talem perpetror, insuesco, & exerceor, vt ceterorum quoque foris petulantiam, & iniuriā facilius feram. Subiungit autē Gel. Varronis in Satyrā Menippea, quam de Officio mariti inscripsit, huiusmodi sententiam, quæ mirè huic nostro proposito conuenit: Vitium vxoris aut tollendū, aut ferendum est. Qui tollit vitium, vxorem commodiorem præstat: qui fert, sese meliorem facit: Sed vt redeamus ad Socratem, Plutarchus in lib. de Vtilitate ab inimicis capienda, Socrates (inquit) Xanthippen vxorem iracundam, ac molestam domi ferebat, ceu facilius cum aliis cōsuetudinem acturus, si illam perpeti consueuisset. Idem in lib. de Cohibenda iracundia, Socrates (ait) cum è palæstra redeuntem Euthydemum casu duxisset ad cōuiuuium, Xanthippe cum irata surrexisset, dixissetq; conuicia, tandem & mensam subuertisset, Euthydemus autem surgens abire cœpisset: dolore affectus Socrates, At domi tuæ nuper (inquit) nonne accidit, vt gallina quædam subuolans, idem hoc efficeret? nos tamen non indignabamur. Chrysof. autem in d. Homilia 26. Episto. prioris ad Corinth. post ea quæ suprā ex eo citauimus, vers. ab hinc 5. eo Socratis, quem tamen non nominat, exemplo utitur, vt ostendat vitia vxorum patienter toleranda, vt gymnasium & palæstram quandam Philosophiæ habeamus.

16 Adde, quod contumax est muliebris natura, in eaq; longè procliuior est, & magis nititur, quæ uerita sunt, vel teste D. Hieronymo (nisi alius sit, quod magis puto) in regula ad Eustochium cap. 27. & Ouidio dicente, cum de mulieribus loqueretur, lib. 3. Amorum, Eleg. 4.

Define, crede mihi, vitia irritare vetando: Obsequio uincens aptius ipse tuo. Vidi ego nuper equum contra sua frana tenacem Ore reluctanti fulminis ire modo: Constitit, ut primum concessas sensit habenas, Frenaq; in effusas laxa iacere iubas. Nitimur in uetitum semper, cupimusq; negata.

Mox sequitur,

Quem postremum versum citat è nostris Hosti. in c. j. extrā de matr. contra & contra interdic. eccle. & Io. Ana. in c. tua nos. extr. de homi. Ex eoq; uidetur summus Pontifex mutuatus fuisse principiu c. clericis. de immu. eccl. lib. 6. cum dicitur, Nituntur in uetitum. Cui consonat tex. elegans in c. de uiduis. l. ij. in fi. xxvij. q. j. ibi, Quod pleniùs exponere præterimus, ne sexus instabilis non tam deterreri, quā admoneri, uideatur. Quæ sententia deprompta quoq; fuisse uideri potest ex Cicerone in ea Oratione, quā pro domo sua habuit. Huicq; rei quadrat illud Terentianū in Eunuchio:

—Noui ingenium mulierum, Nolunt, ubi uelis: ubi nolis, cupiunt vitro.

Citat è nostris Lucas Pen. in l. j. col. j. in fi. C. de mulie. & in quo loco. lib. 10. Et illud eiusdem Terentij in Hecyra:

Viris esse aduersas, eque studium est: similis est pertinacia.

Et illud item Iouis Homericæ lib. 6. Iliad. de Iunone vxore loquentis:

ἦν δ' ἔπ' τόσῳ νειμισίζομαι, ὅδ' ἄλλοι μοι αἰεὶ γάρ μοι ἔωθεν ἐνικλῶν, ὅτ' ἔτι νοήσω.

Iunonem autem non adeò accuso, neque irascor.

Semper enim mihi consueta est impedire, quicquid intelligo.

Vt tamen interim non omittam illud Ouidij lib. 1. de Arte amandi:

Quinetiam accendas vitia, irritesq; uetando.

Ex quibus intelligis, mulieres cum aliis semper, in uetitum niti, tum verò maximè aduersus maritos. Huc quoque spectat illud Martialis lib. 2. ad Gallam Epigram. 25:

Das nunquam, semper promittis, Galla, roganti.

Si semper fallis, iam rogo, Galla, nega.

Est enim mulierum mos, vt semper contraria petitis agant.

17 Propterea non uerberibus vxori reluctandum est, sed (quod dicit Ouidius) obsequiis, tum iis, quas diximus rationibus, tum etiam quod ex vxorum uerberibus amor coniugalis in odium exitiale uertitur. Ex quibus proficiscitur tam immanis, atque acerbis vxorum in uiros animus, vt plerunque mortem eorum expectant, vt not. glo. in l. pater Scuterinam. §. focrus, & ibi Bart. & Paul. Casti. ff. de condi. & demon. & eam quoque ponderat Bald. l. vlt. col. j. & ibi Paul. Casti. paulò ante.

Mulieres contumaces, & in uetita proniores.

Vxoribus obsequiis reluctandum, non uerberibus.

fin. C. de instit. & substit. & ex ea dicit Bald. quod mariti hereditas non semper est uxori lu...

18 Femina appetentes vindictae.

Ad haec, uxores, ut maritos istos imperiosos vlciscantur: sunt enim vindictae natura appetentiores.

Vindicta

Nemo magis gaudet, quam femina.

Mulier passa iniuriam infamit.

Quem citat Lucas Pen. in d. l. j. C. de muli. & in quo loco lib. 10. Idcirco mulier illa Apuleiana lib. 5. de Asino aureo, dicit se non esse mulierem, nisi ultionem a sorore, cui erat infensa, caperet.

19 Mulieres veneficae.

Ex verberibus ergo vxorum nascuntur inimicitiae, & adulteria, atque etiam caedes, infidiae, maleficia, veneficia in maritos patrantur. Nam cum foeminae sint alias suapte natura ad maleficium, veneficiumque viris procliuiores, ut ex Fabio Quintiliano deprahendimus, qui lib. 5. Oratoriarum Institutionum, tit. de argumentis, elegantissime differit, sumi etiam argumentum a sexu.

Mulieres aconita prima in genere.

Ex quo illud Euripidis in Ione: Quot caedes iam veneficiorum letalium. Mulieres inuenerunt, viris perniciem adferentes!

20 De eadem re.

Et illud Hieronymi in Iouinianum lib. 1. c. 28. Si aliquid tuo arbitrio seruaueris, fidem sibi adhiberi non putabit, sed in odium vertetur, ac iurgia: & nisi cito consulueris, parabit venena.

21 Venena foeminae.

Et hoc quidem probabile est: Nam cum foeminae sint natura debiles, ut late supra probauimus, atque etiam timidae, ut postea quoque ostendemus: quod non possunt, neque audent aperto Marte aggredi, id insidius veneficiisque conficiunt, pellem videlicet vulpinam induentes, ex Lyfandri Apophthegmate, cum Leonina deest, ut est natura debilius, atque timidiorum.

Prouerbum.

21

Mulierum armata infidiae.

Quam rationem claculum intellexisse videtur Fabius Quintilianus

aus (si is est) in ea Declamatione, cuius titulus est, Caecus in limine. Sunt & foeminis ad scelera vires, cum habent causas virorum. Quinimo, si interrogas, facilius haec pectora metus, odium, ira corrumpunt: & quoniam non habent tantum roboris, unde vitia mentium vincant, plerumque facinus infirmitate fecerunt.

γαμειτε νυν, η γαμειτε, και θνησκετε η φαρμακοισιν εν γυναικος, η δολοις.

Nunc ducite uxores, ducite, inquam, & mortem obite Mulierum aut veneno, aut fraude.

Ex quo fit, ut Artemidorus Daldianus lib. 1. d. νεροκοιτικων, quasi dixeris, de somniorum iudiciis, c. 12. scripserit, vulpem in somnis eadem, quae lupos significare: verum in hoc differre, quod inimicos non palam adorientes, sed clandestine insidiantes portendit: ut plurimum vero mulieres insidiantes significat.

Adulterium & veneficium proxima. Mulier impudica, eadem et venefica.

22 Cum ergo (ut repetamus) mulieres sint ad veneficia viris procliuiores, tum vero maxime adulterae. Sunt enim adulterium, & veneficium proxima, & quasi quadam cognatione annexa: ut mulier quae impudica est, eadem quoque sit venefica. Ideo Cicero, aut quisquis is fuit, qui libros Rhetoricorum ad Herennium scripsit, lib. 4. Ratiocinationis huiusmodi exemplum subtexuit: Maiores nostri, quae impudicam iudicant, eam veneficij quoque damnata existimabant.

Toxica zelotypo dedit vxor macha marito.

23 Nec longè abest, quod scribit Suidas, μοιχεια, και φαρμακεια, ταυτ εστιν αμφοτερα. λαδρα γαρ γινεται. λεγονται η εν επιβουλαι, και οτε η μοιχευομενη, οτε η φαρμακυσσα φιλει τ ανδρα. Id est, adulterium, & veneficium idem est vtunque clam enim fiunt. dicuntur autem, & insidiae: & neque adultera, neque venefica amat maritum suum. Id quod accepisse videtur, licet supprimat, ab Artemidoro Daldiano, qui lib. 4. eius operis quod paulo ante citauimus, cap. 73. εδοξε τις λεγειν αυτω τ πανα, η γυναι κοι φαρμακον δωσει δια τ λενος οντος γνωριμα και σωηδης. τωτ η γυναι φαρμακον μη εν εδωκει, εμοιχευθη η υπ αυτη εκανω, λι ε ελεγε τ φαρμακον δωσειν. η γαρ η φαρμακεια και η μοιχεια λαδρα γινονται. και αμφοτερα επιβουλαι λεγονται, η οτε η μοιχευομενη, οτε η φαρμακον παρεχου φιλει τος ανδρας. Id est, Vidit quidam in somnis Pana sibi dicere, Vxor tibi venenum dabit, per quemdam tibi notum, & familiarem. Huius vxor venenum quidem non dedit, stuprum autem passa est ab illo ipso, per quem dicebat venenum esse dandum. Etenim veneficium, & adulterium clam fiunt, & vtraque insidiae dicuntur. Et neque adultera, neque venefica viros diligunt.

De eadem re.

24 Hucque pertinet illud Quintilianum (aut quisquis is est) Declama. 14. Veneficium, iudices, tora vita meretricis est. Est autem sententia Diui Chrystostomi in Matthaeum Homilia 49. mulieres adulteras ad maritum caedem, quibus iniuriam afferre meditantur, paratas esse, & accinctas. Menander apud Lucianum, in eo lib. cui titulum, ερωτες, nuncupauit, cum a mulierum connubiis viros auertere, ac detertere vellet, scribit, confestim quam quis vxorem duxerit, adulterum toro nuptiali subsidere: mox insidias, venenaeque oboriri. Verba eius haec sunt, και γαμνλιω λεγει μοιχος οντροφωμ, ετ επιβουλαι η φαρμακεια. Leges autem nostrae mulieres adulteras, & veneficas iungunt, veluti quadam affinitate coniunctas, in l. consensu. §. vir quoque, ibi, nisi adulteram, vel veneficam. C. de repudi. & in §. mitiores. in authen. de nupt. Quae omnia eò tendunt, ne quis vxorem aut verberet, aut aliàs malè tractet, si vel suae salutis, nedum honestati, consulere voluerit. Ex quibus hanc quoque legem non immeritò sancimus:

De eadem re.

VIRI VXORES SIBI AEQVARI IAM A PRINCIPIO NE SINVNTO. SED DICTO AVDIENTES ESSE IMPRIMIS DOCENTO. NEC TAMEN SE TYRANNOS, NEC DOMINOS, SED MARITOS PRAESTANTO. NEC, SI SVAE SALVTI CONSVLERE, E HONESTATEM VNDEQVAQVE SECTARI VELINT, EAS VERBERANTO, ALI SVSVE MALE TRACTANTO.

Octava lex connubialis.

1
Qui peccat
legis autorita
te, nō peccat.

2
Quod licet,
maleficiū non
est.

3
Multa permit
tuntur, quæ
non carent iu
stio.

4
De eadem re.

5
De eadem re.

6
Vir occidens
uxorem in ad
ulterio, non
excusatur à
peccato.



VERVM qui huic nostræ legi volet refragari, dicet, Leges & Canones viris in vxores verbera non immoderata permittunt, vt iam supra in prima lege abundè dictum est. Id ergo nemo potest reprehendere: nam vt solent dicere nostri recentiores Iurisperiti, Qui peccat legis autoritate, non peccat. Ad quod citant I. Gracchus. C. de adul. vbi quod legitime factum est, pœnā non meretur. & c. qui peccat. xxiii. q. iiii. Et quod licet, maleficiū non est, vt dicit Bal. in l. decuriones, in fi. C. ex qui. cau. infra. irrog. & Petr. Anch. in repet. c. Canonum statuta. in xiii. q. prin. versu. in hac eadem materia. extrā de consti. & Io. Ana. in c. si perfo diens. col. iiii. extrā de homi. & Ro. consi. ccxiii. venerabilis domine. col. j. & Fely. in c. quæ in ecclesiariū. col. vj. de consti. per tex. in l. is qui aggressorem, ibi nullam calumniam metuendam. C. de fca. Idq; est, quod Seneca ait lib. 6. Declamationum, Obiici non potest, quod lege factum est. Et iterum lib. 9. Non possum (inquit) ob id damnari, quod lege factum est. Et Cyrus sententiam magistri referens apud Xenophontem lib. i. Id est iustum, quod ex lege est: quod verò est contra legem, id violentum. Quæ etiam est Aristotelis sententia lib. Ethicorum 5. c. i. & iterum 2.

¶ Sed istis qui eo colore suum crimen depingunt, atque tuentur, respondendum esse cenfeo, multa plerunque à legibus, & Canonibus permitti: quæ licet impunè facias, non tamen carent vitio, & dedecore. Nam, vt dicit Chrysostomus in c. hac ratione. xxxj. q. j. quod permittimus, nolentes præcipimus: quia malas hominum voluntates ad plenum prohibere non possumus. Et vt alibi dicit tex. in c. nerui. xiiij. dist. non sine vitio est, quod ignoscitur, & non præcipitur. Et facit tex. in l. & si quis. §. Diuus autem Marcus. ff. de relig. & sumpt. fune. vbi scribitur, haredē, qui prohibet funerari ab eo, quem testator elegit, non rectè facere: pœnā tamen in eum statutam non esse. Quem tex. dicit singu. Bal. consi. xv. ad euentiam præmitto. ante fin. lib. j. vbi & per eum dicit, non esse nouum, vt quædam inhonestè fiant, vltionem tamen non habeant: quia non omne illicitum punitur, sed id tantum, quod statuit lex esse delictū. Facit etiam l. militis. C. eo. tit. de relig. & sumpt. fune. & l. iij. §. non perpetuæ. versu. Diuus. ff. de sepul. viola. vbi idem propè tex. est, vt in d. §. Diuus autem. & ibi concord. in glo. & l. hares. ff. de vsufr. leg. vbi & glo. nor. non omne illicitum puniri. & l. Imperator. ff. de his qui no. infra. vbi glo. & Bald. idem no. & l. j. ff. de his qui. vt in dig. vbi Bart. dicit esse sing. not. quod illud quod pœnam non meretur, dicitur tamen offensam: nam licet multa possint fieri licitè, non tamen honestè. quod & idem fermè voluit Bal. in d. l. decuriones. C. de infra. & in l. j. col. iij. C. si à non comp. iud. & in c. j. col. ij. extrā de iudi. & Petr. Anch. in d. c. Canonum. quo loco nuper allegauimus. Paul. Castr. consi. cclv. viso supra scripto puncto, post prin. lib. j. & è Theologis scholasticis Diuus Thomas i. ij. q. xcvi. arti. ij. & iterum 4. cap. artic. ij.

¶ Cui consimile est, quod no. ipse Bald. in l. j. & ij. ff. ne quis eum qui in ius voc. per illum text. in verbo, non deliquit. & in verbo simili delicto. Nam cum tex. videatur sibi ipsi aduersari, ita interpretatur Bal. non deliquit iuris interpretatione, quia non punitur: tamen verè deliquit, quod ad bonos mores, & ideo dicitur simili delicto: Quod quidem inducit ad multas quæstiones. Et quod alibi scribit idem Bal. in proœ. Decre. col. iij. in verbo, pudicos. quod licet nubens infra annum luctus, sit expers infamix, & alterius pœnæ iuris positiui, perdit tamen gloriam matrimonialis pudoris: vt pote cum hic actus non sit laudabilis, nec sine rubore faciei detegentis maculam cordis. Et quod tradit Panor. in c. magna. in iij. no. de voto. quod licet filia possit licitè inconsulto patre matrimonium contrahere, cap. sufficiat. xxij. q. ij. non tamen honestè potest, & decenter, per tex. in c. j. de despon. impub. & quod item dicit idem Panor. in c. quia diuersitatē. in antepe. no. de concess. præben. quod licet Papa possit ceteros collatores præuenire, per tex. ibi, non tamen honestū est, vt id faciat, per tex. in c. vlti. ccix. dist. & in c. peruenit. in fin. xj. q. j. Cui ferme simile est, quod dicit Bald. in superscriptione proœ. Gregoriani, col. iij. in verbo, episcopus. quod licet Papa possit reuocare beneficium, nō tamen est honestum, & laudabile, per no. in cap. quod dilecto. de confang. & affini. & in c. peruenit, de immuni. eccles. & per Hosti. in c. cum venisset extrā de iudic.

¶ Facit præterea, quod voluit glo. in c. cum venerabilis, de consue. & in c. non sanè. de tempo. ord. & in c. denique. 4. dist. quod licet mala consuetudo excuset à pœna, non tamen à peccato. de quo alibi abundè differuimus, & quod dicit glo. not. in c. inter hæc. 33. q. ij. quod licet viro permittatur nonnunquam occidere vxorē in adulterio depræhensam: si tamen faciat, non excusatur à culpa, vel peccato. quæ sequitur Archi. ibi & Io. Fab. in d. l. Gracchus. paulò ante fi. C. de adul. Imo. & recentiores in l. quid ergo. §. j. ff. de leg. j. & Pan. in c. veniēs. le ij. ext. de spons. & in repe. c. cum esses. col. v. de testa. vbi dicit sing. illam gl. & in c. si verò. le. ij. col. pen. extr. de sen. excom. & Roma. in l. si ab hostibus. col. ij. nu. 14. ff. sol. matr. & Feli. in c. j. col. j. extrā de præscrip. & in c. ad nostram. col. j. in fi. extrā de proba. vbi eam dicit auream. Sca. & eam faciunt singu. Panor. Ioan. Ana. col. ij. & Feli. in c. ij. extrā de homi. & ipse Feli. in c. q. in ecclesiariū. col. v. extrā de constit. Ro. in repe. auth. similitur. in xxxiij. speciali piæ cap. de inter vltimas voluntates. C. ad leg. Falcid. & Iason in l. vt vim. col. v.

col. 5. versu. redeo ad primam partem. ff. de iust. & iur. & in l. si plagij. col. j. ff. de verb. oblig. & copiosissimè simul, & elegantissimè Fortunius in lib. quem scripsit de vltimo fine iurium, char. x. in ii. illatione. Et è Theologis idem voluerunt D. Thomas in 4. sent. dist. 37. q. 2. art. j. vbi etiam Richardus, & plerique omnes, & Astessa. lib. 8. suæ Summæ, tit. xx. ar. 4. & Robertus Holkot in commentariis, quos condidit in Sapientiam Solomonis, lectione 42. & Ang. Claua. in verbo, homicidium. versu. 6. & iterum in verbo, vxor. versu. 4. & ad hoc optimè facit tex. in d. ca. inter hæc. & ante hos D. Augustinus lib. 2. de adulterinis coniugiis cap. 14. & seq. Et ex externis scriptoribus eam legem non probat Aphthonius ille Declamator in li. Præexercitamentorum, ad calcem. Et idè quoque in statuto permittente occidere bannitum, vt videlicet propterea non excusetur à peccato, qui id fecerit, vt dicunt multi ex iis, quos supra citauimus, & præterea Bald. in c. j. col. j. de iudic. & in ca. vlt. in secun. notab. de præscrip. & Iason in d. l. si plagij. col. j. ff. de verb. oblig. vbi tamen post Alex. quosdam allegat tenentes contrarium.

¶ Quibus adde, quod ex legibus Mosaicis, si quis duxisset vxorem, quæ sibi deformis videretur, illi permittebatur dare libellum repudij, vt supra diximus, & scribitur Deut. 24. id tamen non erat sine crimine, vt est multorum sententia, ea potissimū ratione, quod alioquin illud in Iudæis Christus non reprehendisset, sicuti fecit Matthæi 5. c. & iterū 19. & Marci 10. & Lucæ 16. asserens causam permissionis Moysis fuisse, propter duritiam cordis eorum. Ita annotauit magna pars Theologorū in 4. senten. distin. 33. & Nico. Lyr. in d. c. 24. Deuter. & Alex. Hales in 3. parte Summæ, quæstio. 46. membro 2. arti. 1. & 2. & è nostris glo. in cap. cum in lege. 23. q. 4. & Archi. in dicto cap. qui peccat. 23. q. 4. & Hosti. in cap. gaudemus. col. 3. in verbo, qui autem extrā de diuor. & Bald. siue is fuit Io. à Montegrario, inter ipsius Bal. consi. 428. inquisitio prædicta. col. 2. lib. 5.

¶ Et non absimiliter, licet ex eisdem legibus Mosaicis suam quisque iniuriam posset sine iudice vindicare, vel vsque ad mortem, si crimè exigeret, vt ex autoritate Leuitici asseruit D. Gregorius, enarrans Matthæi cap. 22. & in decre. cano. in d. ca. cum in lege. 23. q. 4. & est etiam bonus text. in c. si quis per vetus, vbi & not. glo. 22. q. 2. & in c. si audieris. & ibi quoque gloss. 23. quæst. 5. Tamen peccabat, quisquis id faciebat propria autoritate, licet ex lege non puniretur, vt expressè voluit Archi. in dicto cap. cum in lege. vbi tamen glo. distinguit, an cum odio se vindicaret, an sine odio, cum aliis collectis per gloss. in c. omnis autem lex. 3. dist.

¶ Ex quibus palàm est, non omne quod permittitur, honestum esse, & sine vitio: atque vt dicit Iurisperitus in l. non omne. ff. de reg. iur. non omne quod licet, honestum est. Proinde alibi Iurisperitus in l. semper. eo. tit. & iterum in l. semper. ff. de ritu nup. scribit semper in contractibus, non solum quod liceat considerandum esse, sed & quod honestum sit. Vnde sumpta occasione Accur. in d. l. semper, primū alleg. dicit, quod etsi liceat contrahentibus se inuicem circumscribere, l. item si pretio. §. vlt. ff. loca. & in l. in causa. §. idem Pomponius. ff. de minor. modò deceptio non excedat dimidium iusti pretij. l. 2. C. de rescin. vendi. & c. pen. extrā de emp. & vend. Id ipsum tamen facere non conuenit bono viro. Quam glo. facit sing. Bald. in c. si proponente. versu. & no. quod interdum. extrā de rescip. & Barba. in l. 4. §. Cato. col. 27. de verb. obli. & consi. lvj. sapienter scripsit Psalmista, paulò post prin. lib. 2. & consi. xxj. clementissimum Deum, in princ. lib. 4. vbi & col. 2. eam dicit literis aureis notandam. Sed & ipse alibi valde sing. dicit, vt in c. bonæ. le 2. col. vj. versu. nota ibi honestius. de postula. præla. & consi. 22. clementissimum Deum oro. col. 4. libro item 4. & consi. 67. illud afferam in medium. col. j. eo. lib. & inter cons. Laur. Calca. cons. 27. clementissimi Dei patris. col. vlt. & iterum cons. seq. illud afferam in medium. col. 2. Et eam glo. alibi no. ipse Bald. in auth. ad hæc. col. pe. versu. insuper quæritur. C. de vsur. & in c. quanto. col. 2. versu. item decipere, de iure iur. vbi eam vocat solennem. & cons. 332. considerato compromisso, post prin. lib. 2. & iterum consi. 3. casus talis est, quidam, lib. 3. & Barb. cons. 9. præclare scribitur apud Psalmistam, col. antepe. in fi. lib. 2. & consi. 11. illud afferam in medium, col. 11. eo. lib. 2.

¶ Et per eam glo. dicit not. Bal. in c. cum causa. in fi. de testi. quod licet iura permittant deceptionē infra dimidium iusti pretij, non tamen id licitum est in foro conscientix. Et ob id subinfert Bald. quò ergo vadit anima mercatoris: Sed & hoc idem voluit Inno. in c. in ciuitate. post prin. vbi etiā Ant. in versu. venio ad glo. & Panor. & Ioan. Ana. col. 4. versu. vtrum autem possit. & Felin. extrā de vsur. Archi. in c. hoc ius. col. 4. 10. q. 2. & in c. si cupis. 16. q. j. Card. & Panor. in c. i. de emp. & vend. Ant. in c. cum dilecti. vbi etiam Henri. col. pe. & in d. c. pen. eo. tit. Idem Ant. in c. quia pleriq; col. antepe. versu. quintus casus. vbi etiam Panor. in 9. quæst. de immuni. eccle. & Fede. Senen. consi. 21. nunquid hæres. Saly. in d. auth. ad hæc. in 21. quæst. C. de vsur. & Petr. Ferr. in forma libel. in causa venditionis, in verbo, pro pretio, col. j. & Cepol. in tracta. de simulatione contractuum, in secūda præsumptione, col. 3. vbi ad hoc allegat d. glo. pro not. & Franc. Aretin. cons. 92. viso legato. col. 2. & Barb. in repe. c. Raynaldus, col. 173. de testa. & Iason, in l. si quis in conscribendo. col. 2. in vltim. no. C. de pact. & in l. si quis cum aliter, col. pen. ff. de verb. oblig. & in §. sed iste. col. xx. versu. & aduerte. Insti. de actio. & nouissimè Philip. Dec. in c. j. col. 7. versu. similiter ex ista, de consti. in j. lect. & consi. 5. diuino implorato suffragio, col. 2. versu. secundò non obstat, & nouissimè Iacobus Omphalius de vsurpat. leg. lib. 2. c. 9.

¶ Quod & è Theologis comprobant D. Thomas 2. 2. q. 77. art. j. Scotus in 4. sent. dist. 15. q. 2. arti. 2. conclus. 3. & è recentioribus Gabriel Biel. in eadem dist. 15. q. 10. art. 2. conclus. 2. vbi alleg. Ioan. de

Bannitum occidens, nō excusatur à peccato.

De eadem re.

Libellus rebus dii à Mose concessus, non erat sine crimine.

Vindicta permissa, non sine peccato est.

De eadem re.

Bono viro nō licet alterum in contractu circūscribere.

De eadem re. In foro conscientix non licet etiā intra dimidium decipere.

Lig. & Io. Calde. idem tenentes, vti verè hoc tenent, in c. nauiganti. extra de vsur. licet non alleger locum. Ant. Flor. in 2. parte princ. suæ Summæ, tit. j. c. 16. vers. quantum ad tertium principale. col. 3. & iterum col. 5. vbi reprehendit Durandum, qui in sua Summa tenuit contrarium: quod nulli mirum videri debet: nam ob id tantum animum ad scribendum appulit Durandus, vt cæteris cõtradiceret, præsertim Diuo Thomæ. Idè quoque tenuit D. Bernardinus in lib. de Euangelio eterno, Sermone 35. char. vlt. vers. circa hoc autem notandum est. & iterum Serm. 35. art. 1. c. 2. & nouissimè Adrianus Florentius in suis in 4. senten. quæstionibus, vbi de restitutione differit, in q. cuius initium est, consequenter quæro, vtrum indistinctè tenetur. in solutione ipsius quæstionis. Et omnium latissimè Conradus, in vberè tract. de Contractibus, tum in summano 57. quæst. tum in ea ipsa q. 57. quibus locis hanc rem eruditè, & copiosè disputat, asseritque, & hoc procedere, quantumcunque modica sit læsio.

10 Qui contrarium tenent.

¶ Quamquam & è nostris contrarium simpliciter tenuit Io. Crotus in repe. cap. vt animarum. in prin. de consti. lib. 6. hac ratione, quòd ius Canonicum, cuius est principalis intentio, vt consulat salutem animarum, vt ibi est tex. approbat huiusmodi contractum, in quo interuenit deceptio infra dimidiam iusti pretij, d. c. cum dilecti. & c. pe. de emp. & vendi. Ergo contrahentes sunt tuti in foro conscientie, aliàs sequeretur, quòd quis deciperetur legis clypeo, quod fieri non debet. l. j. in fi. C. de his qui ve. æta. impe. & c. de viduis, 27. q. 2. Et ita etiam videtur voluisse Bald. sibi contrarius in d. c. si proponente. de rescrip. cum dicit, quòd ex quo lex permittit contrahenti, quòd faciat sua facta, vt ipse loquitur, quàm melius potest, hoc debuit aduersa pars cogitare. & si non cogitauit, sibi imputer. Alioquin omnia mercimonia mundi destruerentur, & omnes mercatores irent ad inferos. Et licet glo. in d. l. semper. dicat, quòd nunquam decipere contingit bono viro, tamen propterea non putat ipse Bald. quòd alicui detur remedium fori etiam conscientialis. Et ita quoque tenuit Petrus Anch. in c. peccatum. in 4. conclu. principali. de regul. iur. lib. 6. vbi hanc rem per 4. conclusiones differit. & Barb. in c. j. de emp. & vend. & Franc. Areti. in d. c. cum causam. de testi. & rursus in l. si quis cum aliter. col. pen. ff. de verb. oblig. Quem & tu latissimè omnium rem hanc tractantem videas in d. c. cum causa. de testi. & Soci. conf. 49. viso instrumento. col. 2. vers. his tamen non obit. lib. 4. & Philip. Dec. sibi contrarium in d. l. semper. in fi. ff. de reg. iur. Sed ita, vt non omitas glo. in d. c. si cupis. in verbo, non multum. 16. q. 1. quæ dicit, in contractibus decipere non esse peccatum, per c. innocens. 22. q. 4.

11 Ecclesia non debet rem vendere quam valeat, uendere.

¶ Sed tamen ad prioris op. confirmationem, quæ communior est, & verior, adde & tu glo. not. in §. hoc ius. x. q. 2. quæ dicit, quòd licet lex dicat, quòd contrahentes possunt se inuicem decipere, ecclesia tamen non debet vendere rem pluris, quàm valeat. quam glo. sequitur Archi. ibid. & eam commendat. & dicit sing. Rom. sing. 758. Tu scis, quòd res ecclesiæ. & Barb. in repe. d. c. Raynaldus. col. 113. extra de testa. & in l. 2. §. vlt. col. 9. ff. de verb. oblig. & d. conf. 77. col. j. lib. 4. & inter cõf. Calca. d. conf. 28. illud afferam in medium. col. 2. & Iason in l. quoties. col. 5. vers. secundò principaliter. C. de rei vendi. & sequitur è Theologis Diuus Bernardinus in d. sermone 35. quo loco supra citauimus, & Conradus locis etiã supra allega. & è nostris Cepol. vbi supra, & ante eum Hostiens. Imol. & Panor. in c. j. in prin. extra de empt. & vend. Bald. in auth. hoc ius porrectum. col. 4. vers. vlt. quæritur. C. de sacrosanct. eccl. & in d. l. in causæ. §. idem Pomponius. ff. de minor. Ang. in §. hoc etiam. col. 4. vers. sed tunc quæro. in auth. de ali. & emphyt. & Panorm. in c. per tuas. col. 2. extra de dona. in quibus locis ipse Panor. eam glo. dicit not. & rursus idem Panor. in d. ca. quia plerique. in 9. q. de immuni. eccl. vbi & eam dicit no. & in dicto c. cum causæ. de testib. & in d. c. in ciuitate. col. 2. de vsur. & alibi sæpe, & Franc. Aret. qui & illam dicit no. in d. l. si quis cum aliter. col. 8. vers. adde etiam. ff. de verbor. obligationib. & Berta. in tract. de gabellis, in 2. parte princip. in viij. q. in fi. vbi & illam gl. dicit sing. Et idem quoque voluit Ant. in c. continebatur. col. j. extra de his quæ fiunt à præla. & in d. c. in ciuitate. de vsur. vbi & idem putat de personis ecclesiasticis, & etiam de laicis, quòd ad forum animæ. quòd & voluit ipse Anto. & etiam Imo. in d. c. cum causæ.

12 De eadem re. Hermes Philosophus Aegyptius. Q. Scæuola.

¶ Facit & ad prædicta, id quòd dicit Bal. in l. cum ipse. in prin. C. de contrah. emp. quòd ad bonam fidem pertinet, vt sit iustum pretium. Nam & Suidas autor est Hermetem Philosophum Aegyptium, qui sub Adriano Imperatore floruit, ea iustitia fuisse, vt si à se quippiam emptum, minus iusto pretio peteretur, ipse nihilominus iustum promittebat. Quin & Cicero lib. 3. Offi. consimile quiddam fecisse Q. Scæuolam Purblij filium scribit. Cum enim postulasset, vt sibi fundus, cuius emptor erat, semel indicaretur, idque venditor ita fecisset, dixit se pluris æstimare, quàm emerat, & addidit centum millia. Subiungit autem Tul. Nemo est, qui viri boni hoc fuisse neget. Quæ postrema verba idè hic adscripsimus, quia admodum conueniunt cum gl. in d. l. semper. Sed & idè fecisse quoque Diuum Augustinum in emptione cuiusdam libri refert Diuus Thomas loco supra allegato, vers. abhinc 3. & è nostris Barb. d. conf. 28. inter cõf. Calca.

Augustinus.

¶ Illud tamen, quòd diximus, videlicet non esse licitum in foro conscientie contrahentibus etiam infra mediam partem iusti pretij sese decipere, intelligit Calde. in repe. d. c. nauiganti. col. 4. vers. tertio oppo. contra duos vlt. casus de vsur. quando ipsa deceptio proficiscitur ex dolo cõtrahentis, quia scilicet duobus dedit causam contractus, siue deceptioni, vel etiam incidit in ipsum contractum, aut deceptionem: quòd & deceptio spontè, & vt dicit, re ipsa veniat, sine dolo cõtrahentis secus est. Sequitur, & dicit no. Panor. ibi. col. 5. & etiam in d. c. in ciuitate. col. 2. & in d. capit. cum causa

13 Quid si deceptio non sit ex proposito.

causa. col. vlt. & ibi etiã Fely. in fi. extra de testi. & in c. i. post prin. extra ne cler. vel mo. & Saly. in d. auth. ad hæc. & Corn. in repe. l. si pascenda pecora. col. j. C. de pact. & Phil. Dec. in d. c. j. col. 8. vers. sed tamen aduertendum. de consti. Et multum ad hoc facit gloss. in d. l. item si pretio. §. vlt. Nec ab hac distinctione multum abest alia Imo. distinctio c. j. de emp. & vendi. vtrum scilicet emptor sciat verum pretium, & spontè emat: an verò ignoret, vt primo casu nullum sit animæ periculum, secundo secus. Sed super hac re latissimè omnium distinguit Ant. Burg. in ca. cum dilecti. extra de emptio. & vend. quem tu omnino vide.

Conclusio.

14 ¶ Sed vt tandem ad præcipuum ac principale nostrum propositum reuertamur, idque ipsum concludamus, licet iurâ permittant viris vxores verberare, non proinde sequitur, id honestum esse, & minimè vitiosum, per ea quæ dicta sunt. Ex quibus satis responsum est ad id, quod in nostrâ legem obiectum fuit. Sed & responderi potest illud Augustini, Qui peccat legis autoritate, & c. intelligi de lege diuina, non autem humana, vt colligitur ex verbis subsequentiis, & etiam annotauit Adria. Flor. in eo ipso opere, quod nuper citauimus, in materia restitutionis.

Mulieres male.

15 ¶ SED CONFESTIM insurgit iterum Euripidis imitator quispiam μισογυνής, id est, mulierum osor, illud quoque in nostram legem petulanter obiciens: Cum omnes homines natura admodum procliuus in vitia suauerit (vt affatim alibi scripsimus) tum præsertim mulieres, quæ in mala omnia feruntur præcipientes, adè vt vllam vix bonam reperias. Accurs. noster in lex his. ff. de legi. ex eo quod inibi scribit Iurisconsultus, legem fieri non debere ex his, quæ rarò accidunt, facètè admodum subinfert, non esse propterea legem de bonis mulieribus faciendam, quoniam raræ sunt. Alibi idem Accur. in l. 2. C. de his qui ve. æta. impe. dicit sceminas ob id celerius veniã ætatis, quàm mares impetrare, quoniam mala herba citò crescit. Id quod etiam dicit ibi Odo. qui subdit, in nullo muliere esse animi probitatem, nisi sanctificetur. & Hosti. in c. literas. extra de despon. impub. vbi dicit hanc rationem Plac. esse. & Collect. in c. puberes. eo. tit. & Panor. in c. vbi non est, eo quoque tit. & Bald. in l. qua ætate. ff. de testa.

16 ¶ In quam sententiam non parum multæ sunt Heroicorum, Comitorum, Epicorum, Citharisticorum, siue Lyricorum (idem enim sunt, teste Iulio Polluce, qui lib. 4. c. 9. λυρῶδες, & κιθαροδες, & κιθαριστες idem significare dicit: & verba inde deduci λυρῖζεν, κιθαρίζεν, & βαρβαρίζεν) Auleticorum, Dithyrambicorum, Asmaticorum, siue (vt alij vocant) Asmatographorum, Elegiographorum, Iambicorum, Hymnographorum, Anathematicorum, aliorumque Epigrammatographorum, Sillographorum, Mimographorum, Epithalamiographorum, Monodorum, Melicorum, Coriambicorum, Saticorumque atque Tragicorum, & cæterorum Poetarum, aliorum quoque scriptorum sententiæ, ex quibus aliquot substituimus. Homerus lib. 11. Odyssæ, facit Agamemnonem hæc pronuntiantem:

ὡς ἐκ ἀνότερον καὶ κωϊτερον ἄλλο γυναικός. Nihil scemina grauius, nihil peius.

Id est:

Cuius etiam sententiæ meminit Dion in libello πρὸς ἀπίστους, id est, de incredulitate. Menandri Trimeter est, apud Græcos, vice prouerbij celebratus:

Θησαυρός ἐστὶ τῆς κακῶν κακὰ γυνή. Thesaurus est malorum mala mulier.

Id est:

Alter quoque,

Ἰgnis, ὁ θάλασσα, καὶ πῦρ, καὶ γυνή κακὰ τρία. Ignis, & mare, & scemina, sunt mala tria.

Quam sententiam disticho expresit Ioannes Secundus: Quæ mala sint hominum rebus tria maxima, scire Quæris? habe paucis: scemina, flamma, fretum.

Idem quoque Menander (vt ad eum reuertamur) ὅτις γυναικός ἐστι, πάντ' ἐκεί κακὰ. Vbiunque mulieres sunt, ibidem mala sunt omnia.

Sed est & ille eiusdem Trimeter, γυναικός ἐστὶ δόλη: ὠδὶ τυχὲν δ' ἐραδίον. Mulierem bonam consequi non facile.

Id est:

Cui affinis est illa Diphili sententia apud Stobæum Serm. 66. γυναικὴ ἀγαθὴν ἐπιτρυχὲν δ' ἐραδίον. In vxorem incidere bonam, non facile.

Euripides quoque in Iphigenia in Aulide scribit, rarò virum vxorem bonam nancisci: malam verò, non rarò. Verba ipsius hæc sunt,

Σπάνιον ἢ θέρειμ' αὐτοῖς, τοιαύτω λαβεῖν Δέμαρτα, φλαύραν δ' ἢ σακίς γυναικ' ἔχειν.

Cæterum ipse Menander, vt ad eum iterum redeamus, apud Stobæum Sermo. 70. tradit mulierem necessariò malam esse.

ἀνάγκη γὰρ γυναικ' εἶναι κακόν.

Sed & idem apud Lucianum in eo lib. cui ἑρώτες noimen indidit, scribit, non immerentem Promertheum pendere fixum Caucafi de rupibus, quòd mulieres effinixerit ἧβος, μιᾶρον, id est, genus scelestum, nocens, impurum, ac veluti dignum, quod ab omnibus solum relinquatur. Hinc enim dictum

dictum *μιαρὸν*, nonnulli dicitant.

17 Ex Latinis verò Poetis Lucillius:
Hæc facul est homini inuentu bona femina nusquam.

Facul. Vbi, Facul, vt annotant Grammatici, pro facile antiquè ponitur. Cui & proximum est illud Pacuuij:
Haud facul femina inuentu bona.

Quod & L. Afranius iisdem verbis vsurpauit in Ixione, si verum dicit Nonius Marcellus. Plautus autem in Aulularia inducit Eunomiam de mulieribus ita loquentem:

Optima nulla potest eligi: alia alia peior.

Quod & de Sardis (vt illud obiter dicam) scribit Tullius libro 7. Epistol. Familiarium ad Fabium Gallum in Epistola incip. Amores, alium scilicet alio nequiores. Idem Plautus in Milite,

Quid peius muliere? Rursùmque in eadem fabula:

Nam bona vxor, si ea quidem deducta est vsquam gentium,

Vbi ea possit inueniri? Et in Curculione:

Antiquum Poetam audiui scripsisse in Tragedia,

Mulieres duas peiores esse, quam vnã.

Quin & apud eundem in Mercatore, Lyfimachus dicit nullam mulierem bonam esse. Et in Truculentio Phronesium mulier ita loquitur:

Nimio minus perhibemur

Malo, quam sumus, ingenio.—

Laches quoque ille senex Terentianus in Hecyra:

In eodem omnes mihi videntur ludo docta ad malitiam. Seneca Tragediographus in Hippolyto:
Dum malorum femina, & scelerum artifex.

18 Cui succinit Græcus Menandri Senarius, vt rursus Græcos autores repetamus:

Γυνὴ γυναικὸς πῶποτ' ἔδεν δὲ φέρεται.

Id est:

A femina nihil femina vnquam discrepat.

Eiusdem, vt opinor, est ille versiculus:

Ἐδεν γυναικὸς χεῖρον, ἔδεν τ' καλῆς.

Id est:

Muliere nihil est peius, atque etiam bona.

Nam vt scribit Plutarchus in libro de Tranquillitate animi, Mulier quantumuis proba, mulier tamen est. Philemonis Poetæ Comici sententia est apud Stobæum Sermone 66.

ἄθῆνατον δὲ κακὸν ἀναγκαῖον γυνή.

Id est:

Immortale est malum necessarium vxor.

Cui simile est illud Menandri apud eundem Stobæum Sermone sequenti:

τὸ γαμῆν, εἴαν τις τὴν ἀλήθειαν σκοπῆ,

κακὸν μὲν εἶναι, ἀλλ' ἀναγκαῖον κακόν.

Vxorem ducere, si quis veritatem consideret,

Malum quidem est, sed necessarium malum.

Quare autem dicatur malum necessarium, dicemus postea, nu. 218. incip. quæ eum ita sint. Medea item in Tragedia sui nominis:

ἄλλ' ἐσμὲν, δῖόν ἐσμὲν, ἔκ ἐγὼ κακὸν

Γυναικὸς, ἔκων γῆν σ' ὁμοειδῆς κακοῖς.

Sed sumus, vt sumus, non dicam malum

Mulieres: non oportet te similem fieri malis.

ἐπίστασαι ἢ πρὸς δὲ καὶ περὶ καμῶ

Γυναικὸς ἐσμὲν ἔδλ' ἀμυχανώτα?

Κακῶν δὲ πάντων τέκτονες σοφώταται.

Scis verò preterea, nos sumus

Mulieres ad bona consilia ineptissima,

Malorum verò omnium artifices sapientissima.

εἰ τις γυναικὸς τῆν πρὶν εἶρηκε κακὰς

ἢ ἔνιν λέγων ἐστὶ τις, ἢ μέλαι λέγειν.

ἄπαντα ταῦτα συντεμῶν ἐγὼ φράσω.

Γένθ' γὰρ ἔστε πόντ' ὅτε γῆ πρὸ φρα

τοῖόνδ', ὅδ' αἰεὶ φωτυχῶν ἐπίσταται.

De feminis si dixit antehac quis male,

Hodièue dicit, siue post dicturus est,

Cuncta hæc ego compendio dicam semel.

Neque terra simile, nec fructum gignit genus,

Atque illud ipsa discit experientia

Semper, cui cum illis negotium incidit.

Idem facit Andromachen in fabula sui nominis ita loquentem:

Ἐδ' εἰ γυναικὸς ἐσμὲν ἄττηρον κακόν

ἄθῆνα γυναικὸς ἐσμὲν ὁμοειδῆς φόντιν.

Neque,

Neque, etsi nos mulieres sumus insuperabile malum,
Viros mulieribus assimilari natura.

Hæc ille, vt non immeritò Euripides *μισογυνῆς*, id est, ofor, mulierum fuerit vocatus à Gellio li. x. cap. 25. vt alibi diximus: atque etiam à Suida. Tametsi contrà Athenæus (id enim obiter dicere volumus) eum *φιλογυνῆ* vocarit, id est, mulierofum, siue mulierum amatorem. Porro (vt id quoque in transcurso dicam) cum Sophocli quispiam dixisset, Euripidem mulierum esse oforem, tradunt illi respondisse Sophoclem: In Tragediis quidem odit: quoniam in lecto vxores nostræ nō tales sunt mulieres: quasi diceret, Euripidem in Fabulis videri odisse mulieres, sed in lecto minime. Idque ab Hieronymo in Historicis Commentariis proditum est. Nonnulli autem tradunt, ipsum Euripidem à mulieribus fuisse discerptum, cuius tamen contrarium alij affirmant.

19 Nec tamen propterea omnino reliquimus ipsum Euripidem, cuius sunt & alia quoque in mulieribus maledicta. Is nanque apud Planudem in vita Acfopi, & iterum in lib. j. Epigr. Græcorum, inter omnia mala principatum tribuit mulieri:

πολλὰ μὲν ἔργα κυμάτων θαλασσίον,

πολλὰ ἢ πλοῦτων, καὶ πρὸς θεοῖς πνοαί.

Δεινὸν ἢ πενία δ' ἐνὰ δ' ἄλλα μύρια:

ἔλθῃ δ' ἔτι δεινὸν, ὡς γυνὴ κακὴ.

Id est,

Future multo scuit iratum mare,

Promique fluij & ignis acris impetus:

Ἰσθρία acerba, acerba alia quam plurima:

Sed nil ita acerbum & noxium, vt mulier mala.

Et eandem sententiam paucis immutatis ex Euripide quoque citat Stobæus Serm. 71. Sed & apud eundem Euripidem in Hippolyto Coronato, est hæc mulierum detestatio.

Ἐ Ζεῦ, τί δὴ κίβδηλον ἀθρώποις κακόν

Γυναικῆς εἰς φῶς ἡλὸς καὶ ὠκισσῆς

Id est,

O Iuppiter, cur obsecro fucatum hominibus malum,

Mulieres, sub iubar Solis deduxisti?

20 Sed & Valerius quispiam in quadam epistola ad Rufinum, quæ inter Diui Hieronymi epistolas reperitur: Optima (inquit) femina, rarior est Phœnice: malarum feminarum tam copiosa sunt examina, vt nullus sit expers malignitatis earum. Lacon quidam apud Plutarchum, mulierem omnem malam lepidè significauit. Nam cum vxorem duxisset pusillâ, dicebat è malis quod minimum esset, eligendum. Verba ipsius sunt, *ἢ κακὴ ἐκλογὴν ποιησάμεν*, τὸ ἐλαχίστον ἕρετιστάμεν. Sed id Antonius Monachus, Sermo. lib. 2. cap. 34. Democrito tribuit. Cui & simile est, quod apud Plautum in Stichio mulier Antiphonti quærenti, vtram potius duceret in vxorem, virginemne, an viduam, respondit in hæc verba:

Quanta mea sapientia est,

E malis multis, malum quod minimum est, id minimum malum est.

Qui potest mulieres vitare, vitet, vt quotidie

Pridie caueat, ne faciat, quod pigeat postridie.

Ouidius autem Meta. lib. x.

Viderat offensus vitii, quæ plurima menti

Femineæ natura dedit.—

21 Superiorum sententias confirmat, & ille Græcorum versiculus,

Θηρῶν ἀπάντων ἀχρῖωτέρα κακὴ γυνή.

Id est,

Feris omnibus immittior mulier mala.

Et ille quoque,

Ἰὸς πέφυκεν ἀσπίδ' ὀκακὴ γυνή.

Id est, ad verbum:

Venenum naturaliter est aspidis mala mulier.

Nam & Diogenes ille Cynicus confpicatus duas feminas clam inter se conferentes sermonem, protulit illum versiculum è Comœdia quapiam antiqua depromptum:

ἄσπις παρ' ἐχίδνης φάρμακον ἀσπίδεις.

Sumit venenum à vipera aspis mutuo.

Cuius rei testis est Antonius Monachus Melissæ lib. 2. c. 34. & Maximus Philosophus & Martyr, Locorum communium cap. 29. At Gregorius Nazanzenus in Sententiis Distichis, anteponit mulierum malitiam & venenum, aspidibus & draconibus.

Δεινὸν φάρμακον ἐστὶ κακῆς ἄσπίδεις,

Διπλὴ γυναικὸς δ' ἐνόσθης φ' θηρίοις,

Id est:

Mala res est dracones, malefica res & aspides:

Duplex mulieris malitia inter feras.

Quam sententiam, & ipse depromptisse videtur ex Thefauro Ecclesiastici, qui c. 25. anteponit malitiam muliebris, colubri, & draconis. Imò breuis (inquit) omnis malitia super malitiam mulieris, id est, Lewis est quælibet alia malitia, præ malitia mulieris. Sed & inibi multa alia de mulierum sceleribus comperies, quæ veluti omnibus expofita, pratermitto.

22 Solomon autem Ecclesiastæ 7. virum vnum de mille bonum reperisse se dicit, mulierem autem nullam. Quo etiam in loco D. Hieronymus scribit, feminam esse omnium malorū caput. Sed & ille do

Iterum de malitia mulierū.

De eadem re.

De eadem re.

ille doctissimus Rabbi David Kimhi in radice ורמא & aliis locis ibi relatis, tradit foeminas apud Hebraeos ab נרמא dici, quod fragiles sint, & ad omnia vitia procliuues. Id quod nos didicimus a doctissimo, humanissimoque, atque omnibus numeris consummatissimo viro, Domino Iacobo Spisamio, olim nostrae Decuriae Praefide dignissimo, cum sententiam diceret in graui quapiam controuersia. Gaeterum Diuus Hieronymus eodem in loco scribit, mulierem in sacris literis iuxta intelligentiam spiritualem, aut omne generaliter peccatum, & iniquitatem nominari, quae sub specie mulieris sedet, apud Zachariam 5. c. super plumbi talentum. Aut (inquit) diabolus προπικως mulierem accipi oportet propter effoeminatas vires, & idololatriam.

23 Sed & (vt ad Graecos redeamus) Philoxenus Poeta Lyricus interrogatus, ὅτι Σοφοκλῆς ἔγραψε τὰς ἡρώδεις τὰς γυναῖκας, καὶ τὰς ἑφάλας, id est, cur Sophocles introduceret mulieres bonas, & frugi, ipse autem malas ac peruersas: respondit, ὅτι Σοφοκλῆς μὴ οἶας δ' αἰετὶ τὰς γυναῖκας λέγει, ἐγὼ δὲ διαίεσίν. Id est, Sophocles quidem mulieres carmine dicit, quales eas esse decet: ego autem quales verè sunt, vt autor est Antonius ille Monachus, & Maximus Philosophus, locis paulò antè citatis. Sufarion ille Megarensis praesca Comœdiæ inuentor, cum prauae mulieri coniunctus esset, ea abeunte in pompâ Dionysiorum, theatrū ingressus hæc carmina iambica cecinit:

ἀκούετε λέως, Σοφείων λέγει τὰ δ' εἶ:
Κακὸν γυναῖκες, ἀλλ' ὁμως ὁ δ' αὐτὸς,
ἔκ εἶσιν ἀκείν' ἀκείν' ἀνευ κακῶ.
Καὶ γὰρ τὸ γῆμαι καὶ τὸ μὴ γῆμαι, κακόν.
Audite populus, Sufarion hæc dicit:
Malum sunt mulieres. Veruntamen ὁ populares,
Non est habitare domum sine malo.
Nam ἔξ υιοxorem ducere, ἔξ non ducere, malum est.

Quæ & ipsa relata sunt à Stobæo Sermo. 77. Aristophanes in Cerealiibus scribit, nihil mulieribus esse peius ad omnia, præterquam ipsas mulieres:

ἀλλ' ἔγ' ἀρδῶν τῶν ἀναγκαστῶν φύσει γυναῖκων
ὄσοδ' ἐν κακίῳ εἰς ἅπαντα, πλὴν ἂν ἢ γυναῖκες.
Aristippus mulierem quandam paruam, sed formosam conspicatus, μικρὸν μὲν (inquit) καλὸν, μέγα δὲ κακόν. id est, paruam quidem pulchrum, sed magnum malum. Testis Antonius Monachus li. nuper citato, Serm. 33. Protagoras interrogatus, cur inimico filiam nuptui dedisset, respondit, ἔκ εἶχον γὰρ αὐτῆς δ' ἐδωκέναι χεῖρον. id est, nihil illi dare poteram deterius. Autor idē Antonius eiusdem lib. c. 34. Nec tandem volui prætermittere non inelegans Epigramma hominis Latini, & nostræ tempestatis, quo planè demonstrat, mulieres semper malas esse:
Vxor, amice, tibi est semper mala: cum malè tractas,
Fit peior: sed fit pessima, quando bene.
Sed bona, si moriatur, erit: melior tamen, id te
Si faciat viuo: at optima, si properè.

Vides ergo, quàm malè audiat apud antiquos scriptores mulierum genus. Quæ quidem, & hodiernis temporibus (vt Erasmi verbis vtar) strenuè dant operâ, ne scriptores ipsi vaniloqui fuisse videantur. Ex quibus multa transcripsit, nescio quis Carolus Degraffalius Carcaffonensis libr. i. Regalium Franciæ, chart. 245.

Furtū ex hoc libro.

24 Crimē, fraus, dolus specia- liter sunt opponenda.

Et quia forsitan non erit satis quibusdam hæc dixisse in genere, nisi & ipsa speciatim comprobemus, propter ea, quæ in similibus habentur in l. si quis in principio testamenti, in verbo specialiter. ff. de leg. 3. & l. i. §. defensionem. & ibi Bart. C. de administ. tuto. & in l. j. C. de præd. curi. lib. x. in illis verbis, omnes causas sigillatim, quibus strangulatur, exponat. & in §. si verò expressim, & ibi Ang. in auth. de hæred. & Falci. & in cle. constitutionem. de elect. & glof. in c. inquisitionis. de hæret. & in clem. i. in verbo, specialiter, de iudi. & Bart. in consi. lxx. Petrus Nicole. vbi dicit, non sufficere allegare in genere, fraudem, aut simulationem in contractu interuenisse, nisi species fraudis, aut simulationis allegetur, & probetur. Quem sequitur Paul. Cas. in l. iuris gentium. §. pactorū ff. de pact. & idem voluit Bald. in l. ab Anastasio. col. vlt. C. mand. Et quod voluit Barto. in l. j. ff. de vulga. & pupil. & Bald. in rubric. C. ad leg. Falci. & quod dicimus non sufficere, opponere contra testes, nisi opponatur specialiter, vt est text. in cap. presentium. §. testes. de testi. lib. 6. & ita voluit Bart. in l. j. in fi. C. de testi. & ibi etiam Bal. in 2. quæst. vbi & omnes fermè sequuntur. & idem Bal. in l. si quis testibus, ad fin. C. eod. tit. & Roma. consi. ccix. in casu propositæ consultationis. col. j. & Philip. Dec. in c. denique. in 2. notat. in fin. de excep. cum multis similibus latè collectis per Iaso. in l. Titia textores. in princ. de lega. j.

25 Septem mala capitalia.

Idem vt omnibus satisfaciam, ad species vitiorum descendamus. Scriptores Ecclesiastici tradunt septem esse mala capitalia, & veluti præcipua, quibus & vniuersa vitiorum congeries subiicitur. Quæ sacra literæ in Veteri testamento Septem gentes, in Nouo Septem dæmonia vt Gregorius, & quidam alij existimant, aliis tamen, reclamantibus, vocat, vt de primo scribitur Deut. 7. cap. in prin. De secundo Marci c. 18. & Lucæ 8. in quibus locis hoc ipsum annotarunt interpretes, septem autem nequitias vocauit Solomon, nisi fallor, prouerb. 26. Et de his, nisi etiâ fallor, intelligit Amos Propheta cap. 2. Super tribus sceleribus, & super quatuor non conuertam illum. Ea enim forma dicit,

Septem nequitia.

dicat, Tria & quatuor, qua Virgilius dicit, O terq; quaterq; beati. quod de numero septenario intelligitur: vt videre licet ex Macrobio de Somnio Scipionis, lib. i. cap. 6. Ea autem sunt Superbia, Auaritia, Luxuria (ita vocant libidinem veneream, tamen aliud propriè significat) Ira, Gula, Inuidia, Acedia (sic enim vocanda est, non vt vulgò dicitur, accidia) est enim Græcum verbum, ἀκηδία; quo desidia, pigritia, incuria significatur. Quibus si mulieres abundè esse refertas ostendero, putabo me omnibus satis fecisse, vel mulierum amatoribus.

Acedia, non accidia, pro desidia.

26 DE SUPERBIA, quæ primum locū obtinet, multis supra probauimus, in secunda lege conubiali nu. i. quæ iterū hîc repetēda non ducimus, ne planè fiat, quod Græci ex Pindaro in Nemeis hymno 7. & Aristophane in Ranis, & in Cōcionatricibus, & in Platone in Euthydemo vice prouerbij celebrēt, δ' αἰδὸς κέρεινθος, id est, Iouis Corinthus, in eos qui eadē sapius repetunt. Quando etiam ex alio Græcorū prouerbio apud Suidā, τις κρέμει θάνατος, id est, bis crambe mors. Ideo legimus Euripidem apud Aristophanē Comicoῦ facetissimū, Aeschylum insectari, quod bis idē dixerit, videlicet ἦκω, & κριτέρομαι, vt etiâ meminit Faourinus apud Gelliū lib. 13. c. 18. Bartū quoque inertiorem Poētam iudicatū, quod dum simulacra, & statuas verbis, & hymnis celebraret, eandem sapius cantilenā recineret, indeq; huiusmodi iterationis vitium, Battologiam, nuncupatū: & verbum βαττολογέω, id est, multa, & ea quidē inania, loquor, eademq; sapius repeto: quod quidem verbum aded fuit vulgò vsurpatum, vt D. Matthæus eo sit vsus, cap. 6. vbi Christus ita loquitur, προσευχόμενοι ἢ μὴ βαττολογήσῃτε, ὡσπερ οἱ ἐθνικοί. Orantes autem, ne Battologizetis, sicuti ethnici. Et huc alludens Ouidius, lib. 2. Metam. Battum quempiam eadem facit iterantem,

Fœminas superbas. Prouerbium.

Aeschylus reprehensus, quod bis idem dixisset. Battologia. Batologeo.

—Sub illis

Montibus, inquit, erant, & erant sub montibus illis.

Cuius βαττολογισμὸν ridiculè imitatus Mercurius,

—Et me mibi perfide prodis,

Me mibi produs, ait.

Quin, & ipsum Ouidium eodē vitio laborasse contendit, probatq; Scaurus apud Senecam Controuersiarum lib. 5. in 28. controuer. Quo etiam loco scribit Seneca ipse, Montanum Votrenum declamatorem egregium hoc vitium habuisse, vt sententias suas repetendo corrumpere, dū non esset contentus vnam rem semel bene dicere. Quanquā scio in his nostris commentationibus nonnulla bis à me fuisse conscripta, quod non tam ex obliuione, quàm ex animi sententia factitauit, scilicet, vt satisfacere veteri prouerbio, Iterum ac tertio, quod pulchrum est. quod Plato sapius, vt alibi diximus, vsurpauit, eo volens ostendere, quæ pulchra, quæque egregia sunt, bis & ter & sapius repeti posse, & oportere. Quando, (vt idem scribit lib. 6. de legibus,) non nocet bis dicere, quod bene dicitur. Et vt cecinit Horatius, Quæ per se pulchra sunt, ea vel decies repetita placebunt. Diuus autem Paulus ad Philip. 3. veluti se excusans, quod eandem rem iterum scriberet: Eadem (inquit) vobis scribere me quidem non piget, vobis autem tutum. Et Vlpianus in l. j. §. fed sciendum, versi. vitiumq; ff. de ædij. edict. putat ædiles tollendæ dubitationis gratia, bis ἢ τριῶν idem dixisse, ne qua scilicet dubitatio superesset. Id quod obiter eo hîc consilio dicere volui, vt me ab eiusdem rei repetitione, si quando obrigerit, legentibus excusarem.

Ouidius uitio repetitionis laborans. Repetitionis excusatio. Prouerbium.

27 Adde quod inter superbæ species, siue, vt alij malunt appellare, filias, siue etiam gradus, nullæ sint teriores, quàm ingratitude, & hypocrisis. Nam quod ad primam pertinet, Menandri est sententia ab Aufonio traducta,

Ingratitudo terrimum uitium. Hypocrisis quoque.

Ingrato homine terra peius nihil creat.

Vt non immeritò apud Persas ingrati seuerissimè plestantur, vt prodit Xenophon in Pædia Cyri, lib. i. De secūda illud est Hieronymi ad Celantiam: Multò illa deformior est superbia, quæ sub quibusdam humilitatis signis latet. Nescio enim quomodo turpiora sunt vitia, cum virtutū specie celantur. Cui concinens Tullius lib. Offi. i. Totius (inquit) iniustitiæ nulla capitalior, quàm eorum, qui cum maximè fallunt, id agunt, vt boni viri esse videantur. His tamen vitiis aded scedis, ac turpibus, scemina sexus natura admodum obnoxia est.

Fœminæ ingratae. Prouerbium.

28 Ingratitudinem enim mulierum apertè ostendit longiusculum illud adagium à Diogeniano in prouerbiorum collectaneis commemoratum, μὴ ποτ' εἴ ἐρδῃ γέροντας, μὴδὲ γυναῖκας, μὴδὲ πᾶσι δ' αὖ, μὴδὲ κῆνα πινός, μὴδὲ λάλομ κωπηλάτω. Id est, nequid beneficij colles, neque in senes, neque in mulierem, neque in puerum, neque in canem cuiuspiam, neque in garrulum remigem. scilicet quod perire omnino videatur, quod in istos insumitur. Quod & hinc satis probatur, quod mulieres maximè impudentes sunt, vt ostendemus infra nume. 178. incip. denique vt redeamus. Ingratitudinis, autem potissimū impudentia comes est, Xenophonti lib. 2. Pædiæ Cyri, ἐπειδὴ ἡ δολκαὶ μάστιγι τῆ ἀχαριστίας ἀναγκυρῖα.

Fœminæ hypocrite.

29 Mulieres quoque natura esse hypocritas, fucatas, suorumq; vitiorum ac malorum dissimulatrice, contraq; virtutum simulatrices fraudulentissimas, palàm etiam comprobatur Mimis ille non Senecæ quidem, vt vulgus existimat, sed Publij Syri, vt docti viri arbitrantur:

Apertè cum est mala mulier, tum demum est bona.

Cui suffragatur illud Plauti in Trinummo de muliere loquentis:

—Nota res mala optumâ st.

Ex quo & illud Ouidij lib. i. de Arte amandi:

Vir malè dissimulat, rectius illa cupit.

Hincq; Aristophanes in Cerealius ex Euripide, mulieres vocat *μυχοπρόπες*, id est, rectorum sive abditorum morum. Hucq; spectat illud ipsius Euripidis in Hippolyto coronato:

*μισῶ γυναῖκες ἐν πασῶν δὲ σὲ πλέω,
ἢ τις πονηρὰ τὰ ἔργ' ἔχουσα, εὐ λέγεις.*

Odi mulieres, te verò præcipuè,

Quæ cum malè egeris, blandè loqueris.

Quasi scilicet, aliud loquatur, aliud faciant: & quod malè egerint, verbis adumbrare, ac veluti obvelare, atque obnubilare conentur. Quibus concinit, quod idem Euripides (vt supra diximus) vocat mulieres *κίβδηλον πᾶνον*, id est, fucatum malum. Et quod Socrates dicit apud Antonium Monachum Melissæ lib. 2. c. 34. *ὅταν ποθεῖν σε ἢ εὐργεῖν λέγει γυνή, φοβῆσθαι αὐτὴν πλείον ἢ λέγει κακῶς.* Cum te appetere atque amare se dicit mulier, ab ea magis tibi metuendū est, quàm cum maledicit. Et adstipulatur item tex. in l. ij. C. de don. inter vir. & vxo. vocās mulierum fctas adulationes. ¶ Et quoniā superstitio etiam proximè accedit ad hypocrisim: (vnde & Socrates apud Stob. Serm. 20. eam dicit morigerā esse superbix, tanquā parenti, ἢ *διδασκαμονία, καὶ ἀπειρ πικρῆ, τῶ τῦφῳ πάθει*) videmus quoque mulieres, insigniter esse superstitiosas. Ideoq; Plutarchus in lib. de Euthymia, id est, tranquillitate animi, inter muliebris animi ægrotudines præcipuas superstitionē reponit. Strabo quoque Geographiæ lib. 1. huc respiciēs, Non turbæ (ait) sceminarum Philosophiæ rationes induci possunt, nec ad religionem sanctitatemq; ac fidem faciliè inuitari, verum numinum timore opus est. Id autem non sine fabularū ac miraculorum figmentis agitur. Præsertim verò anus huic superstitioni sunt deditæ. quod vel ex hoc appareat quòd Cicero pro domo sua anilè superstitionem vocat. Vti etiam facit lib. 1. de Diuinatione, vbi hæc scribit, Est enim periculum, ne aut neglectis iis impia fraude, aut anili superstitione obligemur. Vnde & illud eiusdem lib. 2. eius operis, Anile sanè & plenum superstitionis fati nomen ipsum. Seruius autem in 8. lib. Aeneid. in eum locū, *Vana superstitio.*

Dicitam, ait, superstitionem ab aniculis, quæ multis superstites per ætatem delirant, & stultæ sunt. Et hinc quoque magicis artibus sunt ipsæ mulieres deditæ. nam & has familiares sceminarum artes appellat Apuleius lib. 9. Asini aurei.

¶ Ex quo fonte videmus sceminas promptiores esse, & procliuiiores ad recipiendas nouas damnatasq; religiones, quæ & ipsæ superstitionum sunt veluti germanæ sorores. Vixq; reperias hæresim quampiā aut introductā, aut protectam, sine sceminarū ope, & opera. De qua re satis erit proferre D. Hieronymi testimonium ad Ctesiphontem contra Pelagianos: Simon (inquit) Magus hæresim condidit Helenæ meretricis (quam tamen D. Augustinus Selenen vocat, in Catalog. Hæreseon in prin.) adiutus auxilio. Nicolaus Antiochenus omniū immunditiarū repertor, aut (vt fortè legendū est) reparator, choros duxit scemineos. Marcion Romam præmisit mulierem, quæ decipiēdos sibi animos præpararet. Apelles Philomenam suarum comitem habuit doctinarū. Montanus immundi spiritus prædicator, multas ecclesiās per Priscam, & Maximillam nobiles, & opulentas sceminas primū auro corrupit, deinde hæresi polluit. Arrhius vt orbem deciperet, sororem principis antè decepit. Donatus per Africā vt infelices quosque scotentibus pollueret aquis, Lucillæ opibus adiutus est. In Hispania Agape Elpidium, mulier virū, cæcum cæca duxit in foueam, successorēmq; sui Priscillianum habuit, Zoroastris Magi studiosissimū, & ex Mago episcopum, cui iuncta Galla non gente, sed nomine, germanā huc illucq; currentem, alterius, & vicinæ hæreseos reliquit hæredem. Hæc ille. Isychius autē ille Gregorij Nazanzeni discipulus lib. 5. Comment. in Leuiticum, scribit in sacris literis, quæcunque cultui idolorum impenduntur, figuram mulieris insinuasse. Hucq; refert, quod scribitur Leuitici 15. de muliere, quæ paritur fluxum sanguinis, & quod idem traditur Matthæi 5. de ea muliere, quæ & ipsa fluxū sanguinis diutissimè passa fuit, & in medicos omnem suam substantiam impendit. Quibus & illud addere potes, superbiam matrem omnium hæreticorum dici à D. Augustino in eo lib. quem edidit contra epist. Manichæi, quam vocant Fundamentum, cap. 6. vt minus mirum videri debeat, si mulieres natura superbæ faciliè labantur in hæreses.

¶ Sed vt redeamus ad simulationē, disimulationemq; germanas hypocrisis sorores, cum hæc species sint proditionis, & insidiarum: sunt & mulieres in hæc facinora propensissimæ. De insidiis factis supra diximus ad finem præcedentis legis connubialis. Proditrices autem eas peculiari epitheto *προδοτρίδες* vocat Aristophanes ἢ *θεομοφορεῖσσαι*, in ea sententia, quam citabimus infra, cum de mulierum bibacitate, & temulentia loquemur, scilicet num. 201. incip. quòd autem sint. ¶ Sunt & inter superbix species, Loquacitas, Curiositas, Ambitio, Inanis gloria, Iactantia, Pertinacia, Contentio, Libertatis amor, Impatentia, quibus etiamnum mulieres addictas, mancipatasque nemo non videt, qui vel horulam cum illis versatus fuerit, vt iam testimonium non exigat. Sed si quis fortè desyderet de loquacitate, dicemus postea abundantissimè in 12. Lege connubiali, num. 9. incip. quamuis ergo, & multis sequen.

¶ Ex quo & curiositatem mulierum satis probatam putabit, qui intelliget huiusmodi vitia, videlicet loquacitatem, & curiositatem inter se quoque germanas esse, ac veluti quadam cognatione coniunctas, si credimus Horatio canenti,

Percunctatorem fugito: nam garrulus idem est.

Nam & Plutarchus in lib. cui titulus est, de vitanda curiositate, Est (inquit) curiositas paralyfis, ac tabes,

30
Superstitio comes hypocrisis.
Mulieres superstitiosæ.
Artibus magicis deditæ.

31
Fœminæ ad nouas religiones promptæ.
Hieronymi locus.

Superbia, hæreticorum mater.

32
Fœminæ simulationatrices.
Proditrices.

33
Fœminæ loquaces.

34
Fœminæ curiosæ.

tabes, renudatioq; rerum non efferendarum. Itaque id fieri, vt multa cognoscendi studium, committetur garrulitatis vitium. Et Paulus 1. ad Timoth. 5. has in mulieribus iungit, cum dicit verborum, ac curiosæ, loquentes quæ non oportet. Quem locum enarrans Chryostomus, asserit curiositatem impudentiæ singularis potissimum esse argumentum. Postea autem in luxuria ostendens mulieres esse admodum, ac præ maribus impudetes. Ex quo etiam illud consentaneum est, eas esse non modicū curiosas. Cui etiam adstipulatur, quod ipse Plutarchus in eodem lib. de curiositate scribit, Adulterium esse curiositatem alienæ voluptatis.

35 ¶ Porro huius muliebris curiositatis exemplū memorabile nobis reliquit Dyna Iacob ac Lyæ filia, Gene. c. 34. Sed multò memorabilius, atque perniciosius, Eua illa prima parens, quam curiositas ipsa, vt multis placet, eò duxit, vt præceptum Dei O. M. transgrediretur, Gen. 3. c. Et vt de ethnicis historiis aliquid etiā depromamus, Io Inachi Argiuorum regis filia, cum nimia curiositate iuisset cum aliis multis sceminis specularum naues Phœnicum mercimoniis onustas, quinto quàm appulissent die, ipsa Io rapta ab illis fuit, & in Aegyptum delata. De quo Herodotus statim circa initia lib. 1. Musarum. Ad hanc quoque mulierum curiositatem alludit illud Theocriti in Syracusiis:

πάντα γυναῖκες ἴδασιν, καὶ ὡς Ζεὺς ἀγάγεθ' ἄρτω.

Id est, ad verbum:

Omnia mulieres norunt, & quomodo Iuppiter duxit Iunonem.

Ita autem vertit Erasmus

Nonit scemineum genus omnia, nouit & illud,

Iunonem quo pacto duxit Iuppiter olim.

Nam hæc & similia dici solebant in curiosos, omnia inuestigare solitos. Plautus in Trinummo:

Sciunt id, quod in aurem Rex dixerit regina: sciunt, quòd

Iuno fabulata sit cum Ione, &c.

Plutarchus autem in Numa Pompilio tradit, eum curiositatem illam à mulieribus remouisse.

36 ¶ Ad eò autem ambitiosæ sunt, & dominationis, imperiūq; cupidæ, vt nec propriis quidem liberis parcant, modò imperent. Cum Polydectes Lycurgi frater natus grandior, Spartanorum Rex decessisset, relicta vxore prægnante, Lycurgus illius frater, qui id ignorabat, regnare cœpit: sed posteaquam rescit, regnum declarauit esse pueri, si mas foret. At mulier clanculū Lycurgum accersit, verbaq; de puero perdendo, quòd illi Spartæ imperanti nuberet, facit: id tamen nõ admisit Lycurgus, sed cautè ac prudèter prouidit, ne id fieret. Autor Plutarchus in Lycurgo. Vt iam quis non miretur, si Seuerus Cecinna apud Tacitum lib. 3. pronuntiauit, ambitiosum esse, atque potestatis auidum genus mulierum: quod & nos alibi retulimus. Liuius lib. 4. secundi belli Punici tradit, quòd cum Hiero Syracusanus inspectis moribus Hieron. sui nepotis, & successoris in regno, voluisset liberæ Syracusas relinquere, ne sub dominatu puerili per ludibrium bonis artibus partum formatumq; regimen rerum omniū penes se, virosq; suos Andromodorum, & Zoilum. Plutarchus autē, illo lib. de Trāquillitate animi, scribit ambitionē plerunq; Gynæceum mulierū irrepere.

37 ¶ Et idem quoque de inani gloria dicit ipse Plutarchus in eodem loco. Sed & de ea priuatim loquens Diuus Chryostomus, Vanè (ait) gloriosum omne genus hominum est, vt ita dicam, maximè autem muliebre. Ibi enim loquitur de vana, & inani gloria, vt ex præcedentibus intelligi facile potest. Sed & idem alibi, videlicet in Epist. Pauli ad Ephesi. Homilia 13. Habent (inquit) mulieres in se quoddam vanæ gloriæ studium.

38 ¶ Iactantiam autem mulierum quis ignorat? cum & iam à multis seculis cefferit in prouerbium, *σαυτην ἐπαινεῖς, ὡσαύτ' ἀστυδάμας, γυνή.* Id est, Te ipsam laudas, perinde ac Astydama, mulier. Est enim mulieribus peculiare ac genuinum, sese impendiò atque incessanter laudare, iactareque: ex quo id adagium ortum scribit Eustathius interpres Homeri, cuius etiam meminit Zenodotus in Prouerbiorum collectaneis & Athenæus lib. Dipnosophistarum 1. cap. 30. eodemq; vltimo. Quamquam sunt qui id aliò referant.

39 ¶ Nec minùs nota est mulierū pertinacia, iis potissimū qui vxores experti sunt, quibus sunt eius rei domestica quotidianaq; propè exempla: vt non iam opus sit Pogij historiā recensere, de muliere, quæ cum virū aliquando pediculosum vocasset, nec quibuscunque verberibus, vt eam contumeliā retractaret adduci potuisset, quoniam quòd magis cædebat, eò vocaliùs pertinaciūsq; pediculosum vocaret: vir tandem verberando lassus vxorem in puteum demisit, immersurū suffocaturumq; se illam minitans, nisi huiusmodi verbis abstineret. At illa instantiùs perstabat, etiam ad mentum vsque immersa. Cuius rei indignitate motus vir, in puteū illam adusque verticem coniecit. Verum illa cum loqui non posset, aqua præpediente, manibus supra caput sublati, vngulisq; vtriusque pollicis inuicem coniunctis, tanquam pediculos interimeret, quod verbis non poterat, signo gestuq; pediculos marito obiciebat. Tanta est mulierum pertinacia, vt mori malint, quàm ex sententia decedere. Vt non admodum mirandum sit, si Iustinus lib. 20. contumaces sceminarum animos esse scripsit. Quòd etiam spectat illud Euripidis in Oedipo, apud Stobæum Serm. 71.

ἄλλω δὲ πάντων δυσλαχότατον γυνή.

Aliarum porro rerum omnium inexprugnabilissima est mulier.

Cui consentiens Aristophanes in Lystrata:

ἔδ' ἐν δὴ θνητοῖς γυναῖκος ἀμαχώτερον.

Nulla est fera muliere inexprugnabilior.

Curiositas quid sit.

Eua quoque.

Io item.

Fœminæ ambitiosæ.
Lycurgus.

Fœminæ uanæ gloriæ studiosæ.

Fœminæ iactantibus.
Prouerbium.

Fœminæ pertinaces.

Contumaces animi mulierum.

Id quod ad robur pertinere non potest: quandoquidem mulieri non tantum robur inest, vt viro; sed ad pertinaciam illam mulierum verè inexpugnabilem.

40 *Femine contentiose.* De contentione autem mulierum, habemus Homeri testimoniū, qui in contentionis cuiuspiam maximæ propriam imaginem ac similitudinem mulieres protulit in medium lib. 20. Iliados:

ἀλλὰ τίς εἶδος καὶ νεκρὰ νῆϊ ἀνάγκη
Νεκρῶν ἀλλήλοισιν ὄντων, ὡς ἐ γυναικῶν,
αἱ τε χαλωσάμεναι εἶδος πρὶ θυμοβόροιο
Νεκρῶν ἀλλήλοισι μέσση ἐς ἀγάσιν ἰῶσαι
Ῥόμ' ἐτέα τε, καὶ ἐκί. χόλος δ' ἐ τε καὶ τὰ κελύφα.
Sed cur lites ac contentiones nobis necessitas
Contendere nobis contra, sicuti mulieres,
Quæ irata ira valde animi voratrice
Contendant inuicem, mediam in viam euntes,
Multa veraq; & non. Ira autem & hæc dicere iubet.

Id est, ad verbum:

Nec absimiliter Quintus Cincinnatus apud Liuii lib. 3. Sedemus (inquit) defides domi mulierū ritu altercantes inter nos. Sed & huc referri potest illud Teren. in Eunuc. à nobis alio in loco citatū,

Noli ubi velis: ubi non velis, cupiunt vltro.

41 *Femine liber tatis cupide.* Porro nulla penè alia re magis gaudent mulieres, quàm libertate, & vt grauitè pronuntiauit Porcius ille Cato Censorius apud Liuium lib. 34. Omnium rerum libertatem, imò licentiam (si vera dicere volumus) desiderant. Quod & à nostris vsurpauit Lucas Pen. in l. j. col. j. in fin. C. de mulie. & in quo loco lib. 10. Sed & D. Chrysofostomus in 3. lib. de Sacerdotio, asserit viduas tum paupertatis, tum ætatis, tum sexus nomine immodicam sibi libertatem vsurpare.

42 *Femine impatientissima.* Impatientissimas quoque omnium rerum esse fœminas vel suapte natura, docet Seruius Honoratus, qui interpretans illud Virgilij, lib. 9. Aeneidos,

Euolat infelix, & fœmineo vlulatu
Scissa comam muros amens, atque agnina cursu
Exponit illud fœmineo, id est, impatienti, in id quoque referens illud eiusdè Virgilij lib. 11. Aeneid.

Prima petit.—

Fœmineo præda, & spoliolum ardebat amore.

43 *Femine auaritie deditissima.* Quod ad Auaritiã verò, quæ in secūdam locum adsciscitur, pertinet, nemo vnquam non exploratissimum habuit, huic malo mulieres esse, veluti sexus vitio, deditissimas. Mulierum genus, ait Cicero lib. 1. de Inuentione, auarum. Accursus autem auarissimū dicit, quasi non satis esset dicere auarum, idq; non semel, sed sæpius, videlicet in 1. Nefennius. in verbo, ex contrario. ff. de negot. gestis. & in 1. sed si ego. in glo. vlti. ff. ad S. C. Vellei. & in gl. vlt. C. eo. tit. & in 1. quæ dotis. in gl. j. in prin. & ibi Bar. in j. oppo. ff. sol. matr. & in 1. j. in verbo, ætatis. C. de his qui ven. æta. impe. & in 1. si à sponso. C. de dona. ante nupt. vbi Cyn. solus omnium reclamatur. Bal. verò cum glo. sentiens, dicit vice miraculi haberi, cum mulier donat. Et ipsum Accursus secutus Bart. consil. cxxiiij. punctus quæstionis talis est, Domina P. & consil. 127. quidam fratres, ante fin. & in disput. incip. mulier habens amplum matrimonium. col. ij. vers. quinto probo. & Bal. aut, quod magis puto, alius inter consil. illius consil. 366. ad euentiam. col. ij. lib. ij. & ipse Bal. consil. 263. factum sic proponitur, Domina Bartholina. col. vlt. lib. 3. Pet. Anc. in c. indemnitate. in prin. in iij. no. de elect. lib. 6. & consil. 339. pro maiori intelligentia. col. iij. vers. iij. quia simile est, & consil. 434. ex narratis. col. ij. Ro. in 1. vlt. col. x. vers. nec obstat. l. Titia. C. de pact. & consil. 102. super eo quod primò quæritur, ad fin. Paul. Castr. consil. 385. siue dicamus, col. ij. lib. 1. & consil. 377. ad primum videtur dicendū, col. vlt. lib. 2. & Fulg. consil. 79. quidam nomine Britinus. col. vlt. & inter consil. Fran. Cur. senioris, consil. 34. tenor consuetudinis. lib. 4. Alex. consil. 42. super præmissa. col. j. lib. 1. Corn. consil. 282. circa primum. col. iij. in litera o, lib. 1. & consil. 139. ad euentiam. col. pen. lib. 4. Bened. Cap. consil. 81. punctus domina Blefia. col. vlt. Soc. consil. 214. in causa Onofrij. col. vlt. lib. 2. & consil. 75. difficultatè. col. iij. lib. 3. & consil. 28. in causa vertente. col. vij. vers. secunda præsumptione, lib. 4. vbi & hoc dicit, monstruosum esse, mulierem velle donare. & Card. Alex. in §. fœmina. tit. per quos fiat inuest. & Docto. vbi que.

44 *Mulierem donare, uice miraculi est.* Quibus succinit tex. in d. l. sed si ego. in fi. & in d. l. si à sponso. vbi scribitur, raro accideret, vt mulier donet. & in 1. si stipulata. ff. de don. inter vir. & vxor. vbi itè traditur, cõtra sexus naturã esse, vt mulier largiatur. & in §. quoniã. & ibi gl. in verbo, maximè. in auth. de nupt. Et quod ab Ant. proditum est consil. 45. domina Orabilis. col. j. liberalitatè repugnare naturæ mulierū, easq; præsumi seductas atque circũuentas, si quicquã largiatur. quod & sequitur Soc. consil. x. in facto præsupponitur. col. 4. vers. cõfirmatur. lib. 3. Et Fran. Purp. in l. cum quid. col. 18. vers. secūdo limitetis. ff. si cer. pe. Licet (ait) multæ sint cõiecturæ donationis, illic à Bart. & aliis descriptæ, tamè non procedunt in muliere, quæ suapte natura auara est, nec facillè donat. quæ præsumptio tollit alias coniecturas, per l. diuus. ff. de in inte. resti. & idem ante eū voluit. Barb. consil. 16. clementissimū. col. vlt. lib. 1. & Steph. Bertr. consil. 141. Christi, &c. viso casu. in j. dubio. lib. 1. Et hac fortassis ratione sancitū est nostris legibus, satius esse magistratus Romanos in suas prouincias proficisci sine vxoribus. l. obseruare. §. proficisci. ff. de offi. proconf. ne videlicet vxores ipsæ sua immodica rapacitate, & auaritia prouinciales dispoliēt. Cuius tamen rei originem si quis scire desideret, legat Cornelium Tacitum lib. 3.

Cur Ro. magi stratus in suas prouincias sine vxoribus proficisci iubentur.

Nec

45 Nec hinc abhõrret, quod apud Platonem lib. 1. de Republica monet Socrates, ne victores mortuos spoliare, præter arma. Nam cogitationis (inquit) auaræ, muliebris, ac vilis esse videtur, cadauer expoliare. Ex quo & illud Virgilij suprà à nobis relatum lib. 11. Aeneidos,

Fœmineo præda, & spoliolum ardebat amore.

Aristoteles quoque Stagiritanus, qui arcana naturæ referauit, exq; eius promptuariis rerum causas deprompsit, scribit, auaritiã in senibus, sexuq; fœmineo peculiariter, & domesticè debacchari, & inualefcere, eiusq; rei rationem reddit. Sed & Seneca lib. 2. Declamationum, Muliebrum (ait) vitiorum fundamentum auaritiã est. Diuus quoque Bassilius in diuites auaros, sermone 2. Nullus (inquit) concupiscentiæ muliebri satis thesaurus, non si fluminibus fluxerit. Alter Diuus Augustinus de Sermone Domini in monte, tradit, fœminas viris pecuniarum esse auidiore.

46 Donatus doctissimus Terentij interpres, illud ipsius Terentij in Eunuchò, Accede ad ignem hunc, ad auaritiã mulierum, præsertim meretricum, refert, quæ audæ sunt, & auaræ, vt ignis alimenterum. Et quanquam scio, ignem non ineptè ad auaritiã referri posse, cum & is veluti peculiari epitheto Auarus dicatur à Propertio, lib. 2. Elegia 29.

Et quæcunque erat in numero Romana puella
Occidit: has omnes ignis auarus habet.
Saucius hirsutus auidum de crinibus ignem
Excutit.—

Et Auidus, Ouidio lib. 2. Metamorpho.

Iterumque in epistola Phædræ ad Hippolytum:

Adsit, & vt nostras auido fouet igne medullas,
Figat sic animos in mea vota tuos.

Tamen non mihi persuadere possum, Terentium ad auaritiã respexisse, sed ad libidinem, cum mox verbis illis, Accede ad ignem hunc, ea subiiciat, Iam calesces plus satis. Sed vt redeamus, Artemidorus Daldianus de Somniorum interpretatione, lib. 4. c. 5. tradit fœminas, vt ornatus ita & diuitiarum esse admodum studiosas: vt & nos alibi diximus. Nec in ea re defunt recentiorum scriptorum testimonia. Mantuanus enim Ecloga 4. mores mulierum graphicè describens ita habet:

Improba, auara, rapax.—
Fautus quoque Foroliuensis in lib. Elegiarum,
Fœmina si nescis, solos petit improba nummos,
Fœmina per cunctum surgit auara nefas.

47 Hinc fit, vt inter cæteras auaritiæ filias D. Gregorius, & qui eum sequuntur recentiores Theologi, fraudem, fallaciã, perfidiam, periurium reponunt. addit Isidorus & mendaciū. Ideo mulieres, quas huiusmodi filiarum parenti auaritiæ obnoxias esse iam liquet, ipsas quoque filias, ne à matre desciuisse videantur, miro complectuntur amore, ac ne latum quidem vnguem ab eis discedunt. Nam, vt de primis prius loquamur, Quis nescit fœminas dolos, decipulas, fraudes, fallacias suo veluti iure sibi vindicare? Quas ideò Apuleius lib. 9. Metamor. appellat familiares fœminarum artes. Refert Iosephus in lib. Antiquitatum 5. c. 17. cum Sanfonis vxor Philisthæis referasset ænigma illud de Leone & apum mellificatione, quod illis Sanfon proposuerat interpretandum, exclamasse Sanfonem, Nihil est dolosius fœmina. Propertius lib. 2. ad amicam, ita in hanc sententiam scribit:

Sed vobis facile est verba, & componere fraudes,
Hoc unum didicit fœmina semper opus.
At tu nec voces (quid enim fallacius illis?)
Credere, nec æternos pondus habere Deos.

Et Ouidius lib. 2. de Remedio amoris:

Plautus in Milite, inter mores mulierum perfidiam reponit, & fraudulentiam. Seneca quoque in Agamemnone:

Tecum ipsa nunc euolue fœmineos dolos.
Mulier, dedit natura cui prouum malo
Animum, ad nocendum pectus instruit dolis.
Instruitur omnis fraude fœminea dolus.

Et in Octauiã:

Et in Hippolyto:

Quam sententiam citat è nostris Barb. in repet. l. cum acutissimi. col. liij. vers. tu pondera. C. de fideicom. & consil. liij. illud afferam in medium, col. ix. vers. venio nunc ad vxorem. lib. j. & iterum consil. viij. illud afferam in medium, col. v. lib. 4. & inter consil. Fran. Cur. senioris, consil. lxxvij. sapienter optimus. col. iij.

48 Alter Poëta, sed Græcus, Euripides in Danaë, apud Stobæum Serm. 71.

ἢ γὰρ τις αἶνος, ὡς γυναιξὶ μὲν τέχνας
μέλυσσι. λόγῳ δ' ἄνδρες εὐσχοπέτροι.
εἰ γὰρ δόλοισιν ἢ τὸ νικῆναιον,
ἡμᾶς ἢ ἀνδρῶν εἶχομεν τυραννίδα.
Sic enim dici solet, mulieribus artes
Cura esse, viros autem iaculandi peritiores.
Nam si dolis victoriam nancisci liceret,
Nos sane viros imperaremus.
Ἔσθλας ἢ ἔυροισ μνηχανὰς, γυνὴ γὰρ εἶ.

Et in Andromache,

Mulieres fraudente, fallaces, dolosa.

De eadem re.

Multas inuenire queas fraudes, mulier enim es.

Idem in Hippolyto ita facit loquentem mulierem quampiam:

ἔστ' ἄρα γ' ὁ φέγ' ἀνδρες ἐφεύροιν αἴψ,

ἔ μὴ γυναικες μηχανὰς ἐυρήσομεν.

Profecto utique viri sero inuenirent,

Nisi mulieres fraudes inueniremus.

Δεῖναι γὰρ αἱ γυναικες ἐυεῖσκαυ τέχνας.

Ingeniose enim mulieres ad inueniendum fraudes.

Et in Iphigenia in Tauris:

Alter Poeta Græcus Aristophanes, in Comœdia, cui titulus est, ἐκκλησιάζουσα, id est, Concionantes, de ipsis fœminis loquens:

αὐτὴ γὰρ εἰσι βλαπτῆν ἐδισμέναι.

Ipsa enim sunt decipere consuetæ.

49 ¶ Aeschines Socraticus, Poeta Satyricus, Ionicas omnes fœminas vocabat κερδαλέαι, id est, vulpinas, siue fraudulentas, vt vulpes. Codrus & Orator, & Poeta Latinis inter recentiores festiuissimus, hoc nobis epigramma reliquit:

Sydera non tot habet calum, nec flumina pisces,

Quot scelerata gerit fœmina mente dolos.

Et alter eiusdem temporis Poeta, Faustus in distichis:

Cuncta sub astrigero regnantia crimina celo

Nutrit in aternos fœmina nata dolos.

Ex rerum autem naturæ scriptoribus, Auicenna in ipso statim ingressu libri noni de Animalibus, cap. i. & ex eius autoritate Albertus Magnus, lib. eiusdem titu. viij. cap. i. rescripserunt fœminas esse fraudulentas, fraudisq; capaces magis, quàm masculos. Solomon autem Prouerb. 5. Ne intenderis (ait) fallacia mulieris.

50 ¶ Propterea non abs re scribit Hesiodus in eo opere, cui est titulus, Opera & dies:

ὅς ἢ γυναικὶ πεποιθε, πέποιθ' ὄγε Φιλῆτισι.

Qui mulieri confidit, confidit & is deceptoribus.

Id est,

Ideo & Euripides in Supplicibus:

—πιστεύει ἢ γὰρ

γυναικὶ μὴ εἶς, ὅστις εὖ φρονεῖ βροτῶν.

—Credere autem debet

Mulieri nunquam, quisquis bene sapit mortalium.

Alibi enim ipse Hesiodus scribit, Frondibus hære, qui confidit mulieri. Tibullus quoque Elegiacorum Poëtarum facile princeps:

At crudele genus, nec fidum fœmina nomen.

ἦ γὰρ γυναιξὶ πίστιν ἔκ' ἐνεσ' ἰδέειν.

In fœminis fidem videre non est.

ἔργου γυναικὸς ἐκ λόγου πίστιν λαβεῖν.

Difficile mulieris ex sermone fidem accipere.

γυναικὶ μὴ πίστιν εἶς σ' αὐτῆς βίου.

Mulieri ne crede tui ipsius vitam.

Mulieri ne des potestatem super te in vita tua.

ὡς ἔσ' ἀπιστος ἢ γυναικεῖα φύσις.

Quàm est infida muliebris natura!

γυναικὶ μὴ πίστιν εἶς, μὴδ' αὖ ἀφ' ἑαυτῆς.

Ne fidem habeas nec emorienti fœmina.

Et Pylades apud Euripidem in Oreste:

Σίγα νῦν, ὡς γυναιξὶ πίστιν εἶς βραχὺ.

Tace modo, nam mulieribus fido parum.

Et idem autor in Iphigenia Tauris:

ὄρατ', ἀπιστον ὡς γυναικεῖον γένος.

Videte, vt perfidum muliebre genus.

Iosephus item lib. Antiquitatum 17. c. vlti. refert, Alexandrum Herodis filiū iam defunctum Glaphyræ vxoris suæ in somnis apparuisse, illiq; huiusmodi prouerbium obiecisse, Fidem mulieribus non habendam. Sed & apud Saxonem cognomēto Grammaticum lib. 7. historię Danicæ, Signe fœmina dubitat, an vllus sit apud fœminam fidei locus. Ait enim:

Nullum puto votum futurum certius,

Si quid fœminea vox fidei gerit.

¶ Itaque nescio, an verum dixerit Accursius in l. vbi. ff. de eden. quòd dolus non præsumitur, ac ne lata quidem culpa in muliere, quam glo. tamen sequuntur omnes Docto. ibi. & Bal. in l. vlt. in prin. in iij. q. C. de iure delib. & in l. precibus. col. v. verf. quid ergo si petiit. C. de impub. & aliis sub. fit. vbi per eam dicit, quòd in muliere nō præsumitur dolus, sed potiùs bona fides: quia naturalis ratio, & sexus imbecillitas hanc opinionem, siue coniecturā inducit, & idem Bal. in l. quicumque.

col. 4. verf. & in summa. C. de ser. fugi. vbi per eam dicit, quòd si statutum punit dolum præsumptum, mitius agitur cum fœmina. Dicit tamen, quòd si statutum punit abusionem, punitur sicut masculus: quia in fœmina semper est abusio maior. Et rursus idem Bald. in l. omnia. §. item solēt. ff. de offi. præfecti vrb. in j. lect. & in c. cum contingat. in 9. membro, extrā de iureiur. & Fran. Arer. in l. quòd vxor. circa medium. ff. de acquiren. poss. Philip. Decius consil. 203. vt vera resolutio. col. 2. Cui concinit & quod dicit idem Bal. in rubr. C. de rerum permu. simplicitatem præsumi in muliere: & in l. cum allegas. col. 2. verf. fed hîc dubitatur. C. de vsur. quòd in mulieribus non præsumitur fraudis consilium, per glof. ibi quæ illud dicit de ignorantibus ius. Ex quo potes intelligere, hoc tantum procedere, cum quæritur, an quicquam sit factum in fraudem legum. Nam cum mulier leges ignoret, nō potest videri fecisse in fraudem earū, nisi alia suadeant. In cæteris verò crediderim plus fraudis, dolive inesse mulieribus, quàm masculis, vt ex iis cōstat, quæ diximus. Et huic nostræ sententiæ succinit Statius, qui dolos fœmineos peculiari epitheto appellat lib. i. Achilleidos:

Quo rapis ingentem magni Chironis alumnum

Fœmineis, Nerei, dolis?—

52 ¶ Nec minùs perspicuum est, quod de mendacio, & periurio diximus. Aristoteles testis est, & eius simia Auicenna, vterque lib. 9. Animalium, cap. j. & Albertus lib. 8. de Animalibus, c. item j. mulieres suapte natura esse mendaces, multò magis, quàm viros. Et hoc quoq; è nostris affirmat Barb. in d. consil. 54. col. 11. verf. capio nunc non mulierem. lib. j. dicitque ex hoc, quòd id quod dicimus, standum esse dicto boni viri, vt voluit glo. in l. Titio fundus. ff. de condit. & demonst. & alia quæ allegat, intelligendum est, certè in viris, non etiam in fœminis. Quibus etiam concinit, quod scribit Ouidius lib. Eleg. 2. inuitans amicam, vt ad ruta sua veniat:

Verba puellarum foliis leuiora caducis,

Irritæque, vt visum est, ventus & aura ferunt.

Ideo Euripides in Hippolyto:

ἠπιστὸν ὄφθαι καὶ τὸ λῶϊτον φρονεῖν

γυναικὶ πᾶσι μὴδ' ἄλθη κλύων.

Consilium tibi, Theſeu, optimum do,

Mulieri ne credas, quamuis vera audiens.

ἢ πᾶν εἶωθ' ἀλθεες ὁδὲ ἐμ' λέγειν γυνή.

Non admodum solet quicquam veri dicere mulier.

Id est, ex versione Conrardi Gesneri:

Et Menander:

53 ¶ Quam rem quoque comprobatur Aegyptiaca fabula. Mulier quæpiam cum filio iuxta Nili ripam ambulabat: ei crocodilus filium abstulit, redditurum se dicens, si verum mulier diceret (sunt enim fermè mulieres vanidicæ, & mendaciloquæ) tum illa negauit fore, vt verum diceret: atque ob id æquum aiebat reddi, cum vera dixisset. Authores Lucianus in Dialogo, cui titulum fecit, Vitarum venditiones, & Doxapater Aphthonij Græcus enarrator. Idque nonnihil attigit Quintil. lib. j. c. 15. cum de crocodilite loquitur. Antonius Codrus Vrſeus, quem nuper citauimus, in eo sermone, quem de mendaci hominum vita lepidissimè, vt cætera conscripsit, vt mulieres etiam rusticas mendaces esse comprobaret, historiam narrat sanè tam ridiculam, vt vel Heraclitum ridere compellat. Eam si quis scire cupiat, locum habet iam notum.

De eadem re:

54 ¶ De periurio autem satis constat ex eo, quod Sceledrus Plautinus, cum Philocomasium mulier, quod iurauerat, facere recusasse t(ait) Muliebri fecisti fide. Et apud eundem Amphitryo:

Mulieres, audacter iuras.

Hoc perdit miser as, hoc perdidit ante puellas:

Quicquid iurarunt, ventus & vnda rapit.

In hanc sententiam Græcorum est Senarius,

τὸν γὰρ γυναικὸς ὄρκον εἰς δῖνον γράφω.

Mulieris iusiurandum in vino scribo.

Quem ita quoque extulit Xenarchus in Pentathlo apud Athenæum lib. x.

ὄρκου δ' ἐγὼ γυναικὸς εἰς δῖνον γράφω.

Antiqui enim res profus irritas, futiles, euanidas in vino & aqua scriptas, scribendâsve dicebant: quod planè insinuat ille Senarius:

ἀνδρῶν δὲ φάτων ὄρκον εἰς ὕδωρ γράφε.

Hominum improborum inscribe iuramentum aquæ.

—Mulier cupido quod dicit amanti,

In vento & rapida scribere oportet aqua.

Huius autem moris, natura insiti fœminis, planè conscia Iena Ouidiana ita puellam monet, libro primo Amorum, Eleg. 8.

Nec si quem fallas, tu periurare timeto.

Scilicet æterni falsum iurare puellis

Dij quoque concedunt.—

Est & apud Græcos prouerbialis versus, quo significatur, nihil esse stultius mulierum iuramento:

γυναικὸς ὁ μὲν ὄρκος, γελᾷ ὁ βροτός.

Muliere iurante, ridet cælum.

Idem Naso lib. 3. eiusdem operis:

Id est:

Mulieres mendaces.

Mulieres iusiurandi cōtemptrices.

Prouerbium.

55
Mulieribus
iusiurandum
non esse exi-
gendum.

¶ Nec id muliebri vitium latuit Imperatorem nostrum, in auth. de nupt. §. quæ verò nunc sequitur. vbi dicit, quòd in mulieribus omnino periurium sit promptum. Ideòque illic Iuliam Miscellã legem abrogat, quæ à mulieribus quoddam iuramentum in eo casu exigebat. Sed & in eandem rem est tex. in auth. vt sine prohib. mat. §. quia verò multam. vbi, quoniam compertum habebat Imperator, mulieres penè toties peierare, quoties iureiurando quicquam asserunt, aut pollicentur, ideò, vt periurij tollatur occasio, aliam quandam veterem constitutionem abrogat, quæ & à mulieribus quoque iusiurandum exigebat. Idq; optimo iure: quia cum est verisimilis præsumptio, ali- què peieraturum, nunquam est ei deferendum iuramentum etiam oneris, vt est tex. no. in c. cleri- cos. extra de coh. cler. secundum Pan. in c. quæstioni, & ibi etiã Phil. Fran. in fi. extra de appel. ¶ Itaque cum mulieres sint eiusmodi, nullaque res magis repugnet fidei, quàm mēdaciū, dolus, periurium, & cætera id genus: ideo nostri Iuriscōsulti (siue iura Cæsarea respicias, siue Pontificia) non satis confisi de mulierum fide, minùs eis credi voluerunt, quàm maribus. Nam quamuis istis semper credatur, & quidem plenè, nisi aliud sit quippiam, quod eorum fidem aut minuat, aut etiã tollat: sceminis tamen plerunque omnino non creditur, ob id duntaxat, quòd sunt sceminæ. Id quod videre licet ex eo primùm, quòd in testamento non admittuntur in testes. l. qui testamēto. §. mulier. ff. de testa. & Insti. eo. tit. §. testes, vbi Accursius dicit huiusce rei rationem depromi ex l. vlt. C. de fideicom. Nempe propter suspicionem falsitatis, quasi minus sit fidei in scemina, quàm in viro: vt etiam annotat ex ea glo. Card. Alex. in ca. j. §. & quia. col. ii. vers. & pro hoc facit. titu. de his, qui feud. dare poss. Et vt scribit Antiphon apud Stobæum Sermo. 25.

ὁ δὲ δὲς ἢ ὄρκιον ἐστὶ πονηρῶν, μάταιον.

Τὸναντίον γὰρ νῦν ποιεῖσιν οἱ θεοί.

ἔαν ἐπιορκήσῃ τις, αὐτὸς εὐθέως

ὁ δὲς ἢ ὄρκιον, ἐγένετ' ἐμβρόνιχτον,

οἱ μὲν δίκαιως, ὅτι πεπίσκατέ τι.

Qui exigit iusiurandum à scelerato, insanit.

E diuerso enim nunc faciunt Dij:

Nam si peierauit quis, ipse confestim

Qui exegit iusiurandum, fit attonitus.

Nimirum iuste, quoniam credidit peruerso.

57
Etiam de iu-
re canonico.
At non in le-
gatis quidem
ad pias cau-
sas.

¶ Idque etiam obtinet de Iure Canonico, vt latè per Alex. conf. 70. viso consilio, col. 5. vers. venio ad illud lib. 2. & iterum conf. 84. viso themate. col. 2. eo. lib. 2. & quos mox subiiciemus. Nam sunt plurimi, qui dicunt id procedere etiam in legatis ad pias causas, & in his Spec. tit. de testa. §. j. vers. item quòd est mulier. iuncto vers. seq. & Collec. in c. cum esses. de testa. Fed. Senen. conf. 217. factū est tale, quidam nomine P. in fi. & Ro. qui vnū hunc citat, in repe. auth. similiter. in 16. speciali vltimarum voluntatum. C. ad leg. falci. per tex. in c. relatū. ibi, testibus legitimis. extra de testa. & aliis quibusdam rationibus. Benedic. Cap. conf. 75. punctus, Iacobus. col. 7. vers. ad idem. li. 3. Barb. in d. c. relatū. & conf. 58. clementissimi. col. antepe. li. j. & conf. 38. difficile est. col. 8. lib. 3. & Soci. qui tamen dubitat, conf. 92. in causa domini Antonij. col. 2. vers. quinimo disputatur, lib. 3. Quam opin. confirmat, quod tradit Bald. conf. 264. ad euentiam. in fi. lib. 5. quòd licet in testamentis sufficiat duo testes, debent tamen esse omni exceptione maiores, ac ne leui quidem macula aspersi. At mu- lieres non esse huiusmodi, tenent nonnulli, quos videbis infra num. 73. incip. non temere.

58
Qui contra-
rium tenent.

¶ Sunt tamen & alij, qui contrarium tenuerunt, scilicet mulieres esse testes idoneas in hisce testa- mentis ad pias causas & ij quidem maiore numero, ne autoritate dicam, videlicet Bald. in l. j. ante fi. in lec. & iterum in repe. col. 14. vers. ostenso de principalibus personis. C. de sacro. eccle. & conf. 196. licet regulariter. lib. 5. & conf. 230. testamentū. eo. lib. 5. vbi tamen dicit, id esse dubium. Angel. conf. 233. in causa prædicta, col. j. Petr. Anch. in dicto c. cum esses. in 4. no. & ibi etiam Panor. col. j. & iterum vlt. de testa. idem Pan. in d. c. relatū. col. j. extra eod. tit. Pet. Belluga in Speculo princi- pum. rubr. 17. vers. videamus. col. pen. vbi tamen nutat. Pau. Castr. conf. 327. dubium facit. lib. j. & conf. 456. visis & examinatis. eo. lib. j. Alex. conf. 177. viso themate. col. 2. vers. & licet dominus. li. 2. & conf. 105. viso ac diligenter. col. 4. vers. secundò respondeo. lib. 4. & conf. 102. super primo. col. 2. vers. circa secundum. lib. 7. Corne. conf. 261. in hac consultatione. col. j. lib. j. & conf. 168. in præfenti, col. 3. li. 3. & conf. 215. videtur prima facie. col. 3. vers. nec obstat, si dicatur. eo. lib. 2. & Soc. si is est, sibi contrarius. in tract. fallentiarum, reg. 330. in 36. priuilegio. Lanfran. Oria. in repe. c. quo- niam contra falsam. in verbo, testes. vers. & primò quæritur. ibi, inter liberos, & ibi quoque Fely. & Philip. Dec. extra, de probat. Calca. conf. 13. pro parte negatiua. col. 3. vers. vnde decimò quia mulier. Iason in l. hac consultissima. in prin. col. vlt. C. de testa. Fely. in c. quoniam. quod est 3. col. 3. vers. fic. idem Philip. Dec. in d. l. sceminæ. char. 4. in paruis, vers. similiter. ff. de reg. iur.

59
Mulieres tes-
tes idoneæ in
testamentis in-
ter liberos.

¶ Illud autem inter omnes conuenit, mulieres ipsas esse testes idoneas in testamentis inter libe- ros, vt placuisse video glo. in §. & quod sæpe. in auth. de trien. & semiff. & in l. vlt. C. famil. ercif. & in auth. quod sine. & ibi Bald. qui eius rei rationem reddit. C. de testamen. & Bart. & alij in d. l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de test. Imo. in d. l. qui testamento. §. mulier. ff. eo. tit. & in d. cap. cum esses. col. 6. vers. extra glo. quærit. extra eo. tit. Franc. Aretin. & Felyn. qui alios concordantes affer

affert in d. c. quoniam, quod est 3. extra de testibus, vt ibi videre poteris, ne frustra tempus teram in re non controuersa.

Qui contra-
rium tenent.

60 ¶ Sed nec in codicillis, nedum in testamentis, mulier est testis idonea, si credere volumus Philipp. Dec. id ipsum audenter atque intrepidè tenenti, contra omnes vbique scribentes in d. l. sceminæ. char. 4. vers. decimoquartò. ff. de reg. iur. atque iterum in d. c. quoniam. col. 2. vers. tertio restringi- tur. de testibus. aduersantibus (quod iam diximus) omnibus scribentibus, vt videre licet ex glo. & omnibus in d. l. qui testamento. §. mulier. ff. de testa. & in d. l. vlt. C. de codicil. & Bald. conf. viij. li- cet mulieres. lib. 5.

An in crimi-
nalibus, de iu-
re Cano.

61 ¶ Neque in criminalibus, de Iure Canonico, per c. forus. & ibi expressè glo. & Pan. de verb. sign. & in c. mulierem. 33. q. 6. vbi est glo. no. quòd testimonium mulieris, & infamis in criminalibus cõ- parantur. & glo. in c. ex eo. 15. q. 3. & glo. & docto. in d. c. quoniã. de testi. glo. in c. tam literis. in ver- bo, scemina. eo. tit. Host. in summa, de testi. §. quis testis esse possit. Spec. tit. de procur. §. j. vers. 7. in criminali testificatione. Alberi. in d. l. qui testamento. §. mulier, col. j. ff. de testa. Flor. in l. ex eo. ff. de testi. Ioan. Pla. & Ang. Aret. in §. testes autem. Insti. de testa. Alex. conf. 64. viso themate. post prin. lib. j. quod errore impressorum iterum repetitur in conf. 176. lib. 2. & idè Alex. conf. 24. animad- uersis his. col. j. vers. 4. quia non videtur. lib. 2. & aliis locis, de quibus eum paulò infra citabimus. Et hoc quidem semper indubitatum fuit, & nemo aduersatus est, ante Philipp. Dec. qui in d. l. sceminæ. col. 5. vers. 16. & in d. c. quoniam col. vlt. de testi. sentit contrarium, videlicet quòd etiam de Iure Cano. mulier sit in causis criminalibus testis idonea. Quibus autem rationibus ad id estimã- dum trahatur, etiam omnibus videre licet.

Quid de iure
ciuili.

62 ¶ Sed neque illic de Iure Ciuili, secundum aliquorum opin. admittitur in causa capitali propter magnitudinem præiudicij, vt dicebat Iaco. Aret. in l. qui testamento. §. mulier. ff. de testa. quem re- fert Io. And. in addi. Spec. tit. de test. §. j. vers. item quòd mulier. & Alber. Gand. qui illum sequitur in tract. Malef. tit. de furibus. col. 4. vers. pone quæstionem de facto. & Oldr. conf. 145. quæritur si testes. & Io. Fab. in d. §. testes. de testa. & Alex. conf. 11. circa primum dubium. col. pe. vers. respõdi supra. li. j. & conf. 99. in causa inquisitionis. col. pe. vers. secundus testis. eo. li. j. & Cepol. conf. cau- sarum criminaliũ 32. quidam rustici. col. 3. & Hippo. Marfi. in repe. l. vlt. C. de proba. char. 8. & conf. 18. protector. col. 8. vers. vnum tamen dico. & conf. 22. gratia domini. col. 4. & conf. 59. diuino præ- sidio. col. 2. vers. ex istis ergo. eo. lib. j. & conf. 101. illumina quæso. col. 1. & conf. 130. conditor or- bis. col. 6. vers. item etiam vltra præmissa. Cui tamen opi. tota Legistarum cohors reclamatione in d. §. mulier. atque etiam Cano. vt videre licet ex Pan. Franc. Aret. & Fely. in d. c. quoniam. de testibus.

63 ¶ Quare autem aliud sit in testamentis, & aliud in causis criminalibus, si quis scire desiderat, vi- deat Aegid. Bellam. in c. dilecti. col. 8. vers. tertio quæritur. extra de arbit. Sed ita tamen, vt illud vnum non omittam, quod fortè non sine magna ratione scribit Matth. Afflict. in cap. j. col. vltim. num. 36. tit. qui testes sint necess. quòd licet mulier non possit esse testis in causa criminali: tamen honestæ matronæ & bonæ famæ testimonium in huiusmodi causa præferetur testimonio masculi malæ famæ. Idque dicit voluisse Bart. in l. in multis. ff. de statu. homi. vbi tamen nihil tale comperi. Fely. & Philip. Dec. in d. c. quoniam. de testib.

An in causis
matrimoniali-
bus.

64 ¶ Ex eo autem quòd mulier haud dubiè in foro Ecclesiastico repellitur à testimonio in causis cri- minalibus, posset videri, eam quoque repelli debere in causis matrimonialibus, quæ criminalibus æquiparantur, vt not. in c. mulieri. extra de iureiu. Et voluit Alex. conf. 143. quoniam abundè. circa medium. lib. 2. & Maria. Soci. senior, conf. 17. supra dicta. sæpe in eo. cõsi. & Phil. Dec. conf. 133. viso processu. col. 2. vers. ita etiam dicendum. Nam & hæ causæ matrimoniales graues & arduæ sunt, vt no. Spec. tit. de rescrip. præsen. §. ratione formæ. col. x. vers. nunc igitur ad instructionem. & Bal. conf. 122. qui vnus testis. lib. 2. & Panor. post alios in c. si pro debilitate. in vlt. not. & ibi Phil. Dec. qui concord. adfert, extra de offi. deleg. & idem Dec. conf. 133. viso processu. col. j. in fi. & cõsi. 163. in causa matrimoniali. col. 5. vers. octauò opponitur. & conf. 310. visis. col. j. Ideòque non est locus delationi iuramenti ad supplementum probationis, vt voluerunt glo. Hostien. Ioan. And. Imo. & Panor. in d. c. mulieri. de iureiu. Bald. in l. in bonæ fidei. col. 2. vers. item in causis criminalibus. C. de iureiu. Ant. in c. vlt. extra eod. tit. Paul. Castr. & Alex. in l. 3. in princ. ff. eodem quoque tit. idem Alex. d. conf. 143. quoniam abundè. col. 2. vers. secundò non est. lib. 2. vbi ex hoc infert, eadè pro- bationes in huiusmodi causa matrimoniali requiri, quas & in causa criminali. Verùm, ne hæsites, tex. est in contrarium apertissimus, scilicet testimonium muliebri in hisce causis matrimoniali- bus admitti, in c. super eo. vbi id not. Host. in verbo, testimonium, & Panorm. in 3. nor. de testib. & voluit etiam Henri. Boh. in c. quoniam. col. j. eo. tit. Philipp. Dec. d. conf. 163. col. pen. vers. decimo- sextò obstat videtur. & conf. 342. in causa partus. col. j. & Maria. Soci. iunior, conf. 29. circa præ- dicta. col. 2. vers. secundò opponitur, lib. 2. vbi eam dicit esse communem opinionem, & eam quo- tidie seruari. & conf. 31. themate prædicto. col. 5. vers. his tamen non obstantibus. eo. lib. 2. Et vide quæ dicam infra num. 74. incip. ex quo & illud.

An in causis
feudalibus.

65 ¶ Neque item in causa feudali mulier est testis idonea. Tex. est in cap. j. in fin. & ibi Iaco. Bel. And. Iser. Bal. Alua. Marti. Laud. & Card. Alex. & Matth. Afflict. col. j. num. j. tit. qui testes sunt necess. ad probat. inue. & voluit etiam Rom. in repet. admonendi. col. 41. quæ est in pe. char. vers. & ex hoc infero. ff. de iureiu. vbi illum facit fing. & Ioan. Bap. Caccia. in repet. c. j. in 2. concordantia, vt ipse appel

appellat, Iuris Ciuilis & feudalis, tit. de feu. cogni. & Iaf. in d. l. hac consultissima. in princ. col. 2. C. de testa. & in l. si quis agere. ad fi. C. de codicil. Bene. qui illum tex. dicit sing. in repet. c. Raynutius, in verbo, duas habens filias, nu. 30. & Philip. Dec. in d. l. foemina. col. 6. vers. 17. & in dicto c. quoniam. col. vlt. vers. tertio limitatur. de testib. & Hippol. Marfil. sing. 611. adduxi tibi. & Matth. Affli. in c. j. col. ij. vers. quæ tamen regula. tit. de content. inter dominum & vasallum de inue. feud.

66
An ad probandum tenorem instrumenti... Testes probantes tenore instrumenti, debent esse pe-
viii.

¶ Sed nec admittitur foemina ad probandum tenorem instrumenti deperditi, ex sententia Bar. in l. j. ff. si cert. per. Cui tamen non accedit Franci. Ripa ibi, col. 14. num. 82. Modò (inquit) ea sit perita, per tex. in l. ex eo. ff. de testib. atque ex his, quæ scribunt Iaf. in d. l. j. ff. de legib. & Dec. in d. l. foemina. Illud autem receptum est, nec viros quidem probare tenorem instrumenti, nisi si periti sint, & literati, per tex. in c. cum olim. le j. & ibi Ant. col. j. & Panor. in glo. vlt. de priuile. Cyn. in authent. si quis in aliquo. quam legit cum l. procurator. in 4. q. & ibi Bart. col. 2. Alb. col. 4. & Ang. col. vlt. C. de edendo. cum aliis concord. à me latè congestis in nostris Retractibus, tit. 2. §. j. glo. 7. in verbo, seront preferet. num. 5. nec tamen omiserim. & sequenti. Ideò si qua mulier adeò docta esset & perita in hisce rebus, vt certò posset testari de tenore, & solennitate instrumenti: nihil video quod eam impediret, nisi vt ei minor fides adhibeatur, vt statim dicemus.

67
An in scriptura priuata.

¶ Neque etiam admittitur foemina in scriptura priuata, vt no. dicit Bald. in l. scripturas. col. 2. vers. nota optimum, per tex. ibi, in verbo, virorum. C. qui potio. in pigno. hab. quod dictum pro singu. commendat, & sequitur Franci. Crem. not. 144. quanquam mulier. & Socin. si is est, in tracta. fal. reg. 429. testis mulier. in princ. & simpliciter allegat Iaf. in l. si quis id quod. col. 4. vers. decimò limi-
to. ff. de iurisdic. omni. iudi. & Franci. Curt. Senior, qui id dicit singul. in repet. l. si quis maior. col. 2. num. 9. C. de transact. & Philip. Dec. in c. quoniam contra. col. 5. & in 8. nota. extra de probat. vbi & per hoc dicit not. quòd in casu illius c. non essent mulieres idoneæ. & Fely. in ca. ita quorundam. col. j. extra de Iudæis. & latè tradit idem Fely. in d. c. quoniam. vers. fallit tertio. de testib. vbi tamen dicit, posse super hoc dubitari, quia nulla est huius rei ratio specialis, nisi quòd à communiter accidentibus solent potius interuenire masculi quam foemina. & alibi clanculum reprobat idem Fely. in c. licet vniuersis. post prin. eo. tit. de testi. & in c. scripta. col. 1. vers. secunda declaratio. extra de fid. instr. & etiam Iaf. in d. l. hac consultissima. in princ. col. 2. ad fi. C. de testa. & in d. l. si quis agere. in fi. C. de codicil. & in repe. d. l. admonendi. col. 44. vers. item adde in quantum. ff. de iureiu. & in l. j. col. 3. vers. secundò fallit. ff. de legib. & Bernard. Land. in addi. Bart. conf. x. viso statuto. in fi. & Barb. in cle. r. char. 9. in paruis. vers. sed quid si lex. de elec. & Philip. Dec. in c. 2. col. xx. vers. tertio. quòd sit officium, de iudi. dum primùm allegat Bald. vbi supra, & postea respondet. Et palàm reprobat Alex. in addi. ad Bar. in d. l. scripturas. in princ. & in l. j. ff. de verb. sig. & Fran. Purpu. in l. j. col. 13. vers. tertio declaratis. ff. si cert. per. Tamen Catellianus, vir doctus simul & disertus, in memor. incip. mulier. regulariter potest esse testis. dicit, subdubius tamen, huius dicti Bal. hanc esse rationem, quòd cum in his scripturis priuatis desint aliæ solennitates, quæ in publicis solent facere fidem, ideo in hoc casu lex magis confidit de masculis, quam de foeminis, iuxta tex. in d. ca. forus. Sed & hoc dictum Bal. palàm atque apertè comprobat Dec. in d. l. foemina. col. 5. vers. 15. & iterum col. 12. vers. & idem si dicatur de viris. ff. de reg. iur. & in d. c. scripta. col. 2. vers. & notandum est. de fid. instr. vbi dicit hanc partem communiter approbari. & in d. c. quoniam, col. 2. vers. secunda conclusio, de testi. & Hippol. Marfil. d. sing. 611. Sed hic omnino vide quæ dicam statim nu. ab hinc 2.

68
An in denuntiationibus, quæ sunt suspectis de adulterio uxoris.

¶ Ego & alium casum possum addere, à nemine tamen, quantum memoria suggerit, annotatum ex §. his quoque etiam, in auth. vt liceat matri & auia. ibi, contestationes ei ex scripto tres destinauerit, habentes testimonia trium virorum fide dignorum. Et ne quis causetur hunc locum malè fuisse traductum. Verba Constitutionis Græcæ hæc sunt, ἐξ ἑσας μαρτυρίας ἀνδρῶν ἀξιοπιστων. nam dictio ἀνδρῶν, cuius genitiuus pluralis ἀνδρῶν est, quo ea Constitutio vitur, ad sexum refertur, & marem significat, vt intelligas ea appellatione foeminam non contineri. Idque etiam fit, vt credo, si verum est, propter maximum in eo casu præiudicium, cum de morte alterius agatur. Nam sensus illius Constitutionis is est, Quòd si quis suspicetur aliquem velle castitati vxoris suæ illudere, & tres illi denuntiationes ex scripto destinauerit, habentes testimonia virorum fide dignorum, ipsūque postea deprehendat cum vxore in suis ædibus, vel ipsius vxoris, vel adulteri, vel in popinis, vel in suburbanis habere commercium, potest illum propriis manibus interimere, nullū inde periculum formidaturus. In quo illud animaduertendū est, in nostris vulgatis translationibus nuncupatim mentionē fieri trium virorum fide dignorum, quamuis Græca Constitutio simpliciter dicat, virorum fide dignorum, tanquam duo in id sufficerent. Quisquis autem fuit, qui auth. illas in nostro Codice ex illis Constitutionibus assuit, scripsit trium testium fide dignorum. nulla virorum mentione facta, in auth. si quis ei. C. de adul. quod hic obiter admonere Lectores volumus.

69
De veritate duorum præcedentium casuum.

¶ Sed hic parumper attende, Lector: nam videtur in his postremis duobus casibus non satis probari foeminam esse reiiciendam, ex illis tex. loquentibus nuncupatim de virorum testimonio, per tex. in d. c. licet vniuersis, extra de testibus, quo cauetur, ne in qualibet causa minus quam duorum vel trium virorum testimonium admittatur, iuxta illud Dominicum, In ore duorum vel trium stat omne verbum. Vides enim ibi ad probandum id, quod prius dixerat de testimonio duorum vel trium virorum, adductam illam Christi autoritatem, In ore, &c. quæ & de foeminis quoque intelligitur. Quod sentiens Bal. ibi. Et licet (inquit) dicat, quòd debent esse viri, vir tamen concipit mulierem:

lietem: licet videatur vocabulum præcisæ significationis. l. qui testamento. §. mulier. ff. de testam. & l. tres fratres. ff. de pactis, & l. Lucius. §. quæsitum. ff. de leg. 3. id quod post eum repetit Fely. in eo. c. licet vniuersis. & Philip. Dec. in d. c. quoniam. col. vlt. vers. non obstat.

Mulieri testi minus creditur quàm viro.

70 ¶ Illud autem minimè dubium est, in quibus casibus admittitur mulier ad testimonium, minus tamen fidei ei adhiberi, quàm viro: huiusque testimonium illius dicto præpòderare, vt optimè probat tex. si solerter inspicatur, in l. in quæstionibus. ff. ad leg. Iul. maie. & expressè voluit Specul. tit. de teste. §. postquam. vers. porro. & Iac. But. in l. in bonæ fidei. C. de iureiur. Bal. & Saly. in l. vlt. per illum tex. ff. de fid. instr. idem Bal. conf. 455. quis melius, in duobus locis. lib. 4. Alber. & Fulg. in l. j. ff. de Senat. & Panor. in d. c. forus. per illum tex. de verb. signi. & conf. 52. quidam in ægritudine. col. 2. vers. item quòd foemina. lib. j. Rom. in rubr. de arbit. col. 8. vers. item præferuntur duo testes masculi. Alex. conf. 236. perspectis attestacionibus. col. j. lib. 6. Barb. conf. 64. illud in medium. col. x. vers. & si quispiam opponat. lib. 3. Fran. Arer. Fely. & Philip. Dec. in d. c. quoniam omnes. ad fin. de testi. Fely. in c. in nostra. col. pen. eo. tit. Lanfran. in repe. d. c. quoniam contra falsam, in materia testimonium, vers. & primò quæritur, nunquid mulier. de prob. Fran. Curt. Senior in tractatu testimonium, conclusi. 18. Philip. Dec. in d. l. foemina. char. 5. in 16. casu. vers. & generaliter in omnibus. & iterum col. 7. vers. 26. ff. de verb. signi. Hippo. Marfil. d. sing. 611. adduxi tibi. & conf. 2. altissimum. col. 2. vers. pro quibus. lib. j. & conf. 65. in nomine matris. col. 6. numero 45. eo. li. j. & Ant. Corse. in suis sing. in verbo, testis, sing. incip. duo testes. Ioan. Lupus in repe. c. per vestras. §. 43. circa medium. de don. inter vir. & vxor. & Perr. Geral. à Petra, sing. 11. his casibus. & Oldendor. lib. 2. Variarum lectionum Iuris, tit. de testib. & Mar. Mant. conf. 69. quoniam in processu. col. 2. nu. 7.

71 ¶ Sed id tamen intellige (neque enim id prætermittendum ducimus) duobus modis: primo quidè, cæteris per omnia paribus, per ea quæ diximus supra nu. 63. incip. quare autem aliud. & quæ dicā nu. seq. Secundò, vt procedat, nisi mulieres & fauorem & innocentiam rei sine causa accusati, testimonium dicerent, viri contra pro accusacione. Tunc enim magis standum esset mulierum testimonio, quàm virorum: vt nuncupatim voluerunt Belen. & Sebast. Sapia. vterque in addit. Pan. in d. c. forus. de verb. signi. & Hippol. Marfil. in l. vnus facinoris. §. in ea causa. col. 2. vers. & facit quod voluit. ff. de quæstio. & omnes per glo. illam sing. in cap. clerici. 81. distin. cum aliis multis similibus, adductis ab ipso Hippol.

Viro potius quam foemina deferendum esse iusiurandum in supplementum.

72 ¶ Ex illis autem, quæ supra diximus, illud fit, vt si à iudice deferendum sit iusiurandum alteri partium, ex l. in bonæ fidei. C. de iureiur. & l. admonendi. ff. eo. tit. cæteris paribus potius deferendum sit masculo, quàm foemina, vt nuncupatim & consultò scripserunt Franc. Curt. Senior, & Ioan. Baptista. Caccialup. scriptores laudatissimi, vterque in repe. d. l. admonendi. ille quidem non semel, videlicet primùm col. 3. iterumq; char. pe. vers. sexta conclusio. hic autè col. antep. vers. quidā dicunt. idq; dicunt voluisse Iac. But. in l. in bonæ fidei. Nec abs re dictū est, cæteris paribus, quia si mulieri magis comperta esset rei cōtrouersæ veritas, illi potius esset deferendū, per gloss. in cap. vidua, de regula. & expressim voluit ipse Curtius vbi supra, & non nihil facit, quod diximus supra nu. 63.

Mulier an sit testis omni exceptione maior.

73 ¶ Non temerè igitur ex pluribus concludit Barptol. Cepolla, conf. caufarum criminalium 32. cuius id caput est, quidam rustici. col. 2. vers. primò fuerunt examinata, quòd in quibus casibus mulier ad testimonium admittitur, non tamen est testis omni exceptione maior. Et sequitur Philip. Dec. in d. l. foemina. vbi supra, vers. & casu quo. vbi & in id citat Alexan. in duobus confi. qui tamen id non dicit, sed alia quædam à nobis supra adducta. Sequitur item Hippol. Marfil. confil. 5. in causa Ioannis. col. 5. vers. venio modò. lib. j. & Aymo Crauet. conf. 99. Ioannes filius. col. 2. num. 5. sed & id nuncupatim voluit Alex. alio loco, ab illis non citato. conf. 70. viso consilio. col. 5. vers. bene facit alla. li. 2. Vide tamen quæ dicam in 2. seq. vers.

Mulieris minus testimonio an defertur iusiurandum in supplementum.

74 ¶ Ex quo & illud confessim consequens videtur, non esse in casu d. l. in bonæ fidei, & d. l. admonendi. deferendum iusiurandum ex testimonio vnus mulieris. Neque enim id fieri debet, nisi testis sit omni exceptione maior, vt not. ab omnibus propè in illis ipsis: & præterea à Bal. in rub. tit. de contro. inue. post prin. Quanquam huius, quod diximus de muliere, contrarium tenet Panor. in c. ex insinuatione. col. 2. vers. & quòd dictum vnus testis. de procu. quem sequitur Barpt. Caccia. qui id sing. dicit in repe. d. l. admonendi. col. 62. vers. hic inferri potest quæstio, & ibi quoque Fran. Ripa, nullam illorum mentionē faciens, nu. 176. hoc arg. quòd duæ mulieres plenè probant matrimonium. c. super eo. de test. Ergo sequitur vnā facere semiplenam probationem, quā non faceret, nisi esset integra testis, maximè in causa matrimoniali, in qua testes debent esse omni exceptione maiores, vt est tex. expressus c. j. extra de consan. & affin. vbi id notat Anton. in 8. not. & Panor. in 3. not. & Alex. dicto conf. 143. quoniam abundè. col. 2. vers. propterea etiam. lib. 2. Barbar. conf. 45. scribitur. col. j. lib. j. & conf. 54. illud adferam. col. 3. vers. tertio præmitto. eo. lib. j. Carol. Ruin. conf. 150. gratissimum. col. 5. nu. 11. & seq. libro 5. Et Philip. Dec. conf. 163. in causa matrimoniali. col. 5. vers. octauò opponitur. Ex quo apertè conficitur mulierem esse omni exceptione maiorem, cum in huiusmodi causis sit testis idonea, vt diximus supra nu. 64. incip. ex eo autè. Quod & ex eo quoque probatur, quòd ea quoque admittitur testis in codicillis, secundum communem omnium, præter Dec. vt supra diximus, sententiam. At in codicillis testes debent esse omni exceptione maiores, vt tradit Ang. conf. 128. in facto proponitur, per d. l. vlt. C. de codicillis. & sequitur ipse Decius conf. 342. in causa partus. col. j. vers. postremò considerandum est. Sed hæc ratio ex eo pen

eo pender, an mulier sit testis idonea in codicillis.

75 De eadem re.

Priori tamen opi. quæ dicit mulierem non esse omni exceptione maiorem, ad stipulatur quod à Ludo. Gozad. responsum est conf. 74. vt ordinariè. col. 2. num. 6. post Alex. vt ipse citat, conf. 24. col. 3. lib. 4. statutum disponens testes domesticos esse idoneos in rebus domesticis, ita intelligi debere, vt etiam mulieres domesticæ admittantur, vt id statutum aliquid addat ad ius commune, quod idem disposuit. l. consensu. C. de repud. Vides igitur eorum esse eam sententiam, vt si tale statutum non esset, mulieres quoque non essent testes idoneæ in rebus domesticis, quasi aliàs immunitum sit earum testimonium. Sed illud Alex. consi. à Ludo Gozad. citatum, reperire non potui.

76 Legibus Plat. an fœminæ testimonii dicerent. An Mosaicis.

Ex legibus autem Platonis, mulieri ferre testimonium non licebat, nisi cum 40. annos excesserat, vt scriptum est eiusdem libro de Legibus 11. non longè à fine. At ex legibus Mosaicis, quas maxima ex parte secutus est ipse Plato, mulierum testimonium nequaquam recipiebatur, propter leuitatem & procacitatem, siue maus audaciam, siue etiam temeritatem generis earum, vt refert Iosephus lib. Antiquitatum 4. c. 6. aut ex aliorum sectione, 8. aut etiam 11. Huius enim in eam rem hæc verba sunt, γυναικῶν δὲ μὴ ἔστω μαρτυρία δὲ καὶ φρόνητα καὶ θράσος. Quamquam (ne hoc tacitus omittam) id non reperitur in libris Mosis, quos habemus,

77 An Ro. antiquis.

Sed nec ex vetustis Romanorum legibus ius erat fœminis ferendi testimonij, quod satis ex eo patet, quod scribit Aulus Gellius lib. 6. c. 7. lege Horatia, Caiæ Tarratæ virgini Vestali id ius dicendi testimonij tributum, testabilisque vna omnium fœminarum vt esset, datum. Plutarchus autem in Publicola scribit Tarquiniam sacram virginem vnam ex Vestalibus maximos honores consecutam fuisse, in quibus is fuit, vt ex omnibus fœminis eius solius testimonium reciperetur. Sed his non nihil consonat ea lex antiqua, vt opinor, à Constantino Hermanopulo relata, l. j. c. 6. eius operis, cui Πρόχειρον νόμων titulum fecit, id est, Pomptuarium legum: καὶ αἱ γυναῖκες, ἃὶ οἱ ἀνδρες, ἀπέργοντ' μαρτυρεῖν. Αἱ δὲ γυναῖκες μαρτυροῦσιν, ἢ θὰ ἢ τῶν ἀνδρῶν βίος ἀπέργετ'. Id est, mulieres & pupilli arcentur à testimonio. Mulieres tamen testimonium possunt dicere, vbi virorum cōuerfatio prohibetur. Rursúmque eiusdem libri cap. 3. γυνὴ ἢ δὲ θήνη δὲ μαρτυρεῖ, ἢ ἀλλοῖς δὲ μαρτυρίαν νέμει, ἢ οἷς αὐδρες δὲ προσκαλῶντ'. Id est, mulier in testamento testis esse non potest: in aliis autem potest, in quibus viri non vocantur, siue adhibentur. De qua re ipse Hermanopulus in primis Scholiis loci posterioris sic insit, de mulieribus ipsis loquens: ὅτε ἡ μαρτυρησσοῖν, ἢ ἐπιτροπέυσσοῖν. Id est, Neque verò testimonium dicent, neque tutelam administrabunt. Quod paulò post declarans subdit: Σὺ ἡ γίνωσκε, ὅτι ὅδιν ὅτε καὶ μαρτυροῦσιν γυναῖκες, πότε ἡ ἀκουσόν. εἰάν ἢ βαλανέω λουομένων γυναικῶν, τυχὴ τις γυνή, καὶ ἴδῃ ὑβριζομένην γυναῖκα τίνα παρ' ἐτέρας, τότε δυνάτ' μαρτυρεῖν δὲ δὲ μὴ δυνάτ' ἔσθ' τότε ἐκεῖ παραύχεν, ἢ ἴδῃ τὰ γινόμενα. Tu autem dispice, aliquādo mulierius esse dicendi testimonij, vt si quando mulieres lauant in balneo, vnam viderint ab altera affici iniuria, tum testimonium ferent, quòd viris non liceat per id tempus illic adeste, & quæ fiunt, conspiciere. Hæc ibi.

78 Mulieres furaces.

Sed vt ad alia transeamus, quæ ad auaritiam muliebrem pertinet, quis nescit, furtum auaritiæ comes esse: At furta tam propria mulierum sunt, & peculiaria, vt Hesiodus lib. j. eius operis, cui titulus est, ἔργα καὶ ἡμέραι. tradiderit Mercurium illum Deum furum, furtorumque Præsidentem, iussu Iouis, Pandora (sub qua intelligi voluit naturam muliebrem) furaces mares imposuisse.

ὅτι ἡ θεὸν κύνεον τε νόον, καὶ ἐπίκλοπον ἦθ' ἐρεμῆν ἦνωγε. Nam & alio loco eiusdem libri, paulò ante finem, illud scribit, ὅς δὲ γυναῖκα πέποιθε, πέποιθ' ὄγε Φιλότησι Id est,

Qui autem mulieri confidit, confidit is quidem furibus. Quamquam & ea vox Φιλότησι, pro deceptoribus quoque potest accipi, vt alibi etiam diximus.

79 Mulierum libido.

HAETENS DE AVARITIA, & comitibus dictū est: nunc tertia se offert LVXVRIA (ita appellat Theologi libidinē Venereā, quod supra diximus) cui non minus (& nescio an non etiam magis) se mulieres dedunt, quàm auaritiæ. Propertius morum muliebriū conscius, lib. 2. ita canit:

Tu prius & fluctus poteris siccare marinos, Aliaque mortali deligere astra manu: Quam facere, vt nostræ nolint peccare puella: Is mos Saturno regna tenente fuit, Et cum Deucalionis aquæ fluxere per orbem, Et post antiquas Deucalionis aquas. Dic mihi, quis potuit lectum seruare pudicum? Quæ Dea cum solo viuere sola Deo? Et lib. 3. Hic genus infidum nuptiarum, hic nulla puella est: Nec fida Enadne, nec pia Penelope. Obiicitur toties à te mihi nostra libido: Crede mihi, vobis imperat ista magis. Vos vbi contempti rupistis fræna pudoris, Nescitis captæ mentis habere modum. Flamma per inenfas citius sedetur aristas, Fluminæque ad fontis sint reditura exur, Et pla

Et placidum Syrtis portum & bona littora nautis Prebeat hospitio seu Malea suo: Quam possit vestros quisquam deprehendere cursus, Et rapida stimulos frangere nequitia.

Cui rei multa mox multis versibus exempla adducit. Ouid. quoque alter animorum morumque muliebrium consiliarius, lib. 1. Elegiar.

Castà est, quam nemo rogauit. Quam sententiam citat è nostris Host. in c. veniens. le 2. ext. de eo qui cogno. confan. vxor. suæ. & Panor. in c. ij. col. vlti. extrà de biga. Sed & idem Ouid. lib. 1. de Arte amandi,

Prima tua mentis veniat fiducia, cunctas Possè capi: capies, tu modo tende plagas. Verè prius volucres taceant, æstate cicada, Menalius lepori det sua terga canis: Fœmina quàm iuueni blandè tentata repugnet. Hæc quoque, quam poteris credere nolle, volet. Mollibus in pratis admugit fœmina tauro: Fœmina cornipedi semper adhimmit equo. Parcior in nobis, nec tam furiosa libido est: Legitimum finem flamma virilis habet.

Et paulò post,

Cuius item rei plurima etiam exempla Propertium secutus, adfert: post quæ & illud subdis: Omnia fœminea sunt ista libidine nota: Acror est nostra, plusque furoris habet.

Et mox ita concludit:

Ergo age, ne dubita cunctas superare puellas: Vix erit è multis, quæ neget vna tibi.

Apud eundem, Helena ad Paridem fatetur impudicum esse genus fœminarum, inquiens, Matronaque rara pudica est.

In qua etiam sententia fuit Iunius Iuuenalis Saty. 6. Auratam Iunoni cade iuuenecam, Si tibi contigerit capitis matrona pudici.

Paucæ adè Cereris vittas contingere dignæ. Neque enim id fieri licebat, nisi à pudicis, teste Ouid. lib. 4. Faforum: Et si thura aberunt, sanctas accendite sedas.

Parua bonæ Cereri, sint modò casta, placent. Valerius quoque Martialis lib. 4. ad Sophronium: Quæro diu totam Sophroni Rufe per urbem, Si qua puella neget, nulla puella negat.

Tanquam fas non sit, tanquam sit turpe negare, Tanquam non liceat, nulla puella negat.

Castà igitur nulla est? castæ sunt mille: quid ergo Casta facit? non dat, non tamen illa negat.

Quod epigramma cum legisset Fabulla, Poetæ insensa, illi coitum negauit: vnde ille aliud scripsit Epigramma,

Epigramma nostrum cum Fabulla legisset, Negare nullam quo queror puellarum, &c.

Idem lib. 10. huiusmodi Epitaphium matronæ cuipiam inscripsit: Contigit & Thalami mihi gloria rara: fuitque Vna pudicitie mentula nota meæ.

De eadem re.

In quam sententiam refert Diodorus lib. 2. & ante illum Herodotus lib. itè 2. quòd cum Pheron Sefostris filius, rex Aegyptiorum oculis captus fuisset, ideoque ad Deorum auxilium cōfugiens, peractis multis variisque sacris, ei responsum fuisset, vt placato Deo, qui in Heliopoli coleretur, faciend mulieris inspiceret, quæ nullum, nisi proprium virum, nouisset: ab vxore propria incipiēs, multas expertus est, nullam tamen reperit incorruptam, præter hortulani cuiusdam, quam restituto visu vxorem cepit: reliquas omnes vias combussit. Iosephus lib. Belli Iudaici 2. c. vij. scribit Esenos, Esseos alij vocant, alij Essenos, Iudæorum Philosophos vxores non ducere: non quia matrimonia contemnant, sed quoniam cauendum esse putant fœminarum intemperantiam, nullam earum vni viro fidem seruare credentes. Quamquam & ipse aliam eius rei rationem reddit libro Antiq. Iudaicarum 18. c. ij. Hippocra. in quadam ad Dionysium epistola, scribit fœminam semper egere alterius, sese in continentia & pudicitia continentis. Suapte nanque natura libidines venereas insitas habere, quas nisi quis in dtes comprimat, tanquam arbores, in materiæ multæ effusione exuberant. Cæterum Aeschines Socraticus. Poeta Satyricus, omnes fœminas Ionicas μοιχάδας, id est, adulteras, appellare ausus est.

Pheron unam tantum mulierem uni viro cognitam inuenit. Esse quare uxores non ducant. Hippocrates de mulierum impudicitia.

Fœminas plerique dictas à femore, aut femine existimant, quoniam in Venerem sint magis propria, cuius fides in femoribus ponitur. Hinc illud Iuuenalis Saty. 6.

Fœminæ unde dictæ.

Callidus & crista digitos impressit aliptes,
Ac summum domina femur exclamare coegit.

Femur sedes libidinis. Est enim vuluæ cum femoribus, coxis & inguinibus quædã cognatio, scribente Celfo lib. Medicinæ 5. c. 26. Cum vulua percussa est, dolor inguinibus, coxis & femoribus est. Ante eum autem Hippocra. lib. 6. Epidimion, parte 1. Aphor. 1. satis ostendit, connexum quendam habere vterum cum coxa, cum scribit, vteri mala ob id ipsum in coxæ dicem finiri. Et Galenus quoque lib. 6. de Locis affect. c. 7. tradit dolorem vteri quibusdã mulieribus in coxã transire, ac crus ipsum, quod è regione est, per incessum claudicare. Est autem coxa, quæ Græcis ἰχίον dicitur, hoc est, id os, quod cõtinet sinus, in quos femorum capita inferuntur, vt scribit ipse Galen. lib. de ossibus, c. 20. vt hinc quoque plinius intelligas illam, quam diximus, cognitionem femorum, coxarum, & inguinum.

82 Femur pro opere nuptiarum. Sed & in factis literis Femur pro opere nuptiarum poni, asserit & probat D. Hierony. in explanatione Psalmi 44. quam ad Principiã virginem scripsit. Isychius autem, qui & eodem ferè tempore floruit, lib. 1. in Leuiticum, tradit per Femora in factis literis deriuationem, siue descensionem feminis significari. Hincque illud Genes. 49. Non deerit sceptrum de Iuda, nec dux de femoribus eius. Et Exod. 1. Erant igitur omnes animæ eorum, qui egressi erant de femore Iacob, septuaginta quinque. Quæ ita à Septuaginta Interpretibus traducta sunt: ἡδὲν πᾶσαι αἱ ψυχὰς ἐξ ἰακώβ πρὸς τὴν ἐλδομύκοντα. Erant autem omnes animæ, quæ ex Iacob natæ sunt, septuaginta quinque. Castallio autem ita vertit: Fuitque omnium, Iacobi sanguine procreatorum, numerus capitum septuaginta quinque. Ex quo Diodorus in Genes. c. 24. enarrans illud, Pone manum tuam super femur, scribit quosdam tradidisse, scripturam Syram & Hebræam non habere, Super femur, sed super ipsum genitale membrum, eod quod per ipsum fiat procreatio. Itemque illud Iudic. 8. Habuitque septuaginta filios, qui egressi sunt de femore eius. Ideoque & per feminalia, quibus præcipiuntur verenda sacerdotum operari, Leuit. 16. castitatem significari tradit idem Isychius lib. 5. in Leuiticum, eum locum enarrans. Ex quo Apuleius Interfemineum non ineleganti vocabulo vocat muliebrem genitale.

Feminalia castitatem significare. Interfemineum.

83 At huic etymologiæ feminarum à femine, siue femore (ne id subiceamus) reclamatur, quod Femina, cum diphthongo scribitur, ideoque prima eius producitur: at Femora, & femina, sine diphthongo debent scribi, cum vtriusque prima corripitur: vt de Femore probat ille versus Iuuenalis loco supra citato. Et ille quoque Virgilij lib. 10. Aeneidos:

—Magnique femur perstrinxit Achate. Et rursus eodem libro:

—Attollit in agrum
Se femur, & quanquam, &c.

Item illud Catulli in Rufum:

Noli admirari, quare tibi femina nulla,
Rufe, velit tenerum supposuisse femur.
Sed corpus tetigisse nocet, sed longa dedisse
Oscula, sed femori conseruisse femur.
Nec femori impositum sustinuisse femur.

Item illud Tibulli lib. 1. Eleg. 8.

Itemque illud Ouidij lib. 3. Amor.

Et rursus lib. 10. Metamor.

Et conata femur marenti plangere dextra.
De femine autem est illud Virgilij lib. 10. Aeneidos,
Eripit à femine, & trepidanti feruidus instat.

Ita enim legunt ibi Seruius, Sospater, & Pierius, qui ita dicit legi in codice Mediceo, & antiquis aliis exemplaribus. Quanquam sunt, qui ibi legant Femore. Item illud Lucretij lib. 4.

-- Ideo fastigia (aut, vt alij legunt, vestigia) posse
Surarum ac feminum pedibus fundata plicari.

Femora & femina quid sint. Illud autem inter femora & femina interesse constat, vt id in transcurso dicam, quod femora exterioriorem, siue posteriorem coxarum partem significant, femina interiorem, siue anteriorem, si Vallæ credimus, lib. Elegiar. 4. c. 17. Quod & probare videretur illud Tibulli (quisquis is fuit) à Iulio Romano, Sospatro, & Pierio Valeriano in Virgilium, loco paulò antè adducto citatum,

Implicuitque femur femini. --

Nam in concubitu exterior pars femoris viri interiori mulieris implicatur, & iungitur. Vtrunque autem confudit Ouidius lib. 1. Amor. Eleg. 4.

Nec femori committe femur. -- Et alibi:
-- Et femori conseruisse femur.

Et lib. etiam Amor. 3. Eleg. 7.

Lasciuum femori supposuitque femur.

Priori autem sententiæ astipulatur Plinius lib. 28. Femina atteri adurique equitatu norum est.

84 De eadem re. Proverbium. De mulierum quoque impudicitia (vt ad principale nostrum institutum redeamus) vetus est proverbium memoratum à Plutarcho in præceptis connubialibus, & Apostolio Byzantio in Adagiorum collectaneis, à muliere quadã, quæ à Philippo inuita trahebatur, primum vt dicitur prolatum, λυχν ἀφ' ἧς γυνὴ πάρε ἰ αὐτῆς. Id est, Lucerna sublata, mulier omnis eadẽ, quo significatur omnes mulieres indiscriminatim esse impudicas, modò detur facultas peccandi sine arbitris. Et hac fortassis ratione amor à plerisque femineus appellatur, quoniam videlicet feminis sit

Amor femineus.

veluti

veluti peculiaris, illamque magis sectentur feminae, quam viri: tamen ad aliud quoque referri potest. Ouidius lib. Eleg. 3.

Captaque femineus viscera torret amor.

Et Silius Italicus lib. 15.

Femineo socium violauit fœdus amore.

85 Quid, quod inter omnia animantia sola mulier & equa post conceptum Venerem appetunt, & patiuntur, vt scribit Aristoteles, lib. de Historia animalium 7. c. 11. & iterum de Generatione animalium 4. c. v. Et de equa etiam tradit Aelianus lib. Animalium 4. vbi dicit, inde mulieres libidinosas equas vocari solere, ab iis qui grauius illis vitium facere student. Vnde & ipsum equire ab hoc vno animali trahitur, dici solitum in libidinosas mulieres, quod & depromptum est ex Aristotele, lib. de Hist. animalium 6. ca. vii. Addit Plin. & suem lib. 10. c. 11. nonnulli etiam lyncem & leporem. Et ideo idem Plin. li. 7. c. xj. Præter mulierem (inquit) pauca animalia coitum nouere grauida. De quo & aliquid memorat Plutarchus in libello, quo docet bruta animalia ratione vti. Et Lactantius in lib. de Vero cultu, ca. xxiii. vbi & huius rei duas rationes reddit, has scilicet, primum ne feminis repugnantibus libido cogeret viros aliud appetere, eoque facto castitatis gloriam non tenerent. Ad quam rationem adde, quæ dicam inferius in 15. Leg. connub. nu. 163. inci. illud etiam affirmare. Deinde (vt ad Lactantium reuertamur) quod mulier virtutem pudicitia non caperet, si peccare non posset. Nam quis mutum animal pudicum esse dixerit, quod suscepto foetu mari repugnat? Et paulò post: Nulla laus est non facere, quod non possis facere. Ideo autem pudicitia in homine laudatur, quia non naturalis est, sed voluntaria.

Femina & equa sola animantia post conceptum venerem appetunt. Equæ dicuntur feminae libidinosæ. Equire.

86 Sed & è nostris, idem quod supra diximus, ex Aristotele, & aliis, voluit Fortu. Garcia in l. j. §. ius naturale. col. 7. versi. quare autem mulier. ff. de iusti. & iur. & probat etiam tex. Hiero. in c. origo. 32. q. 111. Cuius hæc verba sunt: Qui dicunt se causa Reipub. & generis humani vxoribus coniungi, & filios procreare, imitentur saltè pecudes, & postquam venter vxoris intumuerit, non perdant filios, nec amatores se vxoribus præbeant, sed maritos. Et iterum in c. non solum. 32. q. vij. Pecora cum conceperunt, vltra non indulgent maribus copiâ sui. Ex quo illud, quod Populia miranti, quid esset, quapropter mulieres semper marem desiderarent, aliæ autem bestia nūquam nisi cum prægnantes fieri vellent: respondit, Bestia enim sunt. Autore Macrobio Satur. lib. 2. c. v.

Populia dicitur facitum.

87 Et hac quoque re loquens Nemesius Philosophus de Nat. hom. c. xxiii. In vnoquoque (inquit) genere animalis tum femina marem admittit, cum ad foetum faciendum idonea est. Ideo quæ foetificare semper possunt, coitum semper admittunt. Mulieres verò, sicuti in cæteris habent liberum arbitrium, ita & in coitu, posteaquam conceperint. Nam rationis expertia, non à se, sed naturæ regula gubernantur, & modum & opportunitatem præscriptam atque definitam suscipiunt. Hæc ille.

88 Porro vna omnium propè feminarum Zenobia Palmyrenorum regina, vt Iulio Capitolino placuit, speciosissima, eius castitatis fuisse dicitur, vt ne virum quidem suum admitteret, nisi tentatis conceptionibus: nã cum semel concubisset expectatis mensuris continebat se, si prægnas esset: sin minus, potestatem quarendis liberis dabat. Testis Trebellius Pollio. Tradit Aristot. lib. Historiæ animalium 5. c. xiiij. ad fr. iterumque lib. 9. c. xlvj. elephantos tantum valere sensu, & reliqua ingenij sagacitate, vt quam grauidam coitu reddiderint, eandem rursus non tangant. Quod & repetit Aelianus de animalibus lib. 8. c. xvij.

Zenobia laus.

Elephantus grauidam non tangit.

89 Hanc etiam mulierum libidinem norunt scriptores ecclesiastici, inter quos D. Chrysostronus, Propria (inquit) passio mulieris est luxuria. Quem etiam locum ex eodẽ citat Hæric. Boh. in c. quemadmodum. col. 2. de iureiur. & alibi quoque Chrysostronus, videlicet in secunda parte Homiliarum in Matth. Homilia 40. in enarratione illius loci eiusdem D. Matthæi c. xxj. Amen dico vobis, quia publicani & meretrices præcedent vos in regno. Hæc fermè scribit, Ex persona omnium mulierum peccantium meretrices ponuntur: quoniam quamuis sint multa peccata in mulieribus, tamen in illis præcipue fornicatio abudat. Cuius rei rationem post pauca tradit, quia videlicet hoc vitium facile ex otio nascitur. Nã qui solitudinibus animam habet occupatum, non facile fornicationi operam dat. Nam definitio amoris hæc est, animi cura vacantis passio. Aliam verò rationem adducit famigerabilis nostra tempestate Prædicator, ita enim vulgò concionatorem vocant, Bonifacius à Cæua, in eo libro, quem de vitis edidit, ita scribens: Ardentius est in feminis, quam in viris desiderium. Perficitur enim quodã modo femina maris coniunctione: vir autem ex se absque additamento feminae est perfectus, eod quod nihil habeat vniuersum in corpore, quod repleti appetat, sicuti femina, quæ partem vacuam cupit adimpleri, abhorrente natura vacuum. Hinc est, quod facilius se prostituunt feminae, quam decidant viri. Hæc ille.

Mulieris propria passio luxuria. Libido propria & peculiaris feminarum.

Eius rei rationes.

90 Et hac inter alias ratione multi Theologorum fuerunt in ea opinione, vt dicerent fornicationem esse semper in muliere leuiorẽ, quam in viro: & adulterium quoque in viro esse grauius. hoc videlicet respectu, vt ita loquar, quoniam mulieres suapte natura in libidine sint procliuiores. Quamuis aliis considerationibus sit leuius, vt scribit Asteffanus in octauo libro suæ Summæ, tit. 11. arti. 3. versi. quis grauius peccat. & sentit D. Thomas in libello de decem præceptis, in sexto præcepto: vbi & de hac re loquens: hanc sententiã (Chrysostronum, vt reor, imitatus) extulit: Propria passio mulieris est concupiscentia. De qua re affatim disscitur per Theologos, lib. 4. sententiarum. 31. &

Luxuria in feminisne an in viris sit grauior.

Adultera minus punitur adultera.

91 Viro luxurioso non datur curator ut facmine.

92 De eadem re. Mulier appetit virum ut materia formam.

93 De eadem re. ex Medicis.

94 De eadem re. Mulieres in coitu insatiabiles. Messalina porrectosa libido.

95 De eadem re.

Penelope impudica.

Pan Penelope filius ex procorum concubitu.

à me alibi latius scribitur. Ex quo illud posset videri factum, quòd quavis vir adulteri morte puniatur, l. quamvis adulteri. C. de adul. non tamen mulier adultera, sed tantum verberibus casta in monasterium detruditur, authen. hodie, eo. tit. & dicemus postea latius.

91 Sed & nostri interpretes hanc indomitam mulierum intemperantiam non ignorant. Spec. enim tit. de astore, ver. sed vtrum masculino. & post eum Panor. in c. pastoralis col. 2. extra de iudic. afferunt stimulum carnis magis ardere in foeminis, quam in viris. Quamobrem licet mulieri luxuriosae sit dandus curator, l. & mulieri. ff. de cur. furio. non tamen viro luxurioso, de quo late per Fely. in d. c. pastoralis. col. 3. & Barb. in l. is cui bonis. col. 2. & 3. ff. de verb. obli. & Io. Lup. Hispan. in repe. c. per vestras. §. xxj. col. penul. versi. adde etiam quòd istae leges. extra de dona. inter virum & vxor. & Ferdi. Loaz. in repe. tit. de iusti. & iure. col. 7. & ante eos Saly. in l. j. col. j. ver. quærit gl. quid de luxurioso. C. de curat. furio. Quamquam ille tex. in d. l. & mulieri. fortè de hac nostra luxuria non intelligitur.

92 Quin & Ioan. Fab. & post eum Ioan. Plat. in §. masculi. In tit. de nupt. afferunt mulierem citius faciliusque labi in Venerem quam masculum. Cui consonat, quod dicit Bal. in rubr. extra de cohab. cleri. & mulie. quòd mulier appetit virum, sicut materia formam, & magnes ferrum. Cuius dicti primam partem plerique omnes erranter citant ex Aristotele, lib. 1. Physicorum, ad finem: decepti, vt opinor, antiqua huius libri trãslatione. Neque enim eo loco id intellexit Philosophus, ad quod eum aduocant: verum eius sententia est eiusmodi, si rectè traducatur: Materia appetit rerum formas, vt foemina esse virum: turpe, honestum. Alber. autem in l. sed si ego. ff. ad S. C. Velleian. affirmat, præsumi mulieres esse luxuriosas, per l. vlti. circa mediũ. C. de repud. & §. optimum. in auth. de non elig. secun. nubent.

93 Cæterum ex Medicis Cælius Aurelianus scriptor antiquus, vt qui Plinium & Galenũ præferebat, libro Chronion 4. c. ix. quo de mollibus, siue subactis, aut effoeminatis differit, quos Græci μάλακός vocant, tradit foeminas validius Venerem poscere, causamque eius rei tradit. Omnia (inquit) vexantia, validos effectus dabant, firmitate opposita subiacentium materiarum: quæ cum in senibus deficit, passio quoque minuitur, vt fortitudo. Sola autem supra dicta, quæ subactos seu molles efficit viros, senescente corpore grauius inualefcit, & infanda magis libidine mouet, non quidem sine ratione. In aliis enim ætatibus adhuc valido corpore, & naturalia ventris officia celebrante, gemina luxuriæ libido diuiditur, animo nunc faciendo, nunc patiando iactato. In iis verò qui senectute defecti, virili Veneris officio caruerint, omnis animi libido in contrariam ducitur appetentiam, & propterea foemina validius Venerem poscit. Hinc denique coniciunt plurimi, etiam pueros hac passione iactari, qui similiter senibus virili indigent officio, quod in ipsis nondum emerfit, & illos deseruit. Hæc ille.

94 Omnium autem maximè hoc mulierum vitium adstruunt tres summæ autoritatis scriptores. Solomon Iesus filius Syrach & Aristoteles. Ille enim Prouer. c. xxx. inter insaturabilia, os vuluæ annumerat. Alter in suo Oeconomico, c. xxxvj. Omnè (inquit) masculum excipiet mulier. Hic libro Problematò encyclic. n. 4. c. xxvij. scribit mulieres esse insatiabiles. Cuius rei infinita sunt propè exempla, & tot penè dixerim, quot sunt foeminae. Sed quod omnium est memorabilissimũ, Messalina Claudij Cæsaris vxor, Lyciscæ prostituta mulieris nomen atque titulum mentita, sæpe lupanar sub noctem adit, suam portentosam libidinem ad satietatè expletura: & quod omnium foedissimè fecit, cū famosissimis meretricij quæstus scortis coitu certauit, ex re foedissima palmã sibi quærens: quam cum pluries reportasset, tamen semel ex prouocatione nobilissimam è prostitutis ancillam die ac nocte quinto ac vicesimo concubitu egregiè superauit, vt testis est locupletissimus Plinius lib. 10. c. lxij. & Sext. Aurelius in Claudio Cæsare. De eadem re est illud Saty. x. graphi celebratum præconium, Saty. 6.

Intrauit calidum veteri centone lupanar,
Et cellam vacuum, atque suam: tunc nuda papillis
Constitit auratis, titulum mentita Lyciscæ,
Ostenditque tuum, generosa Britannica, ventrem.
Excepit blanda intrantes, atque era poposcit,
Mox lenone suas iam dimittente puellas
Tristis abit: sed, quod potuit, tamen vltima cellam
Clausit, adhuc ardens rigida tentigine vuluæ:
Et lassata viris, nondum satiata recessit.

95 Quid si & ea, quæ ab ethnicis scriptoribus præ cæteris mulieribus casta fuisse dicuntur, atque in exemplum miræ raræque pudicitiae vbi que proferuntur, non satis pudicae fuerunt: vt id magis ad gratiam mulierum, quam ad rei ipsius veritatem dictum scriptumque fuisse videatur. Nonne omnium maximè Penelope, ac Lucretia castitatis nomine vulgò passimque ad cælum vsque laudibus euehuntur? Duris tamen Samius in libro de Agathocle, & Lyfander Historicus scribunt, Penelopen per Vlysis absentiam proci omnibus sui corporis copiam fecisse, quorũ promiscuo concubitu Pan natus sit, cui & inde mansit nomen. Nam πᾶν Græcis totum, siue omne dicitur. Idemque propemodum scribit Lycophron Poeta Græcus in Alexandro, vbi eam appellabat, βασισάρα κασωρένσα, id est (vt interpretatur Isaaciuz Tzetzes, Ioannis illius Grammatici frater doctus

doctissimus, Lycophronis ipsius interpres) παρέσση, quasi dicas scortantem. Versus Lycophronis hi sunt:

ὄψθη δὲ πᾶν
Μέλαθρον ἄρδην ἐκ Βάθρων ἀάστου
Μύκλοις γυαυοκλωψι. ἢ ἰ Βασάρα
Σεμνῶς κασωρένσα κοιλανῆ δόμους
Θοίνασι μὲν ὄλβον ἐκχέουσα τλήμων.

Addit autem Lycophron, Vlyffem, cum id post suum reditum rescuisset, statim abiisse in insulam Gortynam, ibique obiisse. Interpres autem ipsius, ex autoritate Theopompi scribit, Vlyffem offensum domestica turpitudine, rediisse ad Circen, & à Telemacho filio fuisse necatum. A quibus non admodum disidet, quod tradit Pausanias lib. 8. quo Arcadica describit, Græcè quidem, sed in hunc sensum: Aiunt Vlyffem à Troia reuersum, ob procos admissos, cū Penelope diuortium fecisse, ipsamque statim se Lacedæmona recepisse, deinde Mantineam migrasse, ibique vitam finisse. Hucque respexisse videtur D. Gregorius Nazanzenus, dū scribit in prima Oratione aduersum Iulianum Imperatorem, Pana ex omnibus proci vnũ Deum nomen sortitũ ex iniuria, vt dignum erat. Probus autem, siue is est Cornutus Grammaticus, vt nonnullis placet, enarras illud Virgilianũ Ecloga 4. Pan etiã Arcadia, scribit ipsum Pana fuisse filium Mercurij & Penelopes. Et ante illum Tullius lib. 3. de Natura Deorum, & Iulius Hyginus Fabularũ c. 224. & ante hos omnes Herodotus lib. 2. vt hinc quoque intelligas, Penelopen nõ vni Vlysi copiam sui præbuisse. Sed quod multò foedius est, ferunt ipsum Mercurium in hircum mutatum, adamatũ fuisse à Penelope: cui & Pana peperit, qui inde hircipes fuit, id est, hircinis pedibus: vt apud Lucianũ videre licet in Deor. Dialogis, & nonnihil apud Dionem Prusensem. Hucque trahi possent, quod in antiquis codicibus scribitur, in Lantiqui. ff. si pars hæred. per. non leues autores tradidisse, quinque quaternos enim xam Penelopen, si vera est lectio, quam probat Accursius, qui eam Penelopen fuisse dicit. Sed eo in loco legendum esse existimo, vt viri quidam docti emendarunt, non quidem Penelopen, sed Peloponnesiam, siue in Peloponneso, ex Plinio lib. 7. c. 3. Cæterum Acron in 2. Horatij epistolã, illud interpretans, Sponsi Penelopes, tradit Penelopen ipsam Vlysis vxorem meretricem fuisse, quæ amatores suos sua pulchritudine luxuriosos reddebat. Ad idque alludens Plinius lib. 35. c. 9. Fecit (inquit) Penelopen, in qua amores pinxisse videtur. Quamquam sunt, qui ibi Mores, pro Amores, substituerunt: fortè putantes, id castitati Penelopes minimè conuenire. Sed & Virgilius, siue is fuit Ouidius, vt nonnulli purant, siue alius, in Obsceno carmine hæc de Penelope scribit, iis quæ dicta sunt de ea, admodum conuenientia:

Quæ sic casta manes, vt iam conuiuia visas,
Vix futurorum sit tua plena domus.
E quibus vt scires, quicumque valentior esset,
Hæc es ad arreptos verba locuta procos:
Nemo meo melius neruum tendebat Vlyffe,
Siue illi laterum, seu fuit artis opus.
Qui quoniam perit, modo vos intendite, qualem
Esse virum sciero, vir sit vt ille meus.

Hæc ille de ea, cui tanta paratur scena pudicitiae, vt scribit Claudianus in Laude Serenæ. Quæ autor ille Priapeiorum ex Homero lib. Odysseæ 21. vt alia pleraque, miro artificio in rem suã detorsit. Et huc quoque alluisse videtur Ouidius lib. 1. Amorum Eleg. 8.

Penelope vires iuuenem tentabat in arcu,
Qui latus argueret.—

Nam quod de lateribus vterque loquitur, ad concubitum pertinet, quo latera ipsa maximè exercetur, vt latius dicemus infra in 15. lege connubiali, nu. 42. incip. eadem quoque ratione. Sed eodem respexisse videri potest idem Ouid. lib. 1. de Arte amandi:

Penelopen ipsam, perstes modo, tempore vinces.

Et Aulus Sabinus, eiusdem temporis Poeta, in epistola responsoria Vlysis ad Penelopen, qua Vlyffes non obscure ostendit, se de Penelopes pudicitia diffidere:

Certe ego, cum Antinoum, Polybũque, Medontaque legi,
Heu toto sanguis corpore nullus erat.
Tot iuuenes inter tot vina liquentia semper,
Hei mihi quid credam? pignore casta manes.
Cũrue placent vlli, si sint in fletibus, ora?
Deperit & lacrymis non decor iste tibi?

Et Hor. lib. 2. Serm. Sat. 5. introducens Tiresiam & Vlyffem sic inter se colloquentes.

—T I. Scortator erit: caue te roget vltro.
Penelopen facilis potiori trade. V L Y. Putasne,
Perduci poterit, tam frugi, tamque pudica,
Quam nequiere proci recto deducere cursu?
T I R. Venit enim magnum donandi parca iuuentus,

Iurisconsulti locus.

Nec tantum Veneris, quantum studiosa culina.
Sic tibi Penelope frugi est: quae si semel vno
De sene gustarit, tecum partita lucellum,
Vt canis a corio nunquam absterrebitur uncto.

Et huc non nihil respexisse videtur Plinius Secūdus, aut quisquis is est, de viris illustribus c. ix. vbi de Tarquinio Collatino, In cubiculum, inquit, Lucretiae irrupit, pudicitiam expugnans. Hoc quoque argumento doceri potest, eam non satis pudicam fuisse, quod munera à procis acceperit, vel teste ipso Homero lib. 18. Odyssæ. Doleo autem nobis excidisse librum illum, quæ Laertius tradit Aristhenem Atheniensem de Penelope, & alterum de Ulyssæ & Penelope scripsisse, in quibus non dubito huiusce rei veritatem fuisse detectam. Cæterum Iulius Hyginus Fabularum c. cxxvij. tradit Penelopen, Ulyssæ interfecto à Telegono, ut supra diximus, ipsimet Telegono, & priuigno, & viri interfectori nupsisse: vnde natus est Italus, qui de nomine suo Italiam denominauit.

96 **Lucretia non satis casta.** Sed nec Lucretiam ipsam, alterum illud castitatis exemplum, prorsus ab impudicitia vindicat D. August. lib. de Ciuitate Dei, l. c. xix. tanquam scilicet iuueni, quamuis violenter irruenti, etiam sua libidine illecta consenserit: idque in se puniens, ita doluerit, ut morte putaret expiandum. Quem tamē locum perperam intellexit Panor. noster, post gl. nescio quā, consi. iiii. facti contingentia. lib. 1. Ouidius verò de hac ipsa re loquens, lib. Fastorum 2. illud scripsit:

Succubuit fame victa puella metu.
Tanquam scilicet Lucretia ipsa famam & opinionem vulgi, pudicitiae anteposuerit. Quod ex L. uio quoque ad fi. 1. lib. videre licet. Nam & Ouidius paulò post illud addit ex eodem:

Eloquar infelix dedecus ipsa meum.
Veluti scilicet non omnino expers esset cuiuspiam culpæ. Nam si non omnino casta est, quæ metu castitatem feruat, dicente Tibullo lib. 1. Eleg. 6.

Nec sauo sis casta metu, sed mente fideli.
Multò minùs, quæ ipso metu castitatem labefactat. Plinius autem, siue is fuit Suetonius, siue Cornelius Tacitus, in illo libro de Viris illustribus, ita de ea re loquitur, de Tarquinio scilicet Collatino loquens, In cubiculum Lucretiae irrupit, pudicitiam expugnat. Sed nec Valerio Martiali satis casta fuisse visa est ipsa Lucretia, hæc de ea scribenti lib. 11. ad Lectores:

Erubuit, posuissetque meum Lucretia librum:
Sed coram Bruto: Brute recede, loget.
Quasi scilicet non castitatem coleret ipsius castitatis amore, sed potius timore ac reuerentia Bruti. Nam nec ab adulterij nota eam vindicat glo. in §. Lucretiam. in verbo, adulteras, & seq. 32. & 45. Tametsi illam Romanæ pudicitiae ducem appellat Valerius Maximus lib. 6. c. j. statim post princip.

97 **Cyrene figurarum in concubitu inuentrix. Elephantis modus & figurarum concubituum scripsit.** Quid ergo referam Cyrenen illam? (cui, ut refert Suidas) factum cognomentum est δωδεκαμυχαία, tanquam dicas machinamentorum duodecim: quoniam in Venereo vsu duodecim excogitasset figuras, quò infætori iucundius redderet libidinis proluuium, ut scriptis prodidit ipsius Aristophanis interpres, atque etiam Suidas. Quid Elephantidem? quæ & ipsa versibus descripsit modos, figuras, species, formas, id est, ut vno verbo Græco hæc omnia complectar, schemata concubituum: nam eius libri titulus est πορὶ τῶν χυμῶν σωμαστικῶν, quorum meminit Virgilius, si is est, in Obsceno carmine ad Lalagen:

Obscenas rigido Deo tabellas
Ducens ex Elephantidos libellis.
Et Martialis lib. 12. in Sabellum:
Facundos mihi de libidinosis
Legisti nimium; Sabellè, versus:
Quales nec Didymi sciunt puella,
Nec molles Elephantidos libelli.
Sunt illic Veneris noua figura, &c.

Tiberius. Philanis. A Syanassa. Quin & Suetonius tradit Tiberium cubacula plurifariam disposita tabellis ac sigillis lasciuissimarum picturarum & figurarum adornauisse, librisque Elephantidis instruxisse. Idem quoque Philanis & A Syanassa ex Helenæ famulis, & hæc omnium prima, ut tradit Suidas, fecisse dicuntur. Quamquam sunt qui vtranque confundunt. Porrò Athenæus lib. 8. tradit Aeschionem dixisse, eum librum, qui Philanidis esse dicitur, compositum fuisse à Polycrate, aut ut alij vocant, Philocrate Sophista, titulo ipsius Philanidis, ut eam honestæ vitæ mulierem calumniaretur. Additque Epitaphium eiusdem Philanidis, quo idem confirmat. Et rursus ex Chryssippo hos Philanidis libros, & Arcestrati Gastronomiam, vulgò edisci testatur. Sed quicquid id sit, de iis videri potest intellexisse Ouidius, cum scribit lib. Tristium 1.

Et qua concubitus non tacere suos.
Sic qua concubitus varios variisque figuras,
Exprimit, est aliquo parua tabella loco.

Quibus postremis verbis videtur ad id respexisse, quod supra ex Suetonio diximus de Tiberio: quamquam Ouidius in illo loco non de illis libris loqui quibusdam videatur. Sed eo, ni fallor, respicit

respicit idem Ouidius, cum scribit lib. 1. de Arte amandi:

Vix, velis, Venerem iungunt per mille figuras.
Inuenit plures nulla tabella modos.

98 **Quid etiam Quartillam illam?** quæ apud Petronium Arbitrum ita loquitur: Iunonè meam iratam habeam, si me vnquam meminerim virginem fuisse. nam infans cū paribus inquinata sum, & subinde prodeuntibus annis maioribus me pueris applicui, donec ad hanc ætatem perueni. Quid præterea duas Iulias matrem & filiam? hanc Augusto genitam, alteram Marco Agrippa, ex illa priori, ambas tam notæ impudicitiae, ut nihil æquè parentum felicitati obfuisse credatur. De quibus scribit Suetonius, ipsum Augustum, eas omnibus probris contaminatas relegasse: vtriusque si quid his accidisset, suo sepulchro inferri, ad omnemque earum mentionem ingemiscens, illud Hæctoris Homericæ ad Paridem lib. 3. Iliad. proclamare solebat:

Αἰδ' ὀφελές τ' ἄγοι τ' ἔμνα ἀγαμ' τ' ἀπολέδι.

Quo significabat cupere se sine prole, & caelibem mortuum fuisse. Quid duas Faustinas, matrem item & filiam? hanc Antonini Pij, alteram Marci Antonini vxorem, pari & ipsas infamia notatas, ex Iulio Capitolino & aliis.

99 **Quid denique duas Ioānas Neapolitanorum Reginas,** quarum posterior patrum memoria tam effrænata libidinis erat ut cum sciebat, aut videbat viros benè nascatos, necesse erat, ut eos haberet in cōplexibus. Experta enim fuerat, id verum esse, quòd vulgò dici solet, nasci magnitudine mutonis quoque quantitatem concipi. Ex quo versus, non admodum elegans quidem ille, sed quem tamen Codrus id referens, adscribit: Ad formam nasci, & quæ sequuntur. Cui subscribit & illud Philephi nonæ Decados Hecatosticha tertia, ad Iurisconsultum illum celebratissimū Catonem Saccum:

Nam mensura Cato pendentis plurima nasci
Creditor ingentem vulgò promittere caudam.

Et huc quoque respicit illud Martialis lib. 2. illo disticho,

Mentula tam magna est, tantus tibi Papile nascus,
Vt possis, quoties arrigis, olfacere.

Et propterea olim nascati (ut ex Lampridio in Heliogabalo, aut ut nonnulli legunt, Aliogabalo deprehendimus) dicebantur viriliores ac bellè mutoniati. Scribit enim illum emissarios habuisse, qui ei hos bene nascatos perquirerent, eosque ad aulam perducerent, ut eorū conditionibus frueretur. Nam, ut paulò antè dixerat, is per cuncta caua corporis libidinem recipiebat. Ex quo etiam, eo in loco (ut illud obiter dicam) Tascatos, legi possit, quæ lectio placet Alciato nostro, in id Virgilij, aut quisquis is fuit, in Priapeis,

Grandia Dulichij vasa tulisse viri.

100 **Nec tamen prætermittendas censuimus,** quæ infandissimo amore patres, filios, fratres, priuignos, generos prosequutæ sunt. Et ut ordine rem exequar, & à patribus incipiam, Myrrha, aut (ut alij vocant) Smyrna, Cyniram, aut (ut alij appellant) Cinarum patrem turpiter amauit, ut scripsit Ouid. lib. 10. Metamorph. & lib. 1. de Arte amandi:

Myrrha patrem, sed non, ut filia debet, amauit.

Theodorus in lib. Metamor. & ex eius autoritate Plutarchus in Parallelis, c. 44. & Stobæus Serm. 62. & Hyginus Fabularum c. 242. vbi scribit ipsum Cyniram ob id sibi mortem intulisse. Et idem c. 128. vbi tradit illam patrem suum inebriasse, & sic cum eo concubuisse: ut possit videri imitata filias Loth, quæ idem fecerunt, ut scribitur Gen. 19. c. & in Decretis Canonicis in c. inebriarunt. 15. q. 1. Pelopæa Thyesten, Harpalyce Clymenum regem Arcadiæ, Hippodamia Oenomaū, Procris Erichtheum, vnde natus est Aglaurus. Nyctimene Epopeum, aut, ut alij appellant, Nycteam, Regem Lesbiorum, filia patres foedè amarunt, & cum eis concubuerunt: ut horum testis est ipse Hygynus Fabularum ca. cclij. qui & ipse eiusdem operis ca. ccxliij. tradit ipsum Clymenum sese ob id interfecisse. Et præterea de ipsa Myrrha, Pelopæa, & Nyctimene meminit Ouidius in Ibin his versibus:

Filia si fuerit, si quod Pelopæa Thyeste,
Myrrha suo patri, Nyctimeneque suo.

Et de eadem Nyctimene traditum est ab eodem Ouid. lib. Metamor. 2. quod Diis tantum flagitium auersantibus, in noctuam fuerit conuersa. Nyctæa patrem Nyctæum egem Aethiopiū, ut tradit Laëtantius Grammaticus interpres Statij, enarrans illud eiusdem lib. 3. Thebaidos, aut vnca Minerva. Valeriam item Tusculanariam, tradit Plutarchus in Parallelis c. xlv. ex autoritate Aristidis Milesij lib. Rerū Italic. 3. tradit Valerio patri, quem deperibat, fraude ancillæ concubuisse: quod vbi pater rescieuit, sibi mortem conscieuit. Ut minùs mireris de his quæ & cum foceris concubuerunt: de quibus Iuuenalis saty. 1.

Quem patitur dormire nurus corruptor auaræ?

Tametsi focer parentis locum, ut scribit Iurif. noster in l. quia parentis. ff. solu. matri.
101 **Quæ item filios adamarint,** fuerunt plurimæ. Semiramis illa Assyriorū Regina, alioqui multis nominibus commendabilis, filij Nini concubitū impudentissimè expetiuit, & postulauit: ob idque ab eo, rei indignitate moto, interempta est: ut scribit Iustinus libr. 1. & D. Augustinus de Ciuitate

Quartilla nūquam se virginē fuisse meminuit.
Iulia due libri dinofissima.

Faustinae item due.

Ioanne due quoque.

Nascati bellè mutoniati.

Lampridii locus.

Que patres suos foedè amarunt.
Myrrha.

Filiae Loth.
Pelopeia.
Harpalyce.
Hippodamia.
Procris.
Nyctimene.

Valeria Tusculanaria.

Que filios adamarint.
Semiramis.

- Parifatis.** Dei, lib. 18. c. ij. & Agathius de Bello Gothorum lib. 2. Vbi & idem contigisse tradit Parifatidi erga Darium suum & Artaxerxis filium. Paulus autem Orosius lib. Histor. 1. c. iij. in fi. id aliter retulit, nempe illam incestum cum filio perpetrasse, & vt priuatam ignominiam publico scelere obtegeret, præcepisse, vt inter parentes & filios, & filias, nulla naturæ reuerentia, de coniugiis appetēdis, quod cuique libitum esset, licitum fieret. Nereis quoque cum Magnete, suo & Gelonis filio, rem habere voluit: quod cum ab eo impetrare non posset, cantharidum veneno eum sustulit: vt vetustissimus interpres scripsit, & post eum Zarettus, in id trahens illud Ouidij in Ibin,
- Vtq; nepos dicti nostro modo carmine Regis,
Cantharidum succos dante parente bibas.*
- Agrippina. Cratea.** Sed & Agrippinam quoque plerunque ad incestum comptam paratamque filio suo Neroni se obrulisse, prodidit Cornelius Tacitus circa initium lib. 1. Histor. Augustæ. Crateâ quoque filium suum Perandrum, ex septem Græciæ Sapientibus vnum deperisse, scripsit Parthenius Nicænsis Eroticorum c. xvij. Aristippus lib. 1. de antiquis delictis: & post eum Laertius in vita eiusdem Perandri. Ammiani quoque mater apud Martialem lib. 2. Epigram. 4.
- O quam blandus es Ammiane matril
Quam blanda est tibi mater Ammiane!*
- & cætera, quæ sequuntur.
- 102** **Que fratres adamarint. Byblis.** Quæ fratres item adamarunt, plurimæ extiterunt. Byblis Caunum fratrem miserè deperit, vt tradit Parthenius poeta Græcus Eroticorum c. xj. & graphicè descripsit Ouidius lib. 9. Metamor. & meminit, veluti transeunter, libr. 1. de Arte amandi:
- Byblida quid referam? vetito que fratris amore
Arfit.*
- Prouerbiū.** Hyginus item Fabularum ca. ccxliij. Stephanus in lib. de Urbibus, vbi de Cauno Cariæ vrbe loquitur: & præter hos Hefychius, & Suidas. Vnde & Κάυνος ἔρω, id est, Caunius amor, prouerbio celebratus, pro infami & improbo amore, apud Aristot. lib. 2. Rhetor. ad Theodecten, & Stephanum vbi suprâ, Diogenianum in Collectaneis, & Eustathium in Cōmentariis in Dionysiu. Canulia Papyrium Romanū fratrem suum: vt ex Chryippo lib. 1. Rer. Italicarum tradit Plutarchus in Parallelis c. liij. Canace Machareū fratrem: vt videre licet ex epistola ipsius Canaces ad ipsum Machareum, apud Ouidium: atque ex illo carmine eiusdem Ouidij lib. 3. Trist. ad Augustum:
- Nobilis est Canace fratris amore sui.* Cydonis item soror (nomen eius non reperi) fratrem ipsum Cydonem, ex atio lib. 9. Thebaidos:
- Et malè dilectum miserè Cydona sorori.*
- 103** **Que priuignos suos adamarint. Phædra.** Quæ item priuignos deperierunt, non pauca fuerunt. Arfinoe Lysimachi vxor Agathoclem priuignum de stupro appellauit, vt ex aliorum autoritate tradit Pausanias lib. 1. qui de Atticis est. Demeneta Gnemone Aristippi viri sui filium impudicè adamauit, apud Heliodorum lib. 1. Histor. Aethiop. Phædræ amores infani in Hippolytum priuignum, ab omnibus celebrantur, & inter cæteros ab Hygino lib. Fabularum c. xlviij. Ouidio lib. 1. de Arte amandi, Plutarcho in Parallelis c. lxiiij. Seruio in lib. 6. Aeneid. in enarratione illius loci,
- His Phædræ, Procrinque locis, mastamque Eriphylen.*
- Extatque epistola ipsius Phædræ ad Hippolytum, apud ipsum Ouidium, qua excusare nititur hūc nefandissimum amorem. Estque etiam Tragœdia Euripidis Hippolyti nomine ea de re conscripta. Est & ille ipsius Ouidij versus lib. 2. Trist.
- Nam quid in Hippolyto est, sœue nisi flamma nouerca?*
- Gidica. Philonome. Timasionis nouerca.** Gidica similiter Communium priuignum deperditè adamauit, ab eoque reiecta, sibi spiritum intercepit, vt ex Dositheo lib. 3. Rer. Italicarū tradit Plutarchus in Parallelis c. lxxv. Philonome Cycni vxor, quæ & Tenuem priuignum de stupro sollicitauit, vt tradit Pausanias in Phocicis, qui est lib. 10. Et ea, quæ Timasionem priuignum, qui sibi commiseri denegarat, apud matrem accusauit, quod amatoribus magis, quam mulieribus, gauderet: vt scribit Philostratus in Vita Apollonij lib. 6. Et Casperia Rhæti Marrubiorum regis vxor cum priuigno suo concubuit, vt Abieni autoritate tradit Seruius in 10. Aeneid. in eum locum,
- Et Rhæti de gente vetusta.*
- Alia.** Alia quoque, quæ apud Apuleium lib. 10. Asini aurei, priuignum item suum adamauit, eumque quod sibi concubitum denegasset, veneno appetiuit, & tandem incestus & parricidij accusauit.
- 104** **Que generos adamarint.** Quæ generos suos adamarint, non pauca quoque fuerunt. Nam Cicero in Oratione pro Aulo Cluentio Habito scribit Salsiam matrem ipsius Habiti amore captam fuisse Melini adolescentis generi sui, animumque illius iis omnibus rebus quibus illa ætas capti deliniri que posset, pellexisse, eique tandem nupsisse. Subiungitque idem, O mulieris scelus incredibile, & pæter hanc vnam in omni vita inauditum! Quod intelligere debes quantum ad nuptias. Nam quantum ad concubitum sæpius antè id contigerat, vt paulò post dicemus. Suetonius in Tiberio, c. xxxv. tradit ipsum Tiberiu cuidam Equiti Rom. iurifurandi gratiam fecisse, vt vxorē in stupro generi cōpertam dimitteret, quam se nūquam repudiaturū antè iurauerat. Et Ammianus Marcellinus circa initia lib. 14. prodidit mulierem nescio quam (neque enim eā nominat) Clematium Alexandrinum generum suum, cui commiseri cupiebat, eius amore non impetrato, mortē illi machinatam fuisse. Iustinus lib. 7.

lib. 7. tradit Eurydicem vxorem Amyntæ posterioris Macedonum regis, cum genero suo, quem non nominat, adulterium commisisse, & ei nuptias pactam occiso marito: idque effecisset, nisi res prodita fuisset. Idem quoque ad fin. libr. 26. scribit Arfinoen (siue illa fuit, de qua locuti sumus in præcedenti versu. siue alia) consuetudinem habuisse cum Demetrio genero suo.

105 **Que fratres maritorum.** Vt interim eas præmittam, quæ & in fratres maritorum suorum turpiter exarserunt. Nā Hypermnestra Locrensis, cum fratris viri sui concubitum appeteret, clam nocturno tempore voti compos est effecta. Manè verò pudore affecta, vt scelus suum dissimularet, ancillâ necauit, quasi eam in concubitu deprehendisset. Ex quo est illud Ouidij in Ibin:

*Quæq; sui Venerem iunxit cum fratre mariti,
Locris, in ancilla dissimulata necem.*

106 **Astrorum in iis iis.** At sunt (inquiet quispiam) excusandæ mulieres, quando vi atque potentia astrorum his obscenissimis & infandissimis concubitibus patrū, filiorum, fratrum, priuignorum, generorum, & aliorum huiuscemodi sunt obnoxia: vt videre licet ex Iulio Firmico lib. Astronomi. 3. c. vij. in duodecimo loco. & lib. 4. c. j. in applicat. Lunæ ad Venerem. & lib. 6. c. xxvj. in cōiunctione Iouis & Veneris. & iterū c. xxxj. non semel. Sed qui hæc ita excusabunt, poterūt & alia scelera similiter excusare: quod quàm ridiculū sit, nemo nō videt. Præsertim cum astra necessitatē non imponant, vt satis diximus suprâ in 7. Lege connubiali. nu. 5. ex quibus constat. & seq. Imò veriùs nec habeant quicquam roboris, vt & nos diximus in tract. Nobilitatis, c. xj. nu. 3. & dicemus alibi latius.

107 **Que masculam libidinem exercuerunt. Megilla. Bassa.** Illud autem præterire non possumus, mulieres aded esse prærabida præferinaque libine, ac efferrato pruritu, adeoque natura in coitū præcipites, & tam prurigine concitatas, & (vt ille dicit in Priapeis) sine fine prurientes, vt sint quæ & masculam libidinem exerceant, id est, quæ, vt viri, cum fœminis concumbant: quod & de Megilla quadam Lesbia tradit Lucianus in Dialogis meretriciis, Dialo. 5. in quo colloquuntur Clonarium & Leæna: & de Bassa Martialis libr. 1. Epigr. 58.

Quod nunquam maribus iunctam te, Bassa, videbam,

Quodque tibi machum fabula nulla dabat:

Omnis & officium circa te semper obibat

Turba tui sexus, non aduente viro:

Esse videbaris, fateor, Lucretia nobis,

At tu, pro facinus, Bassa, fututor eras.

Inter se geminos audes committere cumnos.

Mentiturque virum prodigiosa Venus.

Commenta es dignum Thebano anigmate monstrum,

Hic, ubi vir non est, vt sit adulterium.

Et Philænis, non ea quidem de qua loquuti sumus suprâ nu. 97. sed alia multò posterior apud eundem Martialem lib. 7. Epig. 66.

Pedicat pueros tribas Philæni,

Et tentigine senior mariti

Vndenas vorat in die puellas.

Ex quo, atque etiam ex titulo superioris Epigrammatis, qui talis est, Ad Bassam tribadem, vides huiuscemodi fœminas tribades dici. Quod & apertius ostendit idem ille autor, eod. lib. 7. in eam ipsam Philænin, Epigr. 69.

Ipsarum tribadum tribas Philæni,

Rectè, quam futuis, vocas amicam.

Et de hac quoque Philæni tribade, & aliis eiuscemodi fœminis loquitur Lucianus in libro cui titulus est, ἐρωτες. Ferturque etiam Sapphò ancillas habuisse, Amythonem, Telesippam, Megaram, Arthin, & Cydnò, Girinnam, Anactoriam, Andromedam, Polianaetidam, quibus ad libidinem abutebatur. Eas enim subagitare solebat, & vicissim ab eis pati. In idque referūt illud ipsius Sapphūs in sua Epistola ad Phaonem apud Ouidium:

Vilis Amythone, vilis mihi candida Cydno:

Non oculis grata est Atthis, vt antè, meis.

Et de cæteris quoque non nihil videbis apud Maximum Tyrium Platonicum Sermon. 8. In has autem Tribadas inuehitur Iuuenalis satyra sexta his versibus,

Lenonum ancillas postea Laufella corona

Prouocat, & tollit pendens præmia coxæ.

Ipsa Medullina frictum crissantis adorat.

108 **Mulieres brutorum animalium amores scitate. Pasiphae.** Sunt & quæ cum beluis, & iumentis concubere desideranter velint, & cupiant. Veteres perhibent, Pasiphaen Minois Regis vxorē, tauro se supposuisse, & Minotaurū genuisse, Veneris (vt cū Virgil. lib. 6. Aeneid. loquar) monumenta nefandæ. Vnde est & illud eiusdem Virgi. Ecloga. 6.

Et fortunatam, si nunquam armenta fuissent,

Pasiphaen, niuei solatur amore iuueni.

Ah virgo infelix, quæ te dementia cepit?

Prætidet implerunt falsis mugitibus agros:

At non tam turpes pecudum tamen vlla secuta

Concubitus. Et illud Propertij lib.2.ad Cynthiam:

Vxorem quondam magni Minois, vt aiunt,

Corrupti torui candida forma bouis.

Testis Cretæi fastus quæ passa iuueni

Induit abiecta cornua falsa bouis.

Et libro tertio:

Idem quoque relatum est ab Ouidio lib.1. de Arte amandi, illis versibus:

Fortè sub umbrosis nemorosa vallibus Ida

Candidus, armenti gloria, taurus erat.

& qui sequuntur. Et rursus in Epist. Phædræ ad Hippolytum:

Pasiphaë mater decepto subdita tauro, &c.

Quamuis sint (ne id omittam) qui dicunt Iouem Pasiphaes amore captum, tauri formam sumpsisse, vt tradit Porphyrius lib. 3. de abstinentia carniū. Lucianus autem in lib. de Astrologia, id quoque aliò trahit. Nempe quòd audiens à Dedalo de tauro cælesti, in amorem Astrologiæ deuo luta est. Semiramis, de qua supra locuti sumus, equum vsque ad coitum adamauit, vt autor est certissimus, qui posteris prodendum putauit, Iuba, studiorum claritudine, quàm regno memorabilior, & ex eius autoritate Plinius li.8.c.52. & præterea Hyginus Fabular.c.243. in fi. Sed & puella quædam in Hetruria, sub Pio Tertio, canem impudicè adamauit: ex eoque facta grauida, semicarnem peperit, hoc est, manibus, pedibus, & auriculis caninis, cætera hominis, vt scribit Volaterranus in Philologia, lib.32.c.v. ad finem. Quin multò antè tempore Glaucæ citharistria fertur canem quoque adamasse, vt retulit Aelianus lib.10. Variæ histo. Plinius autem lib.7.c.113. tradit Alcippen elephantum peperisse. Et idem de Glaucippe tradit Tatianus in Oratione contra gentes, nisi eadem fuerit: vt hinc intelligas, eas cum elephanto concubuisse. Cæterum in Aegypto insula est Mendes vocata, in qua mulieres passim cum hircis coeunt, sicuti tradit Herodotus lib.2. & Strabo lib.17. ex autoritate Pindari. & Lucianus in Dialogo περί τῶν ἀλογα λόγων χηῆς.

¶ Nimirum ob hanc infandam insanamque libidinem mulierum, scribitur in Leuitico, c.18. Mulier non succumbet iumento, nec miscbitur ei. Et infra c.20. Mulier quæ succubuerit iumento, simul interficietur cum eo. Cuius rei etiam fit mentio in Decretis Canonicis, in ca. mulier. 15. q. j. Ex quo facillè colligi potest, illis quoque sanctis temporibus fuisse scæminas obscœna illa impudicitia pollutas, feriniquè coitus præ nimia libidinis vredine appetentes. Vt verū videri possit, matronam summatè sitienter appetiuisse cõcubitum cum Luciano Syro in asinū deformato, sicuti ipse ad finē sui Asini festiuiter describit, postq; eum Apuleius, qui hoc totū ad se ipsum trāstulit lib.10. Meta. Hinc illud Satyrici non abs re scriptū videtur in monstrificâ scæminarum Venerem:

—Mora nulla per ipsam,
Quò minus imposito clunem submittat asello.

¶ Quid igitur opus est, post has tantas, tam scædas, tam spurcas, infandas libidines, memorare scæminas, quæ ea impudicitia, ea impudentia sunt, vt potius viros petāt, quàm ab eis petantur: quæq; mercedem libidinis potius offerant, tradantque viris, quàm ab eis accipiant? Priorum extat memorabile exemplum apud Sallustium, de Sempronia illa literis & Græcis & Latinis docta, forma & genere satis fortunata. Hæc tamen, vt ille ait, pecuniæ, an famæ, minùs parceret, haud facillè discerneres: libidine sic accensa, vt scæpius peteret viros, quàm peteretur. Est & aliud exemplum recentius Thermionillæ apud Iouianum Pontanum lib.2. Tumulorum,

Hanc multi petiere, & multos ipsa petiuit,
Ausa dare & cunctis, ausa rogare prior.

Et sanè huiusmodi essent cæteræ mulieres, nisi rusticitas vetaret, aut si inter mares conueniret, ne ipsi scæminas peterent, si credimus Ouidio, cui probè animi muliebres erant cogniti, vt alibi diximus. Is enim lib.1. Eleg.

Aut si rusticitas non vetet, ipsa rogat.

Et lib.1. de Arte amandi,

Conueniat maribus, ne quam nos antè rogemus,
Fæmina iam partes victa rogantis aget.

¶ De posterioribus illa est querimonia Ezechielis, c. xvj. Omnibus meretricibus dantur mercedes, tu autem dedisti cunctis amatoribus tuis: & dona donabas eis, vt intrarent ad te vndique ad fornicandum tecum. & alibi scæpe in eo. ca. Et Osee 4. Ephraim munera dederunt amatoribus suis. Harumque sunt alia multa exempla apud Martialem. nam lib.1. in Chloen,

Donasti tenero, Chloë, Luperco
Hispanas, Tyriâsque, coccinâsque,
Indos sardonychas, Scythas smaragdos,
Et lotam tepido togam Galeo,
Et centum dominos nouæ monetæ:
Et quicquid petit, vsque & vsque donas.
Væ glabraria, væ tibi, misella,
Nudam te statuet tuus Lupercus.
Cum placeat Phileros, tota tibi dote redemptus,

Et lib.2. in Gallam:

Tres

Tres pateris natos, Galla, perire fame, &c.
Promittis sexcenta tamen, sed mentula furda est:
Et sit lusca licet, te tamen illa videt.
Lesbia se iurat gratis nunquam esse futuram.
Verum est, cum futuri vult, numerare solet.

Et lib.9. in eandem:

Et lib.11. de Lesbia:

Idque potissimum faciunt deformes & anus, vel testimonio Aristophanis in Thesmophor.

ἢ δὴρά τις δίδωσι μοιχῶ γράς γυνή.

¶ Sed istis facillè parcere debemus, videntes alias multas, suis precibus & muneribus non contentas, vim quoque adhibuisse in eos, quos miserè amabāt, cum nullis precibus aut muneribus concubitum ab illis impetrare potuissent. Et inter alias plurimas vxorem Phutifaræ Aegyptij: Phædræ, de qua supra locuti sumus: Anthiam, siue Atheiam, siue etiam Sthenobcæam, Iobatis filiam, & Prætin Argiuorum Regis vxorem: Gidicam, de qua etiam supra locuti sumus: Auroram, Cephalum, de qua Pausanias lib.1. Hesiodi testimonio in carmine quod de mulieribus composuit. Et item Pausanias lib.3. & Ouidius lib.7. Metam. & de Arte amandi,

Nec Cephalus rosea præda pudenda deæ.

Et Athenæus lib.13. cap. vij. vbi eandem dicit rapuisse Clitum & Tithonem. Et Homerus lib. 15. Odyss. vbi eam dicit rapuisse Clitum pulchritudinis gratia,

Ἄλλ' ἦδ' ἔτι κλέϊον χρυσόθρονον ἠρπάζειν ἠὲς
—κάλλεο τινεὶσθ' οἶο.

Et aliam, de qua Ange. noster in l. j. C. de raptor. virg. De quibus & nos quoque locuti sumus in tractatu Retractuum tit. j. §. xx. gl. j. nu. 5. incip. secundum quam sententiam.

¶ Omitto eas, quæ vt suæ libidini indulgerent, nec liberis, nec parentibus, nec patriæ pepercit, rebus sacratissimis. Nam insidiis Eurydices illius, vxoris Amyntæ Regis Macædoniæ, aui Alexandri Magni, Alexander & Perdiccas eiusdem filij ob ipsum appetiti occubuerunt. Quam rem describens Iustinus lib.7. ita in eam exclamat: Indignum profus, libidinis causa liberos à matre vitæ priuatos. Scitum autem est in eandem sententiam illud Martialis lib.2. Epigr. in Gallam: cuius initium iam à nobis supra est relatum:

Cum placeat Phileros tota tibi dote redemptus,
Tres pateris natos, Galla, perire fame.
Præstaturo cano tantân' reuerentia cunno,
Quem nec casta potest iam decuisse Venus?
Perpetuam Dij te faciant Philerotis amicam,
O mater, qua nec Pontia dæterior.

Nam & Pontia Iuuenalis mentionem facit Saty. 6. quæ duos suos filios veneno sustulit, vt adultero nuberet:

—Sed clamat Pontia, feci,
Constitor, puerisque meis aconita parauit,
Quæ deprensa patent: facinus tamen ipsa peregi,
Tunc duos una, sauisissima vipera, cæna?
Tunc duos? &c.

¶ Callirrhoe filia Lyci Regis Lyciæ capta amore Diomedis Troia redeuntis, patrem prodidit vt Iubas rerum Africarum lib.3. tradidit, & ex eius autoritate Plutarchus in Parallelis, c. xlvj. Similiterque Byfaltia filia Regis Massylorum, Calpurnium Crassum iuuenem adamatū, patris à se proditi victorem fecit, vt Hestianax lib.3. Rerum Libycarum scripsit, eiusque autoritate Plutarchus in eo opere supra citato, c. xlvij. Scylla Nisi Megarensium regis filia, Minois amore capta, crines patris purpureos & fatales abscidit, atque ita & patrem & patriam perdidit. Hinc enim Nisus à Minoe victus & interemptus est, vt tradit Pausanias lib.1. quo Attica describit. Et Seruius in Virgilium lib.6. Aeneidos in eum locum,

Quid loquar aut Scyllam.

Et in Eglog. 6. eiusdem, & alij plurimi:
Ex quo illud Propertij lib.3.

Tuncque o Minoa venundata Scylla figura,
Tondens purpurea regna paterna coma.
Hanc igitur dotem virgo desponderat hosti.
Nise tuus portas fraude reclusit amor.
Filia purpureos Niso furata capillos, &c.

Et Ouidius de Arte amandi lib.1.

& lib.2. Tristium, ad Augustum:

Impia nec tragicos tetigisset Scylla cothurnos,
Ni patrium crinem desecuisset amor.

Et fufius libro octauo, Metamorph. in principio, vbi integram rei eius historiam recenset. Sed & Simus Poeta tradit Tarpeiam Gallis Capitolium prodidisse, cum illorum Regis amore capta esset: Quod & ex eo retulit Plutarchus in Romulo, vbi & illius carmen de ea re adscribit. Et Seruius enarrans illud Virgilij lib.8. Aeneidos:

Hinc

Que viros re puerint.

Que nec liberis, nec parentibus, nec patriæ pepercit.

Callirrhoe.

Byfaltia.

Scylla.

Tarpeia.

Hinc ad Tarpeiam sedem & Capitolia ducit, Aurea nunc, olim sylvestribus horrida dumis.

Licet eam historiam aliter habere tradat, vt inibi videre poteris, & nos alibi quoque retulimus, scilicet supra in iij. leg. connub. nu. 25. incip. huius autem. & 27. in Psellio. sed & Propertius quoque aliter lib. 4. in Fabula Tarpeiae. Nec absimiliter Pisidice filia regis Methymnae, Achilli, qui urbem Methymnam obsederat, amore illius capta, urbem ipsam prodidit: vt testis est Parthenius Nicænis Eroticorum c. xxj. Vti & Nanide Creusii filia, Cyro Persarum regi, illius quoque amore capta, Sardiorem arcem prodidit, apud Licinium Chyum Lyricum poetam, & Hermefianactem, & ex his ipsum Parthenium eiusdem operis c. 22.

115
Fœminis maior uoluptas in concubitu, quam uiris.

¶ Nec mirum uideri debet, si se mulieres libidinum Veneris foeditatibus, magis quam mares, adobruant: cum, vt scribit Auicenna lib. 9. de Animalibus, & iterum in 21. tertij. c. ij. & Haly Abbas in 6. Theoricæ, extensiuè duplicata est in fœmina cōcubitus voluptas: quia præter feminis motum, & orificij uulvæ (vt translatis uerbis utamur) in fugendo quoque nascitur oblectatio, uulua ipsa diuersimodè mota. Quod & Galenus insinuat lib. 4. de Morbis & symptomatis, & vt uulgò dicitur, de Accidenti, & morbo, cum scribit, partes genitales proprio quodam, & eximio sensu uoluptatis affici, in idque validissima esse præditas facultate, expultrice quidem genitalis feminis in masculistatū, in fœminis uerò & hac ipsa in testiculis, & seminariis uasis, & præterea attractice per totum uterum. Tiresias, qui utrunque sexū expertus erat, arbiter electus à Ioue ac Iunone de uoluptatis in cōcubitu quantitate contententibus, tres uoluptatis uincias in uiro, nouè in fœmina pronuntiauit: vt scribit Fulgentius lib. 2. Mythologicarū. Et eā rem graphicè descripsit Ouidius lib. 3. Metamorp. & nonnihil etiā eius rei meminit Lucianus, in Dialogo Menippi, & Tiresiæ, & in alio, cui titulus est, ἑρωτες, ubi tradit Tiresiam iudicasse mulieris delectationem toto gradu uirilem præcedere. Et Apollodorus, aliorum autoritate, De deorum origine lib. 3. ubi dicit, illum de nouem ac decem, quæ inter coeundū uoluptatis partes capiuntur, nouè mares, ac mulieres decem sentire iudicauisse. Esseq; vt ille subdit, qui illū Ioui ac Iunoni ita uersibus respōdiffe ferant,

Tiresia iudicium.

ἰὴν μὲν μοῖρην δέκα μοιρῶν τέρπειται ἀνὴρ,
τὰς δὲ δέκα ἑμπαίμπλοισι γυνὴ τέρπειται νόημα.

Parte una è denis mas partibus oblectatur:

At mulier solidum coitus capit ipsa decuncem.

Meminit item Iulius Hyginus Fab. c. 75. Inter Iouem, inquit, & Iunonem fuit iocosa altercatio, uter maiorem ex re uenerea uoluptatem caperet, masculus, an fœmina. De qua re iudicem Tiresiam sumpturū, qui utrunque erat expertus. Is cum secundum Iouem iudicasset, Iuno irata manu auersa eum excæcauit. At Iouis (ita enim loquitur) ob id fecit, ut septem ætates uiueret, uatèque præter cæteros mortales esset. Hæc ille. Cui concinens Ouidius in Ibin:

Qualis erat, postquam est iudex de lite iocosa
Sumptus, Apollinea clarus in arte senex.

Ex quibus & Iuuenalis Sat. 6. illud constanter affirmauit:

Vir nollet fieri: nam quantula nostra uoluptas?

Et rursus satyr. 11.

-- Maior tamen ista uoluptas

Alterius sexus.

Et id quoque, quod diximus, è Medicis, præter eos, quos citauimus in prin. huius uersu. asserit Petrus Aponensis in Conciliatore, differ. 34. & in Comment. Problematon Aristot. lib. 4. c. xv.

116
Qui contra tenuerunt.

¶ Quamquam Hippocrates, aut, vt placet Galeno. Polybus in libro περὶ γυναικῶν, id est, de genitura, contra asserit, uirum scilicet in coitu maiore uoluptate affici. Semen enim uiro concussu uoluptatiore, quam fœminæ, ab humore repente fecerni, ob eamque causam uirum impensius delectari. At Gorræus Parisiens. Medicus impensè doctus, qui eum librū eleganter, & fideliter in Latinum traduxit in annotationibus eiusdem. Tametsi, inquit, maribus semē calidius, acrius, copiosiusque inest, motuque ipsi maiore, quam fœminæ, in coitu concutiuntur, plusque multo caloris, & spiritus obtinent, quamobrem ex his maior esse maris quam fœminæ uoluptas uideri possit: tamen in fœmina alia priuatim considerare oportet, quæ inter præcipuas, & potissimas uoluptatis uenereæ causas esse possunt. Siquidem eius uterus magno uirilis feminis desiderio tenetur, ipsumque mirum in modum appetit, & attrahendo, fugendo, concipiendoque impensissimè delectatur. Est enim ea in re uterus uentriculo similis. Sicut enim iste suauibus cibis, potibusque gaudet, eosque auidissimè amplectitur, ita ille semen amat, habetque gratissimum.

117
Virgines maxime in Venere prone, dum dulcius esse putant, quoque nesciant.

¶ Maxime autem uirgines feruntur prone esse in Venere, utpote quæ magis expetant eā uoluptatem experiri, cuius hætenus fuerunt expertes, vt scribit D. Thomas in 4. sent. & Anto. Flo. in 2. parte Summæ, tit. v. prout retulit è nostris Matthæ. Afflic. in cōstitutione Siciliæ, cuius initium est, si quis rapere. col. 2. uersu. sed quæro quæ est ratio. Et ante hos Hieronymus in libello, de Virando suspecto cōtubernio, Libido, inquit, in uirginibus maiorem famè patitur, dum dulcius esse putat, quod nesciunt. Quem loco nō designato citat, & sequitur gl. in c. uduas, le j. in uerbo, vsæ sunt. 27. q. j. ubi & rex, hoc claculum innuit. Et in eam sententiā Hiero. ipse ad Gaudentiū, de Pæculula infanula educatione, scribit, eos facilius libidine carere, qui aliquando experti sunt corporis uoluptatē, quam eos qui à pueritia libidine nesciunt. Ab aliis enim nota, calcari, ab aliis ignota appeti.

appeti. Illos vitare pœnitendæ suauitatis insidias: hos carnis illecebras, dulci titillatione corporis blandientes, dum mella purant, uenena noxia reperire. Et huc pertinere potest, quod scribit Matthæus Afflic. in c. j. §. item si fidelis. col. ij. uersu. scias tamen. tit. quib. mod. feu. amit. magis peccare uiduam stuprando, quam uirginem, ueluti minus sollicitetur uirga, quam uirgo: ideoque magis peccat, iuxta ea quæ diximus supra in Leg. Connub. 2. nu. 28. incip. sed quid tantum, licet ipse Matthæus aliis rationibus moueatur.

118 ¶ Verum idem Hieronymus ipse, non semel cōtrarium non obscurè scripsit. Nam ad Gerontiam de Monogamia, Certè, inquit, multo laboriosius est, eo non frui, quod habeas, quam desiderare quod amiseris: unde & uirginitas in eo facilius est, quod carnis incentiua non norit, & uirginitas in eo sollicitior (aut, vt alij legunt, felicior) quod præteritas animo recolit uoluptates. Et iterum lib. 1. contra Iouinianum, loquens etiam de uidiis: Quantoque est maior difficultas expertæ quondam uoluptatis illecebris abstinere, tantò maius est præmium. Rursumque ad Celantiam de institutione matris familiaris, loquens de uida quadam pudica, Magni, inquit, hoc animi signū, & perfectæ uirtutis indicium est, renuntiare expertæ uoluptati, fugere notas carnis illecebras, & calentis adhuc ætatis flammæ, fidei amore restinguere. Et ante Hieronymum Tertullianus lib. 1. eorum, quos ad uxorē scripsit: Quanti (inquit) est uirga ipsa, cuius assertor Dominus disputauit: Non tantum uirginibus datū opinor, licet in illis integritas solida, & tota sanctitas de proximo uisura sit faciem Dei. Tamen uirga habet aliquid operosius, quia facile est non appetere, quod nescias, & auerfari, quod desideraueris nunquam. Gloriosior continentia, quæ ius suū sentit, quæ quid uiderit, nouit. Poterit uirgo felicior haberi, at uirga laboriosior: illa, quod bonum semper habuit: ista, quod bonū sibi inuenit. In illa gratia, in ista uirtus coronatur. Et huius quoque sententiæ fuisse uidetur Diuus Ambrosius statim in initio libri de uidiis, scribens uidas, cum uiro castū cubile custodiunt, documento uirginibus esse integritatem Deo esse seruandam. Et propemodum (inquit) non inferioris uirtutis est, ab eo abstinere coniugio, quod aliquando delectauerit, quam coniugij oblectamenta nescire. Et Timotheus Episcopus lib. 1. eorum, quos ad Ecclesiam catholicam scripsit, loquens de coniugibus continentiam professis: Quomodo (inquit) ad se pertinentiam aliis addicant, qui se ipsos sibi denegant? Tam noua enim uirtute præditi, concessasque, & quod maius est, expertas corporum uoluptates admirabilis continentia autoritate calcantes, &c. Et è nostris glo. in c. ij. in uerbo, facilius, de pœni. dist. iij. cum dicit, esse facilius seruare uirginitatem, quam post corruptionem, carnis seruare continentiam. Et hoc quoque multis probat & confirmat Ioan. Gerfon non omnino malus autor, in lib. de Coelibatu uirginum, cap. 3. Et hanc item partem fulcit Aristot. lib. 7. de Historia animalium, c. 1. Voluptatis (ait) qua olim gestirent, memores, desiderio mouentur præteritæ contrectationis. Et Andr. Alcia. in l. malum. §. uiduam. in fine. ff. de uerb. signi. Nam difficilior (inquit) his est quæ illicium Veneris expertæ sunt. Et huc quoque respicit illud Virgi. lib. 3. Georg.

Alij ediuerso corruptas me mores pristinae uoluptatis.

Atque ubi concubitus primos iam nota uoluptas Sellicitat.

119 ¶ Sed utrunque sit, illud certè minimè dubium est, puellas recenter stupratas, coitus esse appetentiores, quia nondum per ætatem in iis est multum humoris spermatici. Ideoque nihil, aut certè minimum, ex eo emittunt in concubitu. Hinc fit, ut quantò magis coeunt, tantò quoque magis appetant: nempe quia per Venereis humor attrahitur, sed non emittitur. Cum autem attrahitur, calor simul, & uentositas generatur: quæ res maximè coitum stimulant. Item cum earū meatus sint adhuc angusti, is humor quantuluscunque in eis est, non facillè labitur. Ideoque titillatione illa uenerea admodum oblectantur, quod possint huiusmodi humorem expellere, ut scierit deseruit Petrus Aponensis maximus sua tempestate Philosophus, in commentariis in Aristotelis problemata lib. 4. c. 26. monens propterea parentes, ut filias eo tempore diligenter custodiant: & alias quoque eius rei adfert rationes, quas illic uidere omnibus promptum est. At ipse Aristoteles lib. 7. de Historia animalium, cap. 1. suadet etiam puellas tum maximè custodiendas esse, cum menses habere incipiunt: tunc enim præcipuè ad usum rei uenereæ incitari. Sed & illud ibi subiungit, eas quæ admodum puellæ concumbunt, libidinosiores per totam ætatem euadere: meatus enim laxari: reddiq; eo corpus lubricum. Quod & ipsum tradit Galenus ad fin. lib. 6. de Locis affectis. Et idem propè dixerat idem Aristoteles lib. Politicōn 7. c. 16. dum scribit, ad cōtinentiam uile esse, nuptias fieri feriores: intemperantiores enim esse uidentur, cum puellæ Venere assuescunt: quod & nos alibi retulimus. Huic autem, quod de custodia huiusmodi puellarū illi scribunt, concinit illud Eccles. 42. c. Filia patris abscondita est uigilia, & sollicitudo eius aufert somnum, ne fortè in adulescentia sua adultera efficiatur. Et paulò post: Super filiā luxuriosam confirma custodiam, ne quado faciat te in opprobriū uenire inimicis. Ex quo est & illud Alciati nostri Emble.

Puellas recenter stupratas coitus appetentiores.

Vera hæc effigies innuptæ est Palladis: eius
Hic draco, qui dominae constitit ante pedes.
Cur diua comes hoc animal? custodia rerum
Huic data, sic lucos templaq; sacra colit.
Innuptas opus est cura asseruare puellas
Peruigili, laqueos undique tendit amor.

Puella tū custodienda, cū menses incipiunt. Libidinosiores euadere, quæ puellæ concumbunt.

120 ¶ At potissimum mulieres grauidæ, cuiuscunque ætatis sint, concubitum appetunt magis, & magis quidem, quam quæ uentrem non ferunt. Tunc enim conceptū semen neruos mouet, & inde

Fœminas grauidas cōcubunt.

sum maximè appetere. An tamè illud verum sit.

confricationis ardor innascitur, vt Alberto Magno, libr. de Animalibus, & aliis plerisque placere video. Sed his apertè repugnat Aristoteles maximus rerum naturæ professor, libro Problematon 10. cap. 47. quo in loco, Quæ, inquit, grauidæ esse cœperunt, minùs auidæ Veneris euadunt, menstruæ purgationes nullæ præterea veniunt. Vbi & ipse Aponensis illi subscribit, dicitq; id potissimum obtinere, si mulier marem vtero gerat. Idem quoque tradit Aetius Terrabil. 4. Sermone 4. cap. 8. Cæterum Mattheus à Gradibus, Medicus & Philosophus non penitendus, con. rei medicæ 80. cuius caput est, Clarissime Doctor, refert quandâ nobilem mulierem, cum prægnans non erat, in furias magna coeundi cupiditate rapi solitam: postquam verò concepisset, ab ea passione liberari. Hucq; accedit, quod scribit Plutarchus in libro de tuèda bona valetudine, mulieres grauidas veneficis vri, quibus abortum faciant, scetumq; perdant, vt rursus impleantur, ampliusque voluptuentur. Ego verò, vt hos in concordiam reducam, puto vtrasque & prægnantes, & vacuas, huius rei esse auidissimas, vt vix dignosci queat, vtræ audiores sint.

121 Fœminas steriles maximè libidinosas esse.

¶ Constat autem mulieres steriles, præ cæteris esse libidinosissimas: quia cum non satis expurgentur, plurimo illas spermate abundare necesse est. Hoc enim, vri in maribus non excretum, vehemens coeundi desiderium excitat, ita in fœminis id ipsum efficere natum est. Nec id quidem abs re fieri. Menstruas enim fluxiones excrementorum spermatis cuiusdam esse egressionē, cum aliud nihil, quàm non bene coctum semen, sint hæ menstruæ superfluitates. Ideo quæ multipara animalia sunt, cum crebro foetu excernant id superfluum, atque eo modo abundè copiosèq; expurgentur, continentiora non immeritò existimantur. Quod à Nicolao Leonico Thomæo, rerum naturalium doctissimo interprete, quæstionum quoque naturalium cap. 60. proditum est. Sed quod accepisse videtur ex Aristotele, lib. 4. de generatione animalium, cap. 5. licet subriceat.

122 Militum uxores.

¶ Sed quod ad ordinem siue statû pertinet, satis constat, vxores eorû, qui militiam ac bella sequuntur, maximè impudicas esse. quod & nostris legibus proditum est. I. si quondam. & I. quamuis. C. de adulte. Nam & legimus, Clytemnestrâ Agamemnonis vxorē, Aegialem, aut, vt alij vocât, Aegialiam, Diomedis illius Aetolæ regis vxorē. Et aliam Cimonis illius Miltiadis filij vxorē, Metellam Syllæ, Pompeiam Tertiam Cæsaris, Mutiam Pompeij, Clodiâ & Seruiliam vxores Luculli, alterâ Clodiam Metelli, Apuleiam, ni fallor, Lepidi, Iuliam adulteris famosam Septimij Seueri Imperatoris Romani, summorû bellatorum, aliorû se libidinis fœdè polluisse. Agamemnonis vxori testimonium omnes perhibent, suntq; in eam rem multæ Tragœdiæ & Latinæ & Græcæ. Diomedis Lycophronem, & eius autoritate interpretè Homeri lib. 5. Iliados, vbi & id ipsum satis declarat idem Homerus. Seruum in lib. 8. Aeneid. statim post principium, & iterum in lib. 11. Aeneid. eo loco,

Inuidisse deos.

Syllæ, Cæsaris, Pompeij, Luculli, Diuus Hieronymus in Iouinianum lib. 1. c. 39. & præterea Syllæ & Pompeij Plutarchus in Vita eorum, itemq; ipsius Cæsaris. Asconius Pedianus, & Suetonius in vita illius cap. 6. & ante hos Cicero lib. 1. Epistol. 9. Rursusq; ipsius Pompeij Suetonius in Vita Cæsaris, c. 50. & Asconius Pedianus in Argumêto orationis Ciceronis pro M. Scauro. Et Luculli ipse Cicero lib. 1. Epistol. 15. & Plutarchus in Vita illius. Et iterum in Vita Catonis Vticensis. Tum item ipsius Pompeij ipse Pedianus, & Suetonius in Vita Cæsaris, & non nihil Tullius, vbi suprâ. Q. Merelli ipse Tullius in oratione pro Cælio, in qua illam Clodiam, P. Clodij sororem miris impudicitia contumelis aspersit. Ea autem eiusdem Metelli vxor fuit, vt patet ex eodem Tullio Epistol. Fam. lib. 5. Epistol. 2. & Quadrantaria dicta fuit ex historia, quæ illam maximè impudicam fuisse ostendit: quam eleganter narrauit Plutarchus in Vita Ciceronis. Et denique Lepidi Plutarchus in Vita Pompeij: vbi & illud scribit, quod postquam ipse Lepidus Italiam subegit, & Sardiniam occupauit: morbo interiit, mœstior quod in literulam quandam incidit, ex qua adulteram vxorem cognouit. Septimij Seueri, Aelius Spartianus in vita illius.

123 Absentia maritorum uxores impudicas facit.

¶ Siue id facit longa maritorum, tantisper dum in bellis peregre occupantur, absentia: siue etiam ipsorum virorum in alienas mulieres, per vxorum absentiam impudicitia. Nam de primo illud est Propertij lib. 3. Eleg. 11.

Quantum oculis, animo tam procul ibit amor. Ex quo Ouid. li. 2. de Arte amandi illud monet;

Sit mora tuta breuis, lentescunt tempore curæ.

Vanescitq; absens, & nouus intrat amor.

Dum Menelaus abest, Helene, ne sola iaceret,

Hospitis est tepido nocte recepta sinu.

Quod confestim exmplo probat:

Amicitias absentia solui, aut minui. Proverbium.

Aristoteles enim lib. 8. Ethic. ad Nicomachum, c. 5. tradit obliuionem amicitia ex diuturniore absentia induci. Nam ita propemodum scribit: ἐὰν δὲ χρόνιος ἢ ἀπρῶτος γένῃται, καὶ τὸ φίλιος δοκῇ ἢ ἀπρῶτος λήθῃ, ὅθεν εἰρησὶα πῶς δὲ φιλίας ἀπροσμελέα διέλυσεν. Id est, Quod si diuturna fuerit absentia, videtur & amicitia obliuionē adferre: vnde dictum est illud, Multas amicitias silētium diremit. Cæterum omnibus nota est Scytharum histo. ab Herod. relata li. 4. in prin. qui cum bello Cimmericos persecuti fuissent, eoq; bello octo & viginti annos peregre abfuissent, eorum interim vxores eorû seruis sese commiscuerunt: ex quorû concubitu progeniti liberi Scythas reuertentes abigere conati sunt. Hucq; etiâ spectat illud poëtæ cuiuspiam innominati relatû ab Athenæo li. 5. c. 1.

ὁ γὰρ συμποσίοισι φίλους ἀπέχεσθ' ἐπαίρους ἀπρῶτον, ἀνάμνησις ἢ πῶς λείπει χαριστῆν αὐτῆν.

Non

Non diu, &c.

Vide Erasmi Chil. 2. Cent. 1. c. 26.

¶ Quod autem ad secundum pertinet, idem Aristoteles lib. Politi. 2. c. 7. tradit eos, qui primi fabulati sunt, nõ irrationabiliter Venerè Marti coniunxisse. Nã omnes huiusmodi homines proni sunt ad mulierû, vel etiam mariû concubitus. Eius enim hæc verba sunt: εἰσὶνε γὰρ ὁ μυθολογῆσας πρῶτος ἐκ ἀλόγως συζεύξαι τὴν ἀφροδίτην. ἢ γὰρ πρὸς τὴν ἠφ' ἄρ' ἔντων ὀμιλίαν, ἢ πρὸς τὴν ἠφ' ἄρ' ἔντων φάσιν, καὶ ταύτων οἱ τοῖστοι. Hincque est etiam illud Arnobij lib. 3. aduersus gentes: Etiamne militaris Venus castrensis flagitiis præfides: Eorum igitur vxores ob id infensæ (quod de ipsa Clytemnestra Agamemnonis dicemus postea in 13. Lege connubiali, nu. 35. incip. caueat) aliorum quoque virorum concubitus sectantur. Nihil enim est omnium rerum, quod eas magis impudicas faciat, quàm ipsorum maritorum impudicitia, vt & inibi, & num. seq. ostendemus.

Milites uenere rei.

¶ Verum (quod apud omnes in rem iudicatam transit) omnes fœminas cuiuscunque ætatis, siue virgines sint, siue mulieres, siue vtero gerant, siue non gerant, ætate potissimum, Veneris audiores esse constat, viros contra hyeme, sicuti ab Hesiodo lib. 2. eius operis, cui est titulus, ἔργα καὶ ἡμέραι, scriptum est illis versibus:

—Θέρως καματώδ' εὖς ὄρη

μαχλότα δὲ γυναικες. ἀφαιρότατοι δὲ τοὶ ἄνδρες εἰσιν, ἐπεὶ κεφαλὴν, καὶ γόνατα Σείριος ἀΐει.

—Flagranti temporis æstu

Fæmineo Venus est vsu magis effera sexu,

Mitior illa viris, & sæpe accita relanquet.

Fœminas ætate, viros hyeme coitus appetentiores.

Quod & repetit Aristoteles lib. Problematon 4. cap. 26. & iterum cap. 29. rursusq; lib. de Histor. animalium 5. c. 8. Et Plinius lib. 10. c. 63. Huiusq; rei rationem reddit Aristoteles illo priore loco, quoniam natura calidæ præ nimio calore æstiu temporis æstuant, collabunturq;: frigidæ verò refouentur, & vigent. Est autem vir calidus, & siccus, mulier frigida humidatq;: ergo virorum tunc vires infirmitantur, mulierum verò corroborantur: & vigent per compensationem qualitatis contrariæ. Posteriori quoq; loco idem fermè scribit, quia videlicet viris calidior natura est, & siccior: mulieribus contra frigidior, & humidior. Ideoq; illis humor, & calor satis cupiditatem Veneris hyberno tempore accendere queunt, quibus ex rebus semen oriri certum est. Mulieribus autem, & calor minor, & humor concretus propter caloris inopiam tunc est. At per ætatem, mulieribus ipsis calor modicus, viris largior, quàm satis est. Nimius autem vires frangit atque dissoluit. Quod hinc videre licet, quod pueri per ætatem tenuiores redduntur, nimirum quia ignis igni additur. Sed & eandem rationem affert Io. Grammaticus in enarratione illius loci Hesiodi, nisi quod eam dilucidius adscribit, Græcè quidem, sed in hunc sensum: Nam mulieres ætate, cum sint humectata natura, & multò frigidiores, quàm viri, Solis vi & æstus ad temperiem rediguntur, eliquato scilicet ac digesto, quod ex humectatione proflebat. Viris autem innata siccitas ætate plurimum augetur. At hyeme contraria omnia fiunt. Nam viri humectatione ad temperiem rediguntur, mulieribus in diuersam affectionem abeuntibus.

Fœminas, florente scolymo, Veneris auidissimas, viros contra.

¶ At illud certè mirum est, modò verum sit, quod Plin. lib. 22. cap. item 22. ex Hesiodi, & Alcæi, & veterum Poëtarum testimonio scribit, florente scolymo herba (alij Limonium appellant, estq; species cardui) mulieres libidinis auidissimas esse, viros autè contra in coitum pigerrimos, veluti prouidentia naturæ hoc adiumento tunc valentissimo, vt ille tradit. Ego verò naturam accusare, nec ausim nec velim: sed fortè consultius prouidisset, si & æquales ignis stimulos, viresq; in Venerem vtrique sexui eodem tempore tribuisset, vt alter alterius ope commodius subleuaretur.

Fœles fœminæ salaces.

¶ Cæterum vt hoc caput de mulierum libidine finiam, illud possum dicere de omnibus fœminis, quod Aristoteles lib. 5. de Natura animal. c. ij. de felibus tradit, scilicet fœminas eius generis natura libidinosas esse, & salaces: maresq; ad coitum ipsas frequenter allicere, inuitare, cogere: punire etiam, nisi lubenter pareant. Quod item de muribus nõnulli tradunt, & in his Aelianus in Historia Animalium, lib. 12. c. 10. murem fœminam ait maiore Veneris rabie flagrare, ideoq; Epicratem Ambraçiotem, mediæ Comædiæ Poëtam, in Poëmæte, quod Chorus inscribitur, ita cecinisse:

Postremo subiit detestabilis lena,

Deierans per Dianam esse vitulam,

Esse virginem, esse puellam nondum domitam.

At illa murina erat.

Mus fœmina libidinosissima.

Qua hyperbole salacissimam fuisse significat. Et de vacca idem Aelianus eiusdem operis lib. 10. cap. 27. quo tradit Aegyptios vaccam ideo venerari, quod affinitatem cum Venere habere existimetur. Nam id animal tanto impetu in Venerem incitatur, vt cum maris vocem audit, ad coitum vehementissimè inflammetur.

Et vacca.

¶ Satis ergo probatum est, mulieres esse admodum luxuriosas. Ex quo & illud proficiscitur, quod cum præcipitatio, inconstantia, amor sui, & desperatio sint ex numero filiarum luxuriæ, sicuti à Gregorio quoque, & Neotericis Theologis scriptum est, idcirco & mulieres his maximè vitis vitro sunt quodammodo obligatæ: Eas enim esse maiorem in modum præcipites, testimonio est Seneca in Hippolyto iniquens:

Quid sinas inuicem fœmina præceps furor?

Mulieres præcipites.

Et apertius Valerius ad Rufinum inter epistolas Diui Hieronymi: Infani capitis, & præcipitis est fœmina, indeliberata semper voluntate, præcipuum arbitratur, quod vult, & quod non expedit. Et Iuuenalis Satyr. 6.

— & rabie iecur incendente feruntur

Præcipites.

129
Mulieres in-
constantes, ut
vix, leues.

¶ Item inconstantes, varias, leues, vagas, mobiles, instabiles, mutabiles esse mulieres (quod non admodum distat à præcedenti) probat illud Virgilianum lib. 4. Aeneidos:

— Varium & mutabile semper

Fœmina! quod vsurpauit Summus Pontifex in cap. forus. ad fi. extrâ de verb. signifi. vbi glo. ver- sus quosdam vulgares in eam ipsam adducit sententiam. Et ad id optimè facit tex. in l. filia in or- bitate. C. de inoffi. testa. ibi, nec ex momentariis voluntatibus matris, & ibi Doct. qui eum text. ad id not. sicuti & Ioan. Fab. in l. vlti. C. de iur. & fac. igno. Ea autem lex loquitur de matre quapiam, quæ filiam nuptui tradiderat genero à se delecto, moxq; eius matrimonij nulla iusta causa pœni- tuerat, sollicitabatq; filiam de faciendo diuortio, ita vt filia ex momentariis voluntatibus matris cogereetur esse nupta simul & vidua. Cuius rei simile exemplum habes apud Terentium in He- cyra, vbi Laches alloquitur Sofratram vxorem:

Tuos esse illi mores, morbum magis, quam vllam aliam rem arbitror:

Et merito adeo: nam vestrarum nulla est, quin gnatum velit

Ducere vxorem: & quæ vobis placita est, conditio datur.

Vbi duxere impulsu vestro, vestro impulsu easdem exigunt.

Ex quibus etiam intelligis, id perpetuum esse omnibus mulieribus. Sed & huc spectat alius text. in c. de viduis. le. ij. xxvij. q. j. in illis verbis, sexus fragilis atque instabilis.

130
De eadem re.

¶ Propterea Elegorum facillè princeps Tibullus lib. 3. sic scribit, cum de muliere loqueretur,

Sed flecti poterit, mens est mutabilis illis.

Et Terentius in Phormione, Mulieres, inquit, sunt fermè, vt pueri, leui sententia. T. Liuius quo- que scribit, animum mulierum esse paruis rebus mobile: cuius hæc verba sunt ex libr. ab Vrbe condita 6. Cæterum is risus stimulos paruis mobili rebus animo muliebri subdidit. Et alibi, vide- licet lib. 4. Belli Macedonici: Virorum (inquit) hoc animos vulnerare posset, quid muliercularum censeris? quas etiam parua mouent. Propertius item lib. 1. ad Gallum:

Non est illa vagis similis collata puellis.

Et lib. 2. ad Meccœnatem:

Si memini, solet illa leues culpæ puellas.

Et alibi animos fœminarum anteponi mobilitati Syrtium ventis agitararū, & leuitati foliorum:

Non sic incerto mutantur flamine Syrtis.

Nec folia hyberno tam tremefacta Noto:

Quam citò fœminea non constat fœdus in ira:

Sive ea causa grauis, sive ea causa leuis.

Sed & Horatius lib. Car. 1. Ode 5. Mulierum instabilitatem, auram vocauit.

— Nescius aura Fallacis, & cætera.

Nec defuit huic sententiæ Ouidius, qui lib. 2. de Arte amandi, Parua (ait) leues capiunt animos, scilicet mulierum, de quibus loquitur. Et alibi lib. 2. Elegiarum:

Verba puellarum foliis leuiora caducis,

Irritaq; vt visum est, ventus & aura ferunt.

Et Iulius Titus Calphurnius Siculus in Bucolico carmine Ecloga 3.

Mobilior ventis o fœmina.

Modestius verò Solomon, qui non mobiliorem ventis fœminam dicit, sed eam illis omnino simi- lem facit, scribens Prouerb. 27. Qui tenet eam, quasi qui ventū teneat. Seneca grauisissimus autor, ad Gallionem de Remediis foruitorū: Nihil (inquit) tam mobile, quam fœminarū voluntas, nihil tam vagum. Apuleius quoque lib. 1. Meta. scribit leuitatē esse genuinā mulieribus. De qua re quo- que Aesopus festiuissimus Apologorū scriptor, apud Planudem κέφου (inquit) τὸ τῆς γυναικῶν ἔστι φύλον, id est, Leue fœminarum est genus. Quin & D. Hieronymus, si is est (vt scriptores ec- clesiasticos non præmittamus) in epistola ad Demetriadem: Quotò magis in fœminis, quarum mutabilis fluctuansq; sententia, si suo arbitrio relinquatur, citò ad deteriora delabitur. Hinc exiit vetus illud apud Festum prouerbiū, Nec mulieri, nec gremio credi oportere: quod & illa incerti, & leuis animi est: & plerunq; in gremio posita, cum in obliuionē venerunt, exurgentibus procidunt. ¶ Sed vis interim audire exemplum memorabile leuitatis, simulq; impudiciæ muliebris? Id cer- tē nobis suppeditabit Petronius Arbitrator: Matrōna (inquit) Ephesi tam notæ erat pudiciæ, vt vi- cinarum quoque gentium fœminas ad spectaculum sui euocaret. Hæc cum virum extulisset, non contenta vulgari more funus sparsis prosequi crinibus, aut nudatum pectus in conspectu frequentiæ plangere, in conditoriū etiam profecuta est defunctum, positumq; in hypogæo, Græ- co more, corpus custodire, ac flere totis noctibus diebusq; cœpit. Sic afflictantem se, ac mortem inedia persequentem, non parentes potuerunt abducere, non propinqui: magistratus vltimò re- pulsū abierunt: complorataq; singularis exempli fœmina ab omni quintum iam diem se alimen- to subtrahebat. Afsidebat ægræ ancilla, lachrymas commendabat lugenti, & positum in monu- mento

Prouerbiū.

131
Muliebris le-
uitatis exem-
plum memora-
bile.

mento lumen reuocabat. Vna igitur in tota ciuitate fabula erat, solum videlicet affluxisse verum pudicitæ amorisq; exemplum, vt omnes omnis ordinis confitebantur: cum interm Imperator provincie latrones iussit crucibus affigi, secundum illam casulam, in qua recens cadauer matrona desiebat. Proxima ergo nocte, cum miles, qui crucem seruabat, ne quis ad sepulturam corpus de- traheret, notasset ibi & lumen inter monumenta clarius fulgens, & gemitum lugentis audisset, vitio gentis humanæ concupiit scire, quis aut quid faceret. Descendit igitur in conditoriū, vifaq; pulcherrima muliere, primo quasi quodā monstro, infernisq; imaginibus turbatus, substitit: deinde vt corpus iacentis conspexit, & lacrymas considerauit, faciemq; vnguibus sectam, ratus scilicet id quod erat, desiderium extincti non posse fœminam pati, attulit in monumētum cœnulam suam: cœpit hortari lugentem, ne perseueraret in dolore superuacuo, ac nihil profuturo gemitu pectus diduceret. Omnium eundem esse exitum, sed & idem domicilium, & cætera, quibus exulceratæ mentes ad sanitatem reuocantur. At illa ignota consolatione perclusa, lacerauit vehementius pe- ctus, ruptosq; crines super pectus iacentis imposuit. Non recessit tamen miles, sed eadem exhor- tatione tentauit dare mulierculæ cibum: donec ancilla vini certè ab eo odore corrupta, primùm porrexit ad humanitatem inuitantis victam manum, deinde referta portione & cibo, expugnare cœpit dominæ pertinaciam. Et quid proderit (inquit) hoc tibi, si soluta inedia fueris: si te viuam se- pelieris: si antequam fata poscant, indemnatum spiritum effuderis: id cineres, aut manes sepultos credis sentire? Vis tu reuiuiscere: vis tu discusso muliebri errore, quam diu licuerit, lucis commo- dis frui: ipsum te iacentis corpus commouere debet, vt viuas. Nemo inuitus audit, cum cogitur, aut cibum sumere, aut viuere. Itaque mulier, aliquot dierum abstinentia sicca, passa est frangi per- tinaciam suam, nec minùs auidè se repleuit cibo, quam ancilla quæ prior victa est. Cæterum sci- tis, quod plerunque soleat tentare humanam mentem satietas: quibus blanditiis impetrauit miles, vt matrona vellet viuere, iisdem etiam pudicitiam eius est aggressus. Nec deformis aut infacun- dus iuuenis castæ videbatur, conciliante gratiam ancilla, ac subinde dicente:

— Placitōne etiam pugnabis amori?

Nec venit in mentem, quorum confederis aruis?

Quid diutius moror? ne hanc quidem partem corporis mulier cōtinuit, victorq; miles vtrunque persuasit. Latuerunt ergo vnà, non tantum illa nocte, qua nuptias fecerunt, sed postero etiam ac tertio die, præclusis videlicet conditorij foribus, vt si quis ex agnatis cognatisq; ad monumentum venisset, putasset expirasse super corpus viri pudicissimam vxorem. Cæterum delectatus miles & forma & secreto, quicquid boni per facultates poterat, cōtēmebat, & prima statim nocte in monu- mentū ferebat. Itaque cruciati vnus parentes, vt viderunt laxatam custodiā, detraxere nocte pen- dentem, supremoq; mandauerunt officio. At miles circumscriptus, dum residet, vt postero die vi- dit vnā sine cadauere crucem, veritus supplicium, mulieri, quod accidisset exponit: nec se expe- ctaturum iudicis sententiam, sed gladio ius dicturū ignauie suæ. Commonet ergo, vt illa perituro, locum & fatale cōditorium familiari ac viro faceret. Mulier non minus misericors, quam pudica, Nec istud Dij (inquit) sinant, vt eodem tempore duorum mihi charissimorum hominum duo fu- nera spectem: malo mortuū impendere, quam viuum occidere. Secundum hanc orationem iubet ex arca corpus mariti sui tolli, & illi cruci, quæ vacabat, affigi. Vfus est miles ingenio prudētissimæ fœminæ, posteroq; die populus miratus est, qua ratione mortuus isset ad crucē. Hactenus Perron.

132 ¶ Quin (vt ad nostros redeamus) Accursius in l. j. C. de confir. tut. dicit mutabile esse mulierū con- silium. Bald. autem in l. vlti. col. iij. versic. & dic quod mulier. C. de suis & legi. inter cæteras causas, propter quas mulier repellitur à successione feudi, ponit & lubricitatē voti. quia (inquit) ter mu- tatur in hora. & sequitur Iac. à San. Georgio in tract. feudorum, col. vj. versic. item quæro, Marchio. Et hanc quoque rationem adfert Nicol. Neap. & post eum Iac. Aluar. in §. & quia. col. vlti. titu. de his qui feud. dar. pos. Nam Vassallus (inquiunt) debet esse cōstans, per c. j. tit. de no. for. fid. Id quod mulier præstare non potest. Glof. quoque in c. indemnitatibus. §. si autem nulla. in verbo, diuertat, de elect. lib. 6. rationem reddens, cur moniales eligentes publicato scrutinio, si diuernerint ad actus extraneos, non iam possunt ad illam accedere, quæ maiorem partem conuentus numero habet, vt ibi cauetur, licet fecus sit in electione Papæ. Quoniam maior (inquit) constantia est in viro, quam in muliere, quod postremum etiam affirmat Alberic. in l. in multis D. de stat. hominum.

133 ¶ In quam etiam sententiam Philip. Dec. consi. clxij. in causa matrimoniali, col. pen. versic. xix. non obstat, pulchrè dicit, quod licet aliquis non præsumatur repente voluntatem mutare. l. non ad ea. ff. de condi. & demon. & c. maiores. extra de baptif. ideoque suspectus est testis, qui deponit de subita voluntatis mutatione: quoniam in testibus respicitur, quod verisimile est. c. quia verisimile. vbi Panor. de præsumpt. cum si istud tamen cessaret, si deponeret de repentina voluntatis mulie- ris mutatione, per tex. in d. c. forus. quod not. quia fortè alibi non legisti. Quamquam Carol. Rui- nus in eadem facti specie consultus, & respondens consi. Decij, vt planū est ex vtroque, licet eum non nominet, consi. clj. gratissimum. col. iij. versic. tertio fuit dictum, lib. 5. ex diametro tenet contra rium. Nam licet (inquit) mulier sit viro mutabilior, non tamen sequitur, quin in eā habeat locum leges dicentes, non præsumi mutationem repentinam voluntatis. Ego verò id arbitrio boni viri relinquo, inspecta qualitate negotij, personarum, & aliis verisimilibus.

134 ¶ Dy. quoque in tract. de quæstionibus, versic. quo ordine sit habenda, scribit, quod cum ij primùm

Itexum de fœ-
minarum mo-
bilitate.
Mulier à seu-
do repellitur.
ob inconstan-
tiam.

Voluntas non
presumitur re-
pente mutata.
Nisi in fœmi-
na.

Fœmina prius torquenda, quam mares.

sint quæstioni subiiciendi, à quibus veritas facilius eruitur. l. j. iuncta l. vnus. in princ. ff. de quæst. idèo prius sunt fœminæ, quàm mares, torquenda, vt quæ celerius fatebuntur, cum habeat cor momentaneum, & instabile. Allegat d. l. filia. C. de inoffi. testa. & idem eadem ratione scribit Guido Suza. in tract. de quæstio. col. iij. vers. quo ordine. & ibi Ludo. Bolo. in addi. & Albert. Gan. in trac. de malefi. in rubrica de quæstio. & tormentis. col. ij. vers. nunc videndum est. Ang. etiam in trac. malefi. in verbo, fama publica, col. xxxiij. vers. nunc videamus de tortura, in paruis, & Paris de Pute. in tract. de Syndicatu, in verbo, fortuna. §. viso de iudiciis. circa medium. & Philip. Deci. in l. fœminæ. col. vj. vers. xxij. ff. de regul. iur. Fran. Brunus in tractu de iudiciis & tormentis, char. xij. col. iij. & Hippo. Marsil. in l. j. in princ. col. pen. ff. de quæstionibus.

135 Mulierum in tormentis constantia. Leana meretricis constantia.

Quorum tamen sententia fortassis quibusdam poterit videri non vera, ob iam sæpius perspectam compertamq; mulierum in tormentis constantiam. Commendatur enim historicorum monumentis Leana meretrix, quæ vsque ad mortem cruciata à tyrannis, non prodidit consilia Harmodij, & Aristogitonis de tyrannicidio. Quamobrem Athenienses eam honorare volentes, ne tamen scortum celebrasse videretur, animal eius nominis fecere: atque vt intelligeretur causa honoris, in opere linguam addi ab Iphicrate artifice veterunt. Refert Plinius lib. 7. c. 23. & lib. 34. c. 8. & meminit Pausanias lib. 1. in quo res Atticas tractat: & Athenæus lib. 13. c. 24. ad fi. & Polyenus Strategematon lib. 8. Et de hac re haud dubie intelligit Tertullianus in Apologetico, c. 49. eodemq; vlti. scribens: Attica meretrix, carnifice iam fatigato, postremo linguam suam comestam in faciem tyranni sœuientis expuit, vt expueret & vocem, ne coniuratores confiteri posset, si etiã victa voluisset. Et in libello ad martyres: Cœsitis (inquit) carnifici meretrix Atheniësis, quæ conscia cõiurationis, cum propterea torqueretur à tyranno, & non prodidit coniuratos, & nouissimè linguam suam comestam in faciem tyranni expuit. Ex quibus planè intelligitur, non ob eam causam, quã Plinius asserit, linguam Leanae additam non fuisse, quod videlicet, vt ipse autumat, non prodidisset consiliu coniurationis, tanquam linguam non habuisset: sed quia ipsa sibi linguam amputauit. Et ne dubites hæc eandem fuisse, de qua Tertullianus loquitur, audi Chronographu Eusebiu ita dicentem, Harmodius, & Aristogiton Hipparchu tyrannu interfecerunt. Leana meretrix amica eoru, cum tormetis cogere, vt socios proderet, linguam suam amputauit. De hac quoq; Lactantius loquitur lib. 1. c. 20. his verbis: Leana cum tyrannu occidisset, quia nefas erat simulacru constitui meretricis in templo, animalis effigiem posuerunt cuius nomen gerebat. Sed & virgo quædam Pythagorea idem fecisse legitur. Nam cum à tyranno cogere, vt secretu proderet, ne quid in se ad extorquendam confessionem, vel tormentis liceret, morsu linguam abscidisse fertur, atque in tyranni facie despuisse: vt qui interrogandi sine non faciebat, non haberet quã interrogaret: vt retulit D. Ambrosius lib. de virginibus 1. Epicharis quoque libertina in coniuratione aduersus Neronem nominata, nullis cruciatibus, nullisq; tormentis perueniri potuit, vt coniuratores proderet: tantaq; fuit fœminæ constantia, vt illam, non verbera, non ignes, non ira eò acrius torquentiu, ne à fœmina spernerentur, peruerit, quin obiecta denegaret: priusq; spiritum expressit, quàm vocem ad detegendam coniurationem. At (quod dolendum est) quotquot viri eius coniurationis conscij, sunt tormentis adiudicati, confestim, vel non expectatis tormentis, coniurationem detexerunt, multosq; & confanguineos, & amicos prodiderunt: inter quos & Lucanus Poeta clarissimus hoc ipsum fastidit. Autor Cornelius Tacitus lib. Historiarum Augustæ 18. & è nostris meminit Bernard. Land. in additio. ad Albert. Gand. & Ang. vbi supra. & non nihil quoque retulit Polyenus in eod. lib. 8. Strategematon. Idem Tacitus lib. 18. prodit, quod cum Orthonis milites in municipiu Albintemelium grassarentur, & mulier quædam Ligustica filiu abdidisset, crederentq; milites simul pecuniam occultari, ob idq; per cruciatu eam interrogarent, vbi filium occuleret, vteru ostendens, latere respodit: nec vllis deinde tortoribus, nisi malis legere terroribus, aut morte constantiam vocis egregie mutauit. Quintilla quoque fœmina ob pulchritudinem amabilis, amicaq; multarum, iussu Caij Caligulæ torta cruciataque, vt vi tormentorum coacta confiteretur conscios coniurationis eius, quæ dicebatur in ipsum Caligulam parata fuisse, cum ad tormenta duceretur, vnus ex conscjis pedem calce premens, significauit eos confidere debere, & nihil de tormentis eius penitus timere: & quod significauerat, euentu comprobauit: vt quæ tormentis tam deformata, vt etiam ab amatoribus sine voluptate cõspiceretur, nihil omnino manifestauit. Ideoque eam Caius liberatam absolutamq; dimisit, pecuniarumq; dono munerauit: vt testis est Iosephus lib. Antiquitatum 19. cap. 1. Nescio verò, an de hac, an verò de altera loquatur Suetonius, cum scribit, Caligulæ mulieri libertinæ octoginta (alij octingena legunt) donasse, quod excruciatam grauisimis tormentis de scelere patroni reticuisset. Quam potius alteram crediderim, quoniam Suetonius id in principio imperij Caligulæ refert contigisse: illud verò in fine accidisse scribit Iosephus. Diuus Hieronymus ad Innocentiu, de muliere septies ista, refert, iuuenem quendam imparem tormentis, mentitum fuisse adulterium se commisisse, & ita morte multatum: mulierum verò cõstanter tormenta grauisima tulisse, & ea quoque ita omnino vicisse, vt nihil confessus fuerit. Et totum hoc caput, exceptis iis, quæ in hac postrema & præcedenti editione adieci-mus, sibi impudenter vsurpauit Chassenæus in suo Catalogo, parte ij. confide. xxvij.

Plinius lapsus

Virginis cuiusdam Pythagoreæ.

Epicharis constantior in tormentis, quam uiri.

Taciti locus.

Ligustica mulier.

Quintillæ constantia.

Chassenæi sursum.

136 Responso ad ea que dicta

Sed profecto hæc exempla constantiæ fœminarum in tormentis, non tanti sunt apud me, vt propterea discedam ab opinione tam clarorum doctorumq; virorum. Nemo enim vnquam mihi persuadebit, tantam esse mulierum in tormentis constantiam, atque patientiam, quàm virorum: vt pote cum

eam eas natura finxit præcipites, imbecilles, infirmas, debiles, varias, & mutabiles, vt late comprobatum est. Item linguaces, largiloquas, & arcanorum, vel citra tormenta, minimè tenaces, vt postea quoque differemus. Fuisse tamen nonnullas, quæ supra sexus naturam, vt & in aliis interdum, in hoc quoque constantes sese præstitere, quæ à scriptoribus ob id celebratæ sunt. Sed hæc est

Rara avis in terris, nigroque simillima cygno. Nisi quis dicat, mulieres hæc tormeta, vt & vulnera, facilius pati: nec tã ex illis ledi, quàm viros, per l. interest. & ibi glo. ff. de adulteriis. & dicemus plenius in hac eadem lege, nu. 22 §. incip. sed video. Vel etiam dicat, mulieres ex sexus natura faciles ad loquendum detegendumque spõte, quæ non licet loqui, aut prodere. At si vim adhibeas, ab inuitisque extorquere nitaris, frustra quidem coneris: eas enim contra omnibus neruis, & viribus contendere, ne quod cupias, detegant. Nam ea est mulierum natura, vt velint, cum nolis: & nolint cum velis, teste Terentio, nitanturque semper in veritum: vt alibi plenius dicemus.

137 Et ex hac quidem mulierum inconstantia, & leuitate, illud fit, vt & ea quoque sint nimium credula, vt etiam dicit Alber. in l. filia in orbitate. C. de inoffi. testa. per tex. in l. nimia. C. de act. & obl. vbi ita scribitur ad fœminam quampiam: Nimia credulitate circumuenta es, quia &c. Et huc alludit illud Propertij ad Cynthiam lib. 2.

Tu nimium credula sola iaces. Et paulò inferius, At nimium faciles aurem præbere, puella. Et apertius Faustus, non omnino contemnendus Poeta, in Liuia: Scilicet ista fuit veterum natura virorum, Fallere fœmineum, credula corda, genus.

Et Cornelius Tacitus lib. 14. de Agrippina loquens, Acciperet (ait) Agrippinam facili fœminarum credulitate ad gaudia venientem. & Caius pro Lucilla, apud Stobæum Serm. 71. εὐάγωγος γὰρ ὄντις ἐστὶν, καὶ μάλις ὅταν τὸ ἀτυχὲν προσῆ. quibus significatur, mulierem ad credendum facilem esse, præsertim in calamitatibus. Ex quo fit, quod scripsimus in prima Lege Connubiali, fœminas facile decipi. Nam vt scribit Fulgentius, Credulitas deceptionis mater est.

138 Sed in his certè diutius immoramur, quàm opus sit. Omnibus enim sunt manifesta. Ideo ad cæteras, quas diximus, luxuriæ filias (amorem sui dico, & desperationem) pergamus. Mulieres igitur esse sui amantiores, testis est Philo grauis autor, qui apud Eusebium Cæsariensem libro Euangelicæ præparationis 8. capite 4. & Antonium Monachum Aegyptium, Melyssæ parte 2. Serm. 34. Mulier (ait) seipsam amat. Et ante hunc Plautus in Pœnulo scribit, ex multis mulierum vitiis hoc esse maximum, quod sibi nimis placent.

139 Et cum zelotypia hinc prodeat, quod nosmetipfos nimium amamus, nimiumque nobis placeamus (id vitium Græcis φιλοψυχία dicitur) consequens illud est, vt mulieres maximè zelotypia vexentur. Nam & Philo ipse in eo loco, quem nuper citauimus, ad illud, quod ex eo diximus, Mulier nimium seipsam amat, continuò & id subiungit: Et zelotypia maximè mordetur. Et Plutarchus in lib. de tranquillitate animi, inter mulierum proprias & peculiare animi perturbationes, zelotypiam reponit. In quam sententiam est & Græcus ille versiculus:

Ζῆλος ἑωρακὸς πάντα περιολῆ δόμον. Id est, Incendit omnem fœmina zelus domum.

Galenus autem, si is est, in Definitionibus medicis, scribit zelotypiam in prægnantibus maximè debacchari.

140 Desperantes quoque & ipsas mulieres magis esse, quàm viros, tradunt Aristoteles Stagiritanus, & Albertus Magnus, ambo fidelissimi naturæ consiliarij, ille quidem in fronte propemodum libri noni de Historia animalium, hic quoque statim in ingressu libri octauide Animalibus, quem magna ex parte ex illo nono libro Aristotelis deprompsit.

141 Quod si refractarius, & pertinax quispiam nobis argute occurrat: & dicat: Odio sanè mulierum plus quàm potes, eas criminariis. Quomodo enim mulieres & auaræ esse possunt (vt iam supra dixisti) & luxuriôsæ, vt nunc quoque contendis? Est enim luxuriæ, præsertim muliebris, prodigalitas comes perpetua: vt quæ luxuriôsæ est, eadem quoque sit necessariò prodiga: vsq; adeò etiã, vt non admittatur probatio in contrariu, vt voluit Fely. in c. pastoralis. col. 3. de iudic. per text. in l. & mulieri. ff. de cura. fur. quæ super hoc statuit præsumptionem, & ibi etiam not. glo. & Doct. Quæ autè prodiga est, eadè auaræ esse non potest: Malum enim, vt Aristoteli, placuit, se ipsum corrumpit: quod si integrum vndequeq; sit, intolerabile est. Nec vnquã in eodè prodigalitas & auaritia, aut audacia & timiditas conueniunt: eodemque modo, nec alia vlla vitioru extrema, cum penitus opposita sint, inuicè cõnectuntur. Et vt nostri dicunt post Diæcticos, cõtraria sese inuicè non patiuntur in eodè subiecto: ad positionemq; vnus, sequitur remotio alterius. Ad quod allegant l. sed & si. §. itè si plures. & ibi gl. & doct. ff. de instito. & l. Põponus, §. sed & si is, in ff. de procurat. & l. hæc verba, ille aut ille. ff. de verb. signi. & l. si inter me & te. ff. de excep. rei iudi. & l. si ancillã. ff. pro suo. & l. non codicillum. C. de testa. & l. j. C. de furt. & §. neque autem, in auth. de manda. princip. & no. Cy. in proemio ff. col. 3. vers. nono sic, & Doctores vbique. Vnde & illud est Horatij,

Stulti dum vitant vitia, in contraria currunt. Ex quo perspicuum est, vt tandem concludam, quod si mulieres sunt auaræ, non item luxuriôsæ

sunt in precedenti versu.

Mulieres credulae.

Credulitas deceptionis mater.

Mulieres sui amantiores. Et nimium sibi placent. Mulieres zelotype.

Maximè prægnantes.

Mulieres desperantes.

Contra ea, que dicta sũt de impudicitie mulierum. Luxuriæ comes perpetua prodigalitas.

Contraria se non patiuntur. Luxuriæ & auaritia contrarie.

possunt esse: nec è contrario. Nam & Sallustius in Catilinario, luxuriam, & auaritiam tanquam sibi oppositas posuit cum scribit: Incitabant præterea corruptis ciuitatis mores, quos pessima, ac diuersa inter se mala, luxuria, atque auaritia vexabant. Et Cato Censorius apud Liuium 4. de cadis lib. 3. 4. in oratione quam habuit pro tuenda lege Oppia, Sæpe me (inquit) querentem audistis, diuersis duobus vitiis auaritia & luxuria ciuitates labare.

142
Mulieres uir-
is frigidio-
res.

Viris est pul-
sus uehemen-
tior, quam fœ-
minis.
Mulieribus
citius fieri ri-
gores.
Viris pulsus
uelocior.
Vir omnium
frigidissimus
calidior cali-
dissima omniū
fœminarum.

143
Mulierum in-
ferna crassio-
ra, uirorū su-
perna.

144
Mulieres ci-
tius canescūt.

145
Muliebre cor-
pus nō ita ut
uirile pilis ob-
fidetur.

146
Mares corpo-
re maiores,
quàm fœmi-
ne.

147
Mares in dex-
tris, fœminas
in sinistris fie-
ri.

Mares ex
dextris testi-
culis, fœmi-
nas ex sini-
stris.

Præterea non rectè sentiunt, qui mulieres luxuriosas præ maribus opinantur. Primum sanè, quia sunt uir frigidiores, ut scribit Hippocrates *ἡσυχία*, id est, de Diæta, libro j. affirmans mares omnium generum esse calidiores, fœminas frigidiores: & Aristoteles lib. 4. de Generatione animalium, c. 6. & in lib. de breuitate & longitudine uitæ, & libro Orbicularium quaestionum 4. ca. 25. & iterum c. 28. & rursus lib. x. c. 8. & alibi sæpe: & eius discipulus Theophrastus de Causis plantarum lib. j. c. 27. Galenus cum multis locis, tum in lib. 3. de Causis pulsuum, statim post prin. ubi probat non solum mares esse fœminis si nplaciter calidiores, sed multò calidiores: hincque fieri, ut uiri fœminis pulsus habeant & maiorem, & uehementiorem. Et in Commentariis Aphorismo. Hippoc. lib. 5. c. 42. & 62. & iterum ca. 69. ubi hinc dicit rigores citius fieri mulieribus. Et libro de Uiu partium 7. & iterum 14. & aliàs sæpe, quod iam diximus. & latè Symmachus in Cœnis Macrobianis lib. 7. c. item 7. & Auicenna lib. j. Fen. j. doctrina 3. ca. item 3. & Canticorum parte j. cōmen- to 36. Albertus lib. 25. de Animalibus, tractatu 2. c. 6. & Philaretus in libro pulsuum, illud quoque scribens, ob id uirorum pulsus esse uelociorem, quàm fœminarum. & Ioannitius in Isagogis, ca. 16. Isaac, Diætarum Vniuersalium c. 14. & rursus in particularibus. Arnaldus à Villa noua, in li. de Regimine sanitatis, cap. 3. & redundanter Petrus Aponēsis, cui cognomentum ex re Conciliatori factum, differentia 28. & è nostris Pet. à Bel. pert. & Io. Fab. in §. masculi. Insti. de nupt. ubi dicunt frigidiorum uirum totius orbis, esse calidiorum calidissima muliere. Hosti. & Io. And. in ca. literas. extrà, de despon. impub. & Collect. in c. puberes. eo. tit. Cardi. Alex. in c. ad eius. col. j. dist. 6.

Hinc fit (ut arbitrantur rerum naturalium indagatores solertissimi) ut inferna mulierum magna ex parte sint crassiora, in uiris autem superna. Id enim & Aristoteles perspexit lib. de Generatio. animalium 4. cap. j. ad fi. Nam frigidior muliebris natura alimenti, unde augetur corpus, minima portio surrigitur, quod efficere calor potest: residens uero in imo, id corpulentius efficit, & au- ctius. In maribus autem contrarium euenit. Siquidem caloris copia delata sursum, nutrimenti ma- gna pars ibi effectum ostendit ampliore. Quod & expendit Rabbi Solomon & illius autoritate Nicolaus Lyrensis in 2. cap. Gene. & Ludou. Cælius Rodig. lib. 4. Lect. antiq. cap. 12.

Sed & hinc quoque fit, ut mulieres celerius quàm uiri, canescant, ut quæ propter frigiditatem cogunt complures superfluitates, ut tradit Alexander ille Aphrodiseus, quem plerique ob. multi- fariam eruditionem Polyhistorum uocant, lib. Problematon j. cap. 4. Quanquam alij alterius esse eum librum malunt: sed cuiuscunque sit: est certè liber doctissimus, & dignissimus, qui à doctissi- mis uiris legatur.

Ex hac item caloris fœminei inopia & illud fit, ut muliebre corpus, sicuti & uirile, pilis non ob- fideatur. Nam mulieres, ut pote frigida, densa habent corporis spiramenta: frigus enim compescit, & adstringit, ut scitissimè tradit ille ipse Aphrodiseus eodem lib. j. c. 5. & ante eum Hippocrates in lib. *ἡσυχία*, id est, de natura pueri. Item calor est, qui pilos creat, ideo & Eunuchis defunt, quod eorum natura frigidior est. Sed in corpore humano illæ potissimum partes exte- riores pilis vestiuntur, quibus maior innata est caliditas. Læue quoque est mulierū corpus, ueluti in- nato constipatum algore, quando algorem comitatur densitas, læuitas densitatem, ut à Macrobio scienter scriptum est lib. 7. Saturnalium, c. item 7. ubi & hæc mulierum frigiditatem aliis quoque rationibus, & argumentis adstruit.

Ex eo quoque proficiscitur, ut mares corpore maiori ex toto penè sint, quàm fœmine: quoniam uidelicet mares sint fœminis calidiores: quæ res vim agendi obtinet, ut scribit Aristoteles lib. pro- blematon x. c. item x. & Theophilus Protospatharius, de Fabrica humani corporis, lib. 5. cap. 25. Quod an uerum sit in aliis animalibus, quàm in hominibus, & in quibus, uidebis apud eundem Aristotelem lib. de Historia animalium 4. c. 11. eoque ult. & li. seq. c. 5. & lib. de Genera. animalium 1. c. 16. Illud constat in omnibus insectis mares esse fœminis minores, ut scribit Plinius lib. 11. Na- tu. histor. c. 29. in fi. Sed & in arboribus (ne illud omittamus) omnis mas breuior, contortior atque difficilior operi: fœmina procerior, facilior, mollior, ut prodidit Theophrastus libro de Historia Plantarum 7. c. x.

Hinc item illud manat, quod uoluerunt Anaxagoras, & Parmenides, ut retulit Plutarchus lib. 5. de Placitis Philosophorum. Fœtus mares in dextris, fœminas uero in sinistris magis fieri, quod & adstruit Aristoteles 4. de Generatione animalium, cap. 1. & lib. 7. Histor. animalium, cap. 3. Anaxa- goras apud Laertium in uita ipsius: & Varro lib. de Re rustic. 2. cap. 13. Columella lib. 6. cap. 24. & Plinius lib. 7. cap. 4. Serapio Breuiarij tract. 5. cap. 34. Rabbi Moyses, Aphorismorū parte 16. Theo- philus Protospatharius eo. illo 5. li. cap. 29. & ante hos Hippocrates, aut ut nonnullis placet, Thessa- lus illius filius, lib. Epidemiorum 2. & quod minimè dubium est, idem Hippoc. li. Aphor. 5. c. 48. Quo loco Galenus interpres rationem addit, quoniam propter temperaturam, quæ statim ab ini- tio calidior existit, fœtus masculus generatur. Calidior uero temperatura fœtibus aduenit propter locum, qui est dextera uteri pars, quæ quidem calidior existit, propter hepatis uicinitatem. Quod etiam

etiã scribit idem Gale. dicto lib. 14. de usu partium, & li. 2. de Semi. ubi tamen dicit, aliquando aliter fieri, sed rarerè. & in Cōment. Hippoc. li. 2. Epidemion, & in Aphor. ipse Hippocra. lib. 5. c. 38. Ex quo & ipse Hippocra. lib. 6. Epidemion particulæ 2. c. 30. tradit eos fœtus, qui in dextris sunt, ideo nigros esse, & biliosiores, illorumque uenas extrà magis apparere. Id quod ex caliditate fit. Nemo enim nescit, nigredinè à calore, uti albedinè à frigiditate procreari. Bilè quoque caliditatem ostendere, ut pituità frigiditatem, testis est Gal. lib. 2. de Temp. Sed & uenarū inflationem & lati- tudinè, caloris esse indicium, testis est idem Gal. eod. lib. Addit autem Hippoc. paulò post, uidelicet cap. 32. eodemque vlti. propterea marem esse robustiorem atque sanguinolentiorem, quia locus ille animalium, in quo concipitur, calidior est. Sed & mares ex dextris uirorum testiculis, fœminas ex sinistris profluere, differit Democritus, & illius autoritate Columella, lib. Rei rusticæ 6. cap. 28. qui ideo monet, ut cum progenerari pullum marem uelimus, sinistrum testiculū admittarij lineo fu- niculo, aliòve quolibet, obligemus: cum fœminā, dextrū. Idemque asserit Galen. in Definitionibus medicis. Sed de utroque uide sententiã Aristot. lib. 4. de generat. animal. cap. 1. Porro Africanus, apud autorem Geoponicorū lib. 17. cap. 6. & Didymus apud eundem lib. 18. cap. 3. & Galen. quo lo- cō nuper citauimus, referunt ex aliorum sententia, mares aut fœminas gigni, uel propter calidi- tatem, aut frigiditatem. Calidius enim semè marem progignere: frigidius autem fœminam, quod & adstruit fœminarum præ maribus frigiditatem.

148 Hinc denique & illud est, quod mulieres uiris sunt ut plurimum pinguiore, ob maiorem uide- licet frigiditatem, cuius id proprium est, ut impinguet: ut ediuerso caliditatis, ut emaciet: uti inter cæteros multos uoluit ipse Galen. qui nihil rerum naturalium ignorauit, lib. 2. de Temperamētis, & lib. 2. de Simplic. medic. facultat. cap. 20. Suntque & alia multa, quæ hanc mulierum frigiditatè, marium contra caliditatem adstruunt, quæ Lectoribus ubique obuia sunt.

149 Igitur cum uiri sint mulieribus calidiores, ob id certè apud Hebræos, qui in nominū apta impo- sitione facillè omnes superarunt, uir *איש*, id est, isf uocatur: quod quidem uocabulum ab *אש*, id est, esse, quod ignem significat, deducitur: ut natura uirilil, ignea, & calida uno uerbo exprima- tur. Nec eo quidem nomine fœmina apud eos appellatur, tanquam non sit adeò calida, sed *אשה* dicitur, quoniam à uiro sumpta, sicuti cōmemorauit Eusebius in illo diuino opere, quod de Præ- paratione Euangelica composuit, lib. 11. cap. 4.

150 At calor est, qui libidinosos maximè efficit, hoc præsertim argumento, quod cholericus, uti sunt cæteris calidiores, ita etiam coitus appetentiores, ut autumant omnes rerum naturæ scriptores, & experientia prope quotidiana comprobatur. Et hac quidem ratione Vulcanus à Poëtis rerū na- turalium peritissimis fingitur maritus Veneris, quod uidelicet uerecundum officium non nisi calo- re constat: suntque frigidi in Venerem segniores, ut annotat D. Augustinus in libro 20. aduersus Faustum Manichæum, cap. 9. atque etiam Maurus, in id referens illud Virgilij de Vulcano lo- quentis, lib. 8. Aeneidos.

Accepta solitam flammam, notusque medullas
Intrauit calor, & labefacta per ossa cucurrit.

Ubi & ipse Seruius eiusdem Virgilij libro 1. *γεοργικῶν* citat, *Frigidus in Venerem senior.* Et his cōsentiens Phornutus, in lib. de Nat. deor. scribit, Vulcano Venerem iunctam fuisse dici, ad significandū, magnam caloris vim adesse in ipso coitus impetu. Et huc quoque spectat illud Terētij in Eunuchis, Sine Cerere, & Libero friget Venus. Nā ut tibi annotat Douatus interpres, omnis eiusmodi uoluptas in calore sanguinis cōstituta est, qui his rebus alitur: & diximus etiam suprà in 6. Lege connub. nu. 5. porro autem.

151 Et hinc libido ignis dicitur, & flamma. Et Cupido libidinis Deus feruidus, flagrans, ut abundè dicemus postea, decimaquinta Lege Connubiali. nu. 58. incip. quadrat huic rei. Et hanc quoque rationem adiuuat, quod calida omnia Venerem prouocant, stimulant, & semen excitant. Contra uero frigida coercent, atque inhihent, ut uidere licet apud omnes Medicos, & rerum naturalium scriptores, & è nostris intellexit glos. in c. quicquid. 32. quæst. 2. Ex quo perspicuum est, fœminas, quò sunt uiris frigidiores, eò quoque in Venerem minus esse procliuas.

152 Item mulieres ipsæ uiris sunt uerecundiores, uel testimonio uiri omnium eruditissimi D. Hie- ronymi, cuius hæc uerba sunt ex epistola ad uirgines Deo dicatas, cuius hoc caput est, Quanquā in cœlestibus: Nam si iuxta Apostoli doctrinam feruum Dei litigare non decet, quātò magis an- cillam Dei non expedit: cuius quò uerecundior est sexus, eò animus debet esse modestior. Et Thomas Aquinas lib. de Regimine principum 4. cap. 6. scribit, quod natura fœminis multa fræna imposuit, inter quæ uerecundiam annumerat. Cuius etiam sententiæ est Aegidius Roman. in lib. eiusdem tit. 2. parte prima, & eius autoritate Lucas Pen. in l. 1. col. 1. C. de mulie. & in quo loco, lib. 10. Quibus cōcinit tex. in l. optimam. C. de contrah. & commit. stip. qui naturalem pudorem as- signat mulieribus. Et l. in coniunctione, in illis uerbis, & si puella cultu uerecundiæ, &c. C. de nupt. ubi no. Bal. quod naturale est mulieri, propter uerecundiã tacere. Et ea quidem l. loquitur de pucl- la, quæ præ uerecundiã de nuptiis suis interrogata subtrahit. Quam & puellarū naturam mirè ex- pressit Homerus lib. Odyss. 6. loquens de Nausicaa Alcinoi Phæacum regis filia:

— αἰδέο γὰρ θαλερὸν γάμον ἐξονομήναε.
Uerecundata est nouas nuptias nominare.

Id est,

Et Euripides

Mas ex femi-
ne calidior,
fœmina ex fri-
gidior.

Mulieres uir-
is pinguior-
es.

Viri ab igne
dicti apud
Hebræos.

Calor libidino-
sus efficit.
Vulcanus cur
Veneris ma-
ritus.

De eadem re.

Mulieres uir-
is uerecun-
diores:
Uide tamen
infra nu. 178

Uerecundiã
puellarū, cum
trahatur de
nuptiis earū.

Et Euripides in Iphigenia in Aulide loquens de puellis:

πᾶσι τὸ δ' ἐμπέφυκεν αἰδέειν φίλους
Καὶ νῦν δὲ ὄρωσι, καὶ γὰρ μέμνημι φίλοις.
Omnibus hoc insitum est, ut pudore capiantur, amicos
Nouos videntes, & nuptiarum recordantes.

153 Quos secutus Virgilius, paulò post principium lib.12. Aeneid. Latinum, & Amatam vxorē cum Turno colloquentes facit de coniugio ipsius cum Lauinia eorum filia: at Lauiniam ipsam interim loquentem non facit, sed tantum dat ei lacrymas, & pudorem:

Accipit vocem lacrymis Lauinia matris
Flagrantes persusa genas, cui plurimus ignem
Subiecit rubor, & cetera.

Quo in loco Christophorus Landinus interpres, id non inscitè annotauit. Augustinus autem de Verbis domini, sermone 46. Vxorem (inquit) refrænât infirmitatis sexus ipsa verecundia. In quâ etiam sententiam est tex. in c. honorantur. ibi, non est virginalis, pudoris quærere maritum. 32. q. 2. vbi citatur ipsius Euripidis in Andromache sententia, huic rei admodum concinens, de Hermione, que ab Oreste ad nuptias petebatur:

Νυμφευμάτων μὲν τὸν ἐμῶν πατρὸς ἐμὸς
Μερίμναν ἔξει, καὶ ἐμὸν κρίνειν τὰ δέ.
Sponsalium quidem meorum pater meus
Curam subibit: meum non est hæc disquirere.

Sed Græci illi versi detracti sunt à Gratiano, aut librariis. Fuit autem inter picturas Echionis nona nupta verecundia notabilis: apud Plinium libro 35. c. 10.

154 Pudor autem & verecundia comes est semper, & custos pudicitia: quorum primum affirmat Diuus Ambrosius li. 1. Officiorum: secundum Accurs. in l. ita nobis. in princ. C. de adult. Ideoque Ouidius in Epistola Sapphus ad Phaonem:

Non veniunt in idem pudor, atque amor—
Quid faciat? credule, suos addicere amores:
Non dare, suspectum: pudor est, qui suadeat illud,
Hinc dissuadet amor.—

Et lib. 1. Metaph.

Et libro primo Elegiarum, de Triumpho Cupidinis loquens:

Mens bona ducetur manibus post terga retortis,
Et pudor, & castris quicquid Amoris obest.

Hinc mulier, quæ in corpus peccat, dicitur suo pudori non parcere, vt est test. in l. palam. in prin. ff. de ritu nupt. Cui succinit illud Virg. de Didone loquentis, lib. 4. Aeneid.

Spemque dedit menti dubiæ, soluitque pudorem.

Ex quo loco facile intelligis, quid sit soluere pudorem, nempe claustra pudicitia effringere, dirumpere, soluere. In qua etiam significatione ponitur à D. Ambrosio in lib. de Patriarchis. & in c. nemo. 32. q. 4. in illis verbis, coniugij iura temerantur, & vxoris pudor soluitur. Et illud quoque eiusdem Virgilij, illo eodem lib.

—Te propter eundem Extinctus pudor.—

Et Parmeno Terentianus in Hecyra, amorem, & pudorem, veluti aduersos, & pugnantem facit, cum dicit:

Fecit animi vt incertus foret, pudorine an amori, obsequeretur magis.

Et Dauus eiusdem in Andria, veluti ironice:

Mirum verò impudenter mulier si facit meretrix.

Ex quo & Ouidius pudorem castum vocat, libro 1. de Arte amandi:

Ille locus casti damna pudoris habet.

155 Hinc quoque illud Hieremias 3. cap. frons mulieris meretricis facta est tibi: noluit erubescere. Quasi sit potissimum impudicitia signum inuerecundia. Palam est enim, non erubescere, indicium esse manifestarium impudicitia, sicut è diuerso erubescere, pudoris & verecundia, vel testimonio Aristotelis lib. Ethic. 4. cap. vlt. Hinc purpureus pudor, Ouidio dictus in Elegiis:

Nudaque simplicitas, purpureusque pudor. Et lib. 4. Tristium,
Purpureus molli fiat in ore pudor.

Et è diuerso rubor verecundus, eidem, in epistola Phædræ ad Hippolytum:

Flaua verecundus temperat ora rubor.

Et vt vtunque tandem complectar, Heliogabalus ille Imperator omnium impudicissimus in eâ oratione quam ferunt habuisse ad meretrices, de his loquens, Sed cum multa sint, inquit, quæ meretriciam frugalitatem impedire queant, & laudi ac nomini vestro officere, duo tamen velut capita, & fundamenta malorum omnium à vobis diligentissime fugienda esse censeo: & omni ratione prouidendum, vt frigiditatem ex cordibus, & pudorem ex mentibus vestris penitus extirpetis. Hæc enim duo, cum ipsi, cuius ductu auspicioque militatis, maxime omnium inimica sunt, tum per se ipsa valde inepta, &c. Ex nostris autem Abbas Anton. & Ioan. Andr. in cap. ex parte. de consuetud. pudorem pro castitate, & impudentiam pro libidine poni asserunt. Ex quibus illud

Decretorum locus.

154 Verecundia pudicitia comes, & custos.

Pudori non parcere.

Pudorem soluere.

Pudor castus.

Pudor purpureus.

Rubor verecundus. Heliogabali oratio ad meretrices.

illud rectè concluditur, mulieres, quò sunt viris frigidiores atque verecundiores, eò quoque esse pudicitiores.

156 Sed quod huic muliebris honoris propugnatori respondeamus, est in promptu. Et primum ad id quod de auaritia, & luxuria, siue prodigalitate differuit, quas hic coire non posse putat. Illud in primis fateor, quod hæc vitia, si contraria sint, quod tamen non prorsus recipio, propter id quod Tullius scribit in oratione pro Roscio Amerino. Ex luxuria existat auaritia necesse est. & in 4. in Verrem act. vbi luxuriâ & auaritiam in eodem Verre notat. & lib. 1. veteris Rhetor. Genus est omnium nimirum libidinum cupiditas. Cui concinens Apoll. 1. ad Timot. vlt. c. omnium malorum radicem cupiditatem esse dicit. Diogenes verò Sinopæus cupiditatem ipsam esse arcem omnium malorum asserbat, vt à Laërtio scriptum est. Et Marcus Cato apud Gellium lib. 11. cap. 11. Auaritiam omnia vitia habere existimat. Et Aristoteles lib. Politicôn 2. cap. 7. tradit omnia peccata voluntaria ab auaritia, & ambitione procedere. Quæ quidem sententia facile indicant, auaritiam, & libidinem, ceteraque in vniuersum vitia coire in eodem homine posse.

Responsio ad superiora. Luxuria & auaritia an sibi aduersentur.

Auaritia omnium malorum arx & radix.

157 Verum si concedamus, inquam, huiusmodi vitia esse prorsus contraria, nec ideo inuicem congregari posse in eodem, vt sic loquar, subiecto: id vtique obtinebit, si ad eundem scopum respicias. Quod si illa diuerso fine metiaris, possunt certè in eodem animo insidere, & adesse, per id quod voluit Pan. in c. cum in tua. in duobus locis, extra de dec. quod vna eademque res potest ex diuersis rationibus, & vt vulgò dicimus, respectibus, diuerso cōtrarioque iure censerit, licet aliàs secus, vt ibi est tex. & in l. ff. de rerum permut. cum concor. alibi à me traditis, scilicet in Tract. Nobilitatis, cap. 28. nu. 12. incip. illi mox respondebo, cum 4. seq. & quæ dicam infra nu. 162. & aliàs sæpe. Ideoque mulieres, licet aliàs semper sint auaræ, sunt tamè in turpibus desideriis sumptuosissimæ, in cultu corporis profusissimæ: dum pigmenta vestis, & mundum muliebrem coemunt: dum nulli rei parcunt, vt adultero placeant, possintque suis voluptatibus inferuire. Imò plerumque pruritu libidinis stimulatæ, tota patrimonia in delicias congerunt. Et tunc

Diuersa & contraria diuersis respectibus coeunt.

Meretrices sunt & prodigæ, & auaræ.

Prodiga non sentit pereuntem fœmina censum.

Vt inquit Iuuenalis Saty. 7. Ideoque Lucius Apuleius Madaurensis lib. 9. Metæ. vtrunque vitium in eadem complectens, In rapinis (ait) turpibus auaræ, in sumptibus fœdis profusa. Et ante hunc Sallustius de Catilina loquens, Alieni, inquit, appetens, sui profusus.

158 Quemadmodum etiam nõ absimiliter dicimus, quod licet aliàs fœminæ sint viris meticulosiores, minùsque quam illi audètes, vt tradit Plato lib. 7. de Legibus, & eius contemporencus Xenophon in Oeconomico, Aristoteles lib. eiusdè titu. 1. c. 3. & lib. 9. de Natura animalium, c. 1. Columella in Præfatione libri vltimi de Rustica, Velleius Paterculius, qui li. posteriore Romanæ historiæ scribit, Cleopatrá expertem muliebris metus morfu aspidis spiritum reddidisse. Et Iustinus lib. 1. de Sardanapalo loquens, Quo ille (inquit) audito, non vt vir regnū defensurus, sed vt metu mortis mulieres solent, primò latebras circumspicit. & lib. 2. de Xerxe & Artemisia loquens, In viro (inquit) muliebrem timorè, in muliere virilem audaciã cerneret. Et Liuius, qui primo libro ab Vrbe condita, vocat Muliebrem pauorem. Auicenna lib. 9. de Animalibus, c. 1. Rafis ad Almanforè, tract. 2. c. 56. Albertus Magnus li. 8. de Animalibus, tract. 1. c. item 1. & iterum c. 3. Et apud nos tex. est in l. quisquis. & ibi glos. & doctores. C. ad leg. Iul. Maie. & voluit Io. And. in addi. Spec. rit. de procu. §. 1. vers. septimus in bonorū condēnati. & Bal. in l. quicumque, col. 3. vers. sed pone, statuto cauetur, quod filij bannitorum. C. de ser. fug. Vbi ex hoc pulchrè dicit, quod si statuto cautū sit expellēdos bannitorū filios, non propterea sunt expellēdæ filia, quibus non est tanta audacia, sicut masculis: ideo cessante ratione, masculinum hoc casu non concipit fœmininum. Panorm. in c. ex literis. de despon. impuber. & Francisc. Curt. senior consi. ix. incip. Ticinensi statuto, col. §. vers. secundò me mouet. Et Philip. Dec. in l. fœminæ. char. 16. vers. sic. tertio etiam dici potest. ff. de regul. iuris. Et è Theologis D. Thomas in lib. de Regimine principum 4. cap. vlt. Id quod etiam videre licet in brutis. Nam scribit Plin. lib. 8. cap. 8. Elephantum fœminas esse multò pauidiores maribus. Et in vniuersum consentiunt omnes scriptores, mares esse fœminis animosiores, præterquam in pantheris, & vrsis, vt supra diximus, in 1. lege Connub.

Fœminæ uiris timidiore.

Pauor muliebris.

Etiam in brutis.

Fœmine pauidæ.

159 Et his alludens Virgilius lib. 2. Aeneid,
— Pueri & pauidæ, longo ordine matres
Stant circum.—

Nam illic vides, Matres, pro fœminis in vniuersum accipi, & sexum ipsum fœmineum significare. Vti etiam in eo loco lib. 6. eiusdem operis:

Tum pauidæ tectis matres ingentibus errant.

Et lib. 8. eiusdem quoque operis:

Stant pauidæ in muris matres.—

Et Liuius lib. 10. 3. decadis Carthaginensibus mœnia patriæ, dij penates, sepulchra maiorum, liberi cum parentibus, coniugisque pauidæ.

Et ipse Virgilius alibi scilicet lib. 7. Trepidat matres, eodem significato appellat: sicuti etiam Ouidius in Epist. Penelopes, ad Vlyssēm, puellas quoque Trepidat vocat:

Mirantur iustique senes, trepidæq; puella.

Et lib. 1. de Remedio amoris, Timidas quoque eas vocat:

Pac coeant furtim iuuenes, timidæq; puella.

Trepida.

Et lib.

Et libro 1. Amorum, Elegia 7.

Nonne satis fuerat, timida inclamasse puella?

Et iterum libro 2. Elegia 6.

Quid referam timida pro te pia vota puella?

Qua ventura Dea est, iuuenes, timidaq; puella,

Præbuerant latas veste iacente vias.

Sed his postremis locis non tantum sexus, sed & ætas expenditur. Sed quod ad sexum tantum pertinet, est illud Varronis Consulis apud Silium Italicum lib. 9.

Ille ardens animo, ferte hæc, ait, omina Paulo.

Namque illum, cui femineo stant corde timores,

Mouerit ista manus.--

Seneca autem Tragœdiographus in Octauia, rationem reddens, cur sexum hunc timidiorum natura finerit, postquam hoc de iis scripsit, quod alibi retulimus,

Mulier, dedit natura cui promum malo

Animum, ad nocendum pectus instruit dolis.

Mox subdit,

Sed vim negauit, ut ne inexpugnabilis

Esset, sed ægras frangeret vires timor.

160

Mulieres minor metus excusat.

¶ Propterea dixit gloss. in cap. cum locum, extra de sponsa. & matrimo. quod minor metus excusat feminam, quam masculum. quam sequuntur Anton. & Panor. qui eam multum notandam dicit: & Card. Alexan. ibi. & eam facit sing. idem Panor. in c. cum delictis. col. 3. in gloss. pen. extra quod met. cau. & Rom. sing. cccxxviii. tu scis quod contractus. & Franc. Aret. consi. xxiii. quatuor dubia. col. 2. & Socin. consil. cclxiiij. capio primum. col. 4. versi. ad prædicta etiam, li. 2. Et eam quoque sequitur Hofst. in c. veniens. ante fin. extra de sponsal. & in Summa tit. de mat. §. qualiter. versi. si verò. & Calder. consi. j. versi. 3. quod maior metus, tit. quod metus cau. & Panor. in c. consultationi. in 3. no. extra de sponsa. vbi eam facit notabilem. & ibi etiam Card. Alex. in vlti. no. & idem Panor. in c. causam matrimonij. in 2. no. extra de offi. deleg. vbi & monet esse menti tenendam. & ibi post eum Phil. Dec. in 2. quoque no. qui & eam dicit no. & idem Panor. consi. 4. quædam mulier, post mediū, lib. 1. vbi & eam dicit no. Nicol. Mil. in suo reper. in verbo, metus minor, & Barb. consil. xxx. bene etenim cuncta, col. 1. lib. 3. vbi etiam solennem vocat. & consi. xlj. immortalem, col. 5. versic. & si mihi dicatur, lib. 4. Iason in l. interpositas. col. j. C. de transact. & Steph. Bert. consi. lxiii. explorato, col. 2. num. 10. lib. 1. & consi. cccxxvj. quemadmodum nu. 13. eod. lib. 1. & Philip. Dec. qui eam quoque pro not. allegat. in c. vlt. post princ. extra de appell. & in c. quia quæsitum. in 2. no. versi. & notandum est, extra de offi. deleg. & l. in omnibus causis. col. 1. D. de regul. iur. & Carolus Ruin. consi. 98. visa renuntiatione, col. antepe. num. 2. 4. lib. 1. & consi. clxx. de tribus, col. 5. num. 16. eod. lib. 1. vbi eam quoque glo. dicit esse sing. & consi. lx. de re quidem, colum. 6. nu. 18. li. 3. vbi eam dicit notabilem. & Albert. Brunus, consi. 712. super difficultate, col. 2.

161

Mulieres in obscenis & ueneris audaciusculæ.

¶ Licet ergo semper aliàs (vt repetamus) minus audeant feminæ, quam mares: tamen in turpibus, obscenisque, atque ueneris actibus sunt audaciusculæ, vt tradunt Cyn. Alberi. & Saly. in d. l. quifquis. & è recentioribus Matthæ. Afflic. in constitutione Sicilia incip. si quis rapere, col. 2. Quod & adstruit Iuuenalis, quem Cyn. ipse & Alberi. citant, iniquens Sary. 6.

Fortem animum præstant rebus, quas turpiter audent.

Et rursum,

— Nihil est audacius illis

Deprensis: iram atque animos à crimine sumunt.

Quod etiam citat Luc. Pen. in d. l. i. col. 1. C. de mulieri. & in quo loco, lib. 10. Et huc respicit Plautus in Milite, mulierum mores mirè exprimens:

Os habet, linguam, perfidiam, malitiam, atque audaciam,

Confidentiam, &c.

Et alibi in eadem Fabula:

Quid ego nunc faciam? custodem me illi miles tradidit:

Nunc si indicium facio, interij: si taceo, sic tamen

Hoc palam fuerit, quid peius muliere, atque audacius?

Rursum quoque inibi.

Neque eques, neque pedes præfectus quisquam tanta audacia est,

Qui æque faciat confidenter, quam mulieres faciunt.

Huc quoque referri potest illud Senecæ à nobis supra citatum,

Quid sinat inausum femina præcept furor?

Loquitur enim de furore Venero, atque Cupidino.

162

Audacia meretricum propria.

¶ Porro audaciam meretricum, & impudicam mulierum esse propriam ac peculiarem, non obscure ostendit illud Terentij in Eunucho,

Audaciam meretricum.—

Quod in id expendit Donatus in Andriam eiusdem, enarrans eum locum,

Audireque eorum est operapretium audaciam.

Et ad hæc quoque vide, quæ de his dicæ ex Aristophane infra, nu. 174. quæ rationes. & ex Chrysofostomo etiam infra nu. 180. & quæ dixi supra de impudètia huiusmodi meretricum, nu. 154. hinc quoque illud, nam audacia & impudentia sunt quodam modo inuicem coniunctæ ac connexæ.

¶ Et aliàs

163 ¶ Et aliàs sæpe legimus, diuersa contrariaq; vitia in iisdem hominibus insedisse, diuersis respectibus. Nam Porcius Latro de Catilina loquens, ad finem Declamationis suæ, Vigent (ait) in illa clade res diuersissimæ pariter, continentia, & libido. Nihil illo persæpe affixius ad tollenda bonorum confortia, nihil solertius ad illis insidiandum: nihil illius munificentia insignius, nihil auidius rapacitate: nihil acutus consilio, nihil temeritate contemptibilis. Et alibi in eadem Declamatione, de eodem loquens: Summum pecuniæ desiderium, summam simul prodigalitem, quæ sunt duo illa vitia de quibus priuatim loquimur. Et his concinens Tullius in Oratione pro M. Cælio, de illo ipso Catilina loquens: Quis in rapacitate auarior? Quis in largitione effusior? Nam & antè dixerat: Neque ego vnquam fuisse tale monstrum in terris vllum puto, tam ex cõtrariis diuersisq; inter se repugnantibus naturæ studiis cupiditatibusq; conflatum. Sallustius autem in vniuersum de Romanis loquens: Incitabant, ait, præterea corrupti ciuitatis mores, quos pessima ac diuersa inter se mala, luxuria atque auaritia, vexabant.

164 ¶ Illud verò, quod dictum est de frigiditate mulierum, & caliditate virorum, non difficulter dilui potest: non enim necessariò ex eo infertur, viros esse libidinosiores, quod sint libidinis appetentiores: quoniam non sunt beluis per omnia similes, vt suos passim sequantur appetitus. Est nimirum in eis ratio, istis beluinis affectibus facilè superior. Fœminæ verò (quod supra diximus) brutis propius accedunt, vt pote rationis fermè expertes: ideoq; suis appetitibus, quantuncunq; leuibus, plerunq; obediunt, indulgent, obsequuntur. Est (inquit Eleazarus) apud Aristeam mulierum genus suorum affectuum sequax, atque in lapsum procliuè, propter imprudentiam, & eius naturam imbecilem. Et vt ait Aegidius, quo loco supra citauimus, Mulieres sunt plurimum intemperatæ, & passionum infecutrices: ita enim loquitur: Cuius sententiam affert, in eamq; pedibus vadit Lucas Pen. quo etiam loco nuper adnotauimus.

165 ¶ Sed illud responderi potest, quod dicebat Empedocles rerum naturæ indagator solertissimus, quod licet mulieres sint viris frigidiores, sunt tamen petulantiores, id est, libidinis appetentiores, propter motum humidum, quod in ipsis est, quo facilè ad omnem formantur petulantia causam. Id quod etiam secutus videtur ille, quem sæpe citauimus, Albertus non minus nomine, quam doctrina Magnus, lib. 12. de Animalibus, c. 3. Quam sententiam adiuuat, quod omnium consensu ex humecta natura (qualis in feminis est magis, quam in maribus, vel teste Hippocr. lib. 1. de Victus ratione, & lib. de Natura pueri, & Plutarcho lib. Symposiacõn 3. c. quoque 3. & Macrobio lib. 7. Saturnalium) confurgit coeundi auiditas. Vnde & Græci ὑγρός, id est, humidus pro lasciuus nonnunquam intelligunt, quod probat illud Epigramma apud Delphos positum:

ὑγρᾶς καὶ προφερᾶς βασιλεὺς ἄγῆς μ' ἀνέθηκεν.

Id est,

Lasciuæ & delicate rex Agis me dedicauit.

Nam Agidis Lacedæmoniorum regis Timæam vxorem vitiasse ferebatur Alcibiades, vt à Plutarcho scriptum est in ipso Alcibiade, & in Lysandro, & in Agesilao, & in lib. de Eurhymia, id est, tranquillitate & securitate animi, vbi & huius epigrammatis meminit.

166 ¶ Et hinc quoque occasio data Venerem confingendi ex mari conceptam, vt interpret Hesioidi feribit. Vnde & Seneca Tragœdiographus in Hippolyto:

Diu non miti generata Ponto,

Quam vocat matrem geminus Cupido.

Et Aufonius in descriptione illius ex Lucretio:

Orta salo, suscepta solo, patre edita Cælo,

Aeneadum genitrix, hîc habito alma Venus.

Et Ouidius in Epistola Paridis ad Helenam, de eadem Venere loquens:

In mare, nil mirum, ius habet orta mari.

Et in Epistola Didus ad Aencam:

— Quia mater amorum

Nuda Cytheriacis edita fertur aquis.

Et in Epistola Erus ad Leandrum:

Quod timeas non est: auso Venus ipsa fauebit:

Sternet & æquoreas æquore nata vias.

Et in Epistola Sapph us ad Phaonem:

Solve ratem, Venus orta mari mare præstet eunti.

Et lib. 4. Metamorph. ipsam Venerem ita loquentem facit:

— Aliqua & mihi gratia Ponto est,

Si tamen in medio quondam concreta profundo

Spuma fui, Graiumq; manet mihi nomen ab illa.

Et ante eum Virgilius lib. 5. Aeneidos hæc faciens Neptunum loquentem ad Venerem:

Fas omne est Cytherea meis te fidere regnis,

Vnde genus ducis.

Et his prior Musæus in Leandro:

ἀγνώσκεις, ὅτι Κῦπρις ἀπάσσορος ἐστὶ θαλάσσης,

καὶ κρατεῖει πόντου;—

Ignoras, quod Venus nata est ex mari,

Et dominatur Ponto?

167 ¶ Ex quo Horatius marinam quoque eam vocat, lib. 3. Carminum, Ode 26.

Contraria vitia diuersis respectibus coherentia.

Mulieres suorum affectuum sequaces.

Mulieres libidinis appetentiores ob motum humidum. Mulieres uirum humectiores.

Coeundi auiditas ex humecta natura confurgit.

Venus cur ex mari concepta dicatur.

Venus marina

Lauum marina qui Veneris latus Custodit.— Et lib.4.Ode II. Qui dies menssem Veneris marina Findit Aprilem.

Quod epitheton ab Euripide accepit, qui in Hippolyto ita facit Phædrum loquentem:

αὐτὸς ποτ' ὠδίασσοινα ποτρία Κύπρι.

Nam & hinc Græci Venerem ipsam ἀφροδίτην appellant, quam sic dictam ἴσθ' ἔτι δὲ ἀφρῆ γένεσιν tradit his versibus Hesiodus in Theogonia,

—Τὴν δ' ἀφροδίτην ἀφρογέννην τε θεῶν, καὶ εὐσέφανον Κυθήραια, Κικλίσκασσι θεοί τε, καὶ ἀνέρες, ὕνεκ' οἱ ἀφρῶ ὄρεσθον.—

Cuius etiam sententiæ fuit Plato in Cratyllo, Ouidius vbi supra proximo loco, Macrobius lib.1. Satur. & Seruius in illum locum lib.5. Aeneidos Virgilij supra citatum, & Acron in illum priorem locum Horatij, quoniam scilicet ex maris spuma, quam ἀφρῶν vocant, sit edita. Nam & ipse Virgilius lib.6. vndam maris spumofam vocat:

Inter saxa virum spumosa immerferat vnda.

Ex quo est & illud eiusdem lib.2. eiusdem quoque operis:

Fit sonitus spumante salo.—

Obiectæ salsa spumant aspergine cautes.

Tendunt vela Noti: fugimus spumantibus vndis.

Vnâ omnes ruere, ac totum spumare reductis

Conuulsam remis rostris stridentibus aquor.

—Secant spumantem pectore pontum.

—Spumant vada marmore verso.

Spumantesq; rates aruis inferre Latinis.

Qualis vbi alterno procurrens gurgite pontus,

Nunc ruit ad terras, scopulosq; superiacit vndam

Spumeus.

Illud quoque Tragœdiographi Senecæ in Octauia:

—Talis emersam freto

Spumante Peleus coniugem accepit Thetin.

Vnde est & illud Ouidij lib.4. Fastorum, loquentis de Aprili mense Veneri dicato:

Sed Veneris menssem Graio sermone notatum

Auguror: à spumis est Dea dicta maris.

Quamuis Cornutus, siue Phornutum appellare maus, in lib. 1. τῆς τ' ἴψ' θεῶν φύσεως, id est, de Natura deorum: & ante eum Aristoteles lib. de Generatione animalium 2. c. item 2. ad si. huiusce rei rationem esse dicat, quòd spermatis natura sit ἀφροδῆς, id est, spumosa: quod & ex eo repetit Galen. lib. de Semine 1. vbi tamen id probare non videtur. Sed ei concinere videtur Hippocr. aut vt ipse Galenus maluit, Polybus, lib. τῆς γυνῆς, id est, de genitura, statim post princ. cum scribit, genituram ἀφροδῆς, id est, spumare. At Diogenes Apolloniates, qui & ipse à spuma Venerem ita vocatam credidit, non spumam maris intellexit, sed semen, ex quo animantes gignuntur: quòd id fit spuma sanguinis, vt scribit Clemens Alexandrinus lib. 1. πειθ' ἀγωγῆς, cap. 6. Nam & Pythagoras apud Plutarchum lib. 5. cap. 3. de Placitis Philosophorum, scribit, σπέρμα εἶναι ἀφρῶν τ' ἡρῆς τὰς αἰμάδας, id est, semen optimi sanguinis esse spumam. Porro Eusebius præparationis Evangelicæ lib. 3. cap. item 3. Nata (inquit) Venus è mari perhibetur, quod elementum calidum & humidum est, & motu crebro spumas eicit: quæ res est spermatis symbolum.

Euripides autem, loquente Hecuba, Venerem ita vocari dicit, quòd ἀφροσύνης ἀρχὴ θεῶν, id est, insipientiæ, siue maus amentia, princeps Dea sit.

Τὰ μῶρα γὰρ ποτ' ὄσα ἀφροδίτην βροβῆς.

καὶ τ' ἔνομι' ἐρῶς ἀφροσύνης ἀρχὴ θεῶν.

Nam & ἀφροδῆς desipere est. Id quod etiam tradit Heraclides Ponticus in Allegoriis Homericis, non semel: & ex ipso Euripide reperit Aristot. lib. 2. Rhetoric. ad Theodecten, cap. 23.

Physici verò, & Seruius, vbi supra citauimus, id ideo dicunt fuisse fictum, vt Venus è mari nata, & Aphrodite diceretur, quoniam is humor, quem coitus elicit, sit falsus, vti & de sudoribus & vrinis tradit Aristoteles in Problematis lib. 2. cap. 3. & iterum lib. 4. cap. 13. rursumq; lib. 32. cap. 4. Et de sudoribus Galenus lib. 10. Simpl. medicam. cap. 13. quo de sudore tractat. Ex quo est & illud Virgilij lib. 2. Aencid.

—Salsusq; per artus

It sudor.—

Et de lachrymis etiam ipse Aristoteles eiusdem illius operis libro 5. cap. 35. & Lucretius libr. 2. de Rec. nat.

Et lachrymis falsis humectant ora, genasq;

168 Venus Apro= dite cur dicta.

169 Spermatis natura spumosa.

Sperma spuma sanguinis.

170 Venus insipientie princeps.

171 Sperma salsum. Et sudores. Et urinae.

Et lachrymae.

Et ante hos Homerus lib. 2. Iliad.

ὅς ἀφ' ἑφ' σκλήπηρ' ἢ μετὰ φρενον, ἰδὲ καὶ ἄμω πλῆξεν. ὁ δ' ἰδὲ γάθῳ, θαλερὸν δ' ἔειπέ τε δάκρυ.

Et iterum lib. 12. Odyssæ, statim post principium:

ὁ ἀπὸ μὲν ἀχνύμενοι, θαλερὸν ἦν δάκρυ χέοντες.

172 Sunt que & alia appellationis huius causa, vt aliis placuit. Didymus enim ita putat eam dictam, πᾶρα τὸ ἀβρὸν τ' διαίτην, id est, à vitæ mollitie. β enim litera cognata esse videtur literæ φ. Nam quidam Philippum vocant βίλιππου, sicuti Phrygas Brygas, Fulgentius Placiades lib. 2. Mythologicarum, ita eam dicit vocari, quòd sicut spuma, ita & libido, momentaliter (vt ipse loquitur) surgat, & in nihilum veniat. Sunt & qui à Poëtis ideo fictum putent, Venerem è mari esse natam, & ἀλιγενῆ, id est, Saligenam fuisse cognominatam quòd sal ad genituram & fecunditatem non parum conducere putatur. Quod & Plutarchus tradit Problematon Symposiacorum Decade 5. ca. 10. vbi & ob eam causam dicit Aegyptios sacerdotes à salis vsu abstinere, vt castitatem inoffensam seruent. Denique aliam huius appellationis Veneris causam alij tradunt, vt videbis infra in 15. Lege Connubiali, num. 23. incip. ex his fortè.

173 Ex his fortè describitur in Apocalypsi, cap. 17. magna meretrix, sedens super aquas multas, vt scilicet illius intelligeretur æstuans libido. Nam non calido tantum concubitus constat, sed & humido simul, vt ex his patet, quæ diximus supra num. 164. atque etiam autor est Aristoteles, libro Problematon 4. cap. 5. & lib. 5. c. 31. vbi scribit, omnino incontinentes esse, qui natura calida, & humida constant: semen enim tale natura esse: & lib. 10. cap. 26. Nam vt ibi dicit, calor excernit, humor excernitur. & alibi plenius dicemus. Porro Dantes Florentinus in tract. inferni, c. 19. cuius initium est, Diuina, tradit in foemina magis inualefcere ardorem libidinis, quam in masculo. & ex eo reperit, & sequitur è nostris Alberic. in l. quæritur. circa medium. ff. de statu homin.

174 Et huius quoque rei alia potest esse ratio, vt scilicet, quamuis masculi sint foeminis calidiores, vt eo respectu, vt ita loquar, sint prouiores in libidinem: tamen quia mulierum vita est sedentaria, & omnibus modis otiosa, vt dicemus infra in hac eadem lege, nu. 215. incip. desidiosas verò. ideo & hæc in Venerem ocyus faciliusq; labuntur, nempe cuius otium parens est. Ezechiel. cap. 16. Ecce hæc fuit iniquitas Sodomæ sororis tuæ, superbia, saturitas panis, & abundantia, & otium ipsius, & filiarum eius. Ouidius lib. 1. de Remedio amoris:

Otia si tollas, periure Cupidinis arcus,

Contemptaq; iacent, & sine luce faces.

Quam Platanus riuo gaudet, quam populus vnda,

Et quam limosa canna palustris humo,

Tam Venus otia amat, &c.

Et rursum in eodem libro:

Quæritur, Aegisthus. quare sit factus adulter:

In promptu causa est, desidiosus erat.

Quos posteriores versus citat glo. in c. nunquã. in verbo, omnis otiosus, de conse. dist. v. hinc occasione sumpta, quod tex. ibi dicit, quòd in desiderijs est omnis otiosus. Et instar ipsius Aegisthi. Dauid cum misisset Ioab suum principem militiæ, omnemq; exercitum Israël cum eo debellatum filios Ammon, mansissetq; otiosus in Hierusalem, lapsus est in concupiscentiã Bersabee, cumq; ea adulterium perpetravit, cum antea nunquã aliquid tale commisisset, vt scribitur 2. Reg. 11. cap. Nam Diogenes ille Sinopæus, apud alterum Diogenem Laërtium, dicebat amorẽ, vacantium, id est, otiosorum esse occupationem. Et Menedemus Terentianus in Heauton. filio suo amorẽ ex nimio otio natum esse exprobrat: Et hinc Canachus Sicyonius statuarius Venerem effinxit sedentẽ, vt tradit Pausanias lib. 2. qui de Corinthiacis est, non ob aliam, vt opinor, causam, nisi quòd vita illa sedentaria, & nimium otium, velut alat luxum atque libidinem. Vt non abs re Menædro apud Strobæum Serm. 62. ἐρως, id est, Amor, ἀργὸς dictus sit, id est, otiosus. Nam & (vt ibi scribitur) Theophrastus interrogatus, quid esset amor, respondit, πάθος ψυχῆς χαλαρότης, id est, affectus animæ otiosæ.

175 Quas rationes cum nõ animaduertent Parmenides, Hippocrates, secũ in ea re pugnas, si is est, Rafis, Accursius, & Io. Plat. viderent tamẽ mulieres rei venereæ magis obnoxias, plusq; sanguinis habere, quam viros: illas quidẽ istis calidiores, contra omnium ferme sententiam esse voluerunt: vt de Parmenide scribit Aristo. lib. 2. de Partibus animalium, c. 2. & scriptũ reliquit ipse Hippoc. lib. 1. de Morbis muliebribus: & Rafis ad Almanforem; tract. 2. c. 56. Accursi. & Ioan. Plat. in d. §. masculi. Instit. de nupt. & alij, quorum meminit Plutarchus lib. Symposiacõn 3. c. 4. vbi & huius sententiæ multa argumenta congerit, quæ suppresso ipsius nomine, repetit Macrobius lib. Satur. 7. c. quoque 7. Quibus concinens Aristophanes in Cerealiibus, mulieres calidissimas appellat,

ὁ θερμότερ' γυναικες.

Nisi malis id ad audaciam referre. Nam θερμὸν, præter vulgatam calidi significationem, audacem quoque significat: vt eum dicimus, θερμὸν ἔργον, hoc est, calidum facinus, pro audaci. In qua etiam significatione Plautus in Mostellaria, Calidum mendacium appellauit, pro audaci vel impudenti. Quamquam nonnulli ibi legunt, Callidum. Supra autem ostendimus, mulieres meretrices esse audacissimas simul & impudentissimas: & diximus quoque versic. abhinc tertio, & seq.

176 Nisi; vt redeamus potius apud Rafim. (de cæteris enim nihil est quod dubitemus) calidiores

Alia huius appellationis cause.

Venus Saligena. Sal genitura, & libidinem prouocat.

De eadem re.

Foeminas in Venerem facilius labi, quia otiosæ sunt. Otium parens libidinis.

Amor otiosorum occupatio.

Amor otiosus dictus.

Amor affectus animæ otiosæ.

Qui foeminas esse calidiores viris dixerunt.

Mulieres uis callidiores.

scribendum fit, non calidiores: quod magis puto. Sunt enim verè omnium iudicio (vt id. in transfu dicam) mulieres uis callidiores, uerfutiore, uafriore, fagacior, testimonio ipfius Accurfij in l. omnes. C. de his, qui ven. æta. impe. & in l. fi à fpofo, in glo. vlt. in fi. C. de donatio. ante nup. Per. à Bella pertica, in dicto §. mafculi. Infti. de nup. vbi afferit uiros effe calidiores, fœminas autem callidiores, vt hinc difcrimen facilè agnofcas. Hofii. & Io. And. in d. c. literas. extrà de defponf. impuber. Hofien. in Summa, eod. tit. §. j. circa medium. Collect. in d. c. puberes. eodem quoque tit. Panormita. in c. vbi non eft. eodem item titu. & Ioan. Fab. in l. vlti. C. de iuris & facti ignor. & fati in id facit tex. in l. fi fine. C. ad Senatusconful. Velleianum, & ex externis quoque fcriptoribus uoluit Plato, lib. 6. de legibus. & Aristoteles lib. 9. animalium, cap. 1. & Lucianus, qui in Prometheo, fiue Caucafo, inducit Mercurium hæc de Prometheo querentem, quòd homines effinxerit animantum genus callidiffimum, καὶ μάλις γὰρ τὰς γυναῖκας, & quidem maximè omnium mulieres. Et Aufonius, qui priuatim ac peculiariter fœminam callidam uocat:

Callida fed media Veneris mihi vindicet artem

Fœmina.

Apud Aristophanem Lyfiftrata fœmina, quæ illi fabulæ nomen dedit, ftatim circa initium illius, hæc dicit:

Καὶ πόλλ' ὑπὲρ ἡμῶν ἦν γυναῖκῶν ἀχθομαί, ὅτι παρὰ μὲν ἀνδράσι νενομίσμεθα εἶνα πανέργα.

Id est, ad uerbum, Et multum pro nobis mulieribus difcrutor, Quòd apud quidem uiros cenfemur Effè panurga.

Id est, uafra, uerfuta, callida. Id enim ea uox Græca fignificat. Cui Calonicæ, altera mulier, illud mox refpondet:

Καὶ γὰρ ἐσμὲν νῦν Δία. Etenim fumus per Iouem.

Cæterùm Actius Aegifto, Meliùs, ait, quàm uiri callent mulieres, uti illum refert Nonius Marcellus in uerbo, callent.

177 Contra uiri callidiores.

¶ Quamquam D. Cyrillus Theologus & fanctiffimus, & doctiffimus, in Euangelium D. Ioannis, lib. 2. c. 87. interpretans illud, Dixit ei Iefus, Vade, & uoca uirum tuum: Probè (ait) atque ueraciter dici potèft, fœmineam effe fœminarum omnium mentem. Mollis enim ac tardus eft earum intellectus. Docilior autem uirorum natura eft, atque callidior. Et hac de caufa, ut arbitror, uirum uocare fuum mulier iubetur. Ita & quafi rudis mulier increpatur. Et huic opinioni adftipulatur noftræ leges, quæ non tam grauiter mulieres puniunt, quàm uiros, illisq; faciliùs parcunt, condonantq; fclera, tanquam fcilicet fimplicitatè magis ducantur, quàm calliditate: uti & Bald. placuit in rub. C. de rerum permut. uerfi. item quare donatio, & aliis multis à me cõgefis fuprà in eadem l. num. 51. itaque nefcio, & in tractatu Retractuum, tit. ij. in præfatione, nu. 35. Id quæ fati.

178 Mulieres uis impudentiores.

¶ Denique (ut redeamus) non uerum eft, quòd hic nofter aduerfarius obiecit de uerecundia mulieru. Sunt enim fœminæ uis multò inuerecundiores, atque impudentiores, id atftantibus peritiffimis rerum naturæ fcriptoribus, Aristotele fcilicet, ad cuius autoritatem ueluti ad anchoram, aut afylum, in hisce rebus confugiunt eruditi, quo loco nuper citauimus, & Galeno lib. 11. de utilitate partium, & Auicenna, qui recentiorum quorundam opinione, nemini Phyficorum medicorumq; cedit, circa initia lib. 9. de Animalibus: Rafi quoque, eo quem fuprà fapiùs citauimus, tractatu 2. cap. 56. Alberto item Magno lib. Animalium 8. cap. 1. Quorum fententiam confirmat Iurifconfultus in l. j. fexum. in uerbo, inuerecundè poftulans. ff. de poftul. Quo in loco interpretes afferunt hiftoriam muliebri impudentiæ, quam nullus unquam uir attentafte legitur. Sed & hæc mulierum impudentiam fatetur mulier quæpiam apud Alexidem:

Ἐκὲς ἀναχωτότερον θηλον

γυναικός, ἀπ' ἐμοῦ ἔγωγε πεμμάρομαι.

Non eft impudentius ullum animal

Muliero: ex me ipfa ego coniecturam facio.

Quæ etiam fententia fuit Aristophanis in Lyfiftrata:

Ὅθεν γὰρ ὡδ' ἄναξ ἀναδ' ἐς ὄν, ὡς γυναῖκες.

Nullum enim ita pecus (fiue malis iumentum) impudens eft, ut mulieres.

Sed & idem in Cercalibus fcribit, impudentes effe natura mulieres:

ἀλλ' ὅ γὰρ ὄντι ἀναχύντων φώσει γυναῖκῶν,

ὅθεν κἀκίον εἰς ἀπαντα.

179 De eadem re.

¶ Quibus fanè in ea re potiùs ego crediderim, non dicam, quàm Hieronymo, nec enim opus eft: cum illam epiftolam, quæ fuprà citauimus, eius non effe, testimonio eft, & ftylus, & Romana editio, in qua erat adfcriptu. Dicitur, fed non eft Beati Hieronymi, & afferit Erasmus uir in hisce rebus emũctiffimæ naris. Illis igitur (ut repetam) magis ego crediderim, quàm Thomæ & Aegidio, quibus etiã refragatur experientia. Quamquã, ne in re tam aperta uideantur erraffe, tanti uiri, poffumus dicere eos, cum fcripferunt, mulierè effe uerecundior, non tam intellexiffe, ut re ipfa fit uerecundior, quàm ut effe debeat. Quemadmodum etiam intelligitur tex. in l. j. §. cõfequens. ff. de fufpect.

fufpect. tuto. in illis uerbis, non fexus uerecundiam egredientis, & in l. maritus. C. de procu. & in l. ij. C. de his qui. ue. æta. impe. cum dicitur propter pudorem & uerecundiam mulieru. & in §. confequens. Infti. de fufpect. tut. ibi, non fexus uerecundiam egredientis. & in c. indemnitatibus. §. fed cum eas. de electio. lib. 6. & in c. j. in prin. de ftat. reg. eo. lib. 6. & in c. nec illud. xxx. q. v.

¶ Siquidem uerecundia quàm fuitimè decet, ornataq; mulieres. Quòd ut probem, fati effet unius testimonium, qui mihi femper fuit inftar omnium. Is eft Virgil. quem eruditi omnes tanti femper æftimarunt, quanti alium neminem. Nam cum Didonem, ante Aeneæ aduentum, ueluti omnibus fœmineis uirtutibus claram depinxiffet, tum uerò uerecundia adornauit, hoc uerfu:

Tum breuiter Dido uultum demiffa locuta eft.

Cui quidem & alios testes, & eos quidem integerrimos adiunxerim, ne tritū illud obiiciatur, Vox unius, uox nullius. Nam Iefus Syrach filius Ecclefiast. 7. Noli difcedere à muliere fenfata, & bona, quam fortitus es in timore Domini. Gratia autem uerecundæ illius fuper aurum. Et iterum c. 26. Gratia fuper gratiã, mulier fancta & pudorata. Et D. Paulus 1. ad Timoth. c. 2. iubet mulierem cum uerecundia ornari. Homerus autem femper & ubique, cum mulieres aut etiam Deas ipfas uult laudare, eo præconio maximè celebrat, quòd uerecundas eas appellat: ut lib. 3. Odyffæz:

Θυγατέρες τε, υνοὶ τε, καὶ ἀδελφεὶ παράκοιτις.

Et lib. 4. eiuſdem operis:

Σίβη δ' ἀδελφεὶ παμῆν παρέθηκε φέρουσα

Qui uerfus & lib. 17. eiuſdem operis non femel inculcantur. Itemque lib. 10.

—Νύκτας δ' αὐτὲ παρ' ἀδελφῆς ἀλόχοισι.

Et lib. 18.

ἔρχεθε πρὸς δώμαθ' ἴν' ἀδελφῆς γασίλεια.

Et lib. 6. bis terque:

ὦ γυναῖκα ἀδελφῆς λαερτιάδου ὀδυσσεύς.

Et lib. 6. Iliados:

—ἔνθα ἢ γαμβροὶ

κοιμῶντο πριάμοιο παρ' ἀδελφῆς ἀλόχοισιν.

Et lib. 21.

—ὃ ἢ μεθ' ἡμέων

παισῶν, ὅσκειν πρῶτες ὑπερφίαλοι ἀπόλωντῃ.

Et rursus in eodem lib. de Iunone loquens:

πρόχου κακῶς σὺν πασι καὶ ἀδελφῆς ἀλόχοισιν.

Et in Hymno Apollinis:

ἀλλὰ χλωραμένη διὸς ἀδελφῆς παράκοιτις.

Et in Hymno Veneris:

αὐτῆς σὺν πασίνδεσι καὶ ἀδελφῆς ἀλόχοισι.

ὃδὲ μὲν ἀδελφῆς κέρη ἀδελφῆς ἀφροδίτης

ἴσῃ.— Et paulò pòft:

ἀδελφῆς ἀλόχου ποικίλας κέρη ἐδύσαν.

Et in fecundo Hymno Veſtæ:

Ἰλαος ὦν ἐπάρη γε σὺν ἀδελφῆς πεφίλητε

ὄσιν.— Et in 2. Mercurij Hymno, de Maia eius matre:

ἀτλαντὸς θυγατέρος, διὸς γὰρ φιλότῃ μιγεία,

ἀδελφῆς.—

Et Ouidius in Ibin, Dianam, quam caftiffimã fuiſſe perhibent, & in quam Homerus ipſe in Hymno quopiam negat Cupidini ius ullum fuiſſe, uerecundam quoque uocat:

Quique uerecundæ ſpeculantem membra Diane, &c.

Nam & Demades apud Stobæum Serm. 72. dicere ſolebat, πῶ ἀδῶ τ' κάλλος ἀκρόπολις εἶν. Id eft, Pudorem in muliere pulchritudinis arcem effe.

Pudorem in muliere pulchritudinis arcem effe.

¶ Sed & d. l. in coniunitione. C. de nup. & aliæ loquentes de pudore, & uerecundia muliebri, non afferunt mulieres uis effe uerecundiores, fed tantum probant illas effe interdum uerecundas: quòd nec ego inficior, præfertim uirgines puellas adoleſcentes, quæ nondum frontem perfricuerunt: de quibus nuncupatim loquitur d. l. in coniunitione. Eft enim illarū (ut uerum fatear) propè peculiaris pudor: ſicuti & apud Lucianum Samofatenſem in Deorum iudicio, teſtis eſt Iupiter, diſcens Palladi, propriū effe uirginibus erubefcere. Ideoq; Tullius in Oratione pro P. Quinto, Plinius Iunior lib. epiſto. 5. ad Marcellinum, Apuleius lib. Afini aurei 1. & non multum ante finem: & Hieronymus ad Euſtoch. de acceptis ab ea munuſculis, eleganti epitheto uerecundiam uirginalem uocat. Et Diuus Ambroſius in c. honorantur. xxxij. q. 1j. pudorem quoque uirginalem appellat. Et Tibullus non diſſimiliter pudorem uirgineum uocat, lib. Eleg. 4.

Virgineus teneras ſtat pudor ante genas.

Vti & Statius lib. 12.

Olim hic uirginei cuſtos monitorq; pudoris.

Et Valerius Flaccus lib. Argonauticōn quinto:

Audit uirginei cuſtos grandæua pudoris.

Et Apollonius Rhodius lib. 3. Argonauticōn, ἀδὸς παρεδνή. Virgilius autem lib. 1. Georgicōn, uirgineum ruborem dicit:

At ſi uirgineum ſuffuderit ore ruborem, &c.

Hincq; Homero lib. 2. Iliados Aſtyoche παρεδνός ἀδελφῆς dicitur, id eſt, uirgo uerecūda: uti & Diana, de qua nuper locuti ſumus, in 2. eiuſdem Hymno: & Pallas in 2. quoque ipſius hymno. Et Ouidius lib. 1. Elegiar. puellam uerecundam peculiari quoque epitheto uocat:

Forma uerecundæ nocuit mihi uifa puella.

Ueluti id epitheton maximè uirginibus & puellis conueniat. Nam (ut ſcribit Ambroſius) de in-

De eadem re. Mulieres in primis decet uerecundia.

Pudorem in muliere pulchritudinis arcem effe.

Puellarū peculiaris pudor.

Virginalis uerecundia. Virginalis ſiue uirgineus pudor.

Virgineus rubor.

Puella uerecunda.

Virginitatis dos uerecundia.

182

stitutione virginis, cap.1. Virginitatis dos quædam est uerecundia, quæ commendatur silentio, Chrysofostomus autem ad populum Antiochenum, Homilia 30. pronuntiat meretrices impudentes esse, virgines uero uerecundas, huiusq; rationem reddit.

¶ Porro id quod de meretricibus dicit, aperte probant quæ latius supra diximus nu.153. incip. pudor autem & seq. Et inter cætera illud Hier. 3. Frons mulieris meretricis facta est tibi, noluit eru bescere. Et illud præterea Osee 2. ubi introducit meretricem hæc dicentem, Vadam post amatores meos. Id quod D. Hieronymus ibi trahit ad impudentiam meretricum, quæ ut ille dicit, gloriantur in suo scelere. Nec interim assentior Bald. noranti ex d.l. in coniunctione. naturale esse mulieri propter uerecundiam tacere, si intelligat fœminas esse huiusmodi nature, ut sint taciturnæ ex uerecundia, cum sint mulieres & inuerecundæ, ut iam diximus, & admodum loquaces, quod postea dicemus. Ideo Alberi. in l. generalis. ff. de adop. aliud not. ex d.l. in coniunctione. uidelicet mulieres ex uerecundia loqui non debere: quod & nos facile recipimus.

Mulieres canibus comparate. Impudetes canes uocantur.

183

¶ Sed & hanc mulierum impudentiam adstruit, quod infra dicemus, cum de inuidia fœminarum differemus, mulieres canibus à multis comparatas, quia eo animali nihil est impudentius: ut quod in proptulo & ubique coëat, ut & nos alibi dicemus, scilicet infra l. xv. nu. 157. incip. Plutarchus. Nam & hinc (ut opinor) impudens & inuerecundus Græcis κύναιος uocatur, κύναιος & κύνωπιος. Et κύνωπιον pro magno conuicio Mars bile percitus Mineruam nihil tale merentem uocat, lib. 2. Iliad. Et apud Latinos quoque canis appellatione impudentibus conuicium fieri solet, ut scribit Donatus in Eunuchum Terentij, interpretans illud, Ain' uero canis. Nam & 2. Reg. ca. 16. Abisai, qui tam impudenter Dauidi maledicebat, canem appellauit. Quare maledicit (inquit) canis hic domino meo Regi? Et apud Homerum quoque lib. 17. Odyssæ Vlysses à Melantheo κύνωπιον, id est, canis uocatur: ut & lib. 18. & seq. Melanthius ab Vlysse. Et lib. 22. Vlysses hoc quoque titulo procos confixit. Et apertissime id ad impudentiam refert idem Homerus lib. 1. Iliad. Nam cum primum Achilles Agamemnonem impudentem uocasset,

ὦ μοι ἀναδέειν ἐπειμένε.—

Paulò post eundem uocat uirum canino aspectu:

Τιμὴν ἀρνύμενοι μενελάω, βί τε κύνωπι.

Et apertius quoque lib. 9. Iliados:

ἀέψ ἀναδέειν ἐπειμένος, δδ' ἀρ' ἔμοιγε

Τετραίη κύνωπιος πρὸ ἔων, εἰς ὅπα ἰδέει.

Semper impudentiam indutus, neque mihi

Tolerabit, caninus quamuis existens, uultum aspicere.

Et apud eundem lib. Odyssæ 4. Helena sese κύνωπιον, id est, impudentem ut canem uocat, quòd Paridem secuta fuisset:

ὡς δδ' ὀδυσσεὺς μεγαλήτορος ἦ ἔοικε

Τηλεμάχῳ τ' ἔλεγε νέον γεγαῶτ' ἐνὶ δίκῳ

Κείνος ἀνὴρ, ὅτ' ἐμείο κύνωπιος εἶνεκ' ἀχαιοὶ

ἦλθε δ' ἄπο Τροίης, πόλεμον θρασυῖν ὀρμαινοῦτες.

Et hanc Homeri appellationem ad impudentiam refert ex dictis locis quædam citans Pollux Onomast. lib. 5. c. 11. Et alia quoque multa de canum impudentia, uidebis apud Conrardum Gesnerum Histo. animal. lib. 1. ubi de cane agit, in litera H. Nam & Esaias scriptor sanctissimus, c. 56. canes impudentissimos appellat. Et Oppianus quoque de uenatione lib. 5. canum impudentiam notauit. Moses autem Gene. 23. meretricem & canem copulauit. Non offeres (inquit) mercedem meretricis, neque pretium canis in domo Dei tui. De qua re loquens D. Hieronymus in Esaiam, cap. 66. Pulchrè (ait) canis & meretrix copulantur, quia utrunque animal proum est ad libidinem.

Mulieres iracundæ.

184

¶ H A C T E N S, quæ de impudicitia mulierum dicenda uidebantur. Nunc res ipsa monet, ut deinceps ad iram, cui quartus locus assignatur, transeamus. Et sanè mulieres sunt iracundæ, ad iram procliuës, iræ impatientes. Iracundia enim præcipites feruntur in ferrum, in necem tam suam, quam suorum. Iuuenalis in calce Satyræ 6. de mulieribus loquens:

— Quoties facit ira nocentem

Hunc sexum, & rabie iecur incendente feruntur

Præcipites, ut saxa iugis abrupta, quibus mons

Subtrahitur, cliuòq; latus pendente recedit.

— Nescit uestra uens ira referre pedem.

Propertius lib. 3. ad Cynthiam:

Seneca lib. 1. de Clementia, muliebre dicit, in ira furere. Cui simile est, quod dicit Chrysofostomus in Homilia de decollatione D. Ioannis: Mulier si iniuriâ patitur, insanit. Idem autem Seneca lib. 1. de Ira, scribit iram esse uitium muliebre. In quo secutus fuisse uidetur Platonem, qui lib. 5. de Legibus, iracundiâ muliebrem uocat, tanquã uidelicet sit proprium peculiareq; mulierum uitium. Terentius autem in Hecyra docet fœminas leuissima quaque occasione in iram prorumpere, cum dicit, Fortasse vnum aliquod uerbum inter eas iram hæc conciuerit. Sed & ipse Chrysofostomus in epistol. ad Ephes. Homi. 13. tradit mulieres plerunq; iracundas esse. Et Rasis ubi supra, dicit mulieres celerius irasci, quam mares. Et Rabbi Moyses Aegyptius, in lib. Perplexorū 3. c. 49. idem dicit idq; tribuit debilitati sensus muliebris. Idemq; propemodum tradit Plutarchus in lib. πρὸ ἀεργουσίας, id est, de

Iracundia uitium muliebre.

cohibenda ira. Sicuti (ait) tumor accidit ex magna plaga in carne, ita in mollissimis animis, si quis se præbeat dolori, hoc ipso quòd maior est imbecillitas, maiorem elicit iracundiã: hæcque de causa mulieres iracundiore sunt uitis, ægroti sanis, senes iuuenibus, infelices felicibus. Abdicatus item ille Medicus, apud Lucianum in Dialogo, cui & ipse titulum fecit, asserit facilius fœminas, quam uiros, in infantiã prolabi, difficiliusque huius morbi curationem recipere, ea potissimum ratione, quòd multum habeant iracundiæ, ac leuitatis, facileque commoueantur, sintque illis vires corporis exiguæ. Ecclesiastic. c. 25. scribit non esse iram super iram mulieris. Quod & è nostris usurpauit Bal. in l. si apud. C. de reuo. don. in id trahens tex. ibi. Et huc quoque respicit, quod Chilo ille Lacedæmonius apud Laërtium dicebat, Minari alteri, esse muliebre. Nam id ex ira procedit.

¶ Nemo autem exactius hoc mulierum uitium expressit, quam Palladas, aut ut alij malunt, Telemachus, qui libro 2. Epigrammaton, scribit mulierem esse iram ipsam. Huius in eam rem hoc distichon est:

πᾶσα γυνὴ χόλος ἐστίν, ἔχει δ' ἀγαθὰς δύο ὄρας,

τὴν μίαν ἐν θαλάμῳ, τὴν μίαν ἐν θανάτῳ.

Et huc alludit illud Virgilianum lib. 7. Aeneidos:

Quam super aduentu Teucrum, Turnique hymenæis

Fœmineæ ardentem, curaq; iraq; coquebant.

Nam, Fœmineæ, non otiose dixit, quoniam (ut etiam annotat inibi interpres) fœmineus sexus propter imbecillitatem impatientior est iræ. Hinc paulò post, ut rabiem uehementiorem ostendat, canes fœmineo genere ponit, cum dicit,

Hunc procul errantem rabida uenantis Iuli

Commonère canes. —

Quo etiam in loco interpres ipse dicit, ob id Virgilium dixisse, Rabidæ canes, quia fœminæ facilius in furorem concitantur. Et Virgilium secutus Columella lib. 6. cap. 13. Eodem, inquit, remedio curatur rabiosæ canis, uel lupi morsus. Et Apuleius lib. 9. Asini aurei, Annuntiat (inquit) canem rabidam paulò antè per posticum impetu miro sese direxisse, ardentique profusus furore uenaticos canes inuasisse. Quo tamen in loco interpres alioqui oculatissimus, id minimè uidit. Aëfopus autem apud Planudem dicit magnam rem esse placare fœminam, μέγα τι χῆμα προῦναε γυναικα. Quorsum igitur Ecclesiastic. cap. 10. hæc scribit? Non est creata hominibus superbia, neque iracundia nationi mulierum, &c.

De eadem re Mulier ira ipsa est.

Mulieres prægnantes præceteris iracundæ.

Et anus. Prouerbiū.

¶ Tum uero maximè (ne id omittam) mulieres in hoc iracundiæ uitium procliuiores sunt, cum ferunt uterum, præsertim ex fœmellis, ut magna autoritate affirmat Petrus ille Aponensis & Philosophus & Medicus celeberrimus, in Commentariis, quos doctius quidem, quam elegantius edidit in Problem. Aristotel. lib. 10. cap. 35. ubi & huius rei rationem reddit, quam qui uolet in eo loco uidere poterit: neque enim constitui omnia omnium scriptorum loca huc transferre, ne in immensum hic liber abeat.

¶ Et quod uerissimum est, id uitium anus præceteris vexat, præcipitesque agit, uel testimonio ueteris illius prouerbij, quod ex Menandro refertur:

Πολύ χῆρον ἐστὶν ἐρέτιστα γυνῆ, ἢ κύνα.

Plus est periculi, anum lascescere, quam canem.

Quod ipsum enarrans Erasmus Chiliadis 4. Centur. 8. c. 28. Hebræorum (inquit) sententiæ negant ullam iram atrociorē esse iræ muliebris. Irritabile enim & uindex mulierum genus, partim ob rationis inopiam, partim ob animi humilitatem. Nam ueræ magnitudinis est, quasdam iniurias negligere, nec quosuis homines dignari iram suam. Quod Lucan. (ut id addas) satis adstruit: — Non est dignus Cæsaris ira.

Est autem (ut ad Erasmus redeamus) formidabile animal mulier, cum ad sexus uitium accedit senectus. Canis irritatus tantum oblatrat, interdum & mordet. At aniculæ præter linguæ uenenum, interdum instructæ sunt malis artibus, ueneficiis, & incantamentis. Itaque nonnulli ingenti suo malo experti sunt esse uerissimum, quod dixit Menander. Hæc ille.

¶ Et quoniam CLAMOR, RIXA, CONTUMELIA, sunt iræ filia, siue comites, ut est recentium Theologorum, & D. Gregorij sententiæ, & de rixa probatur Prouer. 29. Vir iracundus prouocat rixas. Sed & CRUELITAS quoque, etiam si Theologi prætermittant, hinc prodiisse uidetur, atque etiam VINDICTA, cum ira sit quædam libido uindictæ, ut ex Platonis autoritate scribit Plutarchus in lib. de Virtute morum. Proinde sunt mulieres clamosæ, & rixosæ, & contumeliosæ, & crudeles, & uindictæ appetentissimæ. Clamosas esse uidemus quotidie, uiditque Plato, qui lib. 6. de Legibus, scribit eam esse naturam mulierum, ut orationem rectè dicentis sine ingenti clamore audire non possint. Et apud Plautum in Pœnulo cum Pœnus dixisset Agorathocli:

Tace, atque parce muliebris supellecili:

Interrogassetque Agorathocles, que ea esset supellex: Respondit Pœnus:

Clamor clamor sine modo — Et alius Comicus Terentius in prologo Hecyræ:

Comitum conuentus, strepitus, clamor mulierum.

Hincque Oui. lib. 12. Metam. Fœmineum clamorem, proprio epitheto uocat:

Fœmineo clamore sonat domus. —

Et Silius Italicus lib. 15.

Ira libido uindictæ. Mulieres clamose.



Fœmineus clā mor.

Fœmineo clamore Dracem extrema rogantem, &c. Et ante hos Virgilius lib. II. Aeneidos, Fœmineum clamorem ad cœli sÿdera tollunt. Quod & huc trahit Seruius in eum locum.

189 Fœminei ululatus.

¶ Valerius autem Flaccus lib. 4. Argonauticôn, peculiari quoque epitheto, fœmineos ululatus appellat, veluti fœminarum proprios. Similiter Silius Italicus lib. 13.

Fœmineum tenues ululatum fundere in auras.

Quod & ante eos fecerat Virgilius lib. 4. Aeneid.

Lamentis gemituque, & fœmineo ululatu

Teſta fremunt.

Quo loco seruius id dicit esse proprium fœminarum. Et lib. 9. eiusdem operis:

Evolat infelix & fœmineo ululatu.

Ex quo & idem lib. 2. eiusdem operis:

—Penitusque caua clamoribus ades

Fœmineis ululant.—

Et lib. 7. eiusdem quoque operis:

At ſt alie tremulis ululatibus athera complent.

Et Ovidius lib. 4. Fastorum,

Vt clamata ſilet, montes ululatibus implent.

Et in Epistola Oenones ad Paridem:

Impleuſque ſacram querulis ululatibus Idam.

Et in Epistola Didûs ad Aeneam:

Audieram voces, Nymphas ululaſſe putavi.

Et in Epistola Hermiones ad Orestem:

Mox ubi me thalamis ululantem, & acerba gementem

Condidit.— Et lib. 4. Metamorph.

Sicut erant, viſo nuda ſua pectora nympha

Percuſſere viro, ſubitiſque ululatibus omne

Implevere nemus—

Et Plinius Iunior libro 6. Epistolarum ad Tacitum: Audires (inquit) ululatus fœminarum, infantium quiritatus. Et ipse Tacitus Historiæ Augustæ, lib. 20. Vt ululatus fœminarum, & vagitus infantium. Et ante hos Homerus lib. 6. Iliados:

Αἰ δ' ἄλολυγῆ πᾶσαι Ἀθῆνῃ χεῖρας ἀνέχον.

Ha autem ululatu omnes Minervæ manus elevarunt.

Et in Hymno Apollonis:

—Θεαί δ' ἄλολυξαν ἅπασαι.

Dea autem ulularunt omnes.

Et rursus in eodem Hymno:

—Αἰ δ' ἄλολυξαν

Κρηιοσεγῶν ἄλοχοι.—

--Ulularunt autem

Criſſagorum mulieres.

190 Muliebris eiulatus.

¶ At lib. 15. Tacitus muliebrem eiulatum appellat: quod non longè ab illo differt. Hincque est illud Virgilij 2. Aene. à nobis nuper ex parte citatum:

At domus interior gemitu miſeròque tumultu

Miſcetur, penitusque caua plangoribus ades

Fœmineis ululant: ferit aurea ſÿdera clamor.

Claudianus quoque de victoria Stiliconis contra Alaricum, Querelas muliebres vocat:

--Durate parumper,

Inquit, & excuſiſ muliebribus ore querelis,

Fatorum toleremus onus.--

Iterum de clamore mulierum.

Ajax apud Philoſtratum in Heroicis, muliebre esse dicit clamare. Iuuenalis autem, de veluti tintinnantibus mulierum clamoribus loquens Saty. 6.

Tot pariter pelues, tot tintinnabula credas

Pulſari.--

Nam & paulò antè dixerat tatum esse mulierum clamorem, vt vinceret omnium clamosiſſimos: ſcilicet, Grammaticos, Rhetores, Cauſidicos & Præcones, dicens,

Cedunt Grammatici, vincuntur rhetores, omnis

Turba tacet, nec cauſidicus, nec præco loquitur.

E noſtris Accurſus in laſſiduis. in prin. C. qui potio. in pig. hab. ſcribit mulieres ſemper clamare: & allegat text. optimū in l. i. §. ſexum. ff. de poſtulo Et huc alludès Hebræus ille παροιμιόγραφο.

¶ Sunt item rixofæ, litigioſæ, iurgioſæ, vt aſſerit Albertus Magnus in libr. iam ſuprà ſæpius citato.

Quod vel fatiſ ex illo Homeri teſtimonio comprobatur ſuprà citato, cùm de Contentione, ſpectie ſuperbiæ differeremus. Cui ſubſcribens Menander Poeta Græcus:

Χειρῶν κατ' οἶκον ἐστὶν ἀνδρῶσιν γυνή.

Tempeſtas in domibus eſt viriſ mulier.

Et Ovidius de Arte amandi, lib. 2.

—Doſ eſt (inquit) vxoria lites.

Iuuenalis quoque Saty. 6.

Nulla

Nulla ferè cauſa eſt, in qua non fœmina liſem

Mouerit --

Et poſt pauca:

Semper habet lites, alternàque iurgia lectus,

In quo nupta iacet, minimum dormitur in illo.

Et alibi eadem Satyr. ad hoc alludens:

Puſſo, qui noctu non litigat.--

Diuus Hieronymus In Iouinianum libr. I. citat illud ex Vario Gemino, nobili Declamatore: Qui non litigat, cœlebs eſt. Quibus conuenit illud Xyſti Pythagorici in Enchiridio: Nubere, & filios procreare poſſum: ſcias vtrunque. Sin autem tanquam prælium ſciens, tamen pugnare viſ, & vxorem duc, & filios procrea. Is autem eſt, quem citat Hieronymus ex eodem lib. in cap. origo.

32. q. 4. Huc quoque accedit illud Solomonis Prouerb. 21. Melius eſt ſedere in angulo domariſ, quàm cum muliere litigioſa, & in domo communi. Quod & repetitur iſdem ferè verbis in c. 25.

Sequitur autem paulò poſt, in d. cap. 21. Melius eſt habitare in terra deſerta, quàm cum muliere rixofa, & iracunda. Et cap. 19. Teſta iugiter perſtillât, litigioſa mulier. Cui conſimile eſt, quod eiusdem operis cap. 27. ſcribitur Teſta peſtilentia, in die furoriſ, aut (vt alij melius, meo quidem iudicio legunt) frigoriſ, & litigioſa mulier comparantur.

191 ¶ Quibus concinit verus illa monumenti inſcriptio, quæ Romæ in via Tiburtina hodie conſpicitur, tribus hiſ quadratiſ cataleſtiſ:

Heuſ viator, miraculum, hic vir & vxor non litigant.

Qui ſumus non dico. At ipſa dicam: Hic Babius ebrius

Ebriam me nuncupat. Hei vxor, etiam mortua litigas?

Refert Iouinianus Pontanus in li. què de obedientia ſcripſit, & Raphaël Volaterranus in Philologia, & è noſtris Catellianus, paulò ante finem fuorum Memorabiliſ, & And. Alc. lib. παρέρων

2. c. 13. Nec minùſ eſt lepidum Auſonij Epigramma, quod dicunt, perperam, meo iudicio, ex Græco traduſtum, huic loco accõmodatiſſimum, de Grammatici cuiuſdam infauſto matrimonio:

Arma virumque docens, atque arma virumque peritus,

Non duxi vxorem, ſed magis arma, domum.

Namque dieſ totòſ, totòſque ex ordine nocteſ

Litibus oppugnat meque, meumque larem.

Atque vt perpetuiſ dotatâ Mariæ duelliſ,

Arma in me tollit, nec datur vlla quieſ.

Iamq, repugnanti dedam me, vt denique victum

Iurget ob hoc ſolum, iurgia quòd fugiam,

--Vt denique vitem Iurgia ob hoc ſolum.

Aut vt alij legunt:

Aliudque Palladæ de Grammatico quoque feſtiuſ Epigramma:

Μῆνιν τ' ἐλομῶλω γαμετῶν ὁ τάλαισ γεγάμηκα,

Καὶ παρὰ τὴ τέχνησ μῆνιδ ἄρξάμην.

Ἄμει ἐγὼ πολὺμωιſ ἐχὼν διχόλωτον ἀνάγκησ,

Τέχνησ γραμματικῆσ, καὶ γαμετῶσ μαχίμωσ.

Grammatico ducta eſt vxor mihi peſtifer ira:

Artiſ & infelix ira mihi auſpicium.

Heu miſer, en gemina fatiſ modo comprimor ira,

Artiſ Grammaticeſ, fœmineâque domi.

Οὐ δὴν ἄμα γαμετῆσ, καὶ γραμματικῆσ ἀνέχεσθαι,

Γραμματικῆσ ἀπόροσ, καὶ γαμετῶσ μαχίμωσ.

Ἄμφοτέρων τὰ πάθη, διανάτῃ καὶ μοίρω τίτυκται,

ἢ τὸ ἐν γραμματικῶν καὶ μολὶσ ἐβίβυγον.

Ὁ δὴν ἄμα δ' ἀλόχοσ τ' ἀνδρομάχοσ ἀναχωρεῖν,

Ἐργεὶ χάρτη γάρ, καὶ νόμοσ ἀυτοῖν.

Non poſſum vxorem, & Grammaticen ſuſtinere,

Grammaticam indigam, & vxorem pugnacem.

Ex utriſque paſſioneſ, moſ, & infortuniuſ parantur.

Ipſam Grammaticen vix datur euadere.

Non poſſum autem ab vxore Andromache diuertere,

Prohibet enim charta, & lex Auſonia.

Et huc quoque ſpectat, quod ſuprà, in Superbia, de contentione mulierum ſcripſim.

192 ¶ Quod cum aliâſ ſemper ac in omnibuſ nationum mulieribuſ verum ſit, præſertim

verò in noſtriſ Galliciſ, ſi verum dicit Ammianus Marcellinus libr. Rerum geſtarum 15. quo loco

mores Gallorum deſcribit, vbi aſſerit, Galloſ ipſoſ auidioſ iurgiorum & ſublatiuſ inſoleſcentioſ,

ſubditque hæc verba: Nec enim eorum quempiam, adhibita vxore, multò fortior & grauior pe-

regrinorum ferre poterit globuſ. Quorum verborum obſcurorum quidem, vt ſunt cætera ei-

uſdem autoriſ, hic propemodum ſenſuſ eſt: Si Gallo viro rixanti, acceſſerit vxor, eoſ quidem

rixando ſuperaturoſ multò pluſ ac fortioſ alteriuſ nationiſ homineſ,

¶ Fœminas

Prouerbiuſ Salomonis.

De eadem re.

Id eſt, ex Othomari Luſcinij verſione:

Aliud item eiſdem & de alio Grammatico:

Id eſt, ferè ad verbum:

Muliereſ Gallice maxime iurgioſe.

194 Mulieres contumeliosae & iniuriarum abundantes.

194 **F**oeminas quoque esse contumeliosas, iniuriisque abunde referas, nemo it inficias propter autoritatem Chrysofomi, qui in Acta Apostolica c. 5. scribit, muliebri esse contumelia afficere: & Platonis qui li. 11. de Legibus muliebres haberi dicit, qui sibi iniucem verbis turpibus maledicunt. Cui subscribitur eius discipulus Aristoteles, in eo loco, quae supra toties citauimus, scilicet li. 9. Histo. ani. in princ. eas scribit viris esse maledicentiores atque mordaciores: femineae enim naturae proprium esse τὸ φιλολοιδόρον, καὶ μεμψίμορον, id est, conuiciandi cupiditate, & querulam naturam. Id quod etiam quotidie experiuntur, quibus est cum mulieribus certamen linguarum. Aesopos, teste Plannude, asserbat mulierem minima quaque recula offensam conuiciari: γυνή (inquit) ἐπ' ἐλαχίστῳ ἀλγύσει, λοιδορεῖται. Ex nostris Ioan. And. & Dom. in c. indemnitatibus. §. vt autem. de elec. li. 6. tradunt ob id inter ceteras causas illic statui, ne in electionibus monialiū fiat collatio zeli ad zelū, & meriti ad meritum, vt sit in electionibus virorum: quoniam si ita fieret, infinita sibi conuicia iniucem ingererent. Insigne autem exemplum muliebris maledicentiae fuit Iambe, a qua iambeῖον, prisci dixerunt pro conuiciari & maledicere, vt scribit Suidas, & Hesychius, & Hephæstion. Atqui Euripides in Phoenicis scribit mulierum genus esse φιλοφρονον, tanquam dicas obrectatorium, obiurgatorium, cauillatorium, vituperatorium, si ita loqui nobis permittitur, illic enim dicit, φιλοφρονον γὰρ γῆμα θηλείων γένος.

Et hinc fortasse ortum est, quod mulieres canibus quandoque legimus comparatas: vt diximus supra numer. 182. sed & hanc. Nam & maledicos canes appellare solemus, propter perpetuū illum & naturalem latratum canum. Hinc Horatius in Epod. Cassium Seuerum, quod esset Poeta maledicus, ignauum canem appellat, vt & ibidem tradidit Acron.

195 **C**rudeles autem foeminas esse, scribit Alber. in l. filia in orbitate. C. de inoff. testa. nisi mendū sit, in quibusdam codicibus. Alberi. vt supra alibi docuimus. Sed id fati probat Graecus ille Menendri versiculus,

Ἴση λεάνης, καὶ γυναικὸς ἀμότης.
Aequalis leanae, & mulieris crudelitas.
Θηρῶν ἀπάντων ἀγριότερα γυνή.
Ferarum omnium immittior femina.

Et ille, quem in alio loco adduximus:

Cui succinens Tibullus ita cecinit:
Ab ceruleo genus, nec fidum femina nomen.
Propterea & Virgilius 4. Aeneidos, inducit Didonem hanc crudelissimè dicentem:
Non potui abreptum diuellere corpus, & vndis
Spargere, non socios, non ipsum absumere ferro
Aescaniam: patrisque epulandum ponere mensis?

Et Horatius Europam lib. 3. Carminum, Ode 27.
Si quis infamem mihi nunc iuuenem
Dedat irate, lacerare ferro, &
Frangere enitar modo multum amati
Cornua tauri.

Et Terentius Pythiam, in Eunucho:

Qui runc si detur mihi,
Vt ego unguibus facile illi in oculos inuolem venefico!
Et Thaidem in eadem fabula: — Sine, vt
Veniat: atqui si illam digito attigerit vno, oculi illico
Effodientur.

At Seuerus Cecinna apud Tacitum lib. 3. affirmat muliebrem sexum, si licentia adsit, saeuū esse, quod nos alibi retulimus.

196 Praesertim nouerca in priuignos cru- deles.

196 **P**rae ceteris autem nouercae sunt in priuignos cru- deles, dirae, immanes, saeuae, immites, truces, funestae, terribiles, & magis quidem, quam vitrici, vt non abs re huiusmodi epitheta illis sunt peculiariter attributa. Cestius Pius apud Senecam lib. 4. Cōtrouersiarum, Sed adhuc (inquit) crudelis & pertinax nouerca, post omnia deuicta nihilominus saeuit. Ouid. in Epist. Medae ad Iasonem,

Saeuiet in partus dira nouerca meos?
Et Claudianus de Raptu Proserpinæ, lib. 3.
In dira subito mores transisse nouercae.
Et Virgilius lib. 2. Georgicōn,
Pocula si quando saua infecere nouerca.

Et Ouid. lib. 2. Tristium:

Nam quid in Hippolyto est, nisi saua flamma nouerca?
Et Seneca Tragœdiographus in Octauia:
Tulimus saua inssa nouerca
Hostilem animum, vultusque truces.
Saeva cui lacrymas dedit
Etiam nouerca
Pincit sauis cura nouercas.

Rursūque,

Iterūque in Hippolyto:

Et Stacius lib. 2. Syluarum, in Epicedio in Glauciam Melioris:
— Cui sibila serpens

Poneret, & saua vellet seruire nouerca.
Et Valerius Flaccus lib. Argonauticōn 1.
— Heu saua nequicquam erepta nouerca.
— Heu saua formido nota nouerca.

Et iterum lib. 5.

Nam & e nostris gloss. in ca. pastoralis. super verbo, principia, de re iudic. Solent (ait) nouerca in priuignos sauire. Sed, vt ad alia epitheta transeamus, Ouid. lib. 1. Meta.

Menander,

Terribiles.

Luridat terribiles miscent aconita nouerca.
Διαιτῆρον ὄδεν ἄλλο μητρικῆς κακόν.
Terribilius non aliud nouerca malum.
Ἐχθρὰ γὰρ ἐπιβάλλει μητρικὰ τέκνοις.
Τοῖς προῦδ' ἐχθρῶν ὄδεν ἠπιωτέρα.
Hostis enim consequens nouerca liberis
Prius genitis, vipera nihilo mitior.
Audite Athenae, tuque funesta pater
Peior nouerca.—

Euripides in Alceste:

Et Seneca in Hippolyto:

Funesta.

Quis autem nescit, Arsinoen Lyfimachi Macedoniae Regis vxorē, Agathocle vitricum in regni successionem destinatum, veneno necasse? id attestante Iustino circa princ. lib. 17. Sed nos de hac nouercarū crudelitate, & sauitia abundantius dicemus in aliis nostris cōmentariis Consuetudinum Pieta. tit. 28. Vt interim tamen non praetermittam text. in l. 1. C. in quib. caus. cess. long. temp. pre- scribit. & in l. non est. quae est quarta. ff. de inoff. testa. Et quod scribit Hyginus fabularum c. 19. Phineum Agenoris filium, filios, quos ex Cleopatra susceperat, nouercae crimine excasse.

197 **Q**uanquam aduersus hanc facere videtur, quod scribunt Aristoteles & Auicenna, vterque li. 9. Animalium, c. 1. mulieres vitis esse misericordiores, ac magis pias: quod & placuit nostro Io. Fabr. in l. vlti. post princip. C. de iuris & fact. igno. Hincque illud Hypermnestrae Ouidianae ad Linum:

Feminae vitis misericordiores.

Femina sum, & virgo, natura mitis & annis.
Quasi dicat femina vitis suapte natura esse mitiores, & iuniores senioribus. Et huc quoque alludit illud Plautinum in Rudente:

Misericordior nulla est me faminarum.
Quinetiam D. Cyrillus, Muliebri, ait, genus quodammodo lacrymarum amans est, & animo ad misericordiam facili praeditum. Graecè sic legitur: φιλόδακρυπος αἰεὶ τὸ θῆλυ γένος, καὶ τὸ νῆρ ἄς ἔλεον ἐνδιδάσσει τὸν ἔχον. Id quod ex eo repetit Antonius Monachus libro Melissae 2. Serm. 33.

Nouerca interdum priuignos, ut filios diligunt.

198 **S**ed nec id quod de nouercis dictum est, perpetuò verum est (id enim obiter dicere volumus) quando legamus & nouercas quasdam priuignos filiorū loco dilexisse. Ex quibus prima occurrit Theano Antenorē vxor, quae Pedaeū priuignū non aliter educavit, quam si vnus ex illius liberis fuisset: vt scribit Hom. li. Iliad. 5. Deinde Eribea, Martis nouerca, cuius precibus Mercurius furtim ipsum Martē priuignū, à vinculis, quibus cum Orius & Ephialtes filij Aloci alligauerat, liberavit: vt scribit idē Homerus eod. lib. Iliad. 5. Et Iōgo post tempore nouerca Cornelij Syllae, eum perinde ac filium diligebat: ab eaque, cum è vita excederet, proximis omnibus neglectis, haeres relictus est, vt est testis Plutarchus in Vita illius. Et haud multo post Octauia illa Augusti soror, & M. Antonij vxor, quanquā rescuisset Antonij maritū miserimè Cleopatram deperire: tamen ipsius domum neque deseruit, neque filiorū eius curam remisit: sed eos diligenter excoluit, nec solum cōmunes, sed etiam priuignos, ex Fulvia priore vxore susceptos. Atque etiam post mortem Antonij filium, eiusdē ex eadē Fulvia genitum, ita magnum apud Augustum fratrem fecit, vt post Agrippam & Liuia filios primas obtineret: vt & idē Plutarchus in Vita ipsius Antonij memoriae prodidit.

De eadem re.

199 **E**t vt aliquid ex nostris afferamus, Vlpia. in l. si mulier. ff. de castren. pecu. scribit ea castrensi peculio annumerari, quae miles ex ea pecunia cōparat, quā illi nouerca ad id ipsum reliquerit: quod nunquam dixisset, nisi aut scilicet aliquando factū, aut aliquando futurum existimasset. Et id quidem factum fuisse testatur Scruola, apud quem in l. filio. §. Scia. ff. de adi. leg. nouerca legauit priuigno suo auri pondo quinque. Nam & quod plus est, in l. et si sine. C. ad Senatuf. Trebell. mulier quæpiam priuignum suum hæredē instituit. Et in l. Mulierem. C. de adop. alia mulier impetrauit à principe, vt sibi liceret priuignum adoptare. Ex nostris interpretibus Benedict. Capr. consil. 132 punctus quidam Ser Patrenianus, tradit foeminam quæpiam priuignum suum non secus ac filium, dilexisse: ex hocque in pulchro casu consuluit, vt ibi videre licet.

200 **P**ostremò mulieres esse appetentiores vindictae, apertissimè probat illud Iuuenalis Saty. 13.
— Vindicta
Nemo magis gaudet, quam femina.—

Feminae vindictae appetentes.

Quam sententiam citat approbatque e nostris Luc. Pen. in l. 1. C. de muli. & in quo loco, li. 10. Ex quo mulier quæpiam Apuleiana lib. 5. de Asino aureo, indignanter illud pronuntiat, se non mulierem esse, nisi vltionē caperet à sorore, cui ea infensa erat. Nec sim, inquit, mulier, nisi eam pessum de tantis opibus deiecero. quod & nos alibi, ni fallor, adscripsimus. Et huc quoque pertinet, quod scribit Horus Apollo, in libr. cui titulus est ἱερογλυφικά, veluti dicas, sacrae Aegyptiorum notae, apud ipsos Aegyptios masculi animantis cornu depictum opus significare: foeminae autem, vltionem. Et hæc quidem de ira & eius comitibus.

Quod

201
Fœminæ gualtate intemperantioris.

Quod autem sint gulæ intemperantioris fœminæ (vt iam ad quintum vitium transeamus) ex hoc vno facile possumus intelligere, quod antiquus ille dæmon Euam viro prætermisso, inter cætera hoc teli genere impetiuit, & facile superauit. Sciebat enim sexum muliebrem in hoc vitium esse propensiorē, celeriusq; & minore negotio obtēperaturā sibi fœminā, quā virum. Itaque Mantuanus in ea Ecloga 4. in qua mulieres infinitis propē epithetis cōfixit, eas inter aliā bibaces, voraces, ganeæ studiosas, palarū doctas, vocat. At multis antē seculis Aristoph. ἢ ὁ σμοφρ. (si tamē is est: nam sunt qui dubitant) de fœminis hæc ex Euripid. & aliis superioribus Poëtis adscripsit:

Τὰς δὲ νοπότιδας, τὰς προδοτίδας, τὰς λάλας,
τὰς δ' ἐν ὑγίης, τὰς μέγ' ἀνδράσιν κακῶν.
Vini bibaces, proditrices, garrulas,
Nihilque sanum, magnum viris malum.

Et alibi in eadem fabula, de illis quoque loquens,

— ὁ ποτίσας?
καὶ πάντως ὑμεῖς μηχανόμηναι πιεῖν.
ὦ μέγα καπήλοις ἀγαθόν, ἡμῖν δ' αὖ κακόν.
— O bibacissima,
Et omni arte machinantes bibere.

O magnum cauponibus bonum, nobis autem contra malum.

202

Xenarchus in Pentathlo, apud Athenæum libro. 10. c. 13. in prin. ad indicandam mulierum vini appetentiā, inducit fœminam nō inuenistē ita filiæ loquentē: ἔμοι γένοιτο σὺ ζῶσας, τίκνον ἐλεύθερον; πίνεσθαι δὲ οἶνον ἀποθανεῖν. Sit mihi te viuente, o filia, liberum, vt bibens vinum inteream. Sed & inibi addit, ὄρκιον δ' ἐγὼ γυναικὸς εἰς οἶνον γράφω. Quasi innuere velit, tum maximū esse mulierum iurandum, cum per vinum iurant. Alexis autem, de Græcis mulieribus sic scribit:

Γυναιξὶν ἀρκεῖ πάντ', ἐὰν οἶνον παρῆ.
Mulieribus omnia supetunt, si vinum adsit.

Quæ & ipse recensuit Athenæus d. c. 13. Aelianus autem lib. 2. de varia historia tradit Cleto fœminam multipotam non solum cum fœminis, sed etiam cum viris potando certare ausam, omnes superasse. Verum, ait, hanc victoriam adipisci, turpissimum ei fuit.

203

Sed audi etiam huius rei testimoniū ex nostris Comicis. Apud Plautum in Curculione, mulier quæpiam profusi vini odorem sentiens, hæc verba profert, quibus apertē ostendit omnem se felicitatem in vino collocare:

Flos veteris vini meis naribus obiectus est,
Eius amor cupidam huc me per tenebras prolucit.
Vbi vbi est, prope me est: cuax habeo: salue anime mi,
Liberi lepos, vt veteris vetusti cupida sum!
Nam omnium odor vnguentorum, præ tuo nautea est:
Tū stañte, tu cinnamum, tu rosa, tu crocum, & castia es,
Tu petalium: nam vbi tu profusus, ibi ego me
Peruelim sepultam.—

Hactenus Plautus. Sed quis audiuit virum hæc aut similia pronunciantem siue apud Comicum, siue apud alium scriptorem? Sed & audi aliud exemplum de Cleone quadam muliere ad eō bibace, vt nullus eam vincere aut tentauerit aut potuerit, vt indicat illud epigramma Phalæci Apud Athenæum lib. 10. c. 12. in fine,

Χρυσῶν κροκόνητα περιζήσατε χιτῶνα
τῶ δ' ἐ Διονύσου δῶρον ἔδωκε κλέω,
οὐνίκα συμποσίοισι μετέπρεπεν, ἴσα δὲ πίνειν,
οὔτις οἱ ἀδ' ἐρώπων ἦρσεν, δ' ἄμα πῶ.

Quod ita vertit Natalis de Comitibus, ipsius Athenæi interpres,

Auatam vestem & croceam succincta Lyæo,
Ista dedit patri munera magna Cleo.
Symposiis quoniam præstabat: quam bibere æquē
Nullus tentauit vincere, vel potuit.

Vt non sine causâ D. Paul. 1. ad Timoth. 2.2. mulieres sobrias esse præceperit. & ad Titū c. 2. ne anus multo vino feruiant. Quem locum interpretans D. Chrysostomus, Idem (ait) mulierum & senectutis vitium est: nam quod ætate frigeſcant, magno potationis inferuiunt studio. Quocirca eas hinc maximē admonet, vt omnibus ex partibus ebrietatis vitium amputet, eas ab hoc morbo remotissimas esse cupiens, atque irrisionem, quæ hinc exurgit, effugere: sciens scilicet eas huic vitio esse addictissimas. Huc spectat quod in festo Bacchi fœmina potius quā vir populo liba suppeditabat, quoniam fœminarum greges, quas Mænadas vocabant, Bacchum ipsum sequebantur, veluti vinosiores quā viri, & anus præfertim. Ex quo Quidius lib. 3. Fastorum ait,

Fœmina cur præſet, non est rationis aperta:
Fœmineos tyrsō concitat ille choros.
Cur anus hæc faciat, quæris? vinosior atas

Hæc erat

Hæc erat, & grauide munera vitis amans.

204 Iuuenalis autem Sat. 6. de muliebri vini bibacitate ita scribit,

Tanquam alta in dolia longus
Deciderit serpens, bibit & vomit.

Nam & Plinius lib. 10. c. 1xxij. & iterum lib. 22. c. xxiiij. tradit serpentes præcipuē vinum appetere. Tanquam scilicet illud inuideant serpentes mulieribus, earum hostes perpetui, à Deo O. M. Gen. c. 3. destinati, ne scilicet in ea re ab illis vincantur. Nā & in simili tradit ipse Plin. lib. 14. c. 22. M. Ciceronem Tullij Oratoris filiū, binos vini congios haurire solitū, nimirum cupientē hanc gloriam auferre interfectori patris sui, M. Antonio, viro omnium vinosissimo. Nisi potius dicas, nō id tam ex similitudine esse, quā ex identitate, si ita fari liceat: quoniam eadē dictio, scilicet Eua, sine aspi ratione apud Hebræos mulierem significat, cū aspiratione serpentē: vt scribit D. Epiphanius lib. 3. contra hæreses. Cæterum Ecclesiasticus c. xxv. cōparat mulierem colubro: Non est (inquit) caput nequius super caput colubri: & non est ira super iram mulierem. Quod & nos alibi ad aliud retulimus. Legimus autem mulieres aliquādo serpentes peperisse, apud Plinium lib. 7. c. iij. Faciuntque & alia aliorum scriptorum loca supra citata nu. 21. incip. superiorum sententias.

Serpentes uini appetētes.

Eua Hebræis mulierē significat, Heuæ serpentem.

Ebrietas in fœmina an sit leue peccatū.

205 Et hinc, vt opinor, quod videlicet mulieres sint huic bibacitatis vitio ex more, & sexus natura admodum obnoxie, Accursius noster leuē existimauit quotidianam ebrietatē in muliere, in l. j. §. raceat. in verbo, mores. C. de rei vx. actio. & iterum in l. vlti. in glo. item vlti. C. de repud. Nec is quidem solus, quoniā Græcis omnium peccatorū minimū id esse videbatur, vt testis est Dionysius Halicarnassæus, lib. 2. Nam si tollas hunc excusationis prætextum, nihil video, quod sit magis abhorrendū, detestandumq; in fœmina Nam & D. Chrysostomus, tum in Matthæum, Homi. 16. tum earū, quæ sunt ad populum Antiochenū de rebus diuersis, Homilia 71. grauitè pronuntiauit, nihil esse turpius ebriosa muliere. Et in Acta Apostol. Hom. 28. Nihil (ait) fœdius muliere ebria: obscuratur ei visus, turbatur ferenitas & puritas oculorū, quasi nube quadā radiis solaribus succedente. Opus illiberale & seruile, & omni ignobilitate plenum. Quam insuauis est mulier vinū spirans, quod olet & corruptum est. Et paulo post: Da formosam puellam, turbulentā, loquacem, conuiciatricem, ebriam, & sumptuosam, nōne quauis re fœda ac turpi deformior est? Et Hieronymus, aut quisquis est, in Regula sanctimonialium ad Eustochium, c. xxxvj. afferit sacrilegium esse ebrietatem in fœmina. Et Quidius lib. 3. de Arte amandi:

Turpe iacens mulier multo madefacta Lyæo.

Et scribitur Ecclesiasti. c. xxvj. Mulier ebriosa, ira magna, & contumelia, & turpitudine eius non tegeretur. Quem locum Clemens Alexandrinus Pædagog. lib. 2. c. item 2. affert, vt ostendat ebrietatem in muliere admodum esse turpem.

206 Ex hoc bibacitatis vitio fortē prodit, vt olim apud multos populos vsus vini esset interdictus fœminis, vt quas vidētent illius quidem vsu esse intemperantiores: ideoque satius esse, vt omnino abstinerent, sicuti obseruatum fuisse comperimus apud Romanos, cæterofque vniuersim Latinos, & Italos Milesios, Mafsilienses: Vt de Romanis tradit Dionysius Halicarnassæus; lib. 2. Polybius lib. 6. & ex eo Athenæus lib. 10. c. xiiij. post prin. M. Carō in Oratione de dote, Tullius lib. 3. de Natura Deorum, & lib. 3. de Republica, vt citatur à Nonio Marcello, in verbo, Tæmetum, Valerius Maximus de Instit. antiquis. Seruius in lib. 1. Aeneid. enarrans eum locum,

Primaque libato summo tenuis attingit ore.

Plinius lib. 14. c. xiiij. in prin. vbi de hac re multa: Inuenimus (inquit) inter exempla, Egnatij Mecennij vxorem, quod vinum bibisset è dolio, interfectam fuisse à marito, eumque cædis à Romulo absolutum. Fabius Pictor in Annalibus suis scripsit, matronam, quod loculos, in quibus erant clausæ vinariæ cellæ, resignasset, à suis inedia mori coactā. Carō ideo propinquos fœminis osculū dare voluit, vt scirent, an temetum olerēt. Hoc tum nomen vino erat: vnde temulētia appellata. Cneus Domitius pronūtiavit mulierē plus vini bibisse, quā valetudinis causa, viro insciente, & dote mulctauit. Hæc Plinius. Sed non omiserim Valerium Maximum lib. 6. c. iij. eum quē Plinius Egnatium Mecennium vocat, Egnatium Metellum appellare: idque factum eius nō accusatione tantum, sed & reprehensione caruisse. Sed & de his etiam Plutarchus in Problematis Romanorū, c. vj. Arnobius lib. 2. aduersus gentes, Tertullianus in Apologetico, c. vj. D. Ambrosi. in Epistolam Pāuli ad Coloss. c. iij. & Aulus Gellius lib. 10. c. xxij. vbi & in Latio id obseruatum fuisse tradit. Et Seruius enarrans illud Virgilij lib. 1. Aeneidos,

Primaque libato &c.

Et verecundiam, inquit, reginæ & morem Romanum tangit. Nā apud antiquos fœminæ nō utebantur vino, nisi sacrorū causa certis diebus. Quibus assentitur Sextus Clodius, in lib. 6. de Diis, quem Græcè scripsit. Nā illic prodit, Fatuam à Fauno marito rege Latij virgis myrteis vsque admortē fuisse cæsam, quia cōtra morem clam vini ollam, aut, vt alij interpretantur, seriam (est enim id vas vinariū) meri plenam ebiberat, vt etiā retulit ipse Arnobius lib. 5. aduersus gētes. Vbi dicit, hanc dictā fuisse bonā Deam. Et eius discipulus Lactātius lib. 1. c. xxij. Blondus autem lib. Triumphātis Romæ quinto, scribit se instrumentū dotale legisse, ante annos plus minus 300. confectū, quō patri puellā sponsus promittebat, quoties illa peperisset, vinū illi octo primis diebus, quantum deceret, bibendū dare: & pariter de cōsilio Medici, quamdiu ægorasset. Insuper omni festo solēni

Vini usus apud multos fœminis interdictus. Romanos.

Latinos.

die, potu illam vnico oblectaret. Ex quo vides Romanos id diutissimè obseruasse. Eiusque rei lex posita fuit ab ipso Romulo in hæc verba: S I VINVM BIBERIT DOMI, VTI ADVLTERAM PVNIVNT O. Quibus verbis ostenditur, mulierè vinosam, & adulteram, eiusdem criminis reas esse, veluti alterum ex altero prodeat. Et hæc quidem de Romanis, & aliis Latinis.

207 Milesios. Massilienses. Et alios plures vinos.

De Italis quoque testis est Alcimus Siculus in Italica historia apud Athenæum d. lib. 10. c. xiiij. vbi & huius rei causam describit. Sed & de Milesiis, atque etiã de Massiliensibus (de quibus & nos supra locuti sumus) autor est Theophrastus, qui & id tempestate sua Mileti obseruatu fuisse tradit, & eius autoritate Athenæus lib. 10. ca. ix. Aelianus de varia hist. lib. 2. vbi & idem dicit de Massilioticis fœminis. & Cælius è recentioribus, vir antiquitatis peritissimus, lib. Antiquarum lectionum 15. c. vj. qui tamen vt aliàs semper, tacet nomen autorum, à quibus id habuit. Quin id propè perpetuum est apud omnes gètes, vt mulieres, aut omnino vini expertes sint, aut eo aquatissimo vti velint, vt scribit Xenophon statim circa initia Reipublicæ Lacedæmoniorum. Miror autem Balduinum virum doctum & amicū meum, hæc omnia quæ dixi in hoc & præcedenti versic. in suum librum trãscripsisse, cui titulum fecit ad leges Romuli. c. xvj. in 2. editione, veluti sua ipsius propria, nec nisi accepta retulisse. Vide priorem editionem, an hæc ipse posuerit.

208 Vinum Venere vis incitamentum.

Quamquam & hoc fuisse institutum videri potest, propter naturalem illam, de qua supra diximus, mulierū libidinem: ne videlicet mulieres ipsæ vinū bibentes, libidinem libidini adderent. Quandoquidem, vt à Valerio huiusmodi institutū recensente scriptū est, proximus est locus à Libero Baccho ad incōcessam Venerē. Ideoq; D. Paulus ad Ephesios c. v. Nolite, inquit, inebriari vino, in quo est luxuria. Quod & citat noster Accursius in l. quæ adulterium. in verbo, in temperantia, C. de adult. in id referens eum tex. Et Salomon Prouerb. 20. Luxuriosa res est vinum. De qua re affatim in Decretis canonicis, dist. xxv. & in c. à crapula. de vita & honest. cler. Aristoteles autem libro Problematon 30. cap. j. scribit vinum cupiditatem Veneris imprimis accendere posse. Ideoque nō ineptè Venerem Baccho iunctam plerosque existimare. Orpheus autem in Hymno ipsius Veneris, eam vocat Bacchi sociam, & dapibus gaudentem:

—Σεμνή Βάκχοιο παρέσθαι
Τὸρ πομπὴν θαλίαισι.—

Ex quo est & illud Terentij in Eunucho:

Sine Cerere & Baccho friget Venus.

Priapus Bacchi & Venere vis filius.

Nam & Priapū fabulantur antiqui, Dionysij, qui & ipse Bacchus est, ac Veneris filiū fuisse, quod qui vino indulgēt, sint ad Venerē proniores, vt tradit Diodorus Siculus, lib. 5. Bibliothecæ. Cui accedens Pausanias libr. ix. quo Bœotica describit, autor est, Lampfacenos dicere, Priapum ipsum Dionysij ac Veneris esse filiū: quod & Stephanus, & Apollonij interpretes in lib. 1. Argonauticōn tradiderunt. Eustathius autē tradit Priapū & Silenos Bacchi comites ideò dici, quod ebrij salaces sunt. At Silius lib. 5. Punicorū, scribit ebrietatem Veneris esse comitem. Nam Venerem alloquens:

Ebrietas (ait) tibi fida comes.—

Et vt scribit Ouidius lib. 1. de Arte amandi:

Vina parant animos, faciuntq; caloribus aptos:

Cura fugit, multo diluiturque mero.

Et Venus in vinis, ignis in igne fuit.

Atque iterum lib. 2. de Remedio amoris:

Vina parant animos Veneri.—

Ecce suum vatem Liber vocat: hic quoque amantes

Adiuuat, & flammæ, qua caret ipse, fauet.

Cum Veneris puero non malè, Bacche, facis.

Et Euripides in Bacchis:

ὄνως ἢ μὲν ἐστὶν ὄνως, ἢ ἐστὶν Κῦπρις.

Vino autem sublato, non est Venus.

Vinum lac Venere vis.

Athenæus lib. 10. Deipnosophistōn, c. xv. scribit Aristophanē vocasse vinum Ἀφροδίτης γάλα, id est, lac Venere, quod ipsius vsus sit Venere incitamentū. Super quo vide Plutarchum proble. c. xix. & Macrobiū lib. 1. Satur. c. xij. Apuleius lib. 2. Asini aurei tradit, Liberum esse hortatorē & Armigerum Venere. Horatius autem lib. 3. Carminum, Ode 18. craterem vini, sodalem Venere appellat. Denique D. Chryostomus, aut quisquis est, enarrans illud Matthæi 1. ca. Cū esset desponsata mater eius Maria, & c. Omnis (inquit) mulier, quæ vinolēta & comessatrix est, eadem quoque meretrix est. Et hæc quidem verissima sunt: licet Euripides secum pugnās, in Pentheo, apud Stobæum c. iij. & iterum c. lxxj. scribat, non esse Bacchum, qui ad intemperatiam adigat mulieres circa Venerem, sed in ipsa natura temperantiæ vim semper inesse:

Ὅχι ἡ Διονυσίου μὴ σωφρονεῖν ἀναγκάσει

ἑπιαιχμῆς ἐς τὴν Κῦπριν, ἢ τὴν Φύσιν

Τὸ σωφρονεῖν ἔστιν ἐς τὰ πάντα ἀεί.

Et vide hic quæ dicam infra in l. 16. nu. 46. incip. Ostaum vt sobriè. & seq.

209 Iterū de mu-

Hoc autem vinolentiæ & voracitatis muliebri vitium, maximum Medicorum Hippocratem mendacè fieri coegit. Is enim lib. 6. Aphorism. c. xxix. scribit mulieres nunquam podagra laborare, nisi

nisi menstrua deficient: & ratione quidem optima, quoniã, vt inibi, & in Aphorismo præcedenti tradit Galenus, nisi humores admodū superabundauerint, ex sola partium imbecillitate podagra fieri non potest. Ideo vacationis ratione mulieres podagræ sunt immunes. Et id quidem tēpore Hippocratis verum fuit. Sed postea tamen mulieres sua ingluuie, voracitate, bibacitate, victus intemperatiã, huiusmodi naturæ beneficiū perdidērunt, cū multas videamus podagræ obnoxias, antequam menstrua deficient, vt pote humorū exuperantia, quos id vitiiū producit. Quod & scitissimè annotauit Seneca ad Lucilium, Epistola 95. cuius hæc verba sunt: Maximus ille Medicorum, & huiusmodi scientiæ cōditor, fœminis, nec capillum defluere dicit, nec pedes laborare. At qui etiam capillis destituuntur, & pedibus ægræ sunt. Non mutata fœminarū natura, sed victa est. Et paulò infra: Non minùs potant, & oleo, & mero viros prouocant, atque inuitis ingesta visceribus per os reddunt, & vinū omne vomitu remittunt. Et paucis interiectis: Quid ergo mirādum est, maximū Medicorū ac naturæ peritissimū in mendacio præhendi? cū tot fœminæ podagricæ, caluæque sint, quæ beneficiū sexus suis vitiiis perdidērunt. Quam etiam sententiam approbat Petrus Aponensis, & Philosophus, & Medicus celeberrimus in Cōciliatore, differentia 9. & iterum in Commentariis Problematur Aristotelis lib. 10. c. xxxvij. Exemplum autē voracitatis muliebri celeberrimū nobis reliquit Charybdis fœmina voracissima, quæ cū rapuisset ac vorasset boues Herculis, à Ioue fulmine tacta, & in mare præcipitata dicitur: vbi naturam pristinā seruans, vorat, sorbetque vniuersa. Hinc enim causam fabulæ traxerūt Poetæ. De qua re Seruius enarrans illud Virgilij lib. 3. Aeneidos,

Dextrum Scylla latus, laeuum implacata Charybdis
Obsidet.—

210 Quod si quispiam obiiciat, nō rectè mulieres veluti peculiariter & domesticè bibaces appellatas, quoniã viros crebrò, fœminas rarò inebriari cōspicimus, vt etiam autor est Aristoteles in libr. quem de ebrietate composuit, & quisquis is fuit, qui libros illos Geoponicōn edidit, lib. eiusdem operis 7. c. xxxiiij. Sciatis, id non propterea vsu euenire solitū, quod magis sobriæ minusque vini hauriant fœminæ, sed quoniã sint humectissimo corpore: id quod docet læuitas cutis, & splendor, & assidua purgationes superfluo exonerates corpus humore. Cū ergo potum vinū in tam largum ceciderit humorem, vim suā perdit, & fit dilutius: nec facilè cerebri sedem ferit, fortitudine eius extincta. Sed hæc ratio iuuat sententiæ veritatem, quod muliebri corpus crebris purgationibus est deputatum: pluribus præsertim foraminibus, vt pateat in meatus, & vias præbeat humori in egestionis exitum confluenti. Per hæc foramina vapor vini celeriter euanescit. Præterea nimio frigore, quod in earum est corpore, frigescit haustum vinū, & ita debilitatur, vt vis eius, quæ elanquit, nullum calorem possit, de quo nascitur ebrietas, excitare. Quarum rationū autor est reconditissimæ scientiæ Plutarchus lib. Symposiacōn 3. c. item 3. & post eum Aurelius Theodosius lib. Satur. 7. cap. vj. qui tamen Plutarchi non meminit, licet totum illum locum ex eo sumpserit. Nec illud denique prætermittemus, Hesiodum lib. 2. ὄργων καὶ ἠμερῶν, vituperare mulierem δεπνολόχην, id est, comessatricem, & quæ passim conuiuia frequentat.

licrum vino-
lentia.

Mulieres tem-
pore Hippo-
cratis podag-
ra non labo-
rabant.

At sua inglu-
nie nature be-
neficium per-
didērunt.

Charybdis uo-
rax causam
dedit fabulæ.

Fœmina rarò
inebriantur.
Et quare.

Mulier de-
πνολόχη ui-
tuperatur.
Mulieres ut
uinū odio ha-
beant.

211 Ceterum quisquis mulierem vinosam habebit, humorem illum tenuem, qui de farmentis post cæsuras defluit, colligito, & ignorati inter pocula exhibeto: & vini desideriu in ea cessabit & extinguetur: vt & ille autor Geoponicōn tradit lib. illo 7. c. 32. autoritate Democriti. Plinius autem lib. 30. c. v. Ebriosis, inquit, oua noctuæ per triduum data in vino, eius tædiū adducere. Quod & ipsum, aliter tamen, tradit Philostratus ex Iarcha Bragmanarū principe, in Vita Apollonij, lib. 3. vt ibi quoque quisque videre poterit. Idem Plinius lib. 32. c. x. scribit mullum in vino necatum, vel piscem rubellionē, vel anguillas duas, itemque vuā marinam in vino putrefactam, is qui inde biberit, tædium vini afferre. Albertus Magnus lib. 22. de Animalibus, testis est, eos vinū abhorreere, qui stercus leonis in vino potarint. At iam illud est, quod à plurimis proditū est, eos qui ex aqua fontis Clitorij Arcadiæ biberint, abstemios fieri. Nam huius rei testes sunt Vitruuius libr. 8. ca. iij. Ouid. libr. 15. Metam. illis versibus, Hinc quod, vt indigena memorant, & c. & rursus eod. lib. illis versibus, Clitorio quicūque sitim & c. Plinius ipse lib. 31. c. ij. & Vibius Sequester. Sed & Eudoxus apud Stephanum scribit, in Azania Arcadiæ fontem esse, cuius aquam gustantibus aded vini tædium veniat, vt eius quidem odorem non ferant. Porro Anacharsis Scythæ interrogatus, quo pacto quis abstemius, siue inuinius fieret. Si ebrioforū (inquit) motus sibi ob oculos ponat. Id quod ei simile est, quod de iratorum vultu considerando iracundis suadet Cicero.

Mulieres in-
uide.

212 SED ET INVIDAS (quod & sextum vitium) eas appellat Mantuanus in eadem illa Ecloga, secutus Aristotelem & Auicennā, & Albertum, qui in locis iam supra toties citatis, scribunt mulieres inuidas magis esse quàm viros: & adstruit Plinius Cæcilius in Panegyrico ac Traianū, cuius hæc verba sunt: Nihil est tam proum ad similitates, quàm æmulatio, in fœminis præsertim. Ea porro maximè nascitur ex coniunctione, aliter æqualitate, exardefcit inuidia, cuius finis est odiū. Et hoc quoque confirmat Græcus ille versiculus à nobis alibi in aliam rem citatus:

Ζῆλος ἡ γυναικὸς πάντα περιπολεῖ δόμον.

Id est, ad verbum:

Liouor fœminæ omnem incendit domum.

At Menæder apud Lucianum in lib. cui titulus est, ἐρωτικῶν, tradit inuidiam rem omnium molestissimam, perpetuam esse mulierum comitem: hæc enim sunt illius verba;

Χαλεπώτερον φθόνος, μεθ' ἧ πάντα τ' ἕβου γυνή.
Sed & Euripides in Andromache ita scribit:

De eadem re.

Ἐπιφθόνου τὴ γῆμα θαλείων ἔφυ,
καὶ συγγάμοισι δυσμένεις μάλις' αἴ.
Muliebris mens inuidiosa res est,
Et maxime infensa maritis semper.

Id est,

213
Canis animal inuidum.

Prouerbum.

Aesopi apolo-
gus.

¶ Et hinc fortassis Simonides, quem & ipsum supra citauimus, dicit vxorem esse canē ornatam. Est enim canis animal inuidum, qui etsi ipse non vescitur hordeo, aut sceno, tamen nō finit equū famelicū, qui possit edere, id facere. Vnde apud Lucianū in eo lib. quem aduersus indoctū scripsit, & iterum in Timone μισανθρώπων, id est, osore hominū, rursūq; in eo Dialogo, cui titulus, Virtus dea, adagium est, Canis in praeferi, in eos qui nec ipsi fruuntur re quapiā, nec alios vti sinunt. Natum, vt opinor, ex eiusmodi apologo Aesopico: Canis praeferpe sceni plenū inscēdit, venit bos vt comedit: prohibet canis: cui ille, Dij te cū tua isthac inuidētia perdāt, inquit, qui nec sceno vesceris, nec eo me vesci sinis. Ideoq; lex Fusia, quā quodāmodo inuida erat, vt dicit tex. in §. j. Instit. de leg. Fusi. cani. tol. ob id, vt pleriq; autumāt, Canina dicebatur, vt & inibi annotauit Accursius, qui loco hordei, & sceni de palea loquitur, quā nec sibi potest habere canis, nec aliis permitit accipere. Sed & hinc canum inuidētia perspicitur potest, quod canariā herbam ab his inuentam, qua fastidium deducunt, in nostro conspectu mandunt, sed ita, vt nunquam intelligatur quā sit: quodque percussus à serpente, alia herba mederi sibi dicuntur: sed illam homine inspectante non decerpunt, vt prodidit Plin. lib. 25. c. 8. qui hinc dicit malignitatem huius animalis esse notatam.

214

¶ Et huc quoque referri potest illud Homeri lib. II. Odyssae, alibi à nobis citatum,
ὡς δὲ κ' αἰνότερον καὶ κύνων ἄλλο γυναικός.
Vt non grauius siue rei, & caninius aliud muliere!

Id est, ad verbum,

Nam & illud propter Clytæmnestram dicit, quam paulò antè κύνων vocauerat, id est, caninos oculos habentem, siue caninè intuentem. Hesiodus autem lib. 2. eius operis, cui titulus est, opera & dies, describens Pandoram, quam representare vult naturam scēmineam, scribit Mercuriū iussu Iouis illi caninam mentem imposuisse:

Pandora men-
te canina.

Ἐν ᾧ θεὸν κύνων τε νόον, καὶ ἐπὶ κλοπῶν ἦθε
Ἐρμείω ἦνωγε —

Licet sint, qui ad impudentiam hæc referant, vt etiam supra diximus. Sed & huc referri potest, quod supra de Zelotypia diximus, cum de libidine locuti sumus. Nam plerique Zelotypiam inuidētiæ partem esse contendunt.

215
Mulieres de-
sidiosae.

Prouerbum.

¶ DESIDIOSAS VERÒ (vt de vltimo vitio differamus) segnesque, atque pigras esse scēminas, afferunt Aristoteles, Auicenna, Albertus, adiiciens naturalem rationem, & Mantuanus, vbi supra. Et idem Aristoteles lib. de Generatione animalium 4. c. vj. vbi scribit mulieres vitam quandā otiosam, & sellulariam degere. Quod & significat vetus Græcorū prouerbum γυναικός πρηνή, id est, mulieris nates, quod in desidiosos, & ignauos, vt scribit Suidas, dicebatur. Ignauum enim, vt cum Erasmo loquamur, est animal mulier, & quò minùs mentis habet, hoc inhonestis voluptatibus est addictius. Amat otium, & quemadmodum inquit Hesiodus, virorum laboribus quæsitā sibi infumit. Alexander Aphrodiseus, & Philosophus, & Medicus præstātissimus: si tamen is Alex. est, Problematon lib. I. c. 4. Cur mulieres, inquit, celeriter canescunt? Quoniā natura frigidā, etiam ab otio cōplures cogunt superfluitates, mensuris præsertim deficientibus. Sed & idē lib. 2. ca. ciiij. Cur, inquit, mulierū menstrua colliguntur? Quoniā per vitam, quam otiosiorē degūt, ampliùs materia superuacua redundat. Plutarchus in lib. de Euthymia, id est, tranquillitate animi, non multò post prin. scribit mulieres domi plerunq; excubare sefsitantes solere, sellulariis in officiis occupatas. Adamāris statim in vestibulo suorū in Numeros Commentariorū, posteaquā nō omnes diuinis numeris dignos esse tradidit, cum ex præcepto Dei neque mulieres, neque pueri ad numerū deducantur, illud tamen spiritualiter interpretans, ait, Donec autē inest alicui nostrum vel puerilis, & lubricus sensus, vel scēminea & resoluta segnities, haberi apud Deum in sancto, & cōsecrato numero nō meremur. Ex quibus constat mulierē symbolum esse, & typū segnitiei, & ignauitatis.

Mulier typus
segnitiei, &
ignauitatis.

216

De eadem re.

¶ Hinc apud Persas insignis est admodū contumelia, audire, se esse muliere ignauiore, vt retulit Herodotus lib. 9. Musarum. Quibus concinens Hippo. in lib. πρὸ πρηνῶν, id est, de natura, siue morbis virginū, scribit muliebrem naturā esse ignauiore: ob idque plures scēminas, quā viros, incidere in terrores illos imaginosos, qui tā vehemēter territant homines, vt desipiant, sibiq; spectare laruas quasdam infensas, dæmonasque vidētur, quo multæ se suspendunt. Quāuis id nonnulli interpretes, & fortè melius ad animum mulierū deicctum atque imminutum referant. Idemque lib. I. πρὸ δριτῆς, id est, de ratione victus, scribit mulieres desidioso vitæ genere vti, ob idque esse humidiores. Et rursū eodē lib. scribit eas sectari vitam vmbatilē. Idem in lib. de Glandulis, tradit pectora, & mammas, reliquūq; corpus, scēminis rariora, frigidiora, molliora, minūque valida esse, quā viris, propter desidīā. Hinc quoque Galenus lib. 2. Temperamētorum, aut vt vulgò dicunt, Cōplexionum, nō semel scribit mulieres viris pinguiora, quia sunt vitæ magis desidiosæ. ¶ Et cum tarditas cunctatioque sit comes acedia, hinc scēminas admodum tardas, & cunctatrices esse videmus, & testatur Pleusides Plautinus in Milite:

217
Scēminæ tar-
dæ & cuncta-
trices.

Mulier profecto nata est ex ipsa mora.
Nam quæuis alia, quæ mora est, æquæ mora
Minor ea videtur, quæ propter mulierem est.

Et alia plurima, quæ nos in eadem sententiam scripsimus in 3. Lege Connubiali, nu. 33. cuius initium est, ex tot autem, vbi videre poteris. Et per hoc satis abundè, aut potius superfluentè probauimus euidētissimis rationibus, exemplis, & autoritatibus, mulieres omni vitiorum generi esse addictissimas.

218

¶ QV AE cum ita sint, idè viri sanctitate, & doctrina insignes, scēminas multis probris, & conuitiis infectati sunt. Tertullianus in lib. de habitu muliebri, post prin. de muliere loquens: Tu es, ait, Diaboli ianua, tu es arboris illius resignatrix, tu es diuinæ legis desertrix, tu es, quæ ei persuasisti, quem Diabolus aggredi non valuit. Origenes in ea Homi. quā in Euangelium Cananæ conscripsit: Mulier (inquit) caput peccati, arma Diaboli, expulsio Paradisi, delicti mater, corruptio legis. Item in 2. tractatu suorum Cōmentariorum in Iob, dū enarrat illud, Plurimo autem tēpore interposito, dixit ad eum vxor eius, &c. Et iterū in ingressu statim tertij tractatus, non inuenistè quidem, multa mulierū vitia describit, sicuti etiā facit D. Cyprianus in lib. de Singularitate scēminarū. D. quoque Chrysostomus in Matth. c. xix. Homi. 32. in enarratione illius loci, Non expedit nubere. Quid, ait, aliud est mulier, quā amicitia inimica, inefugabilis pœna, necessariū malum, naturalis tentatio, desiderabilis calamitas, domesticū periculum, delectabile detrimentū, aut vt alij legunt, detestabile, mali natura, boni colore depicta? Quod & idem propemodū repetit ex variis in ipsum Matthæū locis, Homi. 26. eademque vlti. Secundus item Philosophus interrogatus quid esset mulier, respondit, Ἄνθρωπος ναυάγιον, ὀκισ ζάλη, ἀμφοτερόθεν ἐμπόδιον, βίη ἀλώσις, καὶ θυμὸς ἐν ἡμῖν, ἀδαιρέσις μάχη, πολυτελής πόλεμος, συνεστύμνον θηρόν, συγκεθημὴν μέριμνα, συμπεπομένη λείαν, κεκοσμημένη σκύλα, ζωὸν πονηρόν, ἀαγκαῖον κακόν. Id est, Viri naufragium, domus tempestas, quietis impedimentum, vitæ captiuitas, quotidianum damnū, voluntaria pugna, sumptuosum bellum, conuiuia fera, sollicitudo confidens, læna complectens, exornata scylla, animal malitiosum, necessarium malum. Quæ & ipsa ex eo repetit Maximus Philosophus & Martyr, Locor. commu. c. xxxix. Sunt tamen, qui id ad Simonidem referant.

Scēminarū ma-
la plurima à
multis in unū
congesta.

219

¶ Quod autem & Chrysostomus, & Secūsus scēminam dicunt esse malum necessarium, vti etiā Philemon Poeta Comicus, & Menæder, vt diximus supra ca. l. nu. 16. & 18. (nc id prætermittam) ex veteri Græcorum prouerbio est, ἀαγκαῖον κακόν, quod de his dicitur, quæ & ipsa verè mala sunt, sed quæ tamen reiicere non possis. Nam quod ad vxores pertinet, scitum est illud Metelli Numidici in Oratione, quam Cenfor dixit ad populum de ducendis vxoribus: apud Gellium lib. I. ca. vj. Si sine vxore possemus, Quirites, esse, omnes ea molestia careremus. Sed quoniā ita natura tradidit, vt nec cum illis satis cōmodè, nec sine illis viui possit: salutē perpetuæ potius, quā breui voluptati, consulendum. Hæc ille. Quibus & simile est, quod de vxoribus quoque tradit Aristophanes in Lysistrata, apud Suidam,
Κατ' ἐκείνο τῷ ὀρθῶς καὶ ὀ κακῶς εἰρημίου,
ἔτε σὺν πανολέθεισιν, ἔτ' αὖθις πανολέθειον.
Istud haud malè, imò rectè, proditum est prouerbum:
Nec simul cum pestibus, nec rursū absque pestibus.

Id est,

Necessarium
malū cur mu-
lier dicatur,
Prouerbum.

Prouerbum.

Quod & alicubi ex eo repetit Suidas. Quibus item concinunt & hi versus Sufarionis Megaren-
sis, ab eodem Suida citati:

Κακὸν γυναικός, ἀλλ' ὁμως ὦ δημότα,
ὅκ' ἐστὶν εὐρεῖν ὀκίαν αὖθις κακῆ.
Malum quidem vxores, attamen, ciues, sine hoc
Nulli licet parare familiam malo.

Alexander autem Seuerus Imp. Romanus, vt scribit Aelius Lampridius, malum necessarium vocabat, rationales, id est, procuratores suos, vt idem autor paulò antè declarauerat, & apertè quoque ostendit l. ij. C. de modo multa. tanquam scilicet id muneris malum esset, & odiosum, sed tamen necessarium. Denique Strabo lib. 14. refert Hybicam in quadam concione appellasse Euthydammum malum necessarium. Nam nec tecum (inquit) viuere possumus, nec sine te.

220

¶ Vt autem redeamus, idem Chrysostomus in ea Homilia, quam in Decollationem Ioannis edidit, sexcenta maledicta in mulieres aggregauit. D. item Epiphanius illius contemporaneus, sermonem habuit ad populum, omnium scēminarū vituperatione plenū, vt tradit Socrates in Historia tripartita lib. 10. c. 63. Idem contra Collyridianos, lib. aduersus hæreses 3. tom. 2. hæresi 79. multa quoque mulierum vitia describit. D. item Hieronymus in quadam ad Ctesiphontem epistola contra Pelagianos, ita de mulieribus loquitur, vt omnes ferè contra nostram religionem hæreses, aut à mulieribus ortas, aut saltem alitas videri velit: vt alibi quoque diximus. Et quisquis est, qui titulo ipsius Hieronymi scripsit ad Oceanum, de Vita clericorum: Ianua (inquit) Diaboli via iniquitatis, scorpionis percussio, nociuūque genus est scēmina. Lucianus, aut quisquis is fuit, in Palinuro: Quantas (inquit) secum vxores in maritos fraudes gerunt! quot simulationes! quot proditio-
nes! quantam hypocrisis! quot aliorum obscenos amores! quot pollutiones! quot suppositos partus! quot mentitas nutritiones! quot alieni feminis susceptas messes!

221 ¶ Multa item in mulieres scripsit D. Antiochus Pandeſtes, Homi. 17. & ſeq. Ioan. Haresbarienſis non omnino malus autor, lib. 8. de Nugis curialium, ca. xj. Sed & Anto. Flor. in prima parte tertie partis principalis ſue Summæ, tit. j. c. xxv. per literarum ordinem mulierum vitia deſcribit. Et Petrarca in eo lib. quem de Remedijs prosperæ fortunæ ſcribit, in Dialogo, qui illis reſpondet, qui gratam eſſe ſibi vxorem gloriantur, & rursus in lib. de Vita ſolitaria, & eius autoritate diſcipulus eiufdē Bocatius lib. de Genealogia Deorū 4. c. xliij. Aluarus Pelagius lib. 2. de Plāctū eccleſiæ, arti. 45. vbi tria & centū muliebriavitia cōmemorat Robertus Holkot in Sapientiā Solomonis, lectio- ne 108. & Bernardinus, quem de Buſtis vocāt, libr. Roſarij 2. Sermone 28. in tertia parte, in prin. & Iac. Sprenger in lib. cui eſt titulus, Malleus maleficarū, parte 1. q. vj. plurima item ſcēminarū mala prodiderunt: & nouiſimē Cælius Antiquar. Lect. lib. 14. c. item 14. poſterioris editionis & Boni- facius ſodalis Franciſcanus in viaticis diſcurſionibus, quo loco de falſitatibus hominum diſſerit.

222 ¶ Sed & è noſtris quoque infinita propē in vnum veluti corpus congeſit Albe. in ſuo fertili Di- ctionario, in dictione, Mulier, & in l. filia in orbitate. C. de inof. teſt. vbi poſt congeſta multa mu- lierum vitia, ſubdit & alia eſſe multa, quæ numerare eſſet difficile. & rursus in l. iij. C. de ſponſal. & in l. ſed ſi ego. ff. ad S. C. Velleia. & Cepolla in l. quæritur. nu. 6. & 7. ff. de ædil. edict. Quæ loca maxima ex parte ex nobis congeſit Carolus Degraſſalius Carcaſſonenſis in lib. 1. Regaliū Fran- ciæ, char. 245. Et certè neſcio quo fato hic, & nonnulli non abſimiles ſcriptores, librum hunc no- ſtrum tam impudenter compilarunt. Illud autem indignum eſt, quod huc afferatur, & Seuerianos, Archonticoſque hæreſiarchas aded mulieres exhoruiſſe, vt eas opus Satanæ eſſe dicerēt, vt tra- dit D. ipſe Epiphanius Eleuteropolites, lib. Hæreſeon 1. tomo 3. ſect. 45.

Fur quiſpiam huius operis. Fœminas om- pus Satanæ ab Hæreſiarchis dicitur.

223 Epilogus vi- tiorum mulie- brium. Correptione peccata emen- dantur.

224 Puniendorum peccatorum tres cauſe.

Prouerbiū.

Vxoris mali mores corri- gendi. Conſuetudine cōfirmata pec- cata, incorri- gibilia.

225

Fœmina gra- uiores iſtus, quam viri ſu- ſtinent.

¶ Dies iam me deficiet, ſi quæcunque in eā rem à ſanctis viris, aliſque, vbiſque ſcripta ſunt, coner- exprimere. Ideo finem facio. Illud autem concludo: Quum fœminæ ſuapte natura ſint tam ſce- leratæ, & vitiis deditæ, vt totæ ex illis compactæ videri poſſint, atque cōglutinatæ: omniāque prorsus flagitia in earum animum, vt in quandam cœnoſam ſæculentamque, ac teterrimam ſentinam confluxiſſe videantur: vt (inquam) immenſa aliqua vorago, aut gurges vitiorum turpitudinumque omnium fœmina dici queat (vt tandem vſurpē verba Tullij in v. in Verrem Actio) vtque ex his vitia omnia, aut ipſæ ex vitiis ortæ videantur (vt etiam vtar illa Lycurgi formula, apud P. Ru- tilium Lupum ex Gorgia libro priore de figuris ſententiarum, in ea figura quæ μεροσμοσ, dicitur) quem tandem modum, aut finem perpetrands tot tantisque facinoribus facient, ſi in illis veluti impunè relinquantur? Quæ, inquam, ſpes iam ſuperest, eas emēdationes futuras? Quod itē ſuperest pharmacum? ſi quo ſolo morbus depelli poteſt, id abſit: id eſt correctio, cuius acceſſione, & præ- ſentia aufertur peccandi autoritas: diſceſſione autem, & abſentia aufertur, vt omnibus perſpicuum eſt, & latè probatur 23. q. iij. & etiam 5. fermē per totum.

¶ Propterea cūm Plato in Gorgia, & Auguſtinus in Ciuitatis Dei lib. 19. c. xvj. puniendis peccatis duas cauſas eſſe ſcripſerint, Taurus Philoſophus in principio Comment. quos in eum librū Platonis compoſuit, & Seneca libr. 1. de Clementia, & alij plerique tres aſſignauerint: omnes tamen hanc primo loco poſuerunt, vt ſcilicet is, qui deliquit, attentior fiat, & correctior, vt elegāter quo- que diſſerit Gellius libr. Noſtium Articularum 6. c. xliij. Quam etiam rationem ſenſit Paulus Iuriſ- conſultus, cūm ſcribit in l. ſi Pœna ff. de pœnis. Pœna conſtituitur in emendationem, &c. Et facit optimè c. de his. 33. q. ij. cūm dicitur, Vt hac ſaltem diſtinctione correcti, ipſi in ſe ſua errata caſti- gent. Et quod ſcribitur in c. qui ea. 38. diſt. Qui ſtultus fuit in culpa, ſapiēs ſit in pœna. Cui omni- no ſimile eſt vetus prouerbiū Platonis in Sympoſio, Stulti poſt malum acceptum, erratū cog- noſcunt. Sumptum fortasſe ab illa Heſiodi ſententia in lib. qui inſcribitur Opera & dies:

—Δίκη δ' ἀπορύθειον ἰχθῆ
Εἰς τὲλθ' ἐλθῆα, παθῶν δ' ἔτι κακίον ἔγνων.
—Tandem ſua pœna nocentem
Conſequitur, paſſusque ſapit tum denique ſtultus.

Id eſt, vt traduxit Eraſmus,

Noſter autem Bal. conſi. 176. incip. Cæcilia receſſit à Franciſco, lib. 1. ſcribit, quod vir ſapiens po- teſt, imò verò debet, vt dicit, dietim malos vxoris mores corrigere, ne trāſeant in conſuetudinem delinquendi. Vix enim tollitur vitiū, quod conſuetudine radicitur. Vnde ſcribitur apud Ouidiū,
Principijs obſta: ſerò medicina paratur,
Cūm mala per longas inualuère moras.

Et paulò antè dixerat Bal. id quidem rarò corrigi, quod venit in conſuetudinem: ad quod allegat l. non omnes. 5. à barbaris. ff. de re mili.

¶ Sed video quid ſibi velit iſte γυναικοκρατῆρῶν, id eſt, vxoris imperio addiſtus, & vt Latini vocant, vxorius. Veretur fortè, ne dū verberat vxorē, illā interimat. Sunt enim mulieres, vt putat, tam imbecillo, & debili corpore, vt vel leui iſtu intereāt. Quod & indulgentiores parētes in filiis timent. Ex quo Solomō Prouerb. c. 23. Noli ſubtrahere à puero diſciplinam: ſi enim eū virga per- cuſſeris, nō morietur. At neſcit is fœminas multò grauiores iſtus, quam viros citra vitæ periculū ſuſtinere, teſte Iurecōſulto, Accuſatioque noſtro, hoc ipſum annotatē in l. nihil intereſt. ff. de adul. & Sign. conſi. lxij. Titius calce percūſit, col. 2. verſi. item intentio mariti: & Ludo. Bolo. in addi. ad Guid. Suza. in trac. de tormētis, col. 3. & Hipp. Marſi. in re. rub. C. de prob. col. 83. ver. ſed ego inci- denter, vbi illam gl. dicit no. & menti tenendā. & in l. à vobis, in materia incertitudinis, circa ſi. ff. de annu.

de annu. lega. & in l. j. in prin. col. vlti. ff. de quæſt. vbi & illam gl. dicit notab. Non ergo mariti ti- mento: verūm intrepidè percutiunt, verberant, pulſant, feriunt, manuū, pugnorum, baculo- rum, funiū, fuſtium iſtibus: & tot immania earū flagitia depellunt. Nam & D. Chryſoſtomus ex variis in D. Matthæū locis, Homilia 26. eademque vlt. docet tribus modis vxorē malè moratā caſti- gare. Primūm docendo ſecūdūm Deum. Si autem timorem Dei non ſentit, improperando, vel vt homines erubeſcat. Si nec pudorem ſentit frequenter cōfuſa, faciat quod præcipit Solomon, Du- ram baculo percutit. Ergo primūm admone, quia multūm proficit doctrina iuſtitie. Deinde con- funde, quia frequenter pudor frænum eſt vitiorum. Tertium iuſtum eſt, vt caſtigetur, quaſi an- cilla quæ erubeſcere neſcit, vt libera. Hæc ille. Superius autem in prima Lege connub. num. 22. ex hac autem. multorum autoritate docuimus, licere nobis vxores verberare.

Concluſio oſo- ris ſcēminarū de iis verberandis. Vxor tribus modis caſti- ganda.

226 ¶ HACTENVS hic noſter mulierum oſor, qui totā ſuam orationem coloribus vitiorum mulie- brium depinxit. Quem & ſuo ipſius (quemadmodū dicitur) gladio primūm, ac deinde noſtro con- ficiam. Primūm enim, ſi pœna ob id ſuit introducta, vt qui deliquerunt, correctiores fiāt, & emen- datiores, quemadmodum noſter hic aduerſarius aſſerit: ex hoc effici neceſſe eſt: ſi modò ceſſante cauſa ceſſet effectus, ſicuti proculdubio ceſſat, quod ſi nulla ſpes eſt emendari eū poſſe, qui deli- quit, nulla certè pœna imponenda eſt, quantū ad eam cauſam pertinet: vt etiam tradit Gellius in eo ipſo loco, quē citauit aduerſarius, & approbāt Decreta Canonica in c. prodeſt. ad ſi. 23. q. v. vbi eccleſia abſtinet à cenſuris, quando videt ſe nullatenus proficere. & c. allegant. 26. q. vij. vbi non imponitur pœnitentia ei, qui futurus eſt deterior. Et ideò dicunt Io. And. Domi. & Phil. Fran. in c. j. de ſen. excom. lib. vj. quod ſi excōmunicatus ex diuturno tēpore efficitur deterior, debet iudex excommunicationem ex officio relaxare. Et idem voluit Paul. Liaz. in commento cap. vlti. col. 4. de poſtul. præla. & Imo. in cle. j. circa prin. de pœni. & remiſ. Ant. & Panor. in c. ab excōmunicato. ille col. 13. verſi. nūquid autem poſſit: hic col. pen. ſed nota vltimò. & ibi quoque alij, de reſcrip. & idem Panor. in c. ad reprimendam. col. 2. extrā de offi. ord. & in c. nouit. col. 13. verſi. Archi. qui hanc quæſtionem, extrā de iudi. vbi idem de monitione ſiue correptione fraterna: vt nos ſtarim dice- mus & in c. clericos. col. vlt. de cohabi. cleri. & mulie. & in c. quoniam frequēter. 5. vlti. col. 31. verſi. item facit, vt lite non conte. & in c. ſignificati. in ſi. de eo qui duxit in matr. & in c. ſacro. in 4. no. de ſen. exc. & Ioan. Ana. in c. j. col. 16. de maled. & è Theologis, D. Thomas, quem multi ex Do- ctoribus ſuprà dictis nuncupatim citāt, in 4. ſen. diſt. 18. in vlti. q. art. vlt. in reſpon. 2. art. primi du- bij. Proinde Io. And. in c. Romana. 5. ſed nec. de ſen. excom. lib. 6. & idem Io. And. & Pet. Anch. in c. conſtitutionem. in ſi. cod. tit. & lib. & vtrobique Domi. & ante eos Hoſt. in c. j. in verbo, cogno- ueris, & ibi quoque Anto. col. pen. & Imo. in ſi. de offic. deleg. monent prælatos, vt diligenter ad- uertant, ne ferant ſententiam excommunicationis, vbi eam futuram præuident inutilem, cōtem- ptibilem. Et bene facit, quod ſcribit Archi. in c. ſi peccauerit. col. 3. r. q. j. quod licet prima correptione fraterna, ſit præcepti, tamen fallit, vbi timor eſt, ne monitus fiat deterior, quia tunc meritoriè, vt ipſe loquitur, omittitur. Et in eam rem multa collegit Fel. in c. ſcribam. in prin. extra de præſum. & Iaſon in l. quod iuſſit. col. 10. verſi. vltra Bar. ff. de re iudi.

Autoris re- ſponſio.

Pœna nō irro- ganda, ſi deſit ſpes emenda- tionis.

Excommuni- catio relaxan- da, ſi excom- municatus ſit deterior.

Mulier verberata ſit de- terior.

227 ¶ Sed iam ſuprà latè probauimus fœminas non modò non emendatiores, ſi verberentur, ſed & multò deteriores futuras: vnde ortum eſt illud, vel pueris decātatiſſimum, & vice prouerbij cele- bratum, licet inelegans, & rude,

Ille lauat laterem, qui caſtigat mulierem.

Quod è noſtris adnotat Cardi. Flor. poſt Lau. in cle. ex eo, in j. oppo. de ſen. excom. Propterea & Bernardus, ſiue is fuit D. ille Clareualleniſis abbas, ſiue alius eiufdem nominis, vt alij exiſtimant, monet maritum, ne ſi vxoris adulterium reſciuerit, eam corrigat, ne deterior efficiatur. Refert, & ſequitur è noſtris Fel. in ca. ij. col. 3. in v. fal. extrā de calum. Ex quo & illud Ouidij lib. 2. de Arte amandi, loquentis de adulterio Martis, & Veneris:

Hoc tibi profecit, Vulcane, quod antè tegebant,
Liberius faciunt, & pudor omnis abeſt.

Quaſi videlicet ſatius ſit vxoris adulterium diſſimulare, ſicuti Antoninum Philoſophum feciſſe ſuprà diximus, quàm eam non dicam verberare tantūm, ſed & repræhendere, cūm hinc deterior efficiatur: & ita argumentum aduerſarij, tanquam puluis in eum ipſum reſunditur, qui excitauit.

228 ¶ Prætereà non omnino aſſentior huic muliebris honoris oppugnatori, dum hunc ſexū vſque- adeo depreſſit, totque ac tantis vitiis oneravit, vt mulier nō homo eſſe videatur. Quin ſi huius cauſæ deſenſionem ſuſceperim, illud auſim profiteri, facturum me, vt Palinodiam canens laudē vel inuitus, quod ille prius vituperauit. Idque fecerim euidentisſimis rationibus, ex imis naturæ viſceribus depromptis, non autem teſtimonio & autoritate virorum vſus, ſicuti ille virorū auto- ritate magis, quàm ratione, omnibus neruis cōtendit fœminas vituperare, & quod indignius eſt, paucarum crimina in omnes trāſferre: quod olim Euripides mulierum alioqui oſor, in Menalip- pe conqueſtus eſt apud Stobæum Ser. 67.

Paucarū mu- lierum crimi- na in omnes trāſferre in- dignum.

ἔλγνεσθ' ὅτι θῆλυ μισθὸν γῆρῶ.
ἔι γὰρ σφαλεῖσαι ταῖσιν ἐν ἐσφαλμέναις
λίγῃ γυναιξί, καὶ κερδίωνῃ ψόγῳ
ταῖς ὁ κερδίων αἰ κακάι.

Miserrimum est muliebre genus semel iniusum:

Nam quae peccarunt, etiam immeritis

Dedecori sunt mulieribus: & communciant vituperium

Mala non malis.—

At idem in Ione Creusam facit haec loquentem:

Τὰ γὰρ γυναικῶν, δυσχερῆ πρὸς ἀρενας,

Καὶ τὰς κακάσιν αἰ' γὰρ αἰ μὲν γυναικῶν

μισῶμεθ', ὅτ' αὖ δ' οὐχ αἰσπεύουκαμεν.

Conditio enim mulierum difficilis est erga maritos:

Et inter malas nos bonae miserae

Odio habemur: adeo miserae sumus.

Sed & apud Terentium in Hecyra Softrata haec loquitur:

Aedepol na nos mulieres sumus inique omnes iniusta viris,

Propter paucas, quae omnes faciunt dignae ut videantur malo.

Et apud eundem Thais in Eunuchio:

Me miseram, forsitan hic mihi parvam habet fidem,

Aique ex aliarum ingenio nunc me iudicet.

Et apud Senecam Tragœdiographum in Hippolyto, cum ipse Hippolytus haec dixisset,

Sileantur alia: sola coniux Aegaei

Medea reddit feminas dirum genus.

Mox subdit nutrix Phœdrae,

Cur omnium fit culpa paucarum scelus?

Ex quibus & illud est Ouidij lib. 3. de Arte amandi, haud multo post prin.

Parcite paucarum diffundere crimen in omnes.

Spectetur meritis quaeque puella suis.

229 Sed quia res, de qua agimus, non exigit, vereorque ne mihi viri succenseant, idque ascribant vitio, si fecerim, tanquam meo patrocinio mulierum gratiam & amorem aucupari contendam, idcirco nunc ego tacere malo. Quanquam non defuerunt, qui de laudibus foeminarum affatim scripserunt, in quibus Plutarchus autor excellentissimus, qui librum huic rei nuncupatum dedicavit cui titulus est γυναικῶν ἀρεταί, id est, mulierum virtutes: & longo ante tempore Hesiodus, qui librum eiusdem argumenti scripsit, in quo mulieres Heroïdes, ut Dion Chrysostomus ex Alexandri sententia, & Lucianus tradunt. Alter quoque Chrysostomus, in illa ipsa Homilia Decollationis D. Ioannis, & D. Hieronymus in enarratione Psalmi 44. ad Principia: & iterum in Proœmio in Sophoniam, & in lib. 1. in Iovinianum, multa in earum laudem congesse. Multa item Gregorius Giralduus, aut quisquis is fuit, qui ad illius Syntagma de Musis, parergon siue corollarium addidit. Plura verò Hispanus quispiam non indoctus, qui vulgari Hispanorum lingua in eam rem librum conscripsit, titulumque illi nuncupavit, Honor dominarum, quem postea Gallus quidam in nostram linguam traduxit: sed omnium plurima Christina quaedam Pisana mulier egregie docta, quae & de ea rem librum iustae magnitudinis elegantissime composuit, quo ea omnibus aduersariorum rationibus, & argumentis scitissime respondit, atque omnia crimina, quae passim mulieribus assignantur, & rationibus, & exemplis optime diluit. & Caelius libr. Lætionum Antiquarum 13. c. xxxij. posterioris editionis, & lib. 14. ca. 1. eiusdem editionis. & Albertus Eyb. in eo lib. quem Margaritam Poeticam inscripsit, 2. parte, tract. 2. oratione 17. quam peculiariter de ea rem conscripsit: & Gulfridus Chancerus Anglus duobus libris, quorum vnus titulus est, Laudes bonarum mulierum, alterius, Foeminarum encomion. Et ex recentioribus Praedicatoribus, quos vocant, ut & Praedicatores habeat a quibus hoc accipere possint, si forte nullos alios libros legerint, Robertus Carazolus, in eo sermonum lib. quem de laudibus sanctorum conscripsit, sermone 7. c. j. & Bernardinus, quem de Bustis vocant, in 2. parte sui Rosarii, sermone 28. in 3. parte. Et Ioannes Griesch (ut infimae notae viros appellem) in suo quadragesimali, sermone 37. Et nouissime Ioannes Textor, qui & librum de Claris mulieribus edidit, omnium copiosissimum. Quorum dicta, ne sim longior, huc ascribere superfedi, cum etiam sine illis responsum esse puto huic nostro aduersario. Et certe aliquando, nisi quid aliud intercipiat, proprium peculiaremque librum de Laudibus mulierum conscribam.

Denique ut ad institutum redeam, illud tantum admonui, ne verberentur vxores, non etiam ne omnino corrigantur: sunt enim praeter verbera, alia quoque correctionis genera, ut no. 45. dist. ferme per totum, quibus possunt vitia, si qua sunt in mulieribus, emendari: & certe multo satius quam verberibus, si tamen comparatione vti liceat, cum verberibus, quod iam diximus, id fieri non debeat. Quando & Pacati ad Theodosium verissima sit sententia, Imperatam correctione exasperare, blandissime autem iuberi exemplo. Vxores ergo, ut tandem concludamus, non verberibus: sed potius exemplis corrigamus: & a vitiis, si qua sint, ad virtutum studia prouocemus, secundum tex. in §. necesse est. 47. dist. & facit c. indignantur. in fin. 32. q. vj. pudiceque viuentes vxoribus bonos mores colendi autores simus, iuxta Iurisconsulti sententiam in l. si vxor. §. iudex. ff. de adul. Virorum enim dicta factaque, sunt vxoribus veluti speculum, ad cuius intuitum suos ipsae mores formant, atque componunt. Nam cum semper alia exempla sint magni momenti ad corrigenda, vel deprauanda hominum ingenia, ut alibi abunde differuimus: tum ea maximè, quae a domesticis proficiunt, ut probat tex. in l. j. C. de emend. prop. & illud Satyrographi Poetae, Saty. 14.

Velocius

—Velocius & citius nos

Corrumpunt vitiorum exempla domestica, magnis

Cum subeant animos autoribus.

221 Hinc per sepe vxori dux, atque exemplum lasciuiae vir fuit, ut ait Petrarca, de Remedijs aduersae fortunae, Dialo. 21. Nam, ut vir ille in omni genere doctrinae consummatissimus Plutarchus in Praeceptis conubialibus inquit, c. xvij. Ἄνθρωπος φιλοσοφίας καὶ ἀπολαύσεως γυναικῶν ποιεῖ: φιλοδουλοῦν καὶ ἀπολαύσεως: φιλαγαθῶν, καὶ φιλόκαλων σώφρονος καὶ κοσμίου. Vir corporis studiosus vxorem reddit lasciuiori cultui dedita: voluptuosus amatoriam, & libidinofam: boni honestique amator, modestam & honestam. Et rursus ferè in vmbilico eiusdem operis: Ne putes (ait) à superfluis profusisque sumptibus vxore temperaturam, si te hoc minimè contemnentem conspiciat: quin potius auratis oculis, pictisque cubiculis, mularum & equorum phaleris gaudentem videat. Non enim fieri potest, ut à mulieribus luxuriosus remoueatur, quo viri circumfluunt. Propterea & D. Augustinus in c. si disturi. 32. q. vj. nos monet, ut quales volumus vxores nostras inuenire, tales & ipsae nos inueniant: & si intraeā quærimus, intraeā simus: si puram, puri. Non enim illa posset, quod nos non possumus. Et idem alibi in libro de decem chordis: Si caput (inquit) est vir, melius debet viuere, & praecedere in omnibus factis suis vxorem, ut illa imitetur virum. Quod & reperitur, vltimis verbis praetermissis, in c. non moechaberis, in fin. eiusdem quaestio. & causa. Quibus succinit & Seneca, scribens ad Lucillum, episto. 94. Improbus est qui ab vxore pudicitiam exigit, ipse alienarum corruptor vxorum. Sed & Lactantius de Vero cultu, ca. xxij. Exemplo, inquit continentiae docenda vxor, ut se castè gerat: iniquum est enim, ut id exigas, quod ipse praestare non possis. Quae iniquitas id efficit profecto ut essent adulteria, foeminis aegre ferentibus praestare se fidem, non exhibentibus mutuum charitatem. Denique nulla est tam perditum pudoris adultera, quae non hanc causam vitiis suis praetendat, iniuriam se peccando non facere, sed referre. Quod & optime Quintilianus expressit, Homo, inquit, nec alieni matrimonij abstinent, neque sui custos, quae inter se natura connexa sunt. Nam neque maritus circa corrumpendas aliorum coniuges occupatus, potest vacare domesticae sanctitati. Et vxor cum in tale incidit matrimonium, exemplo ipso incitata, aut imitari se putat, aut vindicari. De quo & nos quoque dicemus infra in 13. lege conubiali, nu. 35. incip. caueant igitur, & seq.

222 Cum ergo plerunque mariti vxoribus praebent exemplum, & occasionem libidinis, ex hoc ortum videri potest, quod Guil. de monte Laud. in cle. cum ex eo, & ibi post eum Cardi. Flor. in r. oppo. de sen. ex com. asserit, quod in quibusdam partibus viri ex adulterio vxorum puniuntur, veluti ipsius criminis autores. In Catalonia enim, & aliis multis partibus, vir per vxorem cucuruitatus (ita enim illum vocant, cuius vxor est impudica) licet inuitus & ignorans hoc ipsum passus fuerit, soluit tamen 40. solidos domino vxoris. Et Parisiis ducitur vir per totam urbem asino infidens, facie versa ad caudam, vxore asinum trahente, & pracone ante eos proclamante, Qui sic faciet, si accipiet. Haec illi: quae & post eos quoque recenset Benedi. in c. Raynaldus. in verbo, cuiusdam Petro tradiderunt, nu. 62. de testa. Et illorum forte temporibus istud obseruabatur. Sed quod de Parisiis dicunt, iam pridem in desuetudinem abiit. Ambrosius autem in priorè Episto. Pauli ad Corint. c. lxxv. tradit foeminas inuerecundiores, esse viris opprobrium: in mulierum enim insolentia viros notari: tanquam diceret, vxores imitari vitia virorum. ideoque ex vitiis vxorum, virorum quoque vitia deprehendi.

223 Item corrigendae sunt vxores, non inquam verberibus (quod saepe dictum est, dicendum est tamen saepius) sed blanditiis, mollibusque verbis, atque maritali sermone, ut vtar verbis Iurifson sulti in l. vlti. ff. si quis aliquid. testa. prohi. Nam ut dicit Bernardus Syluester, quem plerique Diuum Bernardum autumant, in ea Epistola, quam de re familiari ad Raymundum quendam conscripsit, Malam vxorem potius risu, quam baculo, castigabis. Et Plutarchus in illis, quae saepius citauimus, Praeceptis conubialibus, statim post principium, Veteres, inquit, Mercurium iuxta Venerem collocabant: quod voluptas nuptialis ratione, aptoque sermone maximè indigere videatur. Et alibi in eodem opere, c. 34. Praeesse maritum vxori par est, non ut dominum pecoribus, sed ut animam corpori, conspiratione quadam naturali per benevolentiam cum ipso coniunctam. Quemadmodum igitur procurare corpus conuenit, non ipsius seruiendo voluptatibus, atque cupiditatibus: ita vxori praesse demulcendo, gratificandoque oportet. Quibus nimirum ad stipulatur, quod dicit Gregorius Nazanzenus, in Admonitorio, quod Heroico carmine conscripsit:

ὁ δὲ λεοντόκομος θηρὸς μὴ ἵνα σὺ ἀλκή
ἀδμασι βρυχαλόισι χολόμηνον, ἀλλὰ δαμάζει
Χρῆσι ἢ δὲ λυχῶν, καὶ αἰμυλίοισι λίγασιν.
Neque leonis altor fera vim domuit robore,
Anhelitibus rugientibus iratam, sed domat
Manibus demulcens, & blandis sermonibus.

Id est,

Quanquam non me latet, Cleobulum Lyndium vnum quidem ex septem illis sapientibus, illud inter caetera ipsius praepcepta monuisse, vt cum vxore nihil blanditiis agamus: vtque praesentibus extraneis, eam nunquam obiurgemus: illud enim vecordiae esse, alterum vesaniae, sicuti à Demetrio Phalereo & Diogene Laertio, & Ioanne Stobaeo, relatum est. Cui, quantum ad secundum pertinet

Vir uxori dux lasciuiae.

Vir ab uxore exigere non debet, quod ipse non praestat.

Viri ex vxorum adulterio in quibusdam partibus puniuntur.

Mulieres ite blanditiis corrigendae, & risu potius, quam baculo.

Mercurius, cur iuxta Venerem collocatur.

Maritus uxori praesest, non ut pecoribus, sed ut anima corpori.

Vxor nunquam praesentibus

229 Qui de laudibus mulierum scripserunt.

230 Mulieres exemplo potius quam verberibus corrigendae.

tibus extra-
neis obiurgan-
da.
Amici clam
monendi, pa-
lam laudandi.

pertinet, satis conuenit cum Solone, cuius ea est apud Aufonium sententia:

Clam coarguas propinquum, sed palam laudaueris.

Cui omnino similis est ille Mimus, siue Senecæ, siue alterius:

Secretò admone amicos, palam lauda.

Quibus omnino addes quod à Plutarcho scriptum est in lib. quo docet quo pacto possis adu-
torem ab amico dignoscere. Insuper, inquit, cauendū est & illud, ne coram pluribus obiurgemus
amicum: ac Platonis illud habere cōuenit in animo. Nam cū Socrates acrius obiurgaret familiarē
quempiam, in conuiuio cum eo disceptans. Nonne satius fuerat, inquit Plato, hæc illi seorsim di-
xisset? Et Socrates, At tu sanè nonne satius fecisses, si seorsim ista mihi dixisses: Porro cūm Pytha-
goras in familiarem quempiā asperius corā pluribus fuisset inuectus, adolefcentem gladio præfo-
casse guttur aiunt: Ex eo tēpore nunquā Pythagorā quēquā alio præfente reprehendisse. Siqui-
dē ut morbi parū honesti, sic & peccati reprehensionē ac refectionē secretam esse cōuenit: nō ut
cei ludi solennes vniuerso populo exhibeatur, nec ut ostentetur, & spectatores ac testes accerfat.
Neq; enim amicū est, sed sophisticum, ex aliis erratis sibi parare gloriam, & apud eos qui adsunt
sefe iactare, quemadmodum solent medici, quos Chirugos vocant: in theatris ostentantes quos
morbos curādos susceperint. Iā verò præter contumeliam, quā ab omni prorsus curatione abes-
se cauendū erit & illud, ne quod est vitiosum, in admonendo contentiosi simus & contumaces.
Neque enim simpliciter amor obiurgatus magis premit, iuxta sententiam Euripidis: verū ita si
quis obiurget coram multis, nihil parcēs amico, is omne malum & omnē morbum vertit ad im-
pudentiam. Sicut igitur Plato censet, ut senes qui student verecundiam inserere adolescentibus,
ipsi primū reuereantur adolescentes: ita cūm verecundē reprehendit amicos, id potissimū gi-
gnit in eo verecūdiam: cumque pudenter ac paulatim aggreditur ac castigat peccantem, superat
& conficit amici vitium, quem totum occupauit pudor pudescens, & reuerentia reuerētis. Vt
interim prætermittam quid de ea re monuerit Christus D.O.M. quidve Paulus.

234
Leones nec
uerberibus ce-
dendos, nec
blanditiis le-
niendos.

¶ Verū quantum ad id, quod de blanditiis monuit Cleobulus, illud obseruandum censeo, quod
apud Philostratum lib. 7. Apollonius Tyanæus ex Pharaetis sentētia dicit, leones, quos mansue-
scere volunt homines, verberibus non cædendos. Nam recrudescere illos verberibus: nec rursus
blanditiis nimium leniēdos, quasi sic nimium superbi euaderent. Itaque blāditiis minis permixtas
facilius ad mores illos optatos posse deducere. Quæ etsi de leonibus, & feris animalibus dicta
sunt, nō incommodè tamen ad scēmas referemus, quas (vt suprā diximus) Cato Censorius ani-
malia indomita appellat. Id autē est, quod, etsi aliis verbis, eodem tamē sensu eleganter differit D.
Gregorius libr. Moraliū 20. parte 4. c. xj. & transumptiuè in Decretis Canonicis in disciplina. 45.
dist. Miscendam esse lenitatem cum seueritate, faciendumq; quoddam ex utroque temperamētū:
vt neque multa asperitate exulcerētur, quos corripimus: neq; nimia benignitate soluantur. Quod
nimirum illa arca tabernaculi significat, in qua cū tabulis virga simul, & manna est. Id, inquā, est
quod apud Liviū lib. 8. ab vrbe condita, sensit, fecitque Papirius, scilicet seueritatē iungendā co-
mitati. Porro Homerus ille parens omnis virtutis (sic enim libet eum sapius post Iustinianū ap-
pellare) id nos apertius, & in specie de qualoquimur, docuit. Nam apud eum lib. 1. Iliados, Iupiter
Iunonem vxorem leniter primū monuit, ne ex se tentaret rescire, quæ veluti vltra crepidas (vt
interim ad vetus prouerbium alludam) vxorias essent. Deinde verò cū ea nihil fecius paulò
contumaciū perstaret, minas adiecit: nempe iratas se in eam manus iniecturū, nisi continuò ob-
mutesceret. Versus Homeri hi sunt:

Lenitas cum
seueritate mi-
scenda.
Arca taber-
naculi.

Α' Μ' ἀκέραια κἀθ' ἑσέ, ἐμῶ δ' ἐπιπέθεο μὲν θῶ,
Μὴ νύ τοι ἐργασμοσιν ὄλοι θεοί εἰς ἐν ὀλύμπῳ.
ἔσομαι ἰονθ', ὅτε κηρύξω ἀπ' ἄπυος χεῖρας ἐφείω.


Blanditias igitur non omnes viris amplectendas censeo: sed tantū seueras (vt sic appellem) &
cum maiestate quadam coniunctas: nō etiam molliculas, humiles, demissas, quibus viri erga vxor-
em autoritas, imperiumque emolliatur, minuatūve: sed & ita vt blanditiis precibusque minas
regaliter addat, vt interim vsurpem verba Ouidij, libr. 2. Metamorphoseos. Idcirco hanc quoque
legem præcedenti subiiciemus:

Blanditiis mi-
na regaliter
addende.

SVIS VIRI EXEMPLIS, ATQVE BLANDITIIS CVM SEVERITATE
CONIUNCTIS, VXORIS CORRIGVNTO.
SED ET MINAS INTERDVMSI RES EXEGERIT, ADMISCENTO.
VERVM NON PALAM, AVT PRÆSENTIBVS EXTRANEIS, EAS OB-
IVRGANTO.

Nona lex con-
nubialis.

IN



LVD autem hoc loco non prætermittendum, quod licet vir sit caput mu-
lieris, illiq; præsit, & dominetur, vxori tamē debemus vltro relinquere domus
principatū, ita videlicet, vt maritus foris, sub dio, in agro, in foro, in Repub. om-
nia suo arbitrio cōficiat, diuitiasque cōparet, quæ tectis recōdantur: vxor verò
domi rebus domesticis cōseruandis, & præparandis præsit, & tectis illatas diui-
tias custodiat, vt tradit Antiphon Rhamnufius, qui ab orationis dulcedine Ne-
stor dictus est, atque etiā Xenophon in Oeconom. Aristoteles quoque libr. 2. Politicōn, c. 3. & ite-
rum libr. 3. c. item 3. & Oeconomic. lib. 1. c. iij. Et Columella in Præfatione libri duodecimi Rei ru-
sticæ. Ipsius autem Xenophontis locum Græcè quidem scriptū, sed in nostrum sermonem con-
uersum subiiciemus, ne fraudem legentes iudicio maximi autoris: Mihi (ait) profectò Dij videntur
omnia quidem sapientissimè fecisse, sed hoc præsertim cōiugium, quod mas & scēma vocatur:
primū quidem, ne animantiū genera deficerēt: deinde vt haberemus à quibus nostra senectus
aleretur. Cumque mortalium vita, non vt cæterorum animalium, sub dio, sed sub tecto ducatur:
oportet sub dio procurare, quorū adminiculo futurorum hominū vsui sub tecto cōsulatur. Hu-
iusmodi sunt noualia, arbores, sementes, pascuæ. Ex his necessaria victui proueniūt, quibus in do-
mum illatis, custodē adhibere opus est, qui maximè is fuerit, quē sub tecto res agere decet. Tecto
indigent, infantium nutritio, fructuū segetes, vestiumque è lana contextus. Quoniā verò vtraque
hæc, & extra & intra domū diligentiam expetunt: mihi videtur Deus naturam mulieris ad curā
intus suscipiendam in lucem protulisse, mollioreque corpore, vt intra parietes officii obiret. At
viri corpus animumque frigora, ætus, itinera, militiā faciliè tolerare constituisse. Quapropter illi
foris res agendas delegasse. Rursus illas ob infantium curā maiore erga liberos charitate, tum ad
custodienda quæ à viris parta essent, metu vehementiore, qui rebus asseruandis utilis foret, præ-
ditas esse voluit. Viro in super, cui tueri extranea facta incumbit, ac oppugnanti resistere, maiorem
addidit audaciam. Memoriā verò ac diligentiam parem, atque in medio posuit, qua pro suo vter-
que officio tum dando, tum accipiendo, vsurus esset: Et post pauca: Deus item vxorem pulchrio-
rem condidit, vt formam cum pudicitia se domi continendo tueretur. Virum torosorem, vt ex-
trā magis ageret, edidit. Si quis autem huius ordines aduersus ierit, aut viri partes vxor, seu vir
vxoris peregerit, vltorem se sentiet habiturum Deum.

Vir rebus for-
rensibus præ-
sit, vxor do-
mesticis.

¶ Quibus & accedit, quod scribit Demosthenes aduersus Nearam, aut quisquis est, qui eam Ora-
tionem scripsit: nā id dubitatur: τὰς μὲν γὰρ ἑταίρας ἡδονῆς ἦεν ἔχουσαι, τὰς ἡ παλλακὰς δ' καὶ
ἡμέραν θραπείας ἔσώματι, τὰς ἡ γυναῖκας, ἔ παιδοποιεῖσθαι γνησίως, ἐπὶ τῷ φέρον φύλακα πεισὴν
ἔχουσαι. Id est, Meretrices enim voluptatis causa habemus: concubinas autem famulitij causa, & curæ
quotidianæ corporis: vxores verò, vt legitimos filios tollamus, & habeamus rei domesticæ fidā
custodem. Quam tamen orationē aliqui Democratis esse censent. Plato in Memnone, dicit esse
vxoriam virtutem, domū rectè gubernare, dū custodit domestica, viroque obedit. Quod & idem
senferunt è nostris Io. And. & Panor. in c. literas extrā de resti. spol. scribentes vxoris esse propriū
custodire res mariti. In qua etiam fuit sententia Gabriel Biel, præstantissimus inter scholasticos
Theologus in 4. sen. dist. xv. q. iij. art. item 3. dubio 2. Neque aliud sibi vult, quod Aristoteles li. Oe-
conomic. 2. c. j. Probam, ait, mulierem omnibus quæ sunt iustus, dominari oportet. Et si quid intus
accidat, ipsi notum sit soli. Et rursus inferiūs: Viro quidem indecens videtur ea scire, quæ intra
ades fiunt: in cæteris verò omnibus parere mulier viro contendat. Atque iterum, Turpe est viro
quicquam eorum quæ domi sunt, facere.

De eadem re.

Mulieres re-
rum domesti-
carum custo-
des.

Vir ignoret
quæ intra a-
des fiunt.

¶ Cuius item sententiæ assertor est, sed primus omnium, Homerus ille, qui introducit Hectorem,
vxorem ita alloquentem in 6. Iliad. Rhapsodia, vti nos & alibi citauimus:

De eadem re.

Α' Μ' εἰς οἶκον ἴθ' αὖ, τὰ σὰντ' ὄργα κόμισε.
ἴσθ' ἡ λακάντι τε, καὶ ἀμωπώλοισι κέλευε
ὄργον ἐποιχεῖσθαι: πόλεμ' δ' αὖθροσσι μέλεισσι.
Sed domum iens, tu ipsius opera cura,
Telamque, colūmque, & ancillis iube
Opus adire: bellum autem viris cura erit.

Id est, ad verbum:

Quos eodem versus repetiit cū in primo Odyssæ, tum in 21. eiusdē operis, nisi quod in vlti.
versu pro πόλεμ', id est, bellum, scribitur μὲνθ', id est, sermo, oratio: vtrobiq; eos pronuntian-
tem Telemachus faciens, monentem Penelopen matrem sui officij. Clytemnestra apud Euripi-
dem, ita Agamemnonem maritum alloquitur:

Ε' λθὼν ἡ τὰς πρῶσσι, καὶ δ' ὁμοῖς δ' ἐγὼ.
Quin tu, foris quæ sunt, agas negotia:
Curas ego tractabo domesticas.

Id est, sicuti transfert Erasmus:

Naumachius quoque Poeta Christianus, ita mulierem monet apud Stobæum c. lxxj.

λέπει ἢ οἱ τὰ θύραφι, τὰ καὶ δ' ἄναται πονεῖας,
Σοὶ δ' ὀικοφελίη μελέτω, μέλαθρον τε Φυλάσσει.
Externa negotia, que conficere potest, ipsi relinquas:
Tibi vero cura rei familiaris sit, & custodia domus.

Porro apud Plutarchum in Romulo Romanorum vxores profitentur administrationem domus sibi à viris permiffam.

De eadem re.

Ex sanctis quoque scriptoribus Clemens Alexandrinus libr. 3. Pædagogi. capi. xj. grauter pronuntiauit, rem pulcherrimam esse mulierem domus custodē. Et eius discipulus Origenes Adamantius in Commentariis, quos propè diuinitus in Epistolam Pauli ad Ro. conscripsit, illud ultimi capituli enarrās, Saluta Mariam, quæ multum laborauit in nobis: inter officia mulierum illud reposuit, domum bene regere. Huius autem sub hoc propemodum intellectu verba sunt: Docet & in hoc debere etiam scēminas laborare pro ecclesiis Dei. Nam & laborant, cum docent adolēscētes sobrias esse, diligere viros, filios enutrire, pudicas esse & castas, domū bene regentes, benignas, subditas viris suis, hospitio recipere, sanctorum pedes lauare, & cætera omnia, quæ de officiis mulierū scripta referuntur in omni genere castitatis. Legerat Origenes Raguelem virū illum sanctū, eiusque vxorem, dum à se Sarā filiam ad Thobiā maritum dimitterent, inter cætera præcepta, quæ illi dederunt, hoc illā admonuisse, regeret familiā, ac domū mariti gubernaret, vt scribitur Thobiæ 10. c. tanquā domus gubernatio ad mulierē peculiariter spectaret. Id quod etiā insinuat D. Paulus ad Tit. c. ij. monens scēminas, vt domus curā habeant. Secundū quam sententiā, Lacæna quædā captiua facta, cum interrogaretur, quid facere sciret, domū, inquit, bene gubernare; vt est autor Plutarchus ad finem Apophthegmatū Laconicorum: veluti id officium præcipuè deceat mulieres. Sed & Chrysostomus in sermone, Quod regulares scēminæ viris cohabitent, Ciuilibus, ait, negotiis à viro susceptis, mulier fortita est domesticā administrationem, & curā. Idem in Epist. Pauli ad Corin. Homilia 13. Deus viro vniuersa non commisit, nec mulieri: sed pulchrè officia digessit, huic domum, illi forum tradens: & huic nutrire, agricolatur enim: huic amicare (tela enim & colus mulieris est) & texendi sapientiam commisit.

Calæci, qui Portugaleses, & Lusitani. Lex Aegyptiorum. Aegyptiorum uiri domestica negotia, scēminæ extranea exercēt.

Gelonorum quoque.

Gorgonum item.

Serum.

Vxores domine domus uocantur.

Vxor relicta domina, alimenta tantum

Apud Calæcos Hispaniæ populos scēminæ res domesticas administrant, vt testis est Trogus, & deinde Iustinus lib. 44. eodemque vltimo. Hi autem sunt (si quis id fortè desideret) quos olim Lusitanos vocabant, autore Strabone lib. 3. quos item Portugaleses vocamus. Quamuis sint, qui Lusitanos, & Calæcos diuersos faciāt. Sed vt ad rem redeamus, similiter apud Germanos vxor domus officia exequitur, vt scribit Tacitus. Et in hanc sententiam lex apud Aegyptios ab Ifide lata dicitur, autore Diodoro lib. 1. vt viri pollicerentur se omnia intra penetralia vxorum arbitrio relikturos. Quamquam ab Herodoto scriptū est in Euterpe (quod an legi Ifidis repugnet, alij videāt) Aegyptios, quemadmodū & cælo, & flumine diuersa sunt ab aliis natura: ita pleraque omnia à cæteris omnibus diuersa cōstituisse instituta, & iura. Apud eos enim scēminæ negotiātur, cauponanturque, & institoris operis vacant. Viri autem domi se cōtinent texentes, aliaque munera muliebria tractātes. Onera itē capitibus gestant, scēminæ humeris: viri sedentes mingūt, scēminæ stātes. Quod & de iisdem tradit Mela lib. 1. in hæc verba: Forū ac negotia scēminæ, viri pensa ac domos curant: onera illæ humeris, hi capitibus accipiunt. Ex Herodoti autē sententia apud solos Aegyptios illud obseruatū videri posset. Legimus tamen & apud Gelos, siue maus Gelonos, eū quoque morē fuisse, vt agri à scēminis colerentur, domus ædificarentur, cæteraque virilia officia exercerentur: à viris autem muliebria: quo nomine malè audierunt ab historicis scriptoribus. Et hoc inter cæteros retulit Clemens lib. Recognitionū 9. Sed & apud Gorgones solæ mulieres publica munera obeunt: viri autem rei domesticæ curam gerunt, tum obtemperātes scēminis, tum militiæ principatusque; ac omnis Reip. expertes, vt scribit Diodorus lib. Bibliothecæ 4. Quinetiā apud Seras viri crines implicant, domi desident vnguentis delibuti, & prorsus effeminati. Mulieres contra, capillum capitis tondent, virili cingulo se cingunt, & in agro omnia opera perficiunt: quod ab Epiphanio Cyprio admodum vituperatur, lib. Herefeon 3. c. vj.

Cæterum apud Græcos, & mox apud Romanos, tandemque apud Gallos, cæterosque omnes ferè populos lege naturæ viuentes, domesticus labor matronalis fuit, & domestica negotia mulieri tradita sunt. Quemadmodum enim à natura, comparata est viri opera ad exercitationē fortensem, ita & muliebris ad domesticam diligentiam. Ex quo profectum videri potest, quod scribit Bar. in l. Titia cum testamento. §. vlt. col. 2. versi. quarto quid si dixerit testator. iuncto versi. seq. ff. de leg. ij. quod vxores nostras, dominas domus vocare solemus, propter præminentiam, quam illis domi relinquimus. quod & idem dicit ipse Bar. confil. lvi. Bart. fecit testamentum, in ij. dubio, & Ange. confil. cxliij. ad primum dico, factum autem inci. reuocatur in dubium, post princ. Lapis alleg. 110. in ciuitate Florentiæ, col. 16. in paruis. & Pet. Anc. confil. ccxxxvij. qui in primo quæsito, col. 2. & Roma. confil. cxvij. quod ad primum, post prin. Ad quam sententiam illud reuocant, quod supra diximus de viris, qui suas ipsorum vxores dominas appellant.

Ex quo fieri dicunt, vt si testator quispiam habens liberos, vxorem suam dominam suorum bonorum relinquat, non propterea videtur illi relinquere dominium, sed alimentā tantum, cum ea præminentia in domo, quā & ante mortem testatoris habuerat. De quo etiam per ipsum Bar. Bal. & alios in aūth, hoc locum. C. si fec. nupt. muli. & Bar. confil. ix. super eo quod quæritur, vbi eandem fermè

fermè dicit: & confil. clxx. Petrus Maioli. & inter cōsi. Bal. in confil. cxx. Nicolaus, & ibi Bal. in subscriptione, lib. 3. & per Bald. Imo. Pau. Cast. & alios Doct. & præcipuè Paul. Pic. in repet. in j. q. in d. l. Titia cum testamento. §. vlt. & Spec. tit. qui si. sint legi. versi. quid si quis ita. & ibi Io. And. & Bal. in addit. & eundem Bal. in vlti. col. ij. versic. quid si testator. C. de indi. vidui. vbi & illud dicit, quod illa verba, Relinquo vxorem meam dominam, exponuntur iuxta vulgare Italicum, id est, donna, quasi caput regiminis in domo, sicut erat viuentē marito. Et hoc (inquit paulò post) colligitur ex communi vsu loquendi, quia vxores nostras dominas appellamus: & in c. vlti. col. iij. versi. consuetudo interpretatur, extrā de consuet. & confil. ccxcj. dominus Bar. lib. 3. & confil. 50. viso testamento. in fil. lib. 5. Ange. confil. xcviij. Viuianus de monte, col. vlt. versic. restat igitur videre. & confil. cix. in dicto testamento. col. j. versicu. restat igitur nunc videre, & confil. ccxj. factum tale legitur. in versi. quartum dubium, & Rom. confil. cliij. hæc domina Francisca. & confil. dxvj. in casu propofitæ consultationis. & Paul. Cast. confil. clx. considerandum est, col. vlt. versic. sed dubium est, lib. 1. & confil. cccxiiij. ad primum quæsitum, lib. 2. & Raph. Co. confil. xxxvij. maritus quatuor filiis, col. j. & Bened. Cap. confil. iij. cum de duobus, col. j. & confil. lxxij. cum viso, & considerato. in iij. dubio, col. pen. & confil. cliij. cum prout in facto, & confil. clvij. subscripsi me. Philip. Cor. confil. v. in hac consultatione. in prin. lib. 1. & confil. cclvij. circa primum consultationis articulum, col. ij. eo lib. 1. & confil. iij. super dicto themate. col. pen. versi. quantum autem ad relictum, lib. 2. & confil. cxij. quantum videtur, col. ij. & iij. eo lib. & confil. clxxxvj. circa hæc consultationem, col. j. eo. quodque lib. 2. & confil. clxxij. etiam circa primum, col. iij. in princ. lib. 3. & confil. clxxx. multitudo quæstorum, col. x. in xij. q. lib. 4. & confil. cccvij. quod dicta domina, col. ij. in litera F. eodem lib. 4. Alex. post Bart. in l. et si contra tabulas. col. pen. versi. & ista inducit. ff. de vulga. & pup. substi. & confil. lvj. perlectis verbis, ferè per totum, lib. 3. & confil. xxix. viso themate, & dubitatione, etiam propè per totum, lib. 4. & confil. ccxiiij. ponderatis verbis, col. vlti. versi. non obstat, si contra, lib. 6. & Ang. Areti. in tract. de testa. in glo. in versi. item reliquit dominam. Et Francis. Curt. senior, confil. xj. statuto Parmensi. col. ij. versi. tertio facit. & confil. xiiij. nobilis testator, per totum: & confil. seq. sæpe confulsi, etiam per totum, & Socinus confil. ccx. satis anceps fui, etiam per totum, lib. 2. & confil. cclxxxix. visa donatione, in secundo dubio, eod. lib. 2. & confil. j. Francis. col. ij. in secunda quoque quæst. lib. 4. Io. Corfer. & Anfr. in decif. Tholof. quæst. cccclxij. item fuit quæsitum quid operentur. Iaf. in l. cum hi. §. si in singulos annos. post medium, de transact. Phil. Dec. confil. cclxxxvij. non leuis, col. ij. versi. vnde postremò. & confil. ccccliiij. iuridicas, in j. dubio. & confil. cccclxxxvj. conclusionē, propè per totum. & Mari. Soci. iunior, confil. xcix. propofita quæstio. col. ij. num. 12. lib. 1.

Vxorum igitur (vt tandem hoc concludam) peculiare genuinumque officium est, domestica negotia curare: & quas maritus sub dio & magnis sæpe laboribus comparauit, domiq; locauit diuitias, sedula ac fideli cura custodire. Alioquin continuò disperire, quod multò tempore, & negotio vir ipse quæsiuit, palàm ostendit Polygnoti, aut vt Plinio placuit, lib. 35. cap. 11. Socratis pictura, in qua Ocnus funiculum contexit, adstante asella, quæ quod contextum fuerit, assidue abrodatur, Hunc Ocnus, vt scribit Pausanias lib. 10. quo de Phocicis tractat, hominem dicunt fuisse industrium, ac laboriosum, sed vxorem habuisse negligentem rerum domesticarum, sumptuosam, ac prodigam: & quæ quicquid is suo labore coegisset, prorsus absumeret. Hincque ab Ionibus dici solitum, si quem conspexissent in re quapiam elaborantem, quæ nihil afferret emolumenti, Hic homo funiculum Oeni contorquet. Sed & de huiusmodi Oeno ita scribit Propertius lib. 4. Elegia. in Epistola Arethuse ad Lycotam,

Dignior obliquum funem qui torqueat Oeno, Aeternumque tuam pascat aselle famem.

Hanc Oeni effigiem Andreas Alciatus in suis Emblematis posuit cum his versibus:

Impiger haud cessat funem contexere sparto, Humidamque artificii iungere fila manu. Sed quantum multis vix torquet strenuus horis, Protinus ignaui ventris asella vorat. Fæmina iners animal facili congesta marito Lucra rapit, mundum prodigit inque suum.

Plutarchus autem in lib. τῆς εὐθυμίας, id est, de tranquillitate animi, tradit eam effigiem fuisse depictam in æde Platonis.

Cæterum illud prætermittendum non duximus, Homerum illum ingeniorum fontem, ita enim eum vocat Plin. lib. 17. c. 5. ad eò mulieribus domestica negotia, rerumque domesticarum curam, atque custodiam deputasse, vt etiam prouinciam hanc ancillis demandauerit, si vxor desit. Nam lib. Odyssæ 15. circa initia inducit Mineruam ita Telemachum alloquentem:

ἀλλὰ σὺ γ' ἑλθὼν αὐτὸς ἐπιτρονείης ἐκασκ. Δμωάων, ἥτις τοὶ ἀρεῖς φάνει εἶν, εἰσοκέτι φάνωσι θεοὶ κούρημ παρὰχοίτην.

Vt scilicet domum cum is peruenisset, omnia ancillæ, quæ ei optima videretur, committeret, quoad Dij ei pudicam vxorem dedissent.

Ideo cum scēminæ domi tantum & rebus domesticis præsent, non improbanda videtur Thucy-

habet, cū præ eminentia domus.

Polygnotti pictura. Oeni funiculum torquere.

Ancillæ domestica negotia deputanda, si uxor desit.

Fæmina opti-

ma de cuius nomine sermo non habetur.

Mulieres tantum à vicinis cognoscendae.

Arigeus.

Euboidas.

Parthi feminis conspectu interdunt.

Itali quoque Augustus filias & neptes casti extraneorum prohibuit.

12 Foemina domi se continere debent.

didis sententia; qui optimam esse foeminam censer, de cuius laude, aut vituperatione quam minimus apud exteros forisq; sermo habeatur: existimans probæ mulieris nomen, itidem atque corpus, domesticis parietibus contineri oportere. Quanquam huic sententiæ refragatur Plutarchus in ipso statim ingressu illius libri, quem scripsit de Claris mulieribus, dicens sibi probabilius dixisse videri Leontinum Gorgiam, qui putat mulieris non formã solum, sed & egregium nomen, atque famam debere apud quamplurimos esse vulgata. Sed Thucydidis sententiæ accedit, quod Dominus noster, Exodi cap. 3. & iterum cap. 11. monet viros Hebræos, vt ab amicis, mulieres autem, à vicinis & hospitiibus isdemq; mulieribus postulent vasa aurea, & argentea: quasi videlicet mulieres à vicinis & hospitiibus, isdemq; mulieribus duntaxat sint cognoscendæ, nulliq; illis amici, præter vicinos, sint cõparandi: nec earum fama longius, quam ad eos deferri debeat. Quod & inibi subobscurè annotauit Nicolaus Lyr. & palam affirmavit Gregorius Nazanzenus in Documentis virginibus conscriptis, & rursus in Monitorio, inquiens:

αἰνῶ θηλυτέρων τὰς ἀρσενες δεῖ ἴσασιν. Laudo ex feminis, quas mares minime norunt.

¶ Ideoq; Arigeus Lacedæmonius quibusdã laudantibus non suas, sed quasdã ex vxoribus alienis: Per deos (inquit) de vxoribus aliorum nihil temerè dicendũ est, ipsas enim prorsus ignorari decet, quales sint, præterquã ab iis, quibuscum viuunt: vt tradit Plutarchus in Apophthegmatis Lacedæmonicis. Sed & Euboidas, vir quidã Lacedæmonius quosdam audiens vxorem alienam laudantes, non approbat, quod diceret, nullum omnino verbũ de muliebri ingenio ab externis esse faciendum: vt testis est idem Plutarchus: tanquã scilicet foeminam ab aliis agnosci, quam à maritis, & parentibus, gradum aliquem faceret ad impudiciã: aut parum pudica videretur, de qua viri vel cum laude loquerentur: sed ea demũ summa matronalis pudicitie laus haberetur, si mulier adeo domi cõclusa viueret, vt nullus esset, qui de ea vel bene loqui posset. Nam & qui laudat alienam vxorem, videtur habere cognitam, cuius ipse laudes prædicat: quod quidem detrahit pudori foemineo. Parthi, vt scribit Iustinus lib. 41. foeminis non conuiuia tantũ, verũ etiam conspectum virorum interdunt. Quod & nostra tempestate Itali maxima ex parte obseruant. Augustus Cæsar filiã, & neptes extraneorũ cõtu adeo prohibuit, vt Lucio Tucinio claro iuueni scripserit, parum modestè fecisse eum, quod filiam suam Baias salutatum venisset. Autor Tranquillus.

¶ Sed vt cunq; sit de fama & nomine (nec enim hoc loco meam interpono sententiam) de corpore tamen inter omnes conuenit: vt domi contineri, non etiam foris euagari debeat. Vnde diuinus ille poëta, Ode 127. Vxor, inquit, tua in lateribus domus tuæ. Et Diuus Paulus 1. ad Timotheum 5. non facit ius mulieribus, præsertim viduis, circumeundi domos. Et Nazanzenus in illis ipsis documentis virginum:

μηδὲ δόμοις φένοισι παύλλω, μηδὲ τραπέζαις. Neque domibus externis absideas, neque mensis.

Et alibi in eo carmine, quod Elegis versibus contra mulieres ornatas Græcè composuit, in eam quoque sententiam:

ὁ τρόπος δεῖ γυναιξί, τὸ τίμιον, οἰκᾶδ' ἐμὴν Πλείονα, καὶ θεοῖς προσλαλέειν λόγοις, ἵς ᾧ τ' ἡλακάτη τε, τὸ γὰρ γέρας δεῖ γυναικῶν, Διωαῖς ἔργα νέμειν δ' ἡμῶν ἀλευμέναια. Χείλεσι δεσμὰ φέρειν, καὶ ὄμμασιν, ἢ δὲ παραῖς, μηδὲ πόδα προθύρων πολλὰ κίς ἐκτὸς ἔχειν. Mos est mulieribus (res pretiosa) domi manere plurimum, & diuinis alloqui sermonibus. Tελαγ, fusoq; (hoc enim munus est mulierum) Ancillis opera distribuere, seruos vitare, Labiis vincula ferre, & oculis atque genis.

Id est, ad verbum:

Neque pedem extra vestibula sæpe habere. Et rursus in suo illo Monitorio mulierem alloquens:

Μὴ πολλὸν ἐκ παραθύρων πῆμψιν πόδα, μηδ' ἐπὶ τέρῃν, Γάνθημον καὶ ἀκοσμον ὀμγυριν, ἢ γὰρ ἔρεσθ' αἰρεῖ καὶ δαίνεσι, τὰ δ' ὀμματα ὀμμασι μίσιγει, αἰδώς δ' ὀχομένη, πάντων γενέτεια κακῶν.

Id est,

Non multum extra vestibula mitte pedem, neque ad delectationem Popularem, & immodestam turbam: hæc enim pudorem

Aufert & prudentibus, oculos verò oculis miscet.

Pudor enim abiens, omnium genitor malorum est.

Id est, si quis in oculis, & alioquin, non d' ὀράσθαι

ἀλλ' οἷς, ἢ πῶσισι φάσθωσιν, ἢ δ' ἱερῇ.

Domus tibi vrbs est, & nemora, non videaris

Ab aliis, quam affinis temperantibus, atque sacerdote.

¶ Alius Poëta, sed ethnicus, Menander apud Stobæum Pinæceps nuptialibus:

Ἰδὲ, ἢ γυναιξί, ἢ ἄρσενος ὑπερβάνους γυναιξί Διὰ τὴν αὐλάν. Πέρας γὰρ αὐλῆος θύρα ἐλευθέρα γυναικὶ νεόμοισ' οἰκίας.

Τὸ δ' ἐπὶ τὸν αὐλῆος, εἰς τὴν δὲ δὸν πρὸς τὴν ἐπὶ τοῦ ὀμοῦ μὲν, καὶ ὅς ἐστι ἔργον, ῥόδη.

Excedis, ὃ mulier, limites vxoris

Per atrium. Nam vestibuli fores, ultra Domum esse ab ingenua matrona existimantur.

Vterius autem persequi, & in viam currere, Canis est opus, idq; conuitus affecti, ὃ Rhodè.

ἐν δὸν μὲν (αὐτὴν τὴν γυναικὴ ἐν χεῶν ἐδλῆν, θυρᾶζε δ' ἀξίαν ἢ μὴ δένος.

Intus manere mulierem oportet Bonam: egredientes autem foras, nullius pretij sunt.

Ante hos Homerus in Hymno Veneris, tradit Palladem docuisse pulchra opera in domibus.

ἢ δὲ τε παρθενικὰς ἀπαλοχρᾶσας ἢ μεγάροισιν ἀγλαὰ ἔργ' ἐδ' ἰδαξεν.—

Et Achilles Euripides in Iphigenia in Aulide, de foemina loquens: Maneat (inquit) domi: pudicam enim decet pudor.

Μενέτω κατ' οἴκῳ, σεμνὰ γὰρ σεμνύνει. Et Macaria apud eundem in Heraclidis, posteaquam illud dixit:

Γυναικὶ γὰρ σιγὴ τε, & τὸ σωφρονεῖν κάλλιστον.— (quod nos alibi ad aliud citauimus) continuo illud subiungit:

ἢ ὅσα δ' ἡσυχίαν μένειν δόμῳ. Mulieri enim silentium est modestia Pulcherrimum: intus verò tacitam manere domi.

Et est Senarius Græcus in eam sententiam: Γυναικὸς ἐδλῆς δεῖ σὴν οἰκίαν. Aedes suas seruasse, vxoris est bona.

14 ¶ Galenus lib. 11. de Vsu partium, scribit foemininum genus non postulasse pilos in facie sibi aduersus frigora auxiliaturos, quod sub tecto maximam vitæ partem exigere debeat. Et Chrysofostomus in Epistol. Pauli ad Timoth. Homilia 10. monet matres, vt curent sollicitè, vt filiarum domi sint iugiter. Et in 60. in Ioannem Homilia scribit mulieris esse, domi philosophari, aut vt alij vertunt, domi tanquam in quodam philosophiæ gymnasio federe. Et lib. de Sacerdotio 3. Virginem (inquit) oportet vndeconque tanquam muro circumseptam esse, ac toto anno perraro domo egredi: idq; demũ cum inexcusabiles ac necessariae causæ vrgebunt. Et paulo antè: Virginem non conuenit, neque frequētes, neque superuacuas inambulationes agere. Ac rursus: Neque ei licet frequenter in forum descendere: neque si quando eò descenderit, occurrentiũ oculis conspicua esse cogitur. Diuus quoque Ambrosius in Lucam lib. 2. Discite (ait) virgines non circuncursare per alienas ædes, non demorari in plateis, non aliquos in publico miscere sermones. Quam sententiã citat è nostris Matthæus Afflict. in Constitutione Siciliæ incip. mulieres. Idem Ambrosius lib. 2. de Virginibus, loquens de virgine Maria: Prodire (inquit) domo nescia, nisi cum ad ecclesiam conueniret: & hoc ipsum cum parentibus aut propinquis. Sed & idem lib. episto. 8. epist. 64. expendit ex factis literis, Mariam ipsam fuisse domi repertam, cum ad eam Gabriel venit. Et hoc quoque idem annotat in alio loco, què postea citabimus, cum de Gynæceo loquemur. Quin & ipse quoque, in lib. de Arca Noe, cap. 13. scribit, diem ad virum referri, noctem ad mulierem. Quoniam ille (inquit) actu publico sit clarior, ista obscurior, tanquam domesticis clausa parietibus. Diuus item Hieronymus ad Eustochium, de Custodia virginitatis, eam monet, ne domum exeat, in idq; torquet illud Canticatorum, Hortus conclusus soror mea sponsa, hortus conclusus.

Id est, ex translatione Conrardi Gesneri:

Sed & idem in eodem loco:

Ita enim scribit:

Foemina in facie pilos non desiderant. Mulieris est domi philosophari.

Dies ad virũ, nox ad foeminam refertur.

Esau cur à patre; Iacob à matre dilectus. Vir actiuã vitam, mulier cõtemplatiuam representat.

15 ¶ Ad quod etiam referendum est, quod sacre literæ perhibent Esau à Patre, Iacob verò à matre dilectum: per hanc dilectionis amborum, ac fratrum differentiam, vnus videlicet à patre, alterius à matre, actiuam ac contemplatiuam vitam insinuari. Nam etsi vir muliere præstantior est, vt latè supra diximus, & cõprobauimus, actiuam tamen vita per viri, cõtemplatiua verò per mulieris proprietatem quodam modo intelligitur. Est quippe viri officium extera quædam negotiatio, similis practico & actiuo intellectui, qualis fuit ipsius Esau, qui, vt eadẽ scriptura recenset, venator erat, & agricola, id est, vt interpretatur glossa, quã interlinearem vocant, exercēs exteras actiones. Mulieris autem proprium est ad instar memoriæ, vt intus immota sedeat, sicut Iacob, qui fuit vir simplex, habitans in tabernaculis, & ob id Israël, id est videns Deum dictus: qualis certè contemplatiui hominis mens, atque intellectus est, vt etiam annotauit Eusebius lib. Preparationis Euangelicæ 11. cap. 4. Dilectio igitur Esau à patre, vitam actiuam: dilectio verò Iacob à matre, contemplatiuam refert, quod & scitissimè quidem, & elegantissimè, vt cætera omnia scribit Carolus Bouillus in quæstionibus Theologicis, lib. 6. Sed & Diuus Thomas Aquinas in opusculo de Sacramento altaris, cap. 7. posteaquam traxit ad figuram sacramenti altaris, illud quod scribitur Gene. 27. c. de

benedictione Iacob, in qua decepti sunt sensus Isaac, putantis sentire Esau, dum sentit similitudinem eius, qui velatus erat Iacob, hæc ferme subdit: Sciendum quod in illa figura Dominici corporis quatuor erant personæ, Isaac, & Rebecca, & Iacob, & Esau: quasi masculus, & femina significant duas naturas in nobis, scilicet corpus, & animam; masculus qui magis solet esse manifestus, & exterioribus plus intendit, significat hominem exteriorem, id est, corpus cum suis sensibus: femina quæ domi residet, & familiam regit, hominem interiorem, id est, animam, quæ salutis suæ, & aliorum gerit curam, & cætera quæ sequuntur.

¶ Et ut istud rursus auctoritate externorum, ethnicorumq; hominum comprobemus. Non aliud exprimere voluit Phidias illustris ille pictor, qui Eliensibus Venerem, testudinem calcantem pinxit: eo symbolo, veluti tacita ambage, indicans mulierum esse munus, *διανοία, καὶ σωπῆρ*, id est, ædium custodiam, & silentium. Auctor Plutarchus in Præceptis connubialibus, cap. 33. & in lib. de Iside & Osiride, & meminit Stobæus, Sermo. 72. & Pausanias lib. 6. Et id quoque attigisse videtur Tibullus lib. 3. Elegia item 3. illo versu,

Et faueas concha Cypria vecta tua.

Id quod tamen prætermisit interpret. Et Papinius libro Sylvarum 1. in Epithalamio Stellæ & Violentillæ:

*Hæc & caruleis mecum consurgere digna
Fluctibus, & nostra potuit considerare concha.*

Quo in loco Domitius id aliò transfert. Et iterum lib. 3. eiusdem operis in Coma Earini:

*Ite, dabit cursus mitis Cytherea secundos,
Placabitq; Notos: fors & de pube timenda
Transferet, inq; sua ducet super æquora concha.*

Et hinc Martialis lib. 2. in Gallum vocat conchas Cytheriacas, id est, Venereas:

Leuior ò conchis Galle Cytheriacis.

Vbi & hoc filenter præterierunt interpretes, aliàs oculatissimi. Sed & Propertius concham Erycinam appellat:

Et venit è rubro concha Erycina mari.

Et ante hos omnes Plautus in Rudente, de ipsa Venere loquutus:

Te ex concha natam esse autumant.

Vbi & quatuor interpretes huius rei non meminerunt. Et aliquid à Plinio, veluti transeuntes, lib. 9. cap. 25. traditur, qui tamen locus mendosus est. De ea autem Phidias pictura Alciatus noster in Emblematis hoc quoque reposuit:

*Alma Venus, quænam hæc facies? quid denotat illa
Testudo, molli quam pede Dina premis?
Me sic effinxit Phidias, sexumq; referri
Fæmineum nostra iussit ab effigie.
Quodq; manere domi, & tacitas decet esse puellas,
Suppositis pedibus talia signa meis.*

Quamquam scio, Placiadem aliam eius rei rationem afferre lib. Mythologiarum 2. ex auctoritate Iubæ in physiolog. nempe quod testudo toto corpore simul aperto in coitu misceatur.

¶ Sed & Plutarchus ipse (vt ad eum reuertamur) paulò antè scripserat Aegyptiis mulieribus non vt calciamentis, patrium morem fuisse, vt se domi continerent. Subditq; mox, Ac pleræque feminarum, si auratos calceos, & femoralia adimas, purpuramq; & margaritas, domi manerent. Macrobius lib. Satur. 7. c. 1. tradit, Parthos solere cum concubinis, non cum coniugibus inire conuiuia, tanquam has & in vulgus prodire & lasciuire quoque, illas non nisi domi abditas tueri deceat rectum pudorem. Cui concinit & Iustinus, quo loco supra citauimus, num. 11. ne id repetamus. Sed vt iterum Plutarchum resumamus, is sanè Problematon Rom. cap. 100. testis est, Romanos maribus nono die, sceminis octauo nomina imponere consueuisse. Cuius rei cum multas causas subiiciat, hanc quoque inter alias esse dicit, quod in numeris nouenarius primus est tetragonus ab impari & perfecto ternario. Octonarius autem primus cubus à binario numero, quem parem esse constat. Oportet autem quadrangulum esse & impari & perfectum: Vxorem autem, sicut cubum, stabilem, & domum seruantem, & immobilem. Hæc ibi. Seneca autem in laudem suæ materteræ, scribit eam per 16. annos, quibus maritus ipsius Agyptum obtinuit, nunquam in publico fuisse conspectam, neminem prouincialium in domum suam admisisse. Itaque loquax (inquit) & ingeniosa in contumelias Præfectorum prouincia, in qua etiam vitauerunt quidam culpam, non effugerunt infamiam, veluti vnicum sanctitatis exemplum suspexit.

¶ Theognidis quoque sententia est in eam rem,

ἔχθαιρὸν ἢ γυναικᾶ περιδρομοῦ, ἀνδρα τὸ μάργον.
Odi verò mulierem circumcurstantem, & virum ignauum.

Id est,

Et Epicharmi apud Stobæum, Sermone 67.

*ἢ ἢ φιλέφρονος καὶ λάλον, καὶ δαφίλην.
ἢ γυναικῆ ἔφεις, ἢ δ' ἀτυχίαν κοσμομένην.*

Quibus significatur, quod si vxorem duxeris frequenter domo exeuntem, loquacem, & sumptuosam:

sam: non vxorem te habiturum, sed instructum per vitam infortunium. Et Sceledrus Plautinus in Milite:

—Te alloquor (ait) viti probriq; plena,

Quæ circum vicinos wages—

Artemidorus autem Daldianus lib. de Interpretatione somniorum 1. cap. 52. Si quis (inquit) se in mulierem transmutari somniet, diuiti malum est, & maximè Rempu. administranti. Nam vt plurimum mulieres sunt domus custodes, & intra tectum seruantes, ideoq; id somnium, omni magistratu eum exiit, qui id videt. Et lib. 2. c. 35. Minerua, ait, in somnis visa bona est vxorem ducere volentibus: pudicam enim, & domus custodientem, vxorem futuram esse prælagit. Pausanias lib. 5. tradit Olympiæ olim laram legem fuisse, ne mulieres ad Olympica certamina, spectandi gratia accederent. Hanc autem penam, præuaricantibus eam, constitutâ fuisse, vt è Typeo monte prærupto præcipitentur. Et huc alludens Papinius lib. 1. Thebaidos, ita cecinit:

—Exclusæq; expectant premia matres.

Quo in loco Lactantius Firmianus, siue alius (quod magis credo) interpres quidem doctissimus, hoc quoque ipsum annotauit. Sed & eius moris meminerunt Menander Rhetor, & Valerius Maximus lib. 8. c. 16. eodemq; vlti. in fi. & nos alibi mentionem quoque huius rei fecimus, videlicet in leg. 4. connub. num. 37. incip. sed quod de certaminibus.

19 ¶ Et sanè illud certum est, Romanas quondam mulieres velut patrio instituto sese domi continere solitas. Quod vel hinc facile coniectari est, quod C. Sulpitius Gallus vxorem dimiserit, quoniam eam capite aperto foris versatam cognouerat. Et Q. Antistius idcirco repudiasset vxorem dicitur, quod illam in publico, cum quadam libertina vulgari loquentem viderat. Publius quoque Sempronius Sophus, coniugem repudij nota affecit, quoniam se ignorante ludos spectasset. Quorum testis est Valerius lib. 6. Rerum memorabilium, cap. 3. Et præterea Sulpitij ac Sempronij, Plutarchus in problematis, ca. 13. Sed & hoc apertè ostendit Cornelius Tacitus & Historicus, & Orator clarissimus, in eo libro, quem de Claris Oratoribus scriptum reliquit, cum de priscis Romanis loquens, Iampridem, ait, suus cuique filius ex casta parente natus, non in cella emptæ nutricis, sed gremio ac sinu matris educabatur: cuius præcipua laus erat tueri domum, & inseruire liberis. Hæc Tacitus.

20 ¶ Ex quibus & illud factum videri potest, quod apud Tullium lib. 3. de Oratore, L. Crassus Orator ita dicit: Equidem cum audio focrum meam Læliam (facilius enim mulieres incorruptam antequam conseruant, quod multorum sermonis expertes ea tenent semper, quæ prima didicerunt) sed eam sic audio, vt Plautum mihi & Næuium videar audire. A quo non admodum distat, quod scribit Plinius Iunior lib. Epist. 1. ad Euritium, de epistolis vxoris Pompeij Saturnini, Legit (inquit) mihi nuper epistolas, quas vxoris esse dicebat, Plautum vel Terentium metro solutum legi credidi. Hanc autem mulierum Romanarum consuetudinem Constantinum Augustum vnâ cum colonia ex vrbe Roma Constantinopolim transfuisse putat Philelphus, in ea epistola, quam eleganter scripsit ad Laurentium Medicem, de differetia sermonis Latini, & literalis: Quoniam nobiles illæ Constantinopolitanæ mulieres, vt ille ipse refert, pro vetere quodam more semper se domi continerent, neque interdiu vnquam egrederentur.

21 ¶ Quamquam dici potest, Constantinopolitanos non à Romanis hunc morem mutasse: sed à suis maioribus, illis videlicet veteribus Græcis (sita enim est in Græcia Constantinopolis, olim Byzantium dicta) veluti iure hæreditario per manus accepisse. Apud illos enim negat Cicero in tertia in Verrem actione, moris fuisse, vt in conuiuio virorum mulieres accumberent. Et, vt tradit Aemilius Probus in proœmio sui operis, apud eosdem scemina neque in conuiuium adhibebatur, nisi propinquorum: neque sedebat, nisi in interiore parte ædium, quæ *γυναικωνίτις* appellabatur: quod nemo accedebat, nisi propinqua cognatione coniunctus. Est igitur Gynæconitis (vt obiter illud dixerim) atque etiam Gynæcium, siue Gynæceum, locus ædium secretior, in quo solæ mulieres habitabant: dictus & ab ipsis mulieribus, quas Græci *γυναῖκες* appellant. Vnde Panthædas Spartanus, cum in Asia obiret legationem, ostentantibus quibusdam murum valde munitum, latum ac sublimen, fertur dixisse, *Νῆ τὸς θεὸς, ὃ φέροι, καὶ γυναικωνίτις*. Id est, Per deos, o hospites, pulchra Gynæconitis, id est, domus mulierum. Auctor Plutarchus in Apophthegmatis Laconicis. Qui & ipse idem propè dixisse Agidem Archidami filium refert, item Agefilaum illum magnum Lacedæmoniorum regem. De Gynæceo autem Plautus in Mostellaria:

Dare vult vxorem filio, quantum potest:

Ad eam rem facere vult nouum Gynæceum.

Sed & Terentius in Phormione:

Vbi in Gynæceum ire occipio, &c.

22 ¶ De huiusmodi autem Gynæceis, atque Gynæciariis fit mentio in l. vnusquisque, in princ. C. ad leg. Iul. repe. & in Rubri. & iterum in l. ij. iij. v. & l. si quis ex corpore. C. de mulie. & Gynæ. lib. 11. & l. j. titu. seq. de vesti. holo. & in l. vlti. C. de mili. vesti. lib. 12. In quibus locis Gynæcium etiam capitur pro loco secretiore, in quo opera textoria, & ista muliebria conficiuntur: & Gynæciarij pro iis, qui ea muliebria opera conficiunt. Sed & Gynæconitis mentionem fecit Procopius in Bello Vandalico, lib. 3. vbi satis declarat locum esse secretiorem. Vitruuius autem lib. Architecturæ 6. c. 10.

Virum in sceminam mutari in somnis quid significet
Minerua in somnis visa.

Mulieres Romæ domi se continere solitas.

Mulieres in corruptâ sermone antiquitate retinent.

Græcorum mulieres in conuiuio virorum non accubunt.

Gynæcium. Panthædas dictum de muro munitissimo.

Iterum de Gynæceis.

Gynæciarij.

Andronitis. describit Gynæconitidem, atque etiam Andronitidem, quæ est ea domus pars, in qua viri sine interpellationibus mulierum versantur. Vnde & ea faceta responsio Diogenis Cynici apud Laërtium, qui cum ex Lacedæmone Athenas reuerteretur, interrogatus, vnde & quod veniret, ἐκ τῆς ἀνδρονιτιδος (inquit) εἰς τὴν γυναικονίτιν. Id est, ex domo, siue habitatione virorum, in domum mulierum. Aut vt per μετωνυμίαν Ambrosius vertit, à viris ad fœminas.

23 Ambrosij locus emendatus. Hic autem obiter corrige mendum, quod obrepit in Diuum Ambrosium, in loco huic rei de qua tractamus, accommodatissimo, Is est in Adhortatione ad virgines: Nullus, ait, sit tunc sine matre progressus, quæ sit anxia custos pudoris. Ipsa quoque ad ecclesiam progressio rarior sit adolescentulis. Considera, quanta fuerit Maria, & tamen nusquam alibi, nisi in cubiculo reperitur, cum quaeritur, illa te doceat, quid sequaris. Angelum vidit, & pauebat in corde, peregrinabatur in aspectu: vnde dicit ad eam Angelus, Ne timeas Maria. Decet solitudo verecundiæ, & gymnasium pudoris secretum est. Expunge verbum illud, gymnasium, & reponere, Gynæcium: neque enim aliter sententia constat. Sed impertus quispiam non intelligens quid esset Gynæciū, corrumpit textum Ambrosij. Illud autem sciendum est, Latinos id vocare Conclauem, quod Græcis Gynæcium dicitur. Terentius in Eunuchis: Virgo in conclauis sedet Nam & antè illud dixerat: In interiore parte vt maneam solus cum sola. Vt hinc facile intelligas, ipsum Gynæcium, quod in interiore parte domus erat, conclauem quoque dici. Sed & idem in Heautontimorumenos: Est mihi vltimis conclauem in adibus quoddam in interioribus tectis.

Conclauem. Quibus in locis Donatus, & Calphurnius interpretes, ille in priore loco, ille in posteriore, Est, inquit, conclauem locus in interioribus tectis separatiore, aut vt alij legunt, superior, quod magis placet.

24 Gynæcia in loco domus editissimo apud Græcos. Id quod conuenit multis Homericis locis, quibus ostenditur Gynæcia fuisse in loco domus editissimo, & accessu difficillimo. Nam lib. Odyssæ primo de Penelope: ἐς δ' ὑπερώϊον ἀναβᾶσα σὺν ἀμφιπόλοισι γυναιξίν Κλαῖεν.— Id est, ad verbum, In tabulatum (aut si mauis, in superiorem partem domus) ascendens cum ancillis fœminis Flebat.—

Quod & ad verbum propè bis repetitur in lib. 4. eiusdem operis, vbi & ipse Poëta de Penelope quoque loquitur. Sed & rursum paulò post: ἢ δ' ὑπερώϊον αὐθι περιφρονῶ Πυελόπειαν Κεῖτ' ἀρ' ἄσιτος.— Hac autem in loco edito illic prudens Penelope iacebat abstinens. Et libro 15. — ἀλλ' ἐπὶ τῷ ὑπερώϊον ἴσον ὑφαίνει. Sed ab his in loco edito telam texit. Et libro 16. ἢ μὲν ἀρ' εἰς ἀναβᾶσ' ὑπερώϊα σιγαλόεντα Κλαῖεν.—

Hac autem ascendens in superiora splendida Flebat.— Et lib. seq. & iterum lib. 19. ἦδ' ἐγὼν ὑπερώϊον εἰς ἀναβᾶσσε Λέξομαι εἰς εὐνήν.— Id est, Certe ego in superiora ascendens Dormiam in lectum.

Verba sunt eiusdem Penelopes. Et lib. quoque 18. eandem fecit descendentem ex superioribus, posteaq; in eadem ascendentem. Nam primum: ὡς φάμεν κατ' ἐβαν' ὑπερώϊα σιγαλόεντα. ἢ μὲν ἐπει' ἀνέβαιν' ὑπερώϊα δία γυναικῶν. ὡς εἶπ' ἄσ', ἀνέβαιν' ὑπερώϊα σιγαλόεντα, ἢ οἷον, ἀμα τῆ γε καὶ ἀμφιπόλοισι κίον ἄλλα. ἐς δ' ὑπερώϊον ἀναβᾶσα σὺν ἀμφιπόλοισι γυναιξίν. Sic dicens, ascendit superiora splendida Non sola, cum ea, & famule ibant alia. In autem superiora ascendens cum ancillis mulieribus.

Quem postremum verbum repetit lib. quoque 23. Et lib. Iliad. 2. in Catalogo: Παρθένος αἰδοῖν ὑπερώϊον εἰς ἀναβᾶσσε. Virgo verecunda, superiora ascendens. Et lib. 22. de Andromache loquens: ἀλλ' ἢ γ' ἴσον ὑφαίνει μυχῶ δόμου ὑψέλοιο. Sed telam texebat in conclauis domus alta. Idque obseruatum fuisse video apud Hebræos, ex c. 3. Thobia, de Sara filia Raguelis: Ad hanc vocem

Et paulò post: Et lib. 19. Id est, ad verbum: Sic dicens, ascendit superiora splendida Non sola, cum ea, & famule ibant alia. In autem superiora ascendens cum ancillis mulieribus.

Quem postremum verbum repetit lib. quoque 23. Et lib. Iliad. 2. in Catalogo: Παρθένος αἰδοῖν ὑπερώϊον εἰς ἀναβᾶσσε. Virgo verecunda, superiora ascendens. Et lib. 22. de Andromache loquens: ἀλλ' ἢ γ' ἴσον ὑφαίνει μυχῶ δόμου ὑψέλοιο. Sed telam texebat in conclauis domus alta. Idque obseruatum fuisse video apud Hebræos, ex c. 3. Thobia, de Sara filia Raguelis: Ad hanc vocem

Et apud Hebræos. Idque obseruatum fuisse video apud Hebræos, ex c. 3. Thobia, de Sara filia Raguelis: Ad hanc vocem

cem perrexit in superius cubiculum domus suæ. & Iudith: 8. Et in superioribus domus suæ fecit sibi secretum cubiculum, in quo cum puellis suis clausa morabatur.

25 Sed vt ad rem redeamus, quod dictū est de Lacedæmoniis, ex eo quoque probatur, quod à Pausania lib. 3. quo Laconica describit, traditum est, Dioscuros, quos Castores Latini vocat, ad Phormionem quendam Lacedæmonium hospitiū effugie accessisse, qui se ex Cyrenæica regione venire dicerent: eumq; orasse, vt in conclauis quodā, ædium parte remota, & abdita sibi locū quo diuerterent, dare vellet. Nam eam domus partem sibi gratam fuisse, etiam dum inter homines degerent affirmabant. Quibus Phormio se quidē libenter reliquam domum illis concessurum esse respōdit, conclauem autem illud nequaquam illis exhibere posse, in quo filia virgo, quam vnicam summo asseruabat studio, habitaret. Sub hæc decessisse Dioscuros: verum post die eius diei virginē illam, & omnem ipsius cultum, atque vniuersum famulitium euauisse: in medio autē cōclauis Dioscuro- rum imagines repertas fuisse. Quibus etiam concinit quod scribit Antigonus autor Græcus apud Euripidem, Virgines in ædium secessu versari solitas in Parthenone, qui locus ab earum statione sic dictus est: nec inde matris aut custodis iniussu pedem virgini efferre licebat. In quem sensum Ianus Parrhasius interpres doctissimus, refert illud Claudiani de Proserpina loquentis, Florebat tranquilla domus, nec limina virgo Linquere, nec virides audebat visere saltus, Preceptis obstricta tuis, tele labor illi.

26 Et huc quoque pertinet, quod apud Græcos Bona Dea θεὸς γυναικεία dicebatur, quam Varro Fauni Aboriginum regis filiam tradidit, ad eò pudicam, vt extra γυναικονίτιν nūquam sit egressa: nemòque illam dum vixit, præter virum suum, mas viderit, nec nomen eius audierit, nec marem ipsa vnquam eam viderit, præter ipsum maritum: ob idque illi in operto sacrificabant, vt etiam refert Laetantius lib. 1. ca. 22. & non nihil meminit Macrobius in Satur. li. 1. c. 12. vbi & hinc produisse dicit, quod non liceat viris, eius templum intrare. Ex quo & illud Tibulli lib. 1. Eleg. 6. Sacra Bona maribus non aduenda Dea. Et Ouidij lib. 5. Fastorum: Templum patres illic oculos exosa viriles, Leuiter acclini constituere loco. Et lib. 3. de Arte amandi, Cum fugat à templis oculos Bona Diua virorum. Item illud Propertij lib. 4. de Hercule: Fœminea loca clausa Dea, fontèsque perennes Impune & nullis sacra relecta viris.

Vnde & Seneca 16. Epist. lib. ad Lucilium, scribit, viros omnes à cōspectu religionis Bonæ Deæ sic arceri, vt picturæ quoque masculorū animalium contegantur. Ex quo & illud Iuuenalis Saty. 6. — Vbi velari pictura iubetur, Quæcunque alterius sexus imitata figuram est. De qua re etiam & Tullius in Oratione de Auspiciis responsis.

27 His autem, quæ de Romanis diximus, ad stipulatur elegantissimum cuiusdam Claudiæ Epitaphium, Romæ inter cætera vetera monumenta repertū, in regione Transtiberina, in capite pontis Diui Barptolomæi, in quo quidem inter alia pleraque, quæ ad laudem ipsius Claudiæ dicuntur, illud adiectum est, quod domum seruauerit, veluti cætera parui momenti & ponderis essent, nisi & hoc fuisset. Epitaphium ipsum antiquitatis ergò hic adscripsimus: Hospes, quod deico paululum est, adita & pellege. Heic est sepulchrum haud pulchrum pulchra fœminæ: Nomen parentes nominarunt Claudiæ. Suum maritum corde dilexit suo. Gnatos duos creauit: horum alterum In terra linquit, alium sub terra locat. Sermone lepido, tum autem incesu commodo. Domum seruauit, lanam fecit, dixi, abei.

28 Sed & huc vergit illud Propertij lib. 2. Elegiarum, Elegia 6. Felix Admeti coniunx, & lectus Vlyssis, Et quæcunque viri fœmina limen amat. Inibi enim limen pro domo accipitur, vt alibi apud eundem, ad Gallum: Ah mea contemptus quoties ad limina curres! Et in eo loco, quem ex Claudiano nuper adduximus. Et alibi sæpe apud bonos autores. Liuius secundi belli Punicilib. 2. Marronas è publico arceant, continerique intra suum limen quanque cogant. Et statim in princ. lib. 4. Belli Macedonici: Marronæ nulla nec autoritate, nec verecundia, nec imperio virorum contineri limine poterant. Ouid. lib. 4. Fastorum: Limen vt intrauit, luctus videt omnia plena. Et Plinius iunior ad Quadratum lib. 9. Epistolarum: Rogo vt veniat, quia me recēs adhuc luctus limine continet. Et Vlpia. noster in l. illicitas. §. illicita. ff. de offi. præsid. ibi, limine vnico, vbi tamen Accursius non intelligens, quid illic limen esset, legit lumine pro lucerna vel oculo.

29 Cæterum, vt à semita in viam redeamus, Cato ille Cenforius, omnium bonarū artium magister, De eadem re. De eadem re. De eadem re. De eadem re.

De eadem re. De eadem re. De eadem re. De eadem re.

De eadem re. De eadem re. De eadem re. De eadem re.

De eadem re. De eadem re. De eadem re. De eadem re.

De eadem re. De eadem re. De eadem re. De eadem re.

villicae officia

in eo lib. quem de Re rustica & doctissimè & elegantissimè, si ad illud seculum respiciamus, conscripsit, inter cætera multa villicæ officia, quæ tanquã leges quasdã ei præscripsit, capite eius operis 143. Vicinis (ait) aliisque mulieribus quàm minimùm vtatur, neve ad eas domum eat, neve ad sese recipiat: ad cœnam ne quò eat, neque ambulatoria fiet. Tãtùm abest, vt illi ius faciat viros alienos conueniendi, vt etiam consuetudinẽ aliarum sceminarum eis interdicit. Quod & ante illum Euripides fecerat in Andromache, de omnibus tamen mulieribus nedum de villicis loquens:

ἀλλ' ὄπισ' ὄπισ' (ὅ γὰρ εἰς ἀπαξ ἐρῶ)
χρητὸς γὰρ ὄντων ἔχοντες οἷς ἐστὶν γυνή,
πρὸς τὴν ἐν οἴκοις ἀλοχὸν εἰς φοιτῶν ἐὰν
τῶν αἰκίας: αὐτὸ γὰρ διδάσκαλοι κακῶν.
Sed nunquam, nunquam (neque enim semel dicam)
Oportet prudentes, quibus est vxor,
Ad vxorem in domibus accedere sinere
Mulieres: ipsa enim præceptores sunt malorum.

30 Prouerbum. Legum testimonia.

¶ Neque in eam rem deest nobis legum testimoniũ, videlicet l. i. C. de offi. diuer. iudic. in illis verbis, quæ intra domum considerato sexu semet contineat, & in Authen. vt liceat matri & auia. §. quia verò plurimas, vbi inter paucas causas repudiandi vxorem hæc vna est, quando vxor nolente viro, extra domũ manserit. Quod & cauetur in Nouellis, eod. tit. §. anteriores quidem constitutiones. versu. item si nolente marito, & in Auth. de nup. §. mitiores, vbi etiam addit, si inuito marito in circensibus, & spectaculis, theatrisque adfuerit. Idque est, quod Plautus, quem supra post principium alicubi citauimus, longo antè tempore dixerat:

Vxor viro si clam domo egressa est foras,
Viro fit causa, exigitur matrimonio.

Cui legi fortè initium dederunt, & originem, Sulpitius, Antistius, & Sempronius, quorum nuper meminimus.

Focaria uxor dicta.

¶ Igitur non temerè scribit Specul. titu. qui filij sint legi. §. i. versic. quid si viro absente, quòd vir potest cogere vxorem, vt se domi contineat, per text. in l. 2. ff. de lib. exhib. qui tamen mihi videtur nihil ad hoc facere, sed eius sententiam cõprobat tex. supra allegatus: & quòd l. 3. C. de condi. inser. vxorem focariam appellat, nulla alia ratione, vt opinor, quàm quòd ea priuatim focum viri seruare debeat. Et facit non minimùm l. 2. C. de his qui ve. æta. impe. vbi ait, sceminas cõtui publico sese demonstrare non debere. Quod & repetitur in c. indemnitatibus. §. porrò. versic. sed cùm eas, de elect. lib. 6. Ex quo est illud Senecæ in Agamemnone,

Quo more cætus publicos virgo petis?

Et est ferè simile, quod scribitur in c. mulieres, quod est 2. in prin. de iudi. lib. 6. Mulieres vagari nõ cõuenit, nec virorũ cõtibus immisceri, in cuius loci cõmentariis nouissimè editis à D. Ludouico Gomes, plurima ex his quæ in hoc capite scripseramus in priore nostra editione, illic transcripta sunt. Illud autem, quod adscriptũ est in illo c. 2. sumptũ est, vt etiam dixeramus, & repetit ibi Gomes ex l. maritus. C. de procur. cuius verba sunt: Nec scemina persequendẽ litis obtentu cõuenit, virorũ cõtibus immisceri. Quod sumptũ videtur ex l. maritus. C. de proc. cùm scribitur, ne scemina persequendẽ litis obtentu, in contumeliã matronalis pudoris irreuerẽter irruant, nec conuentibus virorum, vel iudiciis interesse cogãtur. Vnde Tullius in oratione pro M. Cælio, taxat Clodiam, quæ mente nescio qua effrænata atque præcipiti in forum deferri, iudiciumque voluisset.

Locus iuris consulti cor-rectus.

¶ Vt non abs re nostris legibus prohibitum sit sceminis postulare, ne contra pudicitia sexui congruentem alienis causis se immisceant, vt scribitur in l. i. §. sexum. ff. de postul. vbi & illud subiungitur, originem huius introductã esse à Calphurnia improbißima scemina: sed nisi me cõiectura fallit, legendũ est C. Afrania, ex Valerio lib. 8. cap. 3. Hæc enim (vt is ibi scribit) inusitatis fori latratibus assiduè tribunalia exercedo, ad multiebris calumnia notissimũ exemplum euasit: adeo vt pro crimine improbis sceminarũ moribus, C. Afrania nomẽ obiiceretur. Nam, vt opinor, ex C. Afrania quispiã Calphurnia fecit. Plutarchus in cõparatione Lycurgi & Numæ Pompilij tradit, quòd cùm mulier aliquando propriam causam in foro dixisset, misisse Senatũ deos consultum, quidnam ciuitati ea res portenderet. Hinc (vt redeamus) est illud Iuuenalis Saty. 6.

Sed cantet potius, quàm totam peruolet urbem
Audax, & cætus possit quàm ferre virorum.

Quam sententiam quoque exprimit Helena Euripidea in Oreste, cùm dicit,

εἰς ὄχλον ἔρπειν παρθένοισιν ὁ καλόν.
In turbam progredi virgines, haud honestum.

Et facit etiam tex. in l. optimam. C. de contrah. & commit. stipul. vbi naturalis pudor nõ permittit mulieres sese omnibus passim manifestare: & tex. notabilis in c. mulier. 23. di. in hæc verba, Mulier quamuis docta & sancta, viros in conuentu docere non præsumat. Quod quidẽ est ex Concilio Carthaginensi 4. ca. 11. o. In quibus potissimùm norandum illud verbum (sancta) ad id videlicet, vt ne factimonia quidem vllum huic sententiæ afferat præiudicium, quin obseruanda sit.

33 Mulieribus nõ

¶ Facit item cap. mulieres. & c. de monialibus. & c. quamuis. extra de sent. excom. vbi si mulieres inciderint in Canonem, si quis suadente, possunt ab Episcopo absolui: nec opus est vt adeant Summum

Summum pontificem, sicuti viri: quoniã, vt dicunt Host. Io. And. Pano. & cæteri in d. c. mulieres: periculosũ est mulieres peregrè proficisci, & se virorũ cõtibus immiscere. Et ex hoc statutũ est, ne mulieres vel ferendi testimonij vel alterius rei causa cogantur personaliter, vt loquimur, in iudicium venire, d. c. mulieres. de iudic. Propterea etiã ad illas, cùm iurare debent, domũ mitti oportet: vt voluit gl. in l. ad egregias. & ibi Doct. ff. de iureiur. Quod tamẽ recens institutũ videri potest ex eo quod scribit Cornelius Tacitus, l. 2. Historiarũ. Vrgulania potètia adeò nimia ciuitati erat, vt testis in causa quadam, quæ apud Senatũ tractabatur, venire dedignaretur: missus est Prætor, qui domi interrogaret: cùm Virgines Vestales in foro, & iudicio audiri, quoties testimoniũ dicerent, verus mos fuerit. Cicero autem in 3. in Verrem Act. Cur sodalis (ait) vxorẽ, sodalis focum domũ denique totam sodalis mortui, contra te testimoniũ dicere cogis? Cur pudentissimas lectissimãque sceminas in tantum virorum conuentum insolitas inuitãque prodire cogis? Atqui in corpore legum à Theodosio Imp. cõgestarum, nisi commentitius sit libri titulus, lex est in tit. de offic. iud. om. qua cautum est, ne vidua pro vilius rei debito, ad aliam prouinciam ire cogatur.

¶ Sed vt redeamus, à superioribus non longè abest, quod verè dicit Ang. in l. si qua illustris. C. ad S. C. Orph. quòd ea meretrix præsumitur, quæ alienas domos, nũc hanc, nũc aliã intrare cõsuevit. Cuius dictum confirmat, quod Solomõ de impudica muliere ait Prou. 5. Vagi sunt gressus eius. Et iterum cap. 7. Garrula (inquit) & vaga, quietis impatiens: nec valens in domo cõsistere pedibus suis: nunc foris, nunc in plateis. Et quod Epigrãmaticus Poëta de Leuina scribit, quæ cùm antea castissima esset, domo tamen non contenta, sed nunc Lucrinum, nunc Auernum profecta, nunc Baias, meretrix facta est: relictoque viro adolescentem secuta est. Valerij carmen huiusmodi est, li. i.

Castã, nec antiquis cedens Leuina Sabinis,
Et quamuis tetrico tristior ipsa viro,
Dum modo Lucrino, modo se permittit Auerno,
Et dum Baianis sepe fouetur aquis:
Incidit in flammã, iuuenemque secuta, relicto
Coniuge, Penelope venit, abiit Helena.

¶ Ex hoc fit, vt plerunque malè audiant velut parum pudicã, mulieres peregrinã, quæ videlicet domũ relinquentes & patriã, peregrè proficiscuntur: vique adeò vt meretrices, Peregrinã à poëtis vocentur. Terentius in Andria: Pamphilum pro vxore habere hanc peregrinã: vbi & hoc annotat Donatus. Et alibi in eadem fabula, Adẽon est demens ex peregrina: in quo etiã loco interpretatur Donatus, ex meretrice, subdẽs: Mulieres enim peregrinã, inhonestã & meretrices habebãtur. Et in Eunuchò Parmeno, cùm Thais dixisset matrẽ suã Samiã fuisse, & habitasse Rhodi, tacerẽ se posse respondit, quoniã videlicet verisimile esset, posse meretricẽ nasci ex peregrina & ipsa meretrice. Dixerat enim prius Parmeno, taciturũ se, quæ vera à Thaide diceretur. Vbi item Aelius ipse eum locum in hunc sensum detorquet. Qui & ipse enarrans illud eiusdem Terentij in Phormione, An vt ne quid ciuis turpe in se admitteret, Idoneum (inquit) testimoniũ est bonorũ esse natalium, ciuem dixisse. Nam apud veteres peregrinã mulieres in meretricum numero habebãtur: citãque duo posteriora loca. Quibus concinens Horatius libro 3. Caminum, Ode item 3.

— Ilion, Ilion
Fatalis, incestusque iudex,
Et mulier peregrina vertit
In puluerem. —

Vbi & hoc Landinus annotauit.

¶ Hinc & apud Euripidem Medea, in ea Tragedia, cui ipsa nomen dedit, sese Corinthiũ sceminis excusat, quòd abesset à patria, vt suspicionem impudicitia veluti à se amoliretur:

Κορινθια γυναικες, ἐξηλθον δ' ἄμων,
Μη μοι τι μὲν ἴδῃ, διὰ γὰρ πολλὸς βροτῶν
Σεμνὸς γεγῶτας, τοὺς μὲν ἁμμάτων ἄπο,
Τὸς δ' ἐν θυραίοις. οἱ δ' ἀφ' ἄσυχος ποδῶς,
Δύσκληται ἐκτὴν ἐνὸς καὶ ῥαθυμίας.
Corinthia scemina, egressa sum domos,
Ne mihi quippiam crimini vertatis. noui enim multos mortalium
Honestos, sanctos illos quidem procul ab oculis,
Hos verò in externis: alijs verò ab otioso pede
Infamiam sibi contraxerunt, & ignauiam.

Id est propè ad verbum:

Què locũ imitatus fuisse videtur Ennius in eiusdem ti. Tragedia: ex quo putat Politianus Tullium in Epist. ad Trebatium lib. 7. Epist. Famil. hoc deprõpisse: Hoc tibi tam ignoscemus nos amici quàm ignouerunt Medea, quæ Corinthum arcem altã habebat matronã, opulẽtã, optimates, quibus illa manibus gypsißimis persuasit, ne sibi vitio illa verterent, quòd abesset à patria.

Nam multi suam rem bene gessere, & publicam, patria procul.
Multi qui domi atatem agerent, propterea sunt improbat.

Hæc Cicero. Iuuenalis autem Satyra 6. eas sceminas vituperat, quæ nouerunt,

— Quid toto fiat in orbe,
— Quid Seres, quid Thraces agant, &c.

Opus est adire pontificem ad absolutionem. Mulieres ferendi testimonij causa non tenentur in iudiciũ venire. Vestales in iudiciũ ueniebãt ferendi testimonij causa.

Meretrix esse præsumitur quæ huc & illic uagatur.

Mulier casta uagando meretrix facta est.

Peregrinã malè audiunt de pudicitia.

Peregrinã pro meretricibus.

37
Mulieres la-
nam, linū, te-
lam, fufum, do-
mi exercent.

38
Mulieres la-
nam, linū, te-
lam, fufum, do-
mi exercent.

Talafii nomē
in nuptiis ia-
statum.
Spōse uxorū
ianuam lana
coronabant.
Noua nupta
in pelle lana-
ta cōfidēbat.
Caiæ Cæcilie
statua.

Tanaquil.

39
Lucretia in-
uenta nocte se-
ra lanæ dedi-
ta.

40
Theano quam
potissimum
uxorem com-
mendauit.

Mulieres igitur moneo, ne alienas domos circumeant, ne foris temerè euagentur, ne uere peregrè profiscantur: sed domi maneant, domestica negotia administrant: & in his domū, eiusque supellectilem curent, ac hortum eiusdem non indiligenter colant: cuius non est modicus ad rem familiarem prouentus. Nam & hanc curam matribus familias demandauit antiquitas, ut locupletissimus testis est Plinius lib. 19. Natu. Histo. c. 4. ubi de hortis loquens sic ait: Hinc primum agricolæ æstimabantur prisci, & sic statim faciebant iudicium, nequam esse matrem familias (eternim hæc cura fœminæ dicebatur, aut, ut ego lego, dicabatur) ubi indiligens esset hortus.

Sed & præterea mulieres domi colum, lanam, linum, telam, fufum, ut Hector Homer. & Gregor. Nazan. quibus locis supra citauimus, præcipiunt, exercent: quæ matronis pudicis cōueniunt, easque, si quid aliud, quàm maximè decent. Solomō in Pro. c. 31. eodemq; vlt. de muliere forti, & pudica loquens, Quæsiuit, inquit, lanā & linū, & operata est consilio manuum suarum. Et haud multo post, Manum suam misit ad fortia, & digiti eius apprehenderunt fufum. Et iterum: Stragulatam vestem fecit sibi. Laudatur Anna vxor Thobia, quod ibat quotidie ad opus textoriū, Thob. 2. c. Hieronymus instituens virginem Demetriadem, Habeto, ait, lanam semper in manibus, vel staminis pollice fila deducito, vel ad torquenda subtegmina in alucolis fusi vertantur. Et alibi ad Lætam de institutione filiarum: Discat & lanam facere, tenere colum, ponere in gremio calathum, rotare fufum, stamina pollice ducere. Ex veteri Romanorum more Talasij nomen in nuptiis crebrò iactabatur: ut videlicet hac nuptiali voce prouocarentur nouæ nuptæ, exhortareturque ad opus & lanificium, quod Græci *πυλασίαν* dicunt, ut Varro, Iuba, & Plutarchus tum in Romulo, tum in Quæstionibus, c. 29. & Festus Pompeius tradiderunt. Sed & sponsæ (quod scribit Varro ipse, & Plutarchus postremò à me citato loco, & Plinius li. 8. c. 48.) colum secū inferebāt & fufum, viro- rumq; ianuam lana coronabāt, ac cingebant: hac quoq; ceremonia nuptiali indicantes, lanificium à nuptiis in domo maritali exercendum esse. Item apud eosdem Romanos in pelle lanata, noua nupta confidere solebat, quod testaretur lanificij officium se præstaturā viro, ut refert ipse Pompeius. Quin ipsi Romani apud Caiæ Cæcilie statuum aream, in templo M. Ancistam, colum, lanam, & fufum confixerunt pudicitiae & industriæ eius certa monumenta. Autores M. Varro, & Plinius ubi supra, & Plutarchus in Problem. d. c. 29. Ea est autem, ut scribit idem Pompeius, quæ antè quàm Romam venisset, Tanaquil vocabatur, vxor Tarquinij Prisci Romanorum regis, quæ tantæ probitatis fuit: ut id Caiæ nomen boni ominis causa frequentarent nubentes, quam summam asseuerat fuisse lanificam. Cuius etiā rei meminit Caius Titus Probus in Epitome 10. libr. Valerij Maximi, si non titulus eius libri fallax sit: ubi & illud præterea dicit, ideo institutum fuisse, ut noua nupta ante ianuam mariti interrogata quænam vocaretur, Caiam esse se diceret.

Non multo post tempore Lucretiam nocte sera lanæ dedita, inter lucubrantes ancillas in medio ædium sedentem Collatinus maritus, iuuenesque Tarquinij inueniunt: quod pro signo probitatis accipi voluit Liuius paulò ante finem lib. 1. ab vrbe condita: & Plinius, aut quisquis is est, in li. de Viris illust. quo loco de Tarquinio Collatino loquitur. Et Seruius in eum locū, Virg. lib. 8. Aenid.

Nec non Tarquinium eiecitum.
Sed & eandem historiam recensens Naso lib. Fastorum secundo, ait:
Inde cito passu petitur Lucretia: cuius
Ante torum calathi lanæque mollis erat.
Lumen ad exiguum famula data pensa trahebant, &c.

Huius etiam Tanaquilis, de qua nuper locuti sumus, & Lucretiæ & aliarum exëplo, monet vxorem Pontanus, lib. 1. de Amore coniugali, ut filias in ea re instruat:
Tum colere antiquas artes, maternæque iussa,
Atque agili discant carpere pensa manu.
In digitis acus, ante pedes intexta quasilli
Viminæque, & fuso stamina torta leui.
Hoc Tanaquil opus, hos mores Lucretia monstrat,
Phylacidae hos coniunx, Telemachique parens.

Nam & aliàs laudantur priscæ illæ Romanæ, quod lanificio exercerentur. Iuuenalis Saty. 6.
Præstabat castas humilis fortuna Latinas
Quondam, nec vitis contingi parua sinebant.
Tecta labor, somni que breues, & vellere Thusco
Vexata duræq; manus.

Et ante illum Ouidius in Libello de Medicamine faciei:
Cum matrona premens altum rubicunda sedile,
Assiduum duro pollice nebat opus.

Theano Pythagorica Brotini Crotoniatæ (ut Plotino placuit) aut ipsius Pythagoræ (ut Theocritus maluit) vxor, interrogata quam potissimè vxorem commendaret, respondit illud Homericum lib. 1. Illiad.
Ἰδὸν ἐπιχοιμῆν, καὶ ἔργον λέγει ἀγασσάμεν. Id est,
Telam texentem, & meum (id est, viri: nam Agamemnon est qui loquitur) lectum instruentem.
Id quod scribit Athenæus Naucratica, & Stobæus Serm. 72. Apud eundem Homerum, lib. 4. tum

Odyssæ, tum Iliados. Helena lanificium exercet. Et lib. 5. eiusdem Odyssæ Mercurius Calypso nympham Atlantis filiam texentem reperit:
Ἰδὸν ἐπιχοιμῆν χρυσῆν κερκίδα ὕφαιεν.

Et lib. 6. Areten Alcinoi regis vxorem, in foco sedentem cum ancillis & pēsa purpurea torquentem inuenit Nausicaa ipsius filia:
ἢ μὲν ἐπ' ἐχάρεν ἦτο σὺν ἀμφιπόλοισι γυναιξίν.
ἢ λάκατα σροφῶσ' ἀλ' ἰσφύρα.

Eadem Arete lib. seq. videt Vlysses indutum pallium atque tunicam, quæ ipsa cum ancillis suis confecerat, quibus Vlysses donatus fuerat à Nausicaa filia.
ἔγνω γὰρ φάρεσ' τε χιτῶνά τε ἱμαί' ἰδ' ἔλα,
καλα τὰ δ' αὐτῆν τεύξε σὺν ἀμφιπόλοισι γυναιξίν.

Et lib. eiusdem operis 10 Vlysses Circe comperit *Ἰδὸν ἐπιχοιμῆν μέγαν.* Ex quo est & illud Virgilij de eadem, lib. 7. Aeneidos, statim in initio:
Arguto tenuis percurrrens pectine telas.

Et apud eundem Homerum, lib. 15. ipsius Odyssæ Helena, de qua nuper ex eodem locuti sumus, vestes in arcis habebat, quas *κέρμεν αὐτῆν*. id est, confecerat, & fabricarat ipsa. Et paulò post, eadem peplum obtulit Telemacho, *μνήμ' ἑλένης χειρῶν*. id est, memoriā Helenes manuum. Et in eodem lib. idem scribit Penelopen non frequenter procis in domo apparere, sed in ædium ὑπερωίῳ, id est, conclau telam texere. Sed & eadem lib. 17. eius operis inducitur *λεπί' ἢ λάκατα σροφῶσα*. id est, tenues lanas vertens: & lib. 18. telam magnam interdiu texens, quàm noctu retexebat, ut pr ocos falleret. Ex quo illud Ouidij in Epistola ipsius Penelopes ad Vlysses:

Nec mihi querenti spatiosam fallere noctem,
Lassaret viduas pendula tela manus. Et deinde:
Forfitan & narras, quàm sit tibi rustica coniunx,
Quæ tantum lanas non sinit esse rudes. Hincque illud Iuuenalis Saty. 2.
— Vos tenui pregnantem flamine fufum
Penelope melius, melius torquetis Arachne.

Suntque qui Penelopen à lanificio nomen traxisse putent. Nam *πενίον* fufus est, quo subtegmen inuoluitur. Sed ut ad Homerum redeamus, idem libr. 5. rursusque 8. Iliados, scribit Mineruam super pauimentum Iouis depofuisse peplum, quo velata erat, quodque suis ipsa manibus fecerat:
πέπλον μὲν κατέχευεν ἑαὸν πατρός ἐπ' ἔδαι,
Ποικίλον, ὃν δ' αὐτῆν ποικίλας, καὶ κέρμεν χερσίν.

Et lib. 14. scribit eandem Mineruam Iunoni vestem elaborasse. Et libro 6. facit Hectorem Andromachæ vxori hæc dicentem:
καί κε ἐν ἄργεῖ ἔβλα πρὸς ἄλλης ἰδὸν ὕφαινας.
Et in Argo existens ante alias telam texes.

Eadem quoque Andromache libro 22. eiusdem Iliados, telam orditur, dum lamenta eiulatúsque è turri ob mortem mariti audit:
ἄλλ' ἦ γ' ἰδὸν ὕφαινε μυχῶ δόμου ὑφαινοῖσ.

41 Quin eadem apud Virgilium, qui per omnia Homeri vestigia incedit, libro tertio Aeneidos donat Afcanio Phrygiam chlamydem,
— Manuum monumenta suarum.

Sed & apud eundem Virgilium, lib. 8. eiusdem operis, proba castaque fœmina,
Cui tolerare colo vitam, tenuisque Minerua
Impositum cinerem, & sopitos suscitât ignes,
Noctem addens operi famulâque ad lumina longo
Exercet penso, castum ut seruare cubile
Coniugis, & possit paruos educere natos.

Quæ & ipsa imitatio est Homeri, cuius paulò ante calcem, lib. 12. Iliados versus sunt, *ἀλλ' ὅδ' ὄσ' ἐδύνατο φέρον,* & quæ seq. Idem Virgil. lib. 9. inducit Euryali matrem hæc loquentem:
Veste tegens, tibi quam noctes festina, diésque
Virgebam, & tela curas solabar inanes. Et lib. 10. de matre Lausi,

Transiit & parmam mucro, lenia arma minacis
Et tunicam, molli mater quam neuerat auro. Et lib. 1. Georgicôn:
Interea longum cantu solata laborem,
Arguto coniunx percurrit pectine telas.

Quem postremum & ipse repetit lib. 7. Aeneid. ut supra diximus. Et rursus eo libro 1. Georgic.
Nec nocturna quidem carpentes pensa puella
Nesciuere Hyemem. — Et lib. 5. Aeneidos,
Olli serua datur, operum haud ignara Minerua,
Cressa genus Phlooi.

Quibus ostendit quâti faciat lanificium in muliere. Et Seneca in Hercule Octavo de Deianira vxore Herculis:
Cape hos amictus, nostra quos neuit manus.

Helena lanifici-
cū exercens.
Calypso nym-
pha texens re-
perta.
Arete uxor
Alcinoi regis.

Circe texens
inuenta.

Helena iterū.

Penelope.

Penelope à la-
nificio dicta.
Minerua.

Andromache.

Iterum de An-
dromache.
Rursum de
mulierum lan-
ificio.

42 Amestris uxor Xerxis lanificio dedita.

Herodotus autem in Calliope, tradit Xerxem regem regum, ab Amestri vxore donatum amicu lo, quod ipsa texuerat. Curtius quoque lib. 5. memoriae prodidit, Alexandru vestes Macedonicas ad se ex Macedonia missas, cum his qui eas confecerant, tradi Sifigambi matri Darij iussisse, eamque admoneri praecepisse, vt si cordi quoque vestes essent, eis neptes assuefacerent. Ad quam vocem cum lachrymae obortae prodidissent animum aspernantis id munus (quippe cum non aliam contumeliā magis Perfaru foeminae accipiant, quam admouere lanę manus) Alexander ea re cognita, ad eam peruenit, & Mater, inquit, hanc vestem, qua indutus sum, sororu nō solū donum, sed etiā opus vides, nostri decipere me mores. Caue obsecro, ne in contumeliā accipias ignorantiam meam. Apud Terentium in Andria, Simonis senis ad Sosiam libertum hęc verba sunt:

Primum hęc pudicę vitam, parçē ac duriter agebat, lana ac tela victum queritans. Quo studio vitam suam te absente exegerit, Vbi de improviso est interuentum mulieri, (Nam ea res dedit tum existimandi copiam Quotidiana vita consuetudinem, Quę cuiusque ingenium vt sit, declarat maximē.) Texentem telam studiosē ipsam offendimus.

Rursūmque in Heautontimorumenō:

Erō Ouidiana ad Leandrum hanc artem peculiari epitheto foemineam vocat, illique se operam dare, veluti propriae, testatur:

Tortaque versato ducentes stamina fuso, Foeminea tardas fallimus arte moras. ἰσοὶ γυναικῶν ἔργα, καὶ ἐκ ἐκκλησιῶν.

Græcus est versiculus, Id est, ad verbum,

Tela foeminarum officia, & non conciones, siue maus, cœtus aut concilia. Ex quibus facile perspicitur potest apud alios quoque, nedum apud Romanos, lanificium matronis, & ipsis principibus, & illustriori loco natis, decorū fuisse, & honestum. Vnde etiam Valerius Flaccus, lib. Argonauticōn r. de Leda matre Castoris & Pollucis loquens:

Illis Tanario pariter tremit ignea fuco Purpura: quod gemina mater spectabile tela Duxit opus: bis Taygeton, sylvasque comantes Struxerat: Eurotam molli bis fuderat auro.

Virgilius quoque de Didone, quæ Aenææ vestem donauerat, libro Aeneidos quarto,

Tyrioque ardebat murice lana Demissa ex humeris, diues quę munera Dido Fecerat, & tenui lanas discreuerat auro. Tum geminas vestes, ostroque auroque rigentes, Extulit Aeneas, quas illi lata laborum Ipsa suis manibus quondam Sidonia Dido Fecerat, & tenui telas discreuerat auro.

Et rursūm lib. II.

Tela foeminarum officia.

43 Principes foemine lanificij exercitio laudantur. Leda mater Castoris & Pollucis. Dido.

Leucothoe.

Sed & apud Ouidium lib. II. Metamorphos. Sol reperit Leucothoēn filiam Orchani Perfarum regis inter duodecim famulas,

Leuia versato ducentem stamina fuso.

Et Seneca Tragœdiographus in Hippolyto, inducit Phædrā Thefei Atheniensiu regis vxorem, hęc de se dicentem:

Palladis tele vacanti: Et inter ipsas pensa labuntur manus.

Et Claudianus in eo Epigrammate, quod de equo Honorij Imperatoris edidit, loquens de Serena regina, vxore Stiliconis:

Et medium te zona liget variata colorum Floribus, & casta manibus sudata Serena.

Serena Regina.

44 Vxor, filia, neptes Augusti. Caroli magni filia.

Tranquillus memorat, Augustum Cæsarem ita filiam & neptes instituisse, vt lanificio se assue facerent. Idemque fecisse Carolum illum Magnum, scribit Eginhartus illius Cancellarius, in vita ipsius. Alibi item testatur ipse Plutarchus, Augustum ipsum non temerē alia veste, quam domestica, vsū esse, ab vxore & sorore & filia & neptibus cōfecta. Plutarchus testimonio Bibuli, asseuerat Brutum ad bellum exiturum, Porciam vxorē interpellantem, ad colum & telam remisisse, vsū versibus, quos Homerus Hectori Andromachen alloquēti assignat: quos ipsi supra adscriptimus. Claudianus Alexandrinus in eo opere, quod de Raptu Proserpinæ scriptum reliquit, ita de Proserpina scribit, lib. I.

Ipsa domum mulcens tenero Proserpina cantu, Irritatecebat reditura munera matri. Ipsa manu chlamydes ostro texebat, & auro.

Et alibi in epigram. de Thetide matre Achillis:

Proserpina.

Thetis.

Silius Italicus, lib. 7. post princip. inducit matronas Romanas in hęc verba Iunonem precantes:

Huc ades, o regina Deūm, gens casta precamur: En ferimus digno quacunquę est nomine turba

Ausonidum

Ausonidum, pulchrumq, & acu subtegmine fuluo, Quod nostra neuere manus, venerabile donum.

Accursius in l. si paterno. in verbo, magistris. C. de nego. gest. scribit proprium esse mulierum suere, vel texere. Alibi quoque in l. cum queritur. §. lana. in verbo, in lana. ff. de lega. ij. dicit mulieres lanam & linum appetere, natura ad id eas prouocante, quod maximē deceat. Sed vereor, ne hęc nauseosa & molesta sint legentibus. Ideoq; remis in portum, quod ad hanc rem attinet, festinanter accurro: hancq; legem cæteris adicio:

VIRI FORENSIA ET EXTRANEA CVRANTO. VXORES DOMESTICA ADMINISTRANTO, DOMIQVE SE OB ID CONTINENTO. ET HORTOS, ATQVE LANIFICIVM NON IMPIGRE EXCOLVNTO. NEC PEREGRE PASSIM, AC TEMERE PROFICISCVNTOR.

Mulieru prouocante suere & texere.

Decima Lex connubialis.

IN VNDECIMAM LEGEM CONNV-

BIALEM, GLOSSAE PRIMAE

PARS VNDECIMA.



NIMVERO in his etiam, quæ ad curam virorum spectant, sumendum esse & ab vxoribus consilium, Menon suo Nino, Syriæ præfectus, Numa Pompilius, secundus ille Romanorum Rex, Cyrus Darij Perfarum Regis & Parasatis filius, Augustus & Iustinianus Imperatores suo nos exemplo docuerunt. De illo enim tradit Diodorus d. lib. 3. cap. 2. nihil eum sine Semiramidis vxoris consilio agere solitum, quam postea Ninus ipse vxorem duxit. De Numa est illud Ouidij lib. 3. Factorum,

Ab vxoribus sumendum consilium. Menon. Ninus vxoris consilio usus. Et Numa. Et Cyrus. Et Augustus.

Illa Numa coniux, consiliumq, fuit.

Cyrus autem Aspasiam vxorem de rebus incumbentibus in consilium adhibuit, & quoties eius sententiā secutus est, nunquam pœnituit: vt tradit Aelianus de Varia historia lib. 12. Augustus autem, vt à Seneca traditum est, in r. lib. quem ad Neronem de Clementia scripsit, cap. 9. vt à nonnullis diuiditur, Liuiæ vxoris consilio vsus est, vel in magnis rebus: atque eius opera innatā quamdam seueritatem exutus, clemētiam induit. Id quod etiam à Dione Nicæo in ipso Augusto graphicè descriptum est: vbi etiam inserta est eiusdem Liuiæ in eam rem Oratio elegantissima.

Iustinianus quoque in arduis etiam negotiis, & ad summam rerum pertinentibus, vxorem consilij participem faciebat, vt ille ipse ingenuè professus est, in authen. vt iudi. sine quoquo suffra. in prin. versi. neque sufficimus. Quem locum enarrans Accursius in verbo, reuerendissimam, annotat sumendum esse ab vxore consilium: & illum tex. ad hoc etiam ponderauit Hostien. in Summa tit. de matrimo. §. j. col. ij. versi. sed & in eo habet. Oldra. confi. xcv. ex forma istius, col. pen. & ipsius discipulus Ioan. And. in c. qui prior. col. penult. de regu. iuris lib. 6. in Merc. Alber. in l. aduersus. C. de Crimi. expil. hæred. Fulgo. & Iaf. in l. j. ff. de legib. & Franc. Curt. senior in reper. l. si quis maior. col. ij. num. 10. C. de transac. & Paris Pute. in traç. Syndic. in rub. de offi. Syndic. §. dicitur autem. num. 5. vbi dicit eum text. sing. ad limitationem eorum quæ dicit Bart. in l. j. ff. de legi. Sed est & alius tex. in l. bene à Zenone. sub finem. C. de quadr. præscrip. vbi Iustinianus ipse loquens de sua ipsius vxore, qui enim (ait) suis consiliis suisq; laboribus pro toto orbe terrarum die noctuq; laborant, quare non habeant dignam sua prærogatiua fortunam? Quem tex. ad hoc annotat Barb. in rubr. de consuetu. col. v. versi. tu limita hoc. & in clem. j. char. vj. in paruis, de elect.

Iustinianus.

Cui & ego sententiæ ea potissimum ratione assentior, quod etsi, vt supra diximus, inualidum sit plerūque mulieris consilium, fragileq; & infirmum, sintq; mulieres ipsæ fragiles, imbecilles, infirmæ, & fermè rationis (vt est multorum sententia) & ingenij expertes: tamen quemadmodum nemo est adeo malus atque improbus, quin interdum boni quippiam faciat: vt est textus expressus in c. quid ergo turbamur. de pœnitentia, dist. ij. & testis est Martialis, lib. 7. Epigram. ad Seuerum:

Nemo tam malus, quin aliquid boni faciat.

Quo possit fieri modo, Seuere, Vt vir pessimus omnium Charinus, Vnam rem bene fecerit, requiris. Dicam, sed cito. Quid Nerone peius? Quid thermis melius Neronianis?

Et vt ait Plinius in Panegyrico ad Traianum, laudabilia multa etiam mali faciunt. Sic etiam nemo tam infirmi consilij, tam obruti abiectiq; & hebetati ingenij, tam infimæ sortis & notæ, quin interdum dicat quippiam ad rem vehementer accommodatum, & nequitiam aspernandū, etiam summis viris. Nemo, inquam (vt vtar verbis Gellij, lib. 2. cap. 6. & Macrobij lib. Saturnalium 6. c. 7.) quisquam tam efferis, aut vt alij legunt, effœtis moribus, quin faciat, aut dicat nonnunquam aliquid, quod laudari queat. In quam sententiā citant Græcum versiculum, quem dicūt vice pro- uerbij fuisse olim celebratum:

Nemo tam stultus, quin aliquid laudandum dicat.

Proverbiū.

Πολύται καὶ κτηρὸς ἀνὴρ μάλα καλοῦ ἐπέη. dest,

Sape etiam est holitor valde opportuna locutus.

Quem & nostris citat Rochus Curtius in c.vlti.col.xviii.versic.sexto nota,extra de consuet. In quo tamen Erasmus Roterodamus subesse mendum censuit, atque pro dictione, κατὰ μέρος, id est, holitor, aliam scilicet μωρός, id est, stultus, reponendam. Se enim alicubi ita legisse versum hunc ex Aeschyli Tragedia, cui titulus Phryges, citatum:

Πολύμωρος τοι καὶ μωρός ἀνὴρ μάλα κακοῖον ἔπει.

Id est,

Sape etiam stultus fuit opportuna locutus.

Sed utrunque rei veritas se habeat, utrunque huic nostro proposito mirè congruit. Neque longè hinc disidet illud Cæcilianum apud Cicer. lib. 3. Tusculanarum quaestionum, Sape est etiam sub pallio fordido sapientia. Estq; finitimum illud Plautinum in ea fabula, quæ inscribitur, Captiuus:

Vt summa saepe ingenia in occulto latent.

Illud quoque Senecæ, Epistola ad Lucilium 67. Potest ingenium fortissimum ac beatissimum sub qualibet cute latere. Idque probat exemplo cuiusdam Clarani.

¶ Sed propius accedit tex. elegans in l. j. §. sed neque. C. de veteri iure enucl. libi. cum possit vnus fitan & deterioris sententia, & multos & maiores in aliqua parte superare. quem tex. dicit aureum Fran. Cur. Senior consil. lvij. super eo quod ab ordine, col. iij. Et ante eum dixerat illum rex. aureis literis scribendum Barb. consil. j. col. xix. lib. 3. & facit sing. Panor. in c. r. col. vlt. extra de constitu. & ipse Barb. in l. si dari stipuler. col. xj. ff. de verb. oblig. & consil. xv. Deum inuocent, col. vij. lib. 3. & consil. xl. à Ioue principium, col. v. eo. lib. 3. & consil. lxiiij. illud referam in medium, col. v. lib. rem 3. & in repet. rub. C. qui admit. ad bon. poss. col. viij. & in clem. ne Romani. col. ij. de elect. & alibi dicit esse valde not. Panor. in c. capellanus. col. ij. extra de feriis. & ponderat idem Panor. consil. j. in fin. lib. i. vbi etiam dicit not. & iterum consil. lxxxv. in presenti quaestione, statim in princ. lib. i. & alibi saepe, & Rom. in repet. si verò. §. de viro. in liij. fal. ff. solut. matr. & Barb. consil. ix. præclare scribitur, col. vlti. lib. 2. & consil. xxxiiij. præclare optimus Psalmista, col. xij. eod. lib. 2. Et ex Theologis scholasticis, Conradus in tract. de contractibus, cap. 4. in prima conclusione. Quam sententiam apertè comprobatur illud Dei Optimi Maximi, Matthæi ii. & iterum Lucæ 10. Abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti paruulis. Sed ut hæc quoque Medicorum autoritate confirmemus, Petrus Aponensis in additione ad librum Mesue, cap. de indigestione stomachi, vidisse se testatur graues magnasq; ægrotudines, quibus sanandis multi periti frustra elaborauerant, tandem nullo negotio curatas fuisse ab imperitis quibusdã, atque etiã à mulieribus, idq; Deo tribuit, à quo monet Medicos nõ recedere, sine cuius influentia deficit omnis ars, omnisq; motus nature.

¶ Non temerè igitur dicit glos. in c. ad nostram, extra de consuet. non esse inconueniens ab insipientibus consiliũ petere: quia interdum reuelatur minori, quod maior nescit. l. potiores. C. de offi. re. & prouin. & cap. esto subiectus, ante fin. xcv. dist. & c. si habes. xxiiij. q. ij. Quam glo. ad hoc not. ibi omnes scribentes, referuntq; ferme omnes post Ioan. Andr. historiam huic sententia: optimè conuenientem, de fatuo quodam Parisiensi, qui miro modo composuit controuersiam egeni cuiusdam, & tabernarij. Nam cum tabernarius pecuniam peteret ab egeno, quoniam panem veluti suauius comederat ad culinæ suæ fumum & nidorem, iudicauit fatuus tabernario soluendum ex sono denarij. Quam quidem quaestionem non potuisset. Car. aut Gratianus, vt dicit Io. Andr. & Panor. iustius decidere. Hanc quoque historiam post illos recenset Barb. in l. j. col. 7. versu. pone quod furiosus. ff. de verbo. obliga. & consil. lvij. clementissimi, col. ij. lib. i. & consil. 59. illud in medium afferam, col. iij. lib. 2. & Iason consil. clxxviiij. in causa matrimoniali, col. ij. versic. confirmatur per illud, lib. 2. & Rochus Cur. in c. vlti. loco supra citato, extra de consuet. Subiungit autem Panor. in d. e. ad nostram. audiuisse se à suo ipsius præceptore (is Cardin. Flor. fuit) cum illum locum legeret, Bart. sapius in quibus causis ab eo petebatur consilium, cum mercatoribus conferre solitum. Et per. not. in d. e. esto subiectus. monet Specu. in titu. de aduoc. §. nunc tractemus. versic. facto autem intellecto, ante si. vt etiam minus peritos consulamus, cum quibus conferre aliquando profuit. Nam & Q. Scauola ille Augur, homo iuris peritissimus, cum de iure prædatorio consuleretur, suos consultores nonnunquam ad Furium & Casellium prædatores reiciebat, vt tradit Tullius in oratione pro Cornelio Balbo, vbi & ipse subdit, se de aqua sua Tusculana, M. Tugionem potiùs, quàm C. Aquilium, consulere solitum.

¶ Cuius item sententia extat exemplum memorabile apud Aulum Gellium, lib. 18. c. 3. ex Aeschine, in oratione, qua Timarchum accusauit: vbi cum populus Lacedæmonius, de summa Reipub. quidnam esset vtile & honestum, deliberaret: & vir quispiam improbatissimus, & turpitudine priuata vitæ diffamatissimus, consilium dedit probatissimum: turpi autore mutato, consilium tamen securus est. Quam rem etiã retulit Plutarchus, cum in Apophthegmatis Laconicis, tum quoque in lib. de Ciuili institutione, vbi hunc diffamatissimum Demosthenem dicit fuisse vocatum.

¶ Quin & Tuditanus cuius Romanus, nota vir insanæ, utpote qui populo nũmos de rostris sparserit, vt tradit Tullius Phil. 3. cogamq; velut tragicã vestem in foro trahens, cum maximo omnium risu conspectus fuerit, multaq; alia funoris testimonia dederit: fecit tamen testamentũ legibus tam consentaneum, vt à Centumuiris comprobatum sit. Tametsi E. Longus ei sanguine proximus illud subuertere conatus est: quoniam ex Romanorum legibus furioso & insanò testari nõ liceret. Magis enim (vt scribit Valerius) Centumuiris, quod scriptum esset in tabulis, quàm quis eas scripsisset, considerandum existimauerunt. Quod & post Valerium narrant è nostris Ioan. Andr. in cap. vlti. in

4 Minimi interea dum sententia optimam dicunt.

5 Insipientium quoque consiliũ petendum. Fatui Parisiensis prudens iudicium.

Bartolus saepe cum mercatoribus consilia sua communicauit. Scauola de re prædatoria consultus, ad prædatores reiciebat. 6 Improbatisimi viri probatissima sententia.

7 Tuditanus nota insanæ fecit testamentum legibus consentaneum.

vlti. in fin. de success. ab intest. & Bald. in cap. i. col. ij. in verbo, sed iusta, titu. per quos fiat inuestit. Rom. Alex. Corn. & Ias. in l. furiosum. C. qui testa. facere poss. Barb. in d. l. j. col. vij. ff. de verb. obli. & in l. is cui bonis. col. ij. eod. tit. & consil. lvij. col. ij. lib. i. Corne. consil. lxxix. visis nonnullis actis, col. antepen. versicu. & quod ex qualitate, lib. i. & iterum consil. lxxij. visis & diligenter inspectis, col. j. versu. in super dicit, eod. lib. i. & consil. ccxvj. in causa vertenti, col. vlt. lib. 3. Ange. Arct. in §. præterea restium. Instit. quib. non est permiff. facere test. & Socin. consil. xcviij. aliàs consului, col. iij. lib. 3. & Phil. Dec. in l. in negotiis. in prin. ff. de reg. iur. & Ias. conf. clxxviiij. col. ij. versu. iij. quòd magis. lib. 2.

8 ¶ Et vt specialiter de fœminis quoque loquar, quæ huic nostræ dissertationi causam præbuerunt, non desunt etiam fœminarum exempla, quarum consiliis & monitionibus vsi mariti, meliùs res suas administrarunt, meliorèsq; effecti sunt, atque prudentiores. Imprimis Abraham ille, pater multarum gentium, quo cum tanta fuit Deo familiaritas, cum durè exceperet consiliũ Saræ vxoris, monentis, vt Agar ancillam & filium eius eiceret, statim audiuit à Domino, Omnia quæ tibi dixit Sara, audi vocem eius. Gene. 21. cap.

Abraham infusus sequi uxoris sententiam.

9 ¶ Sesostris Aegyptiorum rex, qui cæteros omnes gloria & rerum magnitudine excessit, vxoris consilio vsus, se vxoremq; suam & liberos maxima ex parte grauisimo inopinatisimoq; periculo exemit. Nam cum illum frater, à quo nihil tale metuebat, inuitatum exceperet, domumq; sicca exterior materia circumstipasset: re intellecta, extemplò cum vxore deliberauit (nam & vxorem secum duxerat) eaque suadente, vt duos ex sex liberis, super ardentem pyram extendens pontem faceret, super quem ipsi transeuntes euaderent: ita fecit, & duobus modò filiis ita incensis, cæteri cum patre matreque fuere seruati. Testis Herodotus in Euterpe, & meminit etiam historiae Diodorus lib. 2. nihil tamen de vxoris consilio locutus.

Sesostris uxoris consilio usus.

10 ¶ Plutarchus in eo libello, cui titulum fecit γυναικῶν ἀρετῆς, id est, mulierum virtutes, narrat historiam luculentam de vxore Pythei, vt ipse appellat, siue Pythij, vt Plin. lib. 33. c. 10. vocat, qui Xerxis temporibus claruit. Ea viro omnium id temporis diuissimo, auro semper inhianti, & auri fodi nas iugiter exercenti, cum ex peregrinatione domum esset reuersus, & cœnam parari postulasset, auream mensam apponi iussit, in qua omnia erant ex auro fabrefacta obsonia: ac primo quidem aspectu gauisus est Pytheus, mira arte singula elaborata conspiciens. Inde aspectu iam abundè satiatus, præcepit cibum afferri. Verùm mulier cuncta quæ postulasset, ex auro concinnata afferri iussit. Cumq; ille iracundia percitus (fames nanque & bilis nasum conciuunt) esurire se vociferaretur, neque se aurum id temporis exposcere: sapienter, inquit vxor, Tu nullius rei, præter hanc vnam, habenda, facultatè præbes. Omnis enim virorũ cura, omnisq; ars, tuo iussu in auro fodiendo occupata est: vt nemo iam agros colat, nemo fruges serat, nemo arbores plantet. Qua vxoria castigatione permotus Pytheus, negotiorum haudquaquam penitus omittès, quintam duntaxat ciuili partem in opere continuit: reliquos tum agriculturæ, tum cæteris artibus operã dare præcepit.

Pythei historia luculenta.

11 ¶ Aurelius Victor, quo loco Iuliani Imperatoris vitam describit, Fœminarum (inquit) præcepta saepe maritos iuuant. Namque (vt cæteras omittam) Pompeia Plotina, incredibile dictu, quantum auxerit gloriam Traiani: cuius procuratores, cum prouincias calumniis agitarent, adeò vt vnus ex his diceretur, locupletissimum quenque ita conuenire, Quæ habes? vnde habes? tertiu, pone quod habes. Illa coniugem corripuit, atque increpans, quòd laudis suæ esset incuriosus, talem reddidit, vt postea exactiones improbas detestans, fiscum lienem vocaret, quòd eo crescente artus reliqui tabescunt. Ex quo & illud Eutropij de eodem lib. 8. Gestorum Rom. Nihil iniustum ad augendũ fiscum agens. Ex eo autem, quod dictum est, Vnde habes? forte exiit decretum Seueri Imperatoris, nullo modo exigendum quempiam probare, vnde habeat circa delationes fiscales, sed delatorem probare debere ea, quæ intendit, l. extat. ff. de iure fisci. nam vt etiam scribit Iuuenalis, Vnde habes querit nemo.—

Pythei uxoris prudentia admirabilis.

Fœminarum præcepta maritos iuuare. Pompeia Plotina Traianũ maritum prudenter corripuit. Fiscus lien. Vnde habes, reiiciendum.

12 ¶ Aetolphus Gotthorum rex in animo habuit Romam à se receptam funditus euertere, diuersoq; vrbem loco statuere, Gotthiamq; pro Roma nominare, ac Cæsarum Augustorumque memoria prorsus abolita, Aetolphi appellationem in posteros transmittere. Verùm Placidæ, aut, vt alij vocant, Placidia coniugis suasu, adeò est mutatus, vt breui nõ hostis, sed amicus vrbis, non euersor, sed instaurator sit vocatus. Cuius rei etiam meminerunt Paul. Diac. de Gestis Roma. lib. 13. & Paulus Orosius, lib. Historiarum ad D. Augustinum 7. cap. 29. eodemq; vlti.

Aetolphus Gotthorum rex. Placidæ illius uxoris prudens monitio.

13 ¶ Theodoritus quoque apud Casiodorum in Tripartita historia, lib. 9. c. 31. autor est, ad Theodosij Imperatoris sanctitatem multum contulisse vxorem, quæ virum sapius diuinarum legum admonerat, eique frequenter dicebat: Oportet te semper, marite, cogitare quid dudum fuisti, quid modò sis: hæc si semper cogitaueris, ingratus benefactori non eris, sed imperium quod suscepisti, legaliter gubernabis, & harum rerum placabis autorem.

Theodosij uxoris sancta ad virum monitio.

14 ¶ Saxo cognomine Grammaticus, elegantior quidem historicus quàm atas illius pateretur, in Historia Danicæ lib. 9. tradit Regnerum Danorum regem sexagesimum secundum, Vnithserici filij mortem adeò molestè tulisse, vt obstinato ad moriendum luctu corpus lectulo per summam animi ægrotudinem affixerit. Quem vxor virilem supergressa fiduciam, imbecillitatis increpatum, virili adhortatione firmavit, reuocatumq; à mœrore animum, arma impensius tractare perdocuit, affirmans fortissimum patrem cruentos filij cineres iustus armis, quàm lachrymis expiaturum. Ad cuius monitum Regnerus discussio mœstitia habitu, depositisq; doloris insignibus, iacentem

Regneri uxoris prudens consilium.

reuocauit audaciam, breuiq; hostem, qui filium interemerat, compræhendit. Adcò, inquit Saxo, interdum ab inualidis fortia roborantur ingenia.

15 Theodelinda utrunque matrem ad religionem conuertit.

Ad hæc Theodelinda Longobardorum regina, ad quam D. Gregorius dialogum de moribus edidit, sua opera & pia suafione, Eutharin priorem maritum multò mitiorem fecisse scribitur, & ad veram pietatem amplexandam longè prouiorum. Sed & Agilalphum maritum posteriorem, præferoem alioquin virù, dexterè monendo, veritatisq; lucem oculis admouendo, eò traxit, vt omnibus suæ gentis autor fuerit, à malorum dæmonum cultu, detestandaq; hæresi sese vindicandi.

16 Brunehildis.

Quo etiam tempore Brunehildis pari studio Childebertum Francorum regem ipsius virù eò quoque impulit, vt Tassilonem Bauriæ Regem ea lege constitueret, vt à Sclauorum gente bello insectanda non priùs desisteret, quàm ad Christi fidem amplectendam subegisset.

17 Glaphyra uiri errores repressit.

Sed longis antè temporibus, apud Aegesium, lib. 1. Herodes de Alexandro filio Glaphyrae eius vxore dicit, quòd non mediocri ex parte vxor viri sui reprimeret errores: quæ si ab eo diuelleretur, nullum remedium viro futurum, quin præceps in omne rueret nefas. Vt interim omit tam, plerosque viros ab vxoribus ad fidem & religionem Christianam fuisse conuersos, vt à Domitia Flauum Clementem è propinquis Domitiani Imperatoris, à Clothilde Clodoueam Francorum regem, à Iugulde Hermogillum Gotthorum regem. Vtque etiam prætermittam & alias, quæ viros ad veritatis humanitatisq; viam, vt ilia suadentes reduxerunt: cuiusmodi fuit vxor Maximiani, de qua Ammianus Marcellinus, lib. 13.

Maximiani vxor eum ad humanitatem re duxit.

18 Tullie prudentia marito Dolabellæ pro fuit.

Quid plura? Cælius ad Ciceronem scribens lib. Episto. 8. Epist. 3. in princ. de Dolabellæ & Tullie filia suæ nuptiis loquens, Gratulor, inquit, tibi affinitate viri, mediusfidius optimi. Nam ego hoc de illo existimo. Cætera porrò, quibus adhuc ille sibi parum utilis fuit, & ætate iam sunt decursa, & consuetudine & autoritate tua, & pudore filia, si qua restabunt, confido celeriter sublata iri. Cui respondens Tullius, lib. 2. Episto. 15. cuius initium est, non potuit accuratiùs agi, sic ait: Dolabellam à te gaudeo primùm laudari, deinde etiam amari. Nam ea quæ speras Tullie meæ prudentia temperari posse, scio cui epistolæ meæ respondeant.

19

Ex quibus facillè colligi potest, vxorum prudentiam multum adicere roboris, & momenti, ad maritorum virtutes, eorumque vitii maiorem in modum mederi. Idcirco Paulus, vas electionis, tuba Euangelij, & sanctarum scripturarum armarium, prioris ad Corinth. 7. cap. Sanctificatus est (ait) vir infidelis per mulierem fidelem. Quod repetitur 28. quæst. 1. in summa, & in §. ex his omnibus, verù. item Apostolus & in c. iam nunc illud. Cui planè consonat text. in l. eum qui. in fi. C. de epif. & cler. vbi vxores interdum viros meliores efficiunt. Inibiq; not. Bald. quòd bona mulier facit bonum virum. Proinde & Chrysostomus in Ioannem, Homilia 60. Nihil, ait, potentius muliere bona ad instruendum & informandum virum, quodcunque voluerit: neque tam leuiter amicos, neque magistros, neque principes patietur, vt coniugem admonentem, atque consulentem. Habet enim voluptatem quandam admonitio vxoria, cum plurimùm amet, cui consuluit. Multos possum afferre viros asperos & immites, per vxorè mites redditos & mansuetos: ipsa enim mensa, lecto, filiorum communicatione, dicendis, tacendis, ingressu, auditu, exitu, & aliis pluribus cum marito cõmunicans, & vt corpus capiti, coniuncta, si prudens erit & diligens, omnes vincet. Hæc ille. Quibus concinit Euripides apud Stobæum, Sermone 65.

Vir sanctificatus per mulierem. Bona mulier facit bonum virum.

ὁμοφρόνων γὰρ ἀνδρᾶ καλὴν γυναῖκα ἔδιδε ἡ ἀρετὴ εὐχέλεια, καὶ σὺν δόμοις.

Domipendam enim virum prohibet vxor. Bona, ei coniuncta, & seruat domum.

20 Lacedæmonij priuata & publica consilia vxoribus cõmunicabant.

Quæ cum ita sint, rectè Lacedæmonij illi, qui Græcorum prudentissimi, & in omni vitæ officio consultissimi, ab omnibus semper habiti sunt, non minus publica, quàm priuata consilia cum mulieribus communicabant, vt apud Plutarchum legimus, tum in comparatione Numæ & Lycurgitum in vita Agidis. Et vt scribit Aristoteles, lib. Politicõn 2. cap. 7. Multa in Lacedæmoniorum principatu à mulieribus administrabantur.

21 Athenienses mulieres publicis consultationibus intererant.

Apud prisicos quoque Athenienses, non minùs famigerabilem Græcorum gentem, mulieres publicis consultationibus interesse, suffragiaq; ferre solitas, testis est Varro, quo loco describit contentionem Mineruæ & Neptuni inter se certantium, vter eorum Athenis imponendi nominis autor esset: & reperit Aurelius Augustinus, lib. de Ciuitate Dei 18. cap. 9. Et de eo quoque certamine (vt id obiter dicam) nonnihil attingit Plinius lib. 16. c. 48. eodemq; vlti.

22 Germani fœminarum consilia non negligunt.

Germani item inesse sanctum aliquid & prouidũ fœminis putant: nec aut consilia earum aspernantur, aut responsa negligunt: vt à Cornelio Tacito eleganter scriptũ est in lib. de Moribus Germaniæ. Vbi subdit, vidisse se sub Vespasiano, Velledam Brueteram diu apud plerosque numinis loco habitã. Cuius etiam meminit lib. 20. Historiæ Augustæ. Et ex hoc idem Tacitus ad finè libri vegefimprimi, recenset Batauos, qui Romanorũ partes sequi malebãt, proclamasse honestiùs principes Romanorũ, quàm Germanorũ fœminas, tolerari. Et (ne quis putet id ex mollitie animi, aut corporis Germanorũ proficisci) hi sunt qui Carbonem, Cassium Scaurũ, Aurelium Seruiliũ, Cæpiones, M. Manlium, fufis simul quinque Consularibus exercitibus Populi Romani, attriuerunt.

23 Gallicæ mu-

Quin & apud Gallos (ne gentem nostram per incuriam prætereamus) olim consuetudo fuit, vt quoties de bello esset eis, aut pace consultandũ, mulieres quoq; eiusmodi consultationibus adhiberentur.

berentur. Præterea si qua aduersus socios incideret controuersia, eam ex mulierum sententia componere consueuerant. Itaque inter conditiones, quas cum Annibale pepigerunt, hoc etiam scriptum, atque iisdem ferè versibus fuit: Si quis Gallorum, iniuria se à Carthaginensium aliquo affectum quereretur, eius rei Carthaginensium magistratus, aut Imperatores, qui in Hispania fuerint, iudices sunt. Sin Carthaginensium aliquis, ab vilo Gallorum iniusti quippiam passus fuerit, Gallorum mulieres de ea re iudiciũ faciunt. Ita refert Plutarchus in eo libro, quem de virtutibus mulierum posteris scriptum reliquit, c. 6. Nonnihil etiam meminit Polyenus lib. 7. Strateg. in fi.

lieres consultationibus belli & pacis adhibebantur.

24 Quid quòd Socrates Deus Philosophorum, sæpe in libr. de Republica Platonis, maximè autem lib. 5. & idem ipse Plato sapientiæ antistes, in suis Legibus, non omnino arceat mulierum genus ab administranda Repub. si qua modò reperitur idonea. Quin præcepit, non magistratus tantum, sed omnia priuata & publica tum pacis, tum belli studia, mulieribus cum viris communia fieri. Quam quàm in ea re illum Lactantius repræhendit lib. Diuinarum Institutionum 3. c. 22.

Mulieres non arcè ab administranda Republ.

25 Adde, quòd mulieres nonnihil interdum iudicij habent & discretionis, vt satis insinuat tex. in l. cum prætor. ff. de iudi. & in §. tria. iij. q. vij. Atque etiã sapientiæ & prudentiæ, vt probat illud Solomonis, alioqui muliebriũ vitiorum censoris acerrimi, Prouer. 14. Sapiens mulier ædificauit domum suam. Et Prouerb. 19. Domus & diuitiæ dantur à parentibus: à Domino autè propriè vxor prudens. Quod vltimũ adnotat è nostris Io. Fab. in rubr. Instit. de nuptiis. & Luc. Penn. in l. ij. col. pen. C. quãdo & qui. quar. pars. lib. 10. Alibi quoque, videlicet 2. Reg. 14. fit mentio cuiusdam Thecuitæ, sapientis mulieris. Et facit tex. loquens de mulieribus, in c. viduas. ibi, maturioris sapientiæ, & consilij existunt. xxvij. q. j. & in c. fi. aliquid. xxij. q. iij. vbi prudentis quoq; fœminæ fit mentio.

Mulieres iudicium habet & discretionem & prudentiã.

26 Ex quibus perspicuum videri potest, fœminas non omnino expertes esse sapientiæ, consilij, prudentiæ. Propterea possunt salubre nonnunquam dare consilium, vel testimonio Iurisconsulti, in l. quidam decedens. §. Papinianus. ff. de administr. tuto. Ideoq; non in scitè dicit Petrus Philipp. Corne. confi. cccxvj. cuius est initium, quo ad primum consultationis articulum, col. vij. versic. & constat quòd illud statutum, lib. 3. quòd nõ semper spernitur mulieris consilium. Nam & (vt hoc illi addas) sententia est Thesei apud Euripidem in Supplicibus:

ὡς πολλὰ γ' ἔτι κατὰ θυλέων Γορᾶ.

Quoniam multa sunt etiam à fœminis dicta sapienter.

Tametsi apud eundem in Helena de hoc dubitarit, ipsa Helena Menelaum alloquens:

ἄριστον, ἢ γὰρ ἄχρην γυναῖκα λέγει Γορῶν.

Audi, siquid & mulier dicere queat sapiens.

27 Nec prætereundum visum est, quòd dicit Io. An. in c. cum secundum Apostolum, col. j. de præb. ab vxore Milancia se didicisse, quòd si nomina, vt pleraq; alia, in foro venditarentur, pulchra quidem parçibus esse magno pretio emenda, vt filiis imponerent. Eandemq; vt doctã, se aliquando consuluisse asserit in c. qui prior. col. pe. de reg. iur. lib. 6. in Merc. Et quòd refert Io. Cald. in c. vlti. de renun. & post eum Aegid. Bellamer. in c. quidã. col. iij. vers. tertio quæro. eo. tit. & Pan. in c. cum inter vniuersas. in fi. de elec. ipsum Cald. consuluisse suã vxorè, an conuiuator teneatur hora prandij mittere ad cõuiuas, vt veniãt: quæ satis equè respõdit, ad fœminas & extraneos esse mittendũ, qui se facillè non ingerunt: non etiã ad alios, nisi essent graues personæ, de quo etiã per Collect. in cap. à crapula. extrã de vita & hone. cler. & Bal. in proœ. Greg. col. v. versic. quæro quidã scholaris.

Mulieres salubre dare cõsiliũ.

Io. And. multa ab uxore didicit. Io. Calderi. quoque.

28 Et aliud recentis viri, & quidem doctissimi, recens dictum, Philip. Deci. intelligo, qui dicit in l. fœminæ. col. ij. versic. iij. postulare. ff. de regu. iur. quòd licet mulier prohibetur postulare, vt ibi cauetur, & in l. j. sexum. ff. de postul. potest tamè in camera consulere, per id quod in simili de Doctore dicunt Bald. & Angel. in d. l. j. postulare, per illum tex. de postul. Existimauit ergo Decius, fœminas non esse alienas à consilio, & eruditione. Et hæc quidem omnia ab initio huius legis, vt erant in præcedenti editione, ad verbum trãsposuit Chassenæus in suo Catalogo Gloriæ mundi, part. ij. considerat. 10. vt alia pleraque, quæ de laudibus mulierum congessit: quanquam me eo in loco nominat, sed ita vt nescias, an omnia mea sint, vt sæpe aliàs facit. Et si id planè assereret: quid tamen rationis est, vt totas paginas, imò & planè librum hunc integrum in suum traducat, nisi vt libros de libris faciat?

Mulier non prohibetur in camera consulere.

Chassenæi sursum clandestinum.

29 Sed vt institutum nostrum sequamur, Socrates in Platonis Symposio, multa se à Diotima muliere didicisse asserit. Cuius quoque meminit ipse Plato in Symposio, & Lucianus in Eunuchis, & in Imaginibus. Sed & is Aspasiã Milefiam Axiochi filiam per diu frequentauit, non indignum Philosopho ducens, & à mulieribus doceri, sicuti & à Theodorito Cyrenensi scriptum est circa initia lib. 1. de Curatione Gentiliũ affectionum: & meminit ipse Plato in Menexemo: vbi & illud præterea dicit, eandem Aspasiã fuisse magistrã Periclis illius maximi & Oratoris & Imperatoris. Meminit item illius Plutarchus in Pericle, Lucianus in locis suprã citatis, & Clemens Alexandrinus lib. 4. Stromaton. Meminit præterea Aspasiã Aristophanes in ea fabula, quæ inscribitur ἄχαρνῶν, ipse Lucianus in lib. de Saltatione, & in Amoribus, Athenæus, Herodicus Crætetius, Harpocration, ex Lyfiæ Oratione, quæ in Aeschinæ Socraticum est edita, & Suidas.

Socrates à mulieribus edoctus. Diotima.

Aspasia Periclis magistra.

30 Nec has tantum nuncupatim adduximus, quòd eas solas eruditas fuisse nouerimus. Quis enim eas omnes sigillatim recensere posset, quæ viros ipsos doctrina, vel vicerunt, vel æquarunt? Quis finis, modusve huic rei futurus sit, si proferantur veluti per ordinem Alphabeti?

- A C C A**, à Macrobio lib.3. Saturnaliorum c.18. citata ex lib. de Supplicatione.
- A C C V R S I**, nobilis illius legum interpretis, filia, cuius nomen ignoramus, quam Albe. in l. qui filium. in ff. vbi pupil. edu. deb. tradit leges publicè docuisse Bononiæ.
- A E D E S I A**, Alexandrina, Cyriaci philosophi propinqua.
- A E G L E**, Aesculapij filia, de qua satis diximus in nostro Tractatu Nobilitatis, quo loco de Medicina tractauimus, videlicet c.31. num.316. vbi videre poteris.
- A F R A N I A**, Licinij Bructionis vxor, Valerio Maximo lib.8. c.3. memorata.
- A F R I C A N A**, de qua diximus in illo Tractatu Medicinæ, nu.336.
- A G A C L E**, inter Poëtrias adscripta à Gregorio Gyraldo in Historia Poëtarum.
- A G A L L I S**, Corcyraea, illustris arte Grammatica, apud Athenæum Dipnosophistarū lib.1. c.8.
- A G A M E D A**, de qua in dicto Tractatu Medicinæ, num.324.
- A G A N I C E**, Hegoteris Theffali filia, Astronomiæ peritissima, apud Plutarchum in Præceptis connubialibus, cap.49.
- A L C O N O R A**, Anglorum Regina, Ioanis Regis mater, quæ Epistolas eruditas scripsit ad Cælestinum Papam tertium, & ad ipsum Ioannem filium, circa annum 196. vt tradit Balæus Sudo-uolca, in Scriptoribus Britannia.
- A L E X A N D R A**, Priami filia, vide infra in Cassandra Priami filia.
- A L E X A N D R A** Scala, quam miris laudibus extollit Politianus, multis Græcis Epigramma-tis, quibus & ipsa Græcè respondit.
- A L P A I D E S**, virgo sacra, cuius libri etiamnum extant.
- A M A L A S V I N T A**, aut, vt alij vocant, Amalafuentha, Regina, vxor Eutharici, Athalarici ma-ter, quam Cæsiodorus lib. Variarum 12. episto. 2. tradit Græcis Latinisq; literis egregiè imbutam fuisse, de eadem, ni fallor, loquens.
- A M A L T H E A**, Politiano inter vates celebrata in Nutrit. Hanc multi inter Sibyllas reponūt. De hac Tibullus lib.2. Eleg.6.
- Quicquid Amalthea, quicquid Marsipia dixit.*
- A M B S I A**, cuius meminit Valerius Maximus lib.8. c.3.
- A M P H I C L E A**, Aristonis filia, & vxor filij Iamblichij, Plotini discipula, cuius meminit Por-phyrius in vita ipsius Plorini.
- A N A S T A S I A**, Chryfogni Martyris discipula, vxor Publij Romani, de quo illa in epistolis ad ipsum Chryfognon præceptorem conqueritur, quod suas facultates absumeret.
- A N A G O R A**, aut, vt alij appellāt, Apagora, Milefia, Sapphūs prioris discipula, Suidæ memorata.
- A N A X A N D R A**, Nealcis filia, artis pictoriæ peritissima, ex Didymo in Symposiacis, & Cle-mente Alexandrino lib.4. Stromaton.
- A N G E L A** Nugarola, Veronenfis, Antonij Nugarolæ filia, quæ nonnullas Eclogas miro arti-ficio scripsit.
- A N G V I T I A** illa Medæ soror, de qua in d. Tractatu Medicinæ, c.314.
- A N N A** Astreuue, Angla, cuius est liber Examinationum priorum, & alter de vltimo suo con-flictu, à Ioanne Balæo postea Scholiis illustrati.
- A N T I O C H I S**, de qua & nos diximus in d. Tractatu, nu.325.
- A N Y T A**, Epidaurea, cuius & hodie extant Poëmata in aues quasdam & Themistoclem mi-rificè scripta: extantq; etiam 17. Epigrammata in libris Epigrammat. Græcorum. Eiusdem memi-nit & Tatianus lib. aduersus gentes.
- A P A G O R A**, vide supra Anagora.
- A R E T A P H I L A**, Cyrenæa, Pedimi primū, deinde Nicoftrati Cyrenarum tyranni vxor, cum magnis virtutibus, & rerum gestarum gloria, tum ciuili facundia atque eloquētia admodum dotata: à Plutarcho in Claris mulieribus c.19. celebrata.
- A R E T E**, & ipsa Cyrenaica, filia ac discipula Aristippi senioris, mater ac magistra Aristippi iu-nioris, cui ob id cognomentum fuit *μητροδιδασκαλος*, id est, à matre edoctus, vt scribit Strabo lib. Geographiæ postremo, & Laërtius in Aristippo, & Clemens Alexandrinus lib.4. Stromaton.
- A R G E N T A R I A** Polla, Lucani primū, deinde Statij vxor, quæ maritorum studia non me-diocriter iuuisse dicitur. De ea est illud Sidonij Apollinaris:
- Quid quod duplicibus iugata tedis
Argentaria Polla dat Poëtas.*
- Huius etiam meminit ipse Statius tum lib.2. Sylua.7. tum in Epistola ad meliorem, tum in Gene-thliaco Lucani, & Martialis alicubi, ni fallor, & Fulgosiū lib.8. Rerum memorabilem cap.3.
- A R G I N E T E**, quæ scripsit res gestas Dionysij, apud Clementem Alexandr. lib.4. Stromaton.
- A R R H I A**, cuius meminit Galenus in lib. de Theriaca.
- A R T E M I S I A**, Cariæ regina, de qua diximus in d. Tractatu Medicinæ, nu.309. quamuis sint.
- A R T E M I S I A** altera, Diodori, cui cognomen Saturnus fuit, filia, Dialectica, apud Philonē Dia-lecticum in Menexeno commemorata, & ab eo apud Clementem Alexandr. lib.4. Stromaton.
- A S P A S I A** Milefia: de qua diximus num. præcedenti.
- A S P A S I A**, altera, vt puto, de qua in dicto nostro Tractatu Medicinæ, nu.322. Aspasiā quoq;

A S T Y A N A S S A, quæ à multis Elephantis dicta est (nisi duæ fuerint: sed posterior, id est Ele-phantis, vt scribit Suidas, alteram secuta est) quæ libros conscripsit *πρὸς τὴν χημείων σωσισιατικῶν*: à Virgilio quoque (si is est) in Priapeis commemorata, & à Martiale lib.12. vt supra diximus in 9. lege connub. nu.97. incip. quid ergo referam, & præterea à Suida, & Tatiano Assyrio in li. aduer-sus gentes.

A T O S S A, quæ Persis imperauit, epistolarum conscriptionem docuit: vt ex Hellanico tradit idem Tatianus in ea Oratione, quam eleganter *πρὸς ἑλληνας* scripsit, statim post initium. & Cle-mens Alexandrinus lib. Stromaton 1. Ea autem fuit Cyri filia, & Darij vxor, vt scribit Herodotus, nisi hæc altera fuerit.

A T H Y R T I A, filia Sefostris Aegyptiorū Regis, diuinationis peritissima, futura cælestibus si-gnis nouisse fertur, & quæ futuram patri monarchiam prædixit, apud Diodorum Siculum lib.2.

A V G E, Tegeatis, ex Tegea scilicet Meliorum, Poëtria, Stephano memorata.

A V R E L I A N I Imperatoris mater, cuius nomen ignoratur, diuinationis perita fuit, vt tradit Callicrates Tyrius, & ex eius autoritate Flauius Vopiscus in vita ipsius Aureliani.

A V R I N I A, vates, apud Cornelium Tacitum de Moribus Germanorum.

A V T O N O E Grynea, Phœbas, apud Silum Italicum lib.3. Punicorum.

A X I O T H E A, Phlafia, Platonis discipula, vt à Dicæarcho, Plutarcho, & Athæneo scriptum est, & præterea Laërtio in Platone & Speusippo, & ab Apuleio in lib. de Dogmate Platonis, vbi scribit, multos auditorum Platonis, vtriusque sexus in Philosophia floruisse, & inter cæteras hanc nostram Axiotheam, de qua & nos aliquid diximus in 3. lege connubia. numero 69. incip. idem Hyginus.

B A C I S, cuius meminit Ioannes Tzetzes Histon. chiliad.9. c.288.

B A G O E S nympha, quæ Thusas scripsit de arte Fulguritarum, vt tradit Seruius enarrans illud Virgilij lib.6. Aeneidos,

Hic ego namque tuas sortes.

B A P T I S T A, Alexandri Sphortia, & Constantiæ vxoris eius filia.

B A P T I S T A altera, prima Galeatij Malatestæ Pisauriensis principis filia, & Guidonis Monte-feltrensis Vrbinatum Comitum vxor, libros de humana fragilitate, & de vera religione con-scripsit, & cum doctissimis viris magna sui admiratione disputauit.

B A R S I N E, aut vt alij vocant, Barsene, aut vt Iustinus lib.11. appellat, Marfine Alexandri ma-gni vxor, & ab eo ob eruditionem ducta, vt tradit Plutarchus in vita ipsius Alexandri. Huius est Hymnus in Neptunum.

B E G O E, Nympha, quæ artem Fulguritarum apud Thuscos scripsit: vt retulit Seruius in lib.6. Aeneid. enarrans eum locum,

Hic ego namque tuas sortes &c.

B L A S I L I A, Hieronymo sapius eruditionis nomine commendata.

B O E O, Delphorum indigena, quæ oracula & Hymnos apud eos composuit, vt scribit Pausa-nias lib.10. vbi quædam eius carmina retulit.

B O T R Y S, de qua vide infra in Salpe altera.

B R E L A Croa, cuius meminimus in d. nostro Tractatu artis Medicinæ, nu.338.

B R I G I D A, quæ & Brigitta, dicta est, Laginensis, natione Scota, cuius libri Reuelationū etiam nunc extant. Ea Diuorum numero adscripta est.

B R V C T E R A, vates, Cornelio Tacito in Moribus Germanorum memorata.

B V N D I V I C A, bellatrix Britannica, quæ ad urbium & prouinciarū principes pro excutiendo Romanorum iugo scripsit plurimas doctissimas epistolas, circa annum Domini 70.

C A E C I I A, aut (vt alij vocant) Cæcila Mantuana, Marchionis Mantuæ filia, literarum peritissima.

C A I A Afrania, vide supra Afrania.

C A L L I S T R A T E L E S B I A, apud Xenophōtem *ἀπομνημονευμάτων*, id est, memorabilem, & ab eo Athenæus lib.5. c.14.

C A L P H V R N I A, vxor Plinij Iunioris, ad quam est Epistola eiusdem Plinij libro 6. Episto. 7. Nec defunt, qui illam studiorum mariti ministrum fuisse testantur.

C A M B R A formosa, Belinij Britannorum Regis filia, quæ librum legum Sicambicarū com-posuit circa annum 373. ante Christum natum.

C A R M E N T A, siue Carmentis, vide infra Nicoftrata.

C A S S A N D R A, Priami filia, quæ & Alexandra dicta est, de qua extat nobile Lycophronis poëma: quam & inter Augures posuit Iulius Hyginus Fabularum cap.122. & de ea Cicero lib.1. & 2. de Diuinatione, non semel, vt de vaticinatrice loquitur: & Virgilius lib.2. Aeneid.

Tunc etiam satis aperit Cassandra futuris

ora.

Et rursus lib.3. eiusdem operis:

Sola mihi tales casus Cassandra canebat.

Et lib.5.

Nam mihi Cassandra per somnum vatis imago

Ardentes dare visa faces.—

Et Propertius lib.3.& alij.

CASSANDRA altera, cognomento Fidelis, Veneta, Politiano non vulgariter laudata.

CATHARINA Alexandrina inter diuos relata, cuius illustris doctrina & eruditio in disputatione, quam habuit aduersus Doctores ethnicos, apparuit.

CATHARINA altera, Senensis & ea quoque Diuis adscripta, cuius extant plurimæ epistolæ ad Gregorium vndecimum, doctæ quidem & religiosæ, & non indocti in Theologia Commentarij.

CATHARINA item alia, Anglorum Regina, Henrici scilicet Octauæ vxor, cuius est lib. Meditationum in Psalmos, & alter de Lamentatione peccatoris.

CATTHA, vaticinatrix apud Suetonium in Vitellio, c.14.

CELAENO, Harpyiarum vna inter vates ponitur à Virgilio 3. Aeneid.

Vna in præcelsa consedit rupe Celæno,

Infelix vates.—

CESENNIA, Gætulici vxor.

CHRICLEA, à Maximo Abbate Aphorismorum c.3. citata.

CHARIXENA, Crinnatis, Poëtria, Aristophani Comico, & Eustathio lib.2. Iliad. celebrata.

Quam tamen Suidas fatuam & meretricem esse scribit.

CHRISTINA Pisana, quæ de laudibus sceminarum iustum & elegans volumen scripsit: de qua nos etiam alibi diximus.

CIRCE illa celebratissima, de cuius arte & doctrina multa diximus in nostro Tractatu de Nobilitate, c.31. nu.313.

CLAVDIA, Statij Papinij vxor, quæ mariti studia iuuisse creditur.

CLAVDIA Rufina, vtraque lingua erudita, Martiali celebrata lib.11. Epigr.54. scripsit autem Epigrammata, & Elegiam in mariti obitum.

CLAVDIA illa, cuius, vt doctæ, meminit Plutarchus ad finem præceptorum connubialium, eamque antiquam appellat: vt hinc intelligas eam non fuisse ex præcedentibus duabus, quæ non multò antè præcesserunt Plutarchum.

CLEOBVLINA Lyndia, ex Rhodo, Cleobuli vnus ex septem Sapientibus filia, alio nomine Eumetis dicta, de patris autem nomine Cleobule & Cleobulina appellata. Huius opera multa celebrantur, vt scribunt Suidas & Athenæus, qui lib.10. c.17. eam citat ex libro Aenigmatū. Eiusque etiam meminit Cratinus in eiusdem nominis poemate: & ex eius autoritate Laërtius in Cleobulo & D. Hieronymus ad fin. lib. 1. aduersus Iovinianum: & Plutarchus etiam ad fin. Præceptorum connubialium, itémque in conuiuio septem Sapientum.

CLEOPATRA, de qua diximus in d. Tractatu Nobilitatis c.31. nu.326. & sequent.

CLITAGORA Lacedæmonia, aut, vt alij dicunt, Atheniensis, aut itém, vt alij, Theffalica, poetria, cuius Aristophanes meminit, in Vespis, & Cratinus in quadam Comœdia κλειταγόρας ἀδελφ.

CLITTO, Poëtria, memorata Tatiano in lib. aduersus gentes.

CONCYLA Cleoponia, Suidæ memorata.

CONSTANTIA, Alexandri Sphortia vxor, de qua iam diximus in Baptista.

CORINNA Thebana, aut, vt alij contendunt: Tanagræa, aut, vt alij putant, Teia, Achelodori & Procratiæ filia, Mirtus, de qua postea dicemus, discipula, quæ Pindarum illū omnium Lyricorū Principē quinquies superasse dicitur, ob idq; picta fuisse in Tanagræorū gymnasio, vincita caput tænia victoriæ causa, vt à Pausania proditum est in Bœoticis. Superasse autem Pindarum putat linguæ proprietate, quoniam non lingua Dorica vsa est, vt Pindarus, sed Aeolica, & quod inter mulieres tunc forma fuit præstantissima, si qua ex statua facienda est coniectura. De qua re etiam Aelianus de Varia Histor. lib.13. & Plutarchus in lib. cui titulus est, Vtrum bello, an sapientia Athenienses præstiterint. & in lib. de Musica: & eius quædam Poëmata citat Athenæus lib.4. c.24. & lib.7. cap.6. vbi tamen dubitat an eius sint ea poemata. Vide in seq. versic.

CORINNA altera, Theffia, Pausania quoque celebrata, quam alij Corithiã credere malunt. De altera istarum Propertius lib.2.

Et sua cum antiqua committit scripta Corinna.

Et Statius lib.5. Sylvarum:

Sophronaque implicitum, tenuisque arcana Corinna.

Et de alterutra meminerunt Hephæstion in Enchiridio, Eustathius & Suidas.

CORINNA denique tertia, quæ Ouidij tēpore floruit, de qua est illud Marti. lib.5. Epigr.10. ad Regulam:

Norat Nasonem sola Corinna suum.

Nisi tamen Ouidius amicam eo nomine falsò nuncuparit, quod Sidonius & alij multi opinantur.

CORNELIA, Gracchorū mater, quam & filiorum eloquentiæ multū contulisse, scribit Fabius lib.1. c. item 1. & D. Hieronymus ad Latam de institutione filia. Eiusque epistolæ dicit Tullius in Bruto, se legisse, in quibus apparebat filios, nōam in gremio, quām in sermone matris educatos.

CORN

CORNELIA altera, Metelli Scipionis filia, & Pompeij vxor, Philosophiæ & aliarū bonarum literarum peritissima, cuius meminit Plutarchus in ipso Pompeio.

CORNELIA item alia, Veronenfis quidem illa, sed multò inferior tempore.

CORNIFICIA, Cornificij Poetæ soror, cuius insignia poemata fuisse suo tempore, scribit Hieronymus.

CORONA Perusina.

CRACO Bohema, filia Libyssa, rerum futurarum perita apud Volaterranum in Geographia.

CRISTINA PISANA, cuius librum vidimus elegantissimum de laudibus mulierum, vt & alibi diximus.

CYBELE, de qua in d. nostro Tract. Medicinæ, nu.319.

DAME, aut, vt alij vocant, DAMO, Pythagoræ filia, cui pater ipse suos ipsius Commentarios legauit, vt retulit Lyffis in Epist. ad Hipparchum, & ex eo Laërtius in Pythagora.

DAMISELLA Triultia Mediolanensis, filia Ioannis viri senatorij, & Angelæ literarum non expertis, de qua multa videbis apud Textorem in Officina.

DAMOCHARIS, cuius adhuc extant aliquot Epigrammata.

DAMOPHILA, Pamphili vxor, Sapphus filia, quam Philostratus lib.1. De vita Apollonij dicit æquales sibi virgines congregasse, & poemata composuisse partim amatoria, partim Dianæ laudes continentia.

DAPHNE, Tiresiæ filia, quæ plurima scripsit varij generis responsa: ex eiusque versibus ferunt Homerum multa ad sui poematis ornatū transtulisse, vt tradit etiam Diodorus Siculus libro quinto, Bibliothecæ cap. decimo sexto, Meminitque eiusdem Pausanias libro primo.

DEBBORA, siue Debora, aut, vt etiam nonnulli vocant, Delbora, sacris literis celebrata, libro Iudic. 4. & 5.

DEIPHOBÈ, Glauci filia, de qua Politianus in Nutrit.

DEMO, celebrata Politiano in Nutrit. & ante eum Pausaniæ lib.10. qui de rebus Phocensium est. Vide Damo.

DEMOCHARIS, vide Damocharis.

DEOVLINAM memorata Eusebio in Chronicis Olymp. 82.

DIANA, de qua diximus in tractatu Medicinæ, qui est nostræ Nobilitatis cap.31. numero 308.

DIOTIMA, Socratis magistra, de qua diximus in præcedenti versic.

ECYRRHINA, quæ Isaacus Lycophonis interpres inter Lyricos Poetas ponit: nisi fortè in illius Græco codice peperam pro Corinna Ecyrrhina legatur, vt scribit Lilius Gregorius Gyraldus in Historia Poetarum lib.1. iterumque lib.9. Nam & Hephæstion Corinnam duplici r. enuntiare videtur.

EIANICA, aut vt alij vocant, Euneæ, aut item, vt alij, Eunoæ Salaminia, Suidæ memorata.

ELIZABETHA, Scomangia Abbas, cuius libros & nunc quoque habemus, scilicet Orationes ad fores sui conuentus, & Opus de viis, quibus itur ad Deum.

ELEPHANTIS, de qua supra in Astyanassa, & præterea in nostro Tract. artis Medicinæ, numero 333.

ELPIS, à quibusdam Helpe dicta, vxor Boetij.

ERINNA Teia, aut, vt alij malunt, Lesbia, aut etiam Telia, aut idem Rhodia, quæ licet ætate nouem tantum & decem annorum mortua fuerit: tamen tantum valuit carmine, vt Homericam maiestatem consecuta fuisse dicatur. Huius carmina citat Plinius lib.34. cap.8. & Stobæus cap.7. Eamque Hexametrorum ænigmatum vatem appellat Laërtius in Cleobulo. De ea quoque Propertius libro 2. Elegia 3.

Carminaque Erinnes non putat æqua suis.

Huius etiam meminit Eusebius Chronographus, qui eam dicit fuisse temporibus Alexandri Magni: & Tatianus in li. aduersus gentes: & Suidas, & Leonides, qui Græco Epigramate eam *ἑρὶν ἑρῶν*, id est, iuniorē vatem appellat, quod ad eū iuuenis decepsisset. Huius, aut alterius eiusdem nominis, extat Epigramma lib.4. Epigram. Græcorum, sectione 5. & alterum lib. seq. Estque in eius statuum Epigramma Christodori, & aliud Myrûs, lib.6. eiusdem operis c.1.

EROPHILA, Troiana, Marmenfi filia, vna ex duabus Sibyllis, apud Martianū Capellam lib.2.

EVDOSIA, Theodosij iunioris filia, quæ heroico carmine multa poemata scripsit, vt tradit Socrates Historiæ tripartitæ li.11. c.17. Huiusque esse dicuntur Homocetones, qui circumferuntur. Ad eam ex Aegypto scripsit Orion Thebanus Collectanea sententiarum, siue Florilegiū. Huiusque etiam meminit Nicephorus Historicus. Alij eam Eudociã vocant, alij item Eudoxiã. Tzetzes autem eam (nisi hæc altera sit) Historiarum Chiliadæ 10. cap.306. vocat magni Leonis omnisciam filiam.

EVGENIA, Philippi Romani filia, omnibus liberalibus artibus erudita.

EVMETIS Lyndia, vide supra Cleobulina.

EVMONIA, Nazarij Rhetoris filia, patri eloquentia similis, apud D. Hieronymū in adiectione ad Chronic. Eusebij non longè à princip.

EVNEA, vide supra Eianica.

EVNOEA

E V N O E A, vide etiam ibid.

E V R I D I C E Hieropolitana, de qua Plutarchus ad fin. libri de pueris educandis.

E V R Y D I C E altera, ab eodem quoque celebrata, ad fi. Præcep. connub.

E V S T O C H I V M, quam miris modis ubique extollit Hieronymus. Estque eius, & Paulæ matris ipsius elegans & docta epistola ad Marcellum: quæ est inter eiusdem D. Hieronymi epistolas.

F A B I O L A quoque eidem Hieronymo multis nominibus, præcipuè verò sanctitatis & doctrinæ, celebrata.

G E M I N A E duæ, mater & filia, Plotini discipulæ, memoratæ Porphyrio in vita ipsius Plotini.

G E N E B R I A Veronensis Brunori Gambaræ Brixiani vxor, quæ doctas epistolas scripsit.

G I L B E R T A Anglica, quam nonnulli existimant eam fuisse, quæ sexum mentita virilem, adeò in literis, præsertim diuinis, profecit, tantamque opinionem de se omnibus præbuit, vt Leone quarto Pontifice mortuo, digna visa sit, quæ omnibus posthabitis in eius locum sufficeretur, Ioannis Octauj, vt scribunt Platina & Bocatius, aut Ioannis Septimi, vt mauult Sabellicus, nomine assumpto. Quod nisi à bonis autoribus, & illius quidem temporis traditum fuisset, vix credibile foret. Nonnulli autem tradunt, hanc fuisse ex Moguntia, non ex Anglia. Hæc librum de Necromantia scripsisse dicitur.

G O R G O N, Leonidæ vxor, cuius, vt doctæ, meminit Plutarchus haud multò ante finem Præceptorum connubialium. Huius inter doctas meminit D. Hieronymus ad fi. lib. i. in Iouinianum: vbi tamen eam Gorguntem vocat. Quo in loco Erasmus in suis Scholiis de ea nihil adhuc compertum se legisse dicit.

H E D I B I A, ad quam scribit Hieronymus: ex cuius epistolis satis intelliges, eam non indoctam fuisse.

H E D Y I E, mater Hedylogi Poetæ Samij, aut vt alij dicunt Atheniensis, quæ librum scripsit, cui est Titulus Scylla, in quo Glaucum inducit Scyllæ amore captum, in illius antrum decedisse: vt ex Græcis quibusdam Grammaticis tradit Athenæus, libro 7. capite decimosexto ad finem: & meminit etiam Pausanias libro nono, quo de Bæoticis scribit.

H E L E N A illam Menelai vxorem, augurandi peritam fuisse, palàm indicat Homerus lib. 15. Iliad.

H E L E N A Flauia Augusta, Cælij Britannorum Regis filia, cuius est liber de Prouidètia, alter de Immortalitate animæ, alius de rectè viuendi norma: alius item, cui titulum fecit, Monita pietatis: Süntque eius carmina Græca & epistolæ. Obiit Romæ anno Domini 337.

H E L P E, vide supra Elpis.

H E P I O N E, de qua diximus in d. Tract. Nobilitatis, c. 31. nu. 320.

H E S T I A E A, Alexandrina, quæ in Iliadem Homeri scripsit, apud Strab. lib. 13. ex Demetrio.

H I L D A Herenica Angla, quæ scripsit aduersus Agilbertum Parisiensem vj. Saxonū Episcopum lib. i. & Meditationes pias. Vixit anno Domini 684.

H I L D E G A R D I S virgo Moguntinensis, cuius libros plurimos habemus, & ad quam, vt doctam, sæpe scripsit D. Bernardus: & nos quoque de ea diximus in d. nostro Tractatu Medicinæ, num. 339. Sed præter libros illic memoratos scripsit in Regulam quintam Benedicti, lib. i. Triginta questionum libro i. Vitam S. Disibodi, libro i. Homilias 58. in Euangelia libro i. de Sacramento altaris, lib. i. Scinias lib. i. Viras maritorum lib. 3. Diuinorum operum lib. i. Ad Colonenses libro i. Ad Treuirenses libro i. Exhortationum secularium libro i. Ad sorores suas libro i. Ad monachos Griseos libro i. Carminum diuerforum lib. i.

H I L D E G A R D I S altera de Pingua, cuius sunt Physicorum lib. 4. de elementorum, fluminum aliquot Germaniæ, metallorum, leguminum, fruticum, herbarum, arborum, arbutorum, piscium, volatilium & animantium terræ, naturis, & operationibus.

H I P P A R C H I A, quam Crates Philosophus Thebanus vxorè duxit, de qua multa Laertius, & Clemes Alexandrinus libro 4. Stromatō, vbi scribit, propter eam celebrata fuisse in Pœcile Cynogamia: & nos aliquid diximus statim post princ. l. 4. connub.

H I P P I A S, Lycurgi Lacedæmoniorum Legislatoris hospita, de qua Plutarchus in vita ipsius Lycurgi.

H I P P O, Centauri Chironis filia, que Aeolum docuit naturæ contemplationē, apud Clementem Alexandrinum lib. i. Stromatō. Et de ea est illud Euripidis,

*ἡ πρώτη μὲν τὰ θεῖα προμαρτυρεῖ
χρῆσμοῖσιν, ἡ δ' ἰστέρον ἐπαυδαλῆς.*

*Diuina que primum quidem præfagit
Oraculis, atque per ortus siderum.*

H O M E L O E A, vates, Eunexi filia, cuius meminit Aristophanes Thebaicorum 2. & Suidas.

H O R T E N S I A illa, digna patre Hortensio filia, cuius eloquentia à Valerio Maximo lib. 8. cap. tertio, & Fabio Quintiliano lib. i. cap. item 1. & Appiano lib. Bellorum ciuiliū 4. celebratur.

H Y D R A, scæmina doctissima fuisse perhibetur, aduersus quam Hercules certare non valuit, vt cui

cui propter sapientiam, vt Plato refert, pro vno capite sermone amputato, multa repullulabant. **H Y P A T I A**, siue Hygia, siue Hygæa, Aesculapij filia, de qua multa diximus in Tract. Nobilitatis, c. 31. num. 316.

H Y P A T H I A, aut, vt alij vocant, Hyptachia, Alexandrina, Isidori Philosophi vxor, cuius sunt Commentaria Astronomica.

H I P T A C H I A, aut, vt alij vocant Hypatia, altera (nisi tamen eadem fuerit) & ipsa Alexandria, Theonis Philosophi & Geometræ filia: quæ super omnes Philosophos eminens. Plotino in Schola Platonicâ successit: vt tradit Socrates in Histo. tripartita lib. 11. c. 12. Scripsit in Astronomiam, & professa est Alexandria varia disciplinarum genera, magno & frequenti auditorio, imperante Arcadio, vt tradit Suidas.

T A M B E, Echus & Panos filia, eademque ancilla Metameæ vxoris Hippothoontis, quæ prima versus Iambicos excogitauit, quibus Cererem moerentem ob raptam Proserpinam, filiam exhilarauit. Vnde nomen inditū huiusmodi versibus quidam voluerunt: vt est videre apud Scholiasten Græcum Nicandri in Alexipharmacis. Quamquam sunt qui aliunde hos versus dictos esse putent, de quò vide Gyraldum in Poëtica Historia lib. 1.

I A S O, filia Aesculapij de qua & nos diximus in Tract. Nobilitatis, c. 31. num. 16.

I O A N N A Papa, vide supra Gilberta Anglica.

I R E N E Cratini filia, artis pictoriæ doctissima, ex Didymo in Symposiacis, & Clemente Alexandrino lib. 4. Stromatō.

I S A B E L L A Malatesta.

I S I S, Aegypti regina, de qua diximus in Tract. Nobilitatis, c. 31. num. 311.

I S O T A Nouarella Veronensis, cuius Epistolæ sunt ad Nicolaum Quintum, & Pium Secundum, Romanos Pontifices, & ad Guarinum Veronensem, & alios doctos viros: & Dialogus quo disputat vter gratius peccarit, Adam, an Eua.

I S T R I N A, Scytharū regina, Aporithis Regis vxor, quæ Sylem filium Græcis literis instituit. De hac Herodotus in Melpomene.

L A B Y S S A, vide Libyssa.

L A E L I A, C. Gracchi filia, Tullio in Bruto de Claris Oratoribus celebrata.

L A E L I A altera, Lælij filia, quæ vt scribit Quintilianus lib. 1. reddidisse in loquendo paternam eloquentiam elegantiorē dicitur.

L A I S, Plinio citata, lib. 28. c. 7. & lib. 32. cap. 6. & alibi sæpe. De qua etiam nonnihil diximus in Tract. Nobilitatis, cap. 31. num. 334. incip. Sotira.

L A S T I N E A, Mantinea, Arcadica, Platonis discipula, memorata Dicæarcho, Plutarcho, Athenæo, & Apuleio in lib. de Dogmate Platonis, & Laertio tum in Platone, tum in Speusippo: de qua etiam diximus in 3. leg. connub. nu. 69. incipiente, Idem Hyginus.

L A T O N A, de qua in nostro Tract. Nobilitatis, c. 31. num. 324. incip. Ex illo.

L A V I N I A, Selonij Regis Deliorum filia fatidica, a apud Dionysium Halicarnasensem lib. 1.

L A V R A, Nicolai Throni vxor, soror Genebræ Veronensis, de qua supra locuti sumus.

L A V R A altera, Brixiana, quæ elegantes epistolas scripsit ad Hieronymum Sauonarolam Ferrariensem.

L E A R C H I S Poëtria, Tatiano memorata in lib. aduersus gentes.

L E O N T I V M, Amica Epicuri, quæ in Teophrastum scripsit, vt tradit Tullius lib. 1. de Natura Deorum. Ex quo prouerbum natum, Suspendio arborem eligendam, scribit Plinius in Proœmio Naturalis Historiæ. Eius quoque meminit Athenæus lib. 13. c. 20. in princip. dicitque eam, ne cum quidem quæstum reliquisset meritorium, cum cepit Philosophari.

L E O P A R D A, cuius meminimus in nostro Tractatu Nobilitatis, cap. 31. numero. 347. incip. Leoparda.

L I B Y S S A Bohæna, Croci Regis Bohemæ filia fatidica, apud Volaterranum in Geographia. Hanc nonnulli Labyssam vocant.

L I C I N Y A duæ neptes Lælij, de qua supra, Tullio in illo li. de Claris Oratoribus memorat.

M A N T O, Tiresiæ filia, Rachij insulæ Clari Regis vxor, quam Iulius Hyginus Fabularum c. 128. inter Augures annumerauit: Huiusque meminit Virg. lib. 10. eam Fatidicam appellans. & Quid lib. 6. Metam. Venturi præscia: & Seneca Tragediographus in Agamemnone, illam quoque Futurorum præsciam: & Staius lib. 10. Prouidam responsis.

M A R C E L L A, D. Hieronymo sæpe memorata, & commendata multis epistolis ad eam conscriptis, & operibus illi dicatis.

M A R G A R I T A, Ioannis Ferusini Iurisperiti vxor, Mediolanensis, Græcè & latinè eruditissima.

M A R G A R I T A altera, cuius meminimus in nostro Tract. Medicinæ, nu. 340.

M A R G A R I T A alia, Franciscæ nuper Francorum Regis soror, & Nauaræ Regis vxor, omnibus bonis literis instructissima, præsertim verò sacris, in quibus superiores omnes feminas facile superauit: vt aperte ostendunt eius opera, tam sancta, tam pia, tam denique docta, vt vix credas à muliere facta.

M A R T A, quæ cum fratre suo Moyse prima omnium carmen hexametrum, quod heroicum dicitur,

dicitur, modulata fuisse fertur.

MARSEPIA, à Politiano inter doctas & vates scēminas posita in Nutrit. Et de hac est illud Tibulli lib. 2.

Quicquid Amalthea, quicquid Marsepia dixit.

MARSINE, vide supra Barsine.

MARTHA Syra fatidica, apud Plutarchum in Mario.

MARTIA, Hortensij vxor, quæ & mariti studia iuuisse dicitur.

MARTIA Proba, Britannorum Regina, omnibus propemodum artibus liberalibus doctissima, quæ condidit & scripsit leges patrias, quas Martianas vocarunt, easque Alphredus in Saxonica linguam transtulit. Vixit ante Christum natum, ann. 348.

MEDA, de qua in nostro Traët. Medicinæ, num. 312.

MEGALOSTRATA, quam Poëtriam fuisse, planè ostendit Archytas Harmoniacus, & Chamaeleon, quam Alcmæ & ipse Poëta Lyricus, impatienter adamauit, vt videre licet ex ipsius versibus ab Athenæo memoratis.

MENEXENE, Diodori, cui cognomen Saturnus fuit, filia, Dialectica, vt tradit Philo & ipse Dialecticus in Menexeno, & ab eo Clemens Alexandrinus lib. 4. Stromaton.

MNESARCHIS, Ephesia Poëtria, Tatiano memorata in lib. aduersus gentes.

MORRO Byzantia, quæ hymnum eloquentissimum in Neptunum edidit. Et huius meminit Athenæus li. ii. Dipnosoph. c. 13. eamque citat ex Mnemosyne: vbi eam dicit Poematum Homeri rectè sententiam percepisse.

MOSCHINA Attica, Iamborum Poëtria, mater Hedyles, de qua supra diximus. Huius meminit Athenæus lib. 7. cap. 16. ad fin.

MVS CAE duæ, id est Græcè *μῦσαι* (id enim earum nomen fuit) vtraque Poëtria Lyrica, quarum vna Thespiaca fuit, cuius meminit Lucianus in Musca: altera Spartiatis, quæ hymnos in Apollinem & Dianam conscripsit.

MVS AE tres, vt Ephoro placuit, aut quatuor, vt Mnaseæ, aut septem, vt Myrtilo, aut octo, vt Crateti, aut nouem, vt Hesiodo: quos omnes memorat Arnobius aduersus gentes lib. 3. atque etiã Diodoro Siculo, qui ipse lib. i. iterumque quinto Bibliothecæ, c. 2. puellas fuisse prodidit, quæ modulandi artem cæterasque disciplinas probè callerēt, easque Apollinem docuissent. Hæ sunt, Clio, ita dicta propter gloriam que ex Poetarum eruditione percipitur. κλέω enim laudo significat, & celeberrima: Euterpe, propter voluptatē, quæ ab audiētibus ex honesti eruditione percipitur, ab *εὐ*, id est bene, & *τέρπω*, delecto. Thalia, quod in longum tempus Poetarum laus parta virescar. θάλλω enim floreo, & vireasco est: quãuis Proclus aliunde deducat. Melpomene, à melodia, qua audientes demulcentur: à *μέλωμαι*, quod modulos & cano significat, & *μέλω* cantus: vnde & *μελωδία*, dulcis, siue melleus cantus, & *μελοδία* dulce cano. Terpsicore, eò quod audientes oblectat, propter bona quæ ex doctina proueniunt: *ἀπὸ τῆς τέρψινος χάριτος*, id est, à delectandis choris: aut, vt scribit Plinios, *ἀπὸ τῆς τέρψεως, καὶ χάριτος αὐτῆς τοῦ πλείονος μέρους*, id est, quod maxima vitæ pars ea delectetur, & gaudeat. Erato, quod docti homines ob omnibus amantur: *ἔρως* enim amor est, & *ἔρως* amor, vnde illud Ouidij statim post principium lib. i. de Arte amandi

Nunc Erato: nam tu nomen amoris habes.

Polyymnia, aut, vt alij malunt, Polyhymnia, quoniam cantus suauitate Poëtas reddit gloria immortalis: *πολύ* enim multum significat, & *ὑμνέω*, cano, laudo, & proprie ad Deos refertur: vnde & *ὑμνος*, laus Deorum. Vrania, quod viros eruditos ad cælum tollat, *ερανος* enim cælum dicitur, quasi *ερανος*, vt dicit Diuus Ambrosius in Hexaemero, ab *εραω*, video, quod sit visui peruium, & minime densum. Gloria enim (vt redeamus) ac sapientia, eleuat animos ad cælesti contemplationē. Calliope, quod cantus suauitate cæteras antecedens, magni ab auditoribus æstimeretur, velti dicas, pulchræ vocis: *κάλλος* enim pulchritudo dicitur, & *ὄψ* *ὄπος* vox. Ceterum Herodorus suis nouem libris totidem Musarum nomina imposuit. Est & Epigramma, quod dicitur Virgilij, quo & singularum officia describit. Est & in id Epigramma Græcū, in Anthologio, quod Latinum reddidit Lilius Gregorius Gyraldus, lib. de Diis Gentium 7. vbi & alia multa videbis de Musis, atque etiam in eò opere, quod priuatim Musarum synagoga vocauit.

MVTRAE duæ filie: Lætie illius C. Gracchi filiz, de qua supra, Tullio in Bruto, de Claris Oratoribus celebrata.

MVCALE, Centaura, quæ Thessalas mulieres amoris remedium docuit, autore Seneca.

MVIA, Theanūs filia, Philosopha Pythagorea, memorata Clemēti Alexandr. li. 4. Stromatom.

MVRYNA, cuius adhuc sunt quædam Epigrammata, in Anthologio Planudis.

MVRO Byzantia, à Politiano in Nutrit. inter Poëtrias connumerata. Huius adhuc est terrastichon lib. 3. Antholog. Planudis, sectione sexta, & exastichon lib. 6. Eamque Antipater Thessalus li. i. eiusdem operis inter nouem Lyricos reponit. Eiusque cum honore meminit Athenæus lib. 2. vbi eam dicit scripsisse Mnemosynem, nisi hæc altera sit. Traditque Tatianus in li. aduersus gentes, statuat ipsius fuisse factam à Cephissodoto, egregio eius artis opifice. Ea carmine Elegiaco scripsit, vt tradit Pausanias libro. 9. qui est de Bœoticis. Hancque nonnulli tradunt fuisse matrem Homeri

Homeri Byzantini: & ob Hymnum Neptuni ab ea editum fuisse in magna gloria. De ea quoque meminit Christodorus lib. 5. Florilegij.

MYRTIS Anthedonia, aliis Myrtō dicta Poëtria Lyrica, Pindari (vt scribit Suidas) magistra, & vt nonnulli dicunt, mater. Eamque ex Lyricis cantibus citat Plutarchus Problematon Græcorum capi. c. liij. Huiusque item meminit Tatianus libr. sēpiūs citato, & Antipater lib. i. illius Florilegij.

NICARETE, meretrix Megarensis, Stilponis Philosophi discipula, apud Athenæum lib. 13. c. 24. qui eam dicit dignam vt amaretur & ex genere, & ex disciplina.

NICAVLA, Aethiopiſſa, Saba quoque vocata, Regina Auftri, de qua & 3. lib. Regum, c. x. & lib. 2. Paralipomenon, c. ix. & Diui Marthæi c. xij. & Diui Lucæ, c. xj. fit mētio: & apud Pausaniam lib. 10. quo res Phocensium describit: vbi illam dicit fuisse Berosi & Erymanthes filiam.

NICO, SAMIA memorata Xenophonti lib. 2. *ἔπιπομπῶν*, id est, memorabilem, & ex eo Athenæo lib. 5. c. xliij.

NICOBULE citata Athenæo lib. 10. & lib. 12.

NICOSTRATA Arcadica, Iouij Arcadum regis filia, Euandri ex Mercurio mater, quæ & Carmenta, siue Carmentis appellata est, ab effuso per vaticinia carmine, vt scribit Martianus Capella lib. 2. aut (quod idem est) quod carmine responsa ederet, vt tradit Plutarchus in Vita Romuli. Et Seruius in 8. lib. Aeneid. non multo post prin. De hac Virgilius lib. 8. Aeneid.

—Matrisque egere tremenda

Carmentis Nymphae monita.—

Et Lilius lib. i. ab vrbe condi. & Dionysius Halicarnassens lib. i. Eamque doctam vocat Ouidius lib. i. Fastor.

Iamque ratem doctæ monitu Carmentis ad amnem

Egerat.—

Et ante hos Hesiodus in Theogonia: vbi eam vocat *αιδέμυ*, id est, pudibundam. Et eam esse eandem cum Themide (de qua postea dicemus) contendit Plutarchus Problematum Romanorum c. lvj.

NOSIS Lyrica, inter Poëtrias quoque reposita à Politiano in Nutrit. huiusque sunt quædam Epigrammata in florilegio.

NYSIS, memorata Lilio Gyraldo inter Poëtrias.

OCYROE, Chironis & Carietæ filia, de qua multa diximus in Traët. Nobilitatis, ca. xxxj. nu. 315. ex quibus intelliges, eam fuisse artis Medicæ & Medicinæ peritam.

OENONE, Nympha, de qua etiam diximus in d. Traët. c. xxxj. nu. 317.

OLDA, siue Holda, vates sacris literis celebrata, 4. Reg. 2. c. & 2. Paral. c. xxxiiij.

OLYMPIAS Thebana, de qua diximus in illo Traët. Nobilitatis Huius, aut alterius eiusdem nominis, versus citantur à Stobæo Serm. 9. Citatur & epistola à Polluce lib. 4. c. ix. & libellus de condemnatorum auferendis muneribus, lib. 10. c. j.

OLYMPIA Morata, Peregrini Morati Mantuani filia, & Gruntheri vxor, Græcis & Latinis literis apprime erudita, vt scribit Gregorius Gyraldus lib. 2. de Poëtis nostri temporis.

PALLAS, de qua diximus in d. Traët. Medicinæ, nu. 321.

PAMPHILA, Laertio in Socrate, & Platone, & Periandro, & Theophrasto, & Gellio cum alibi saepe, tum lib. 15. c. xvij. & 23. & aliis ex libris Commentariorum. Eam Epidauriam, & Soteridæ filiam fuisse tradit Suidas, qui eius libros recenset.

PANACEA, Aesculapij filia, de qua etiam diximus in nostro illo Traëtatu Nobilitatis, c. xxxj. nume. 316.

PANTACLEA, Diodori Saturni filia, Dialectica, Philoni Dialectico in Menexeno, & Clementi Alexandrino lib. 4. Stromaton.

PARTHENIVM, quæcunque ea fuit, memorata Martiali lib. 7. Epigr. 68.

Non tua Parthenium nimium se præferat illi,

Quamuis Pierio sit bene nota choro.

Alibi autem idem Martialis, lib. scilicet 5. Epigr. 6. meminit Parthenij viri Musarum studiosi:

Muse, Parthenium rogate vestrum.

Nisi fortè ibi vestram legendum sit. At lib. ii. Epigr. i. de mare haud dubiè locutus est:

Nunquid Parthenium videre tentas?

Vadas, & redeas irrenolutus.

Et lib. 12. Epigr. 11.

Libros non legit ille, sed libellos.

Parthenio dic Musa tuo, nostroque salatem.

Et alterius, vt puto, Parthenij item poëta, Plutarchus in Parallelis c. xliij.

PAVLA, mater Eustochij, de qua supra diximus, saepe D. Hieronymo memorata.

PAVLINA, vide infra Pompeia.

PERICTYONE Pythagorica, quam Stobæus c. j. citat ex libr. de Sapientia, & c. lxxxiiij. ex lib. *περὶ γυναικῶς ἀρμονίας*, id est, de mulieris concinnitate siue compositione.

PERIALLA vates, apud Herodotum lib. 6.

P. P. B. L. A. Ouidij, tertia, postremaque vxor, vt Crinitus putat, aut, vt alij malunt, filia, aut, vt Constantius Fanensis putat, priuigna ex vxore tertia admodum docta, atque Poetria in primis excellens, vt facile ostendit Elegia ipsius Ouidij 7, lib. 3. Tristium, quam ad illam scripsit.

P. H. A. E. N. N. I. S. Epirotis, filia Regis Chaonū, Tzetza Historiarum Chiliade 9. c. 228. & Politiano in Nutrit. inter vates commemorata, & ante hos Pausania lib. 10. quo describit Phocensia.

P. H. A. N. O. T. H. E. A. Icarī vxor, quam ferunt inuenisse heroicū hexametrum, vt tradit Clemens Alexandrinus lib. 4. Stromaton.

P. H. E. M. O. N. O. E. aut (vt alij appellant) Phemenoe, Nefsi, vt dicit Isaacius, filia, Apollinis Promantis, quam primam heroicū carmen cecinisse, hymnumque Delphis composuisse, tradit Pausanias dicto lib. 10. Huius, tanquam peritæ interpretamentorum somniorum, meminit Synesius Platonicus, in lib. de Somniis. Sed & illius esse illud γνῶσις σευ τῶν, id est, Nosce teipsum, tradit Antisthenes in Successionibus, idque sibi Chilonē vsurpasse, vt scribit Laertius in Thalete. Hancque citat Plinius, scribitque Apollinis dictam filiam lib. Naturalis historię 10. cap. ij. Strabo autem lib. Geographiæ 9. tradit eam fuisse primam diuinantem Pythiam. Huius quoque meminerunt Eusebius Chronographus, qui eam quinque & viginti annis ante Linum & Orpheum Acrisio oracula cecinisse scribit: & Tatianus contra gentes. De hac & Lucan. lib. 5.

Phemonoen errore vagam, curisque vacantem

Corripuit, cogitque fores irrumperē templi.

— Sic plena laborat

Phemonoe Phæbo. —

Et Statius lib. 2. Sylvarum, in Surrentino Poll.

— Referetque arcana pudicos

Phemonoe fontes. —

Huius præterea meminerunt & Suidas, & Porphyrius in Artem Poeticam Horatij, enarrans illud,

— Et dicta per carmina sortes.

Et Donatianus in Poetica.

P. H. I. L. A. E. N. I. S. Leucadia lasciuissimorum carminum Poetria, vt diximus supra in 9. leg. conub. nu. 97. quid ergo referam, vbi omnino vide. Ea autē Xenophonti lib. 2. Apomnemonema-ton, id est, memorabilium, Luciano in Pseudologia, & iterū in Amoris, Athenæo item lib. 5. ca. xiiij. & Suidæ commemorata fuit.

P. H. I. N. T. Y. S. Callicratis filia, dogmatum Pythagoræ studiosa, quam ex lib. πρὸς γυναικὸς σωφροσύνης, id est, de temperantia mulieris, citat Stobæus c. lxxij.

P. H. Y. G. O. à Sachoniato Berytio celebrata apud Eusebium Præparationis Euangelicæ lib. 1. ca. vij. vbi dicit, eam fuisse Ponti filiam, hymnorumque inuentricem. Sunt tamen qui eo in loco nō, Phygo, legendum putent, sed Sido: de qua & nos infra dicemus. Phygonem autem posuit inter vates Politianus in Nutrit.

P. L. O. T. I. A. N. A. illa, quæcunque fuerit, cuius mentio fit in l. Plotiana. ff. de iure dot. ex qua potes intelligere, eam non fuisse iuris ciuili imperitam: ideoque nec Celsum grauissimum in iure autorem eam responsione dignatum fuisse.

P. O. L. L. A. vide supra in Argentaria.

P. O. L. Y. D. A. M. T. A. de qua in dicto Tractatu Nobilitatis c. 31. nu. 318.

P. O. L. Y. X. O. vates, apud Valerium Flaccum lib. 1. Argonauticon:

Tunc etiam vates Phæbo dilecta Polyxo.

P. O. M. P. E. I. A. Paulina, Senecæ vxor, quæ non mediocre opem viri studiis attulisse fertur.

P. O. M. P. E. I. I. Saturnini vxor, quæcunque ea fuerit, de cuius doctis epistolis Plautum aut Terentium repræsentantibus, loquitur Plinius Secundus lib. Episto. 1. ad Euricium, Episto. 16. cuius initium est, amabam.

P. R. A. X. I. L. L. A. Sicyonia, cuius Polemon apud Zenodotum, aut (vt alij vocant) Zenobium in Collectaneis meminit, quo loco enarrat illud Adagium ἀλιθιώτερος ἢ φαίλλης Ἄδωνιδος, Stolidior Praxillæ Adonide. Pausanias in Laconicis, Tatianus in libro aduersus gentes, Eusebius Chronographus, in Olympiade 82. Hephæstion, qui ab illa metrum Praxillum deductum fuisse dicit. Antipater Thessalonicensis, qui eam primam inter nouem Lyricos ponit, Epigrammate in eam rem composito lib. 1. Epigrammaton Græcorum, & præter hos Hefychius & Suidas meminerunt. Atque etiam Athenæus lib. 13. c. xxvij. & iterum lib. 15. c. xxxj. vbi dicit illam fuisse admirabilem in poeti cōiuuialium carminum. Sed & cuius etiamnum extat carmen ad Calaim puerum de amoris mutatione.

P. R. O. B. A. Falconia, Adelphi Romani, viri Proconsularis vxor, cuius Centones, opus sanè mirandum, è Virgilio habemus. Suntque qui idem ex Homero eam fecisse existiment, cum tamen Eudochia id fecerit, vt supra in Eudochia diximus. Hos autem D. Hieronymus ad Paulinam se legisse affirmat.

P. T. O. L. E. M. A. I. S. Cyrenensis.

P. V. D. E. N. T. I. L. L. A. Apuleij vxor.

R. H. O. S. V. I. T. A. aut, vt alij vocant, Rhofoita, monialis è Saxonia cuius plurimos libros etiam nunc habemus, carmine & prosa oratione conscriptos.

R. V. F. I. N. A. vide supra Claudia Rufina.

R. V. S. T. I. C. I. A. N. A. Symmachi vxor, quæ non modicum viri studiis præbuit adiumentum.

R. V. T. R. sacrarū literarū cōmmédatione nobilis, lib. ipsius nominis titulo nūcupatim insignito.

S. A. B. A. vide supra in Nicaula.

S. A. B. I. N. A. Atefina, Atrei Clementis vxor, quæ Martiali, veluti docta, commemoratur.

S. A. B. I. N. A. altera, eademque posterior, tot Epigrammatis Aufonio laudata.

S. A. L. P. E. Medica, à nobis memorata in Tractatu Nobilitatis c. xxxj. nu. 329.

S. A. L. P. E. altera (nisi eadem sit, quod minimè reor) Lesbia, quæ παύνη monumentis tradidit, teste Nymphodoro Syracusano, apud Athenæum, & Alcimo, qui & hanc Botryn cognominatam fuisse dicit, inuentricem τῆς παύνης.

S. A. P. P. H. O. Lesbia, ex Ereffo oppido, cuius discipulæ fuerūt Apagora, Congyla, & Eunoea, de quibus sigillatim supra diximus.

S. A. P. P. H. O. altera, & ea quidē Lesbia, sed ex Mitylene oppido, cuius cū maxima laudē meminit Herodotus, & Aristo. lib. 2. Rhetor. ad Theodecten, & Strabo lib. 13. Geographiæ, vbi ei similem aliam, ne in minima quidem Poetices parte, fuisse negat: & Eustathius in Comment. in Dionysium, item Hephæstion, Terentianus, Attilius, Stadius lib. 5. Sylvarum, Plinius, Plutarchus in Musica, & in vita Demetrii, Diomedes, Demetrius Phaleræus, Hermogenes, & Didymus Chalcenterus. Estque in laudem illius Epigramma Platonis lib. 1. Florilegij:

ἦνεία τὰς μέγας φάσιγ λυες, ὡς ἀλιγώρω:

ἦνι ἢ καὶ σαπφῶ λεβοδονί ἡ δικάτη.

Musas esse nouem referunt: sed prorsus aberrant.

Lesbia nam Sappho Pieris est decima.

Item aliud Antipatri Sidonij,

Dulcia Mnemosyne demirans carmina Sapphus,

Quæsiuit, decima Pieris vnde foret.

Lesbia Pieris Sappho soror addita Musis.

Εἰμ' αὐτῆ λυεικῶν Ἄονιδῶν δικάτη.

Et illud Aufonij:

Hanc autem, aut aliam eiusdem nominis pulchram vocat Plato in Phædro. Eique tale elogium dedit Gale. in lib. cui titulus est, Quod animi mores corporis temperaturam sequitur, quod cum Poetiam simpliciter dicimus, Sapphō intelligamus, vt cum Poetam, Homerum. Suidas scribit Sapphō Lesbiā edidisse libros Lyricos nouem, Epigrammata præterea, Nænias, Monodias, Elegias, Iambos, & Epithalamium Aeolica lingua. Hancque primam pectida instrumentū musicū inuenisse, tradit Menæhmus Sicyonius, apud Athenæum. Ab ea quoque carmen Sapphicum nomen accepisse, dicūt Hephæstion, Terentianus, Attilius, & Diomedes. Extatque etiā nunc eius Distichō lib. Florilegij Epigrammatum Græcorū 3. sect. 4. & Tetrastichon eiusdē libri, sect. 12. Aelianus autē Variæ Historiæ li. 12. c. 19. scribit Sapphō Poetriā filiam Scamædronymi, in doctis & sapientibus annumerasse Platonē Aristonis filiū. Aliā autē in Lesbo fuisse meretricē, non Poetriā. Cæterum Pausanias lib. 9. tradit Sapphō Lesbiam multa de Cupidine cecinisse. Cōstat autē Poetriā ipsam Phaonē ardentissimè deperiisse: quod vel ex epistola Sapphus ad Phaonē cōstat apud Ouid. & ex Plinio qui huius amoris causam reddit lib. 20. c. 8. quāuis ibi nō declarat, quāzā Sapphō ea fuerit. Denique quare Horat. lib. Episto. 1. Sapphō masculam vocet (quod & alibi ex eo annotauimus) discas ex Porphyrione, eius interprete, & Lilio Gregorio Gyrardo Histo. Poet. Dialogo 9.

S. E. M. P. R. O. N. I. A. apud Sallust. in Catil. Græcis atque Latinis literis docta quidem sed parum casta.

S. E. N. T. I. A. Elea, de qua diximus in nostro Tractatu artis Medicæ, nu. 335.

S. E. R. A. filia Azer, Prophetissa, apud D. Hieronymum, in 1. lib. Paralipomenon.

S. I. B. Y. L. L. A. E. à multis descriptæ, & nominatæ: ex quibus nonnulli duas tantū fuisse scribūt, vt Martianus Capella lib. 2. Alij tres tantū, vt Solinus c. viij. Alij quatuor, vt Aelianus in Varia Historia, lib. 12. Alij decē, vt Varro in lib. Rerum diuinarum, quos ad C. Cæsarem Pontificem Maximum scripsit, & Lactantius lib. 1. c. vj. & D. Hieronymus in Iouinianū lib. 1. & ferè cæteri, quos alter sigillatim recensendos non duximus, ad illos lectorem remittere contenti, & præterea ad D. August. de Ciuit. Dei lib. 18. c. xxij. & ad illius eodem in loco interpretem Ludouicum Viuem, item ad Hyginum Fabularum capit. cxxvij. ad Pausaniam libro 10. qui de rebus Phocicis est: & postremò ad Liliū Gregorium Gyraldum Histo. Poet. Dialogo. 2. & Mantuanum, Poetam nostri temporis non contemnendum in D. Maria.

S. I. D. O. Ponti filia, cuius ab ore sonora & suauissima vox profluebat, quæque prima hymnos carminibus composuisse dicitur, vt ex autoritate Philonis, Byblii Sachoniati interpretis, tradit Eusebius lib. Præparationis Euangelicæ 1. c. vij. Vide supra Phygo.

S. O. S. I. P. A. T. R. A. Lyda, vxor Aedosis Sophistæ, multis disciplinis cumulatisima, & futurorum præfaga, ideoque credita à numinibus quibusdam fuisse educata, vt tradit Eunapius.

S. O. T. I. R. A. de qua diximus in Tractatu Medicinæ, qui est Nobilitatis nostræ c. xxxj. nu. 329.

S. T. E. S. I. C. H. O. R. I. Poetæ Lyrici filia, quarum nomina mihi ignota sunt, quæ in modulandis

numeris, & carminibus pangendis suo patre non indignæ existimatæ sunt, nullique, præterquam patri ipsi, cedere dicebantur. Ad has extat epist. Phalaridis, qua eas consolatur de morte patris.

SULPITIA Romana, Martiali celebrata lib. 10. Epigr. 35. Ea virum habuit Calenum, cū quo annos 17. suauissimè vixit, vt constat ex eodem Epigr. 38. eiusdem lib. & amborum meminit Sidorius Apollinaris:

*Non quod Sulpitiae iocos Thalia,
Scripsit blandiloquos suo Caleno.*

Extat etiamnum carmen ipsius elegantissimum, quo queritur de statu Reipublicæ, & temporibus Domitiani, quod positum est inter opera Aufonij.

SVSANNA, virgo, Rufini Alexandria Præfeti soror.

SYMMACHIA, Hipponensis filia, vna ex Sibyllis, quæ Erythris progenita, etiam Cumis est vaticinata, apud Martianum Capellam lib. 2. de Nuptiis Philologia.

TALARCHIS Argiua, inter Poetrias, relata à Tatiano in lib. contra gentes. **TANAQVIL**, illa Romanorum Regina, cælestium prodigiorum perita, vt satis constat ex Liuio lib. 1. ab vrb. cond. & Claudiano in laude Serenæ vxoris Siliconis, & Dionysio Halicarnasense, qui lib. 3. Originum Rom. eam tradit fuisse sapientem, & quæ in diuinatione nulli Hetruscum cederet.

TARGELIA, aut vt alij malunt, Thargelia, Milesia, à Politiano in Nutrit. inter Poetrias relata. Sed & eius, tanquam Philosophiæ, meminit Plutarchus in Pericle, & Lucianus in Eunuchis, siue Pamphilo. Hippias Sophista, & ex eius autoritate Athenæus lib. 13. c. xxxij. tradunt eam fortissimam & sapientissimam fuisse, virisque quatuordecim nupsisse.

TERRA, Croci Regis Bohemæ filia, & Libysæ, de qua supra locuti sumus soror, auguriorum fortiumque peritissima, apud Aeneam Syluium de Bello Bohemico.

TARENTIA, primū Tulij vxor, deinde Sallustij, & postremò Messalæ Coruini, est quasi per quosdam gradus eloquentiæ deuoluta, vt refert D. Hieronymus lib. 1. in Iouinianum. Hæc vixit annos 117. vt retulit Plinius lib. 7. c. xlvij. Vbi tamen alij legunt 103. nam & Valerius Maximus lib. 8. c. xiiij. dicit 103. Eam doctam fuisse ferunt. Quod vel ex eo probabile est, quòd tribus viris eloquentissimis & doctissimis nupsisset.

TARGELIA, vide supra Targelia.

THEANO Metapontina, Brontini Crotoniata filia, Pythagoræ vxor, vt Theodorito Cyrenesi, & Luciano in imaginibus, & Laertio in Pythagora, & Polluci li. 10. c. iij. in si. placuit: aut verò ipsius Brontini vxor, & Pythagoræ discipula, quod Plotinus maluit. Ea scripsit Commentarios Philosophicos de Virtute, Poemata & Apothegmata Pythagoræ, vt tradit ipse Laertius. Et defuncto ipso Pythagora, scholas vnâ cum Telange & Nefarcho filiis regendas suscepit, vt prodit ipse Theodoritus. Hanc Didymus in lib. de Philosophia Pythagorica tradit, primam ex mulieribus esse philosophatam, & scripsisse Poemata: quod & ex eo recenset Clemens Alexandrinus lib. 1. Stromaton. Eamque citat Pollux, vbi supra, ex Epistola ad Timaretam.

THEANO altera, Locrensis, & ipsa Poetria, quæ Hymnos & Cantica Lyrica, & μέλη scripsisse fertur.

THEANO item alia, Thuria, Lycophronis filia, Pythagorica. Nā & has diuersas facit Suidas, quamuis alij vnâ eandemque esse existiment. Laertius nihil certi affert. Extat autē etiamnunc alterius ex his epistola de liberorū educatione ad Eubulam, & altera ad Nicostратam Zelotypā consolatōria: & alia quoque admonitoria ad Callisto, quomodo multis præesse debeat: quarū bonam partem videbis apud Stobæum. Porro aliam memorat Homerus Mineræ sacerdotem.

THELESILLA Argiua, Pausaniæ in Corinthiacis, atque etiam in Argolicis, Suidæ, Hephestioni, Luciano in Amoribus, Apollodoro de Deorum origine lib. 3. Athenæo lib. 11. ca. v. & Antipatro Thessalonicensi lib. 1. Florilegij Græcorum Epigrammaton, Clementi Alexandrino lib. 4. Stromatō, & Eusebio Chronographo in Olympiade 82. & præter hos Plutarcho in Claris mulieribus, vbi dicit quòd supra cæteras fœminas in Poetica facultate excelluit, cū domi illustris esset: & alia multa inibi de ea scribit, vt videre poteris.

THEMIDES duæ, prior quidem, quā Orpheus in Hyrnis tradit post hominum memoriam, primam mortalibus oraculū demonstrasse, atque ex oraculo Delphico vaticinari solitam, ex eaq; Apollinem didicisse vaticinationē. A quo non longè abest, quod scribit Diodorus lib. 6. Bibliothecæ, c. xv. eā tradidisse artem diuinandi, sacraque ac Deorum cultus inuenisse, eaq; quæ ad bene viuendum & pacem pertinent, ostendisse. Altera Euandri mater, Carmentis dicta, de qua & nos quædam diximus in Nicostратa. Quibus addes, Plutarchū in Politicis dixisse, hanc consultissimā fuisse, quæque actionem agere, cœtusque dimittere nosset. Eius etiam meminit Pausanias lib. 10.

THEMIS, forè altera vna ex Titanidibus, quam nonnulli dicunt inuenisse Heroicorum hexametrū, vt scribit Clemens Alexandrinus lib. 1. Stromaton.

THEMISTA, memorata Lactantio lib. 3. c. xxv. & Clementi Alexandrino lib. 4. Stromaton: vbi hanc dicit fuisse filiam Zoilæ: & D. Hieronymo in Prologo. in Sophoniam, & Diogeni Laertio in Epicuro, vbi hanc dicit fuisse vxorem Leontei Lampfaceni Philosophi.

THEMISTOCLEA, aut (vt alij appellant) Theoclea, Pythagoræ soror, & magistra, vt tradit ipse

ipse Laertius in vita ipsius Pythagoræ: qui & ipse ex autoritate Hieronymi & Aristoxeni scribit dogmata, quæ Pythagoras Delphis adscripsit, ab ea accepisse.

THEOCLEA, vide in præcedenti versu.

THEOGNIS, filia Diodori, cui agnomentū fuit Saturnus, Dialecticæ perita, ex Philone Dialectico in Menexeno, & ex eo Clementi Alexandrino lib. 4. Stromaton.

THEONOE, Protei Aegyptiorum Regis filia, quæ (vt scribit Euripides statim in initio tragœdiæ, cui Helenæ titulus est) diuina omnia, & præsentia, & futura callebat.

—Τὰ θεῶν γὰρ

τὰ τ' ὄψα, καὶ μέλλοντα πάντα ἴπιστο.

THEOPHILA, Canio Poetæ Gaditano adamata, & Martiali celebrata, lib. 7. Epigr. 68.

THEORIS vaticina, quam Demosthenes accusauit, apud Plutarchum in vita illius.

THEOSEBIA, cuius etiamnum extat Tetraſtichon lib. 3. Anthologij, id est, Florilegij Planudis, Sect. 15.

TIMARIS, Regina quæcunque ea fuit, cuius carmen non inelegans de Gemma, quæ Paneros dicitur, Veneri dicata adscripsit Metrodorus, apud Plinium lib. 37. c. 10.

TIMOCLEA, Thebana, Theagenis soror, cuius, vt doctæ meminit Plutarchus ad finē Præcep. connub. & D. Hieronymus ad fil. libri primi in Iouinianum.

TRIVULTIA Mediolanensis, vide supra in Damifella.

TROTA, quam alij Trotulam vocant, cuius etiamnum extant libri de curandis ægrotudinibus mulierum ante, in, & post partum, impressi Argentina: de qua etiam diximus in Tract. Medicinæ, nu. 337.

TROTVLA, vide in præcedenti versu.

VARI, aut, vt alij vocant, Varij vxor (nomen illius aliter non dicitur) quam vt doctissimā, adamasse Virgilium ferunt, illique Tragœdiam à se compositam dono dedisse: illam verò, tanquam à se scriptam, viro obtulisse, & virum pro sua edidisse. Quam rem nonnulli tradunt Virgilium allegoricè intellexisse 3. Eclog. illo carmine,

Quem mea carminibus meruisset fistula caprum.

Caper enim Tragœdiæ præmium est. Sed id Seruius eo in loco non admittit.

VELLEDA, siue Velede, vaticinatrix, Cornelio Tacito in lib. de Moribus Germanorū memorata, & Papinio lib. 1. Syluarum, pro Rutilio Gallico:

Captiuæq; preces Velede.

VERONICE Gambaræ, Corrigiensis princeps, & Poetria admodum laudata Gregorio Gyraldo de Poetis nostri temporis lib. 2.

VICTORIA Columna, & ipsa quoque Piscariæ princeps & Poetria ipsi Gyraldo eodem loco memorata, atque etiam Pierio Valeriano in epist. liminari lib. 22. Hieroglyphicorum.

VRSVLA Cynosura, Britanna, Dionæthi Cornubiensium principis filia, quæ scripsit de Arcanis visionibus lib. 1. & alterum, cui, Documenta Fidei, titulus est, & epistolas plurimas.

XENOCLÆA, vates Delphica, apud Pausaniam lib. 10. qui de rebus Phocensium est.

ZENOBI, Palmyrenorū Regina, de qua sæpius locuti sumus in hoc opere. Ea fuit Græci & Aegyptij sermonis peritissima, & Latini non ignara, scripsitque Epitomen in Orientalem Alexandriamque Historiam: atque Herennianum & Timolaum filios literis erudit. Elegantissimas orationes ad suos milites sæpissimè habuit. Hæc ex Trebellio, aut vt alij vocant, Treuelliō Pollione in vita illius. Flavius autē Vopiscus in vita Aureliani, hanc vsam fuisse Longino Philosopho ad Græcas literas tradit.

Et alia propè infinita, quarum nomina incognita sunt. Neque enim fœminæ à liberalibus artibus alienæ sunt, vt videre est ex l. qui filium. in princ. ff. vbi pup. educ. deb. quod & videre licet ex diuinis literis, Exod. 35. quæ mulierum doctarum, aliter non nominatarum, meminerunt. Agathius, qui post Procopium scripsit de Bello Gotthorum & Persarum, lib. 2. memorat Alemannicas quædam vates. Nam & Paul. prioris ad Corin. Epistolæ, ca. 11. ostendit mulieres quoque prophetandi munus interdum consequi. Omnis (inquit) mulier orans aut prophetans, &c. Quo in loco Athanasius, aut (vt quidam malunt) Theophylactus, dicit hoc donum habuisse Philippi filias. Arrhianus scribit, apud Telmessum vaticinia mulierū olim fuisse præstantissima. Sed & idem tradit, Dardanum ex Samo profectum, Teucrorum filias vxores duxisse Νυσσά & Βατέαια, & ex priore natam illi filiam fatidicam, nomine Sibyllam, ex qua in vaticinatrices omnes sit nomen propagatum ob τῆς θεοφορίας quandam cognitionem. Dryadas quoque fuisse & Medicinæ, & diuinationis peritas, vt videre licet ex Trebellio Pollione, tum in Aureliano, tum in Numeriano. Vt interim omittam mulieres, quæ arte pictoria excellentes fuerunt, Timareten Myconis filiam & discipulam, & Calypso, & Alcisthenen, & Aristareten Nearchi filiā, Lalam Cyzicena perpetuam virginem, & Olympiadem Autobuli magistram, omnes Plinio memoratas lib. 35. c. xj. Igitur & hanc quoque Legem Connubialem ita concludemus:

IN HIS ETIAM, QUAE AD VIRORVM CVRAM PERTINENT, AB
VXORIBVS IPSI CONSILIVM SVMVNTO.

*Mulieres pi-
surae perite.*

*Vndecima lex
connubialis.*

Vir uxoris omnia reuelant.

Vxor scire presumitur, quicquid uir scit. Lentulus intima consilia uxori communicabat.

Iupiter Iuno= ni non omnia sua consilia prodit. Mulieribus non amplius fidendum.

Vlysses uxori se nouissime patefecit.

Sanfon imprudenter Dalila suu robur detexit. Amphiarus uxori tenere latebras suas detexit.



Ed quid opus est hanc legem maritis praescribere, qui & ipsi sua sponte quicquid facturi, dicturiue sunt, quicquid sciunt, cogitant, quicquid denique somniant, vxoribus enarrat, & produnt: nihil illas celatum volunt, nihil illis inconsultis moliri aggredive audent, aut nolunt, si ausint: Qui quidem maritorum mos ansam praebuit Accursio, ut singu. diceret in l. aut qui aliter. s. sed & Seruius. ff. quod vi aut clam. vxore praesumi scire, quicquid vir sciat. quem sequitur Alb. ibi. & in l. aduersus. C. de cri. expi. haered. reclamante tamen And. Iser. in c. j. col. 7. versi. superfluo ergo, tit. de nar. suc. feud. per tex. in l. si legibus. ibi probatum fuerit. C. de epif. aud. Et illum sequitur Georg. Nat. in repe. c. quamuis. col. 34. versi. decimotertiò quarto, de pact. lib. 6. At idem quod illa gl. ea tamen non citata, dicit Pet. Anch. cõsi. xcij. tria in fauorem, col. i. Ex epistola autem Tullij ad Sextilium Lentulum Proconsulem lib. 5. Epistolarum Familiarium, epistola 6. facile intelliges, Lentulum ipsum virum grauisimum, sua ipsius intima consilia Corneliae vxoricommunicasse. Quod etiam spectat illud Virgilij lib. 4. Aeneid.

Tu coniunx, tibi fas animum tentare precando: Perge, sequar.

Quo in loco Donatus illius doctissimus interpres, quicquid (ait) secretum retinent viri, facile confitentur vxoribus. Tametsi Iupiter, cum probe sciret, expertusque esset foeminarum mores, Iunonem vxorem ita alloquitur apud Homerum, omnium doctrinarum seminarium, prima Iliados Rhapsodia.

ἦ εἰ, μὴ δὴ πάντας ἐμὸς ἐπιέλπει μύθος εἰδόμεν. χαλεποὶ γὰρ εἶναι ἀλόχῳ πρὸς ἑσση. Α' μ' ὄρμι κ' ἐπιεικὲς ἀκέραια, ὅτις ἐπέστα ὅυ τε θεῶν πρότερον τὸν γ' ἄσπ', ὅτ' αὐθρόπων.

Id est,

Noli, Iuno, putare scituram te omnes sermones meos. Id enim difficile tibi erit, quamuis vxor mea sis. Sed quae decebit te audire, ea certe nemo Deorum, aut hominum prior te sciet. Et apud eundem lib. ii. Odyss. monet Agamemnonis umbra Vlysses, ne se vnquam vxori crederet, neu omnia sua consilia ei aperiret. Ita enim loquitur:

τῶ νῦν μήποτε καὶ σὺ γυναικί πρὸς ἡπίεσσ' ἔβ', μήδ' ὅτι μύθῳ ἀπαντα πεφασκέμεν, ὅμ κ' εὖ εἰδῆς.

Sed & paulo post monet, ne palam in patriam descendat, quoniam non amplius fidendum erat mulieribus, ἐπεὶ ἄτ' ἐλπίσιν γυναιξί.

Quod Agamemnonis consilium Vlysses, ut erat omnium homo callidissimus, etiam executus est: vxori enim suae, quamuis eam existimaret esse pudicam, fidamque, & viri amatissimam, sese nouissimè patefecit, aliisque prius, quam illi, sua consilia prodidit.

Sed sicut Vlysses caute prudenterque id effecit: ita Sanfon hominum ille fortissimus, imprudentissimè quidem Dalila, qua vice vxoris adamauit, crine fatalem, in quo robur omne continebat, detexit. Ideoque coestem suae temeritatis poenas perdidit: quippe qui ferè dicto citius in manus hostium, ob id ipsum duntaxat peruenit, ut doleret scribitur Iud. 16. c. Nec minus temerè, atque infelicitè Amphiarus Eriphylae vxori latebras, quas petiturus erat, ne cum Argiuis contra Thebanos iret, manifestauit. Illa enim, si Statio credimus, aliisque veteribus scriptoribus, aureo monili ab Hermione Cadmi vxore, aut, ut Iulius Hyginus Fabu. c. 73. tradit, ab Adrasto fratre suo accepto corrupta, Amphiarum prodidit: qui in publicum protractus, & inuitus, quia praesentiret quod futurum erat, in eam expeditionem profectus occubuit. Hanc scribit lib. Odyss. ii. aurum praetulisse viro:

--Στυγρὴν τ' εἰρήνην, ἢ χρυσὸν φίλο ἀδρός ἐσέξαλο τιμήνῃα. Οἶδα γὰρ ἀνακτ' ἀμφιάρειω χρυσοδέξιοις ἔρκεσι κρυφόντα Γυναικῶν ἀπάταις.

Quod & idem scripsit Sophocles in Electra:

Id quod etiam scribit Diodorus lib. 5. c. vj. Lucianus in Cynico, & Propertius lib. 2. Eleg. 17.

Aspice quid donis Eriphyle inuenit auaris.

Et huc respiciens Quid. lib. i. Amor. Eleg. 10.

Ex quibus exierat, traiecit corpora ferro

Et in Elegia de Nuce:

Filius: & pæna causa monile fuit.

Præda malo Polydore fuit tibi: præda nefanda

Et Horatius Flaccus lib. 3. Carm.

Coniugis Aoniium misit in arma virum.

--Concidit Auguris

Argiui domus, ob lucrum

Et Statius lib. 4. Thebaid.

Demersa excidio.--

--Sed perfida coniunx

Donna

Donna viro mutare velit.--

Et Arnobius lib. 8. Disputationum aduersus Gentes & Clemens Alexandrinus lib. 2. Pædagogii, c. x. Et Hieronymus in lib. i. contra Iouinianum, & Tzetzes Histor. Chiliade 3. c. lxxvij. Hucque respiciens Homerus ipse lib. 15. Odyss. scribit Amphiarum Ioui & Apollini admodum dilectum, non consensisse, sed muliebrium donorum causa periisse:

Α' μ' ὄλετ' ἐμὸς δῆμοσι γυναικῶν εἰνεκε δώρων.

Cuius etiam rei meminit Plato lib. 9. de Repub. vbi dicit, Eriphylem contra mariti sui vitam monite accepisse. Tullius in 6. in Verrem actione, & lib. i. de Inuentione, ita scribit: Mulierum genus auarum est. Nam Eriphyle auro viri vitam vendidit. & Seruius in lib. 6. Aeneid. enarras illud Virgilij,

--Μαρίστανque Eriφύλην

Crudelis nati monstrantem vulnera cernit.

Et non nihil Pausanias in Bœoticis. Hincque Satius eo. illo lib. 4. Thebaidos eam Nefandam vocat:

--Si quando nefanda

Huc aderit coniunx.

Et Impiam lib. 12.

--Vatis mox impia coniunx,

Hec vacuos postura rogos.

Propterea Micheas ille diuino loquus, c. vij. eodemque vlti. prudenter quidam, ut cætera omnia, illud monuit, ut custodiamus oris claustra ab iis, quae dormiunt in nostro sinu, id est, ab vxoribus, ut rectè exponit Nicolaus à Lyra, & quisquis is fuit, qui Ioannem Chryostomum traduxit, in ea Homilia quam ita Ioannis decollatione scriptam reliquit: in qua hunc Michea locum in Latinum sermonem ad vertit: A coniuge tua custodi te, ne manifestes ei cor tuum. Nam & mos Hebræorum est, ut de vxoribus loquentes, hanc plerunque adiectionem faciant, Quae dormiunt, siue sunt, siue cubant in sinu tuo, ut patet Deuteronomij 13. ibi, siue vxor, quae est in sinu tuo, & iterum c. xxvij. Et vxori, quae cubat in sinu tuo. Nec longè abest illud Plauti in Trinummo:

Vxorem quoque ipsam, hanc rem ut celes, face.

Nam pol tacere nunquam quicquam est quod queat.

Et hinc etiam est illud Cleobuli, Cum vxore ne contende, neve ei nimium confide.

Itaque illud in hac re obseruandum esse censeo, ut in his duntaxat negotiis, quae si in publicum efferantur, nullum sunt periculum, aut incommodum illatura, consilium ab vxoribus sumamus, sequamurque in ea re & Ninum, & Numam, & Cyrum, Reges, & Augustum, & Iustinianum Imperatores: ea lege tamen, ut earum consilij non semper adhaereamus: sed tum demum, si conducere videbuntur. Quod apud Homerum lib. Iliados 24. eodemque vltimo, Priamus ille senex, & prudens, etiam prudenter fecit: qui tamen ab Hecuba vxore sententiam rogauerit, an ad Achillem redempturus Hectorem proficisceretur, non tamen eius consilium secutus est. Nam & consilium mulieris non semper esse sequendum, exemplo suo nos docuit Adam ille parès hominum, Gen. c. iij. quo in loco D. Chryostomus multa in eam rem scripsit, quae ibi videre poteris.

Cætera verò (ut redeamus) quae prodita prolataque, damnū sunt, aut discrimē allatura, apud vxorem, quātumuis taciturnā, non temere deponamus. Nā etsi taciturnitas, silentiū, breuiloquentia in mulieribus praecipue cōmendatur, loquacitas verò vituperatur, vel testimonio Philonis (si tamē is est) laudantis in Eccles. c. xxvj. mulierem sensatā, & tacitam: cui subscribens Apost. prioris ad Cor. epist. c. xiiij. nō ius facit mulieribus, ut vel in Ecclesia loquatur: sed domi, si quid ignorat, viros suos interroget. Et alibi, prioris ad Timot. 2. c. Mulier, ait, in silentio discat cū omni subiectione. Et subdit: Docere autem mulieri non permitto, neque dominati in virum, sed esse in silentio.

Quod & approbans Aristoteles lib. i. Politicon, c. viij. eodemque vltimo, sententiam hanc aduocat ex Poeta, quem non nominat: Mulierem ornat taciturnitas. Is autem Poeta Menander est, ut plerique autumant. Sed quamuis hanc eandem sententiam protulerit Menander, ex eo tamen non accepit Aristoteles, qui illum tempore praecessit. Verum is fuit Sophocles Atheniensis Tragicus, qui & hanc sententiam expressit in Aiace flagellifero:

Γυναιξί κόσμον ἔσιγῃ φέρει.

Id est, ad verbum,

Mulieribus ornatum silentium affert.

Aut si velis versus reddere,

Decus addit usque foeminis silentium.

Sive etiam,

Mulieris est primum decus silentium.

Quam sententiam Seruius in fin. lib. i. Aeneid. citat ex ipso Sophocle. Cui & similis ea est Democriti, κόσμος ἄλιγομυθία γυναικί, id est, Ornamentum breuiloquentia mulieri. Et illa Euripidis in Heraclidis,

Γυναικί γὰρ σιγὴ τε καὶ τὸ σωφρονεῖν κάλλιστον.--

Id est,

Foemina enim silentiumque & modestia Pulcherrimum.--

Eiusdem in Acrisio, apud Stobæum lib. 72.

ἄλλως τε καὶ κόρη τε, κ' Ἀργεία γυνή,

ἄϊς κόσμος ἔσιγῃ τε, καὶ τὰ παῦζ' ἔπη.

Praesertim cum virgo sis, & Argiua genere,

Quibus ornamentum est silentium, & pauca verba.

Eriphyle monile mariti ut praetulit.

Vxoribus non manifestanda consilia.

Vxoribusque consilia sunt comunicanda, quae minimè.

Mulieres maxime decet silentiū & taciturnitas.

De eadem re, in Graecis.



De eadem re, ex Latinis.

7 Et huc facit, quod Pinacium, mulier pudica apud Plautum in Stichus, Antiphoni patri quarren-

ri, quales esse mulieres oporteat, respondit, -Vt per urbem cum ambulat, Omnibus os obturent.-

Id est, occludant, ne verbu vllum loquarur. Apud eundem quoq; in Rudente, Trachalio inquit, Tacita bona est mulier semper, quam loquens.

Virgilius item omnium disciplinarum peritus, vt dicit Macrobius libr. i. Saturnalium, in laudem Didonis ita de ea scribit, lib. i. Aeneid.

Tum breuiter Dido vultum demissa locuta est.

Et Pontanus lib. i. de Amore coniugali, ita vxorem moxet, Pauca loqui studeas.-

Vt non abs re Poeta Iunoni veluti honestarum ac pudicarum mulierum praesidi, atque antistiti silentium & taciturnitatem, vt propriam ac peculiarem, huiuscemodi foeminarum, tribuisse videantur. Virgilius lib. 10. Aeneid.

-Quid me alta silentia cogis Rumpere, & obductum verbis vulgare dolorem? Iunonem tacitam furibunda silentia torquent.

Et Staius Papinianus lib. 10. Thebaidos:

Veluti non nisi necessitate cogente loquatur. Quod & Seruius Virgilij, & Lactantius Placidus Statij interpretes, in illis locis annotarunt. Nam &, quod huc spectat, Iuno Argiua fuisse dicitur Homero lib. Iliados 4.

ἡ δὲ τ' ἀργείη.

& Straboni illius Homerici loci autoritate lib. 9. Geographiae, & Palaphato ἐν ἀπίστοις.

Nuper autem didicimus ex Euripide, Argiuas maximè silentium coluisse. Sed & eadem Iuno inter ceteras eius appellationes & potestates Matrona dicitur apud Seruium enarrantem eum Virgilij locum lib. 8. Aeneid.

Quam Pius Aeneas, tibi enim tibi maxima Iuno Maest sacra ferens.-

Vt non sine causa illam matronarum praesidem & antistitem supra vocarim. Plutarchus autem in comparatione Lycurgi & Numae Pompilij tradit illum foeminis silentium docuisse, ac nec de necessariis quoque rebus, absentibus viris, quicquam loqui. Ita vt cum mulier aliquando propriam causam dixisset, misisse Senatibus deos consultum, quidnam ciuitati ea res portenderet. quod & nos alibi supra diximus in 10. l.

8 Ceterum è nostris Alb. in l. generalis. ff. de adopt. scribit mulieres decere taciturnitate. Id quod etiam natura ipsa rerum omnium parens apertissimè docuit, qua duce mascula solùm cicada canunt, mutum verò est foeminaru genus, vt Aristoteli placuit, lib. de Natura animal. 5. c. 30. & Plin. lib. 11. cap. xxvj. Sed & in aliis quibusdam generibus cantus maribus tantum datus est, vt gallinae, & coturnicibus, vt idem Aristoteles tradit lib. 4. eiusdem operis, capit. ix. Quin & Lusciniae item foemellae cantu priuantur, cum incubant, & pullos educant, vt idem in eo ipso loco tradit, magno foeminarum documento, silentium illas, si quid aliud, admodum ornare: vt etiam monuit è recentioribus vir multiuigae eruditionis Coelius lib. Lectionum Antiqua. 17. c. vj. postremae editionis. Et ego non semel expertus sum è psittacis foeminas nunquam, aut rarer vocem humanas reddere, atque fermocinari. Quauis Plinius lib. 10. c. xlij. scripserit psittacos nullo sexus discrimine facto, super omnia id efficere. Et hoc quidem caput integrum, vt erat in prima editione, nomine nostro tacito, penè ad verbum furripuit plus quam famosus fur Chassenaus in suo Catalogo Gloriarum mundi, parte secunda consideratione 33.

Natura silentium mulieres docet. Cicadae mares tantum canunt.

Et aliae quaeque aues.

Chassenaus fur.

Mulieres loquaculae.

9 Quamuis ergo (vt repetamus) mulieres silentio maximè, & breuiloquentia cohonestantur: sunt tamen (quod dolendum est) loquaculae, argutulae, verbosae, dicaculae, linguaces, garrulae, locutulae, largiloquae, lingulacae, vt interim vsurpem Plautina vocabula, & arcanorum minimè tenaces. Nam, vt ait Eunomia ipsa Plautina in Aulular.

Multum loquaces merito omnes habemur: Nec mutam profecto repertam Hodie dicunt mulierem vllò in seculo.

In quam sententiam, Germanorum est prouerbium ex Bebelio, Tres mulieres nundinas faciunt, ex loquacitate mulierum ortum, quarum garrulitas nundinis comparatur, vbi maximus est mercantium strepitus, sonitusque. Iuuenalis Saty. 6. Mulierum odiosam loquacitatem, his versibus taxauit:

Illa tamen grauior, quae cum discumbere cepit, Laudat Virgilium, peritura ignoscit Elise: Committit vates, & comparat inde Maronem, Atque alia parte in trutina suspendit Homerum. Cedunt Grammatici: vincuntur Rhetores: omnis Turba iacet: nec causidicus nec praeco loquetur, Altera nec mulier: verborum tanta cadit vis: Tot pariter pelues, & tintinnabula dicas Pulsari. iam nemo tubas atque ara fatiget, Vna laboranti poterit succurrere Luna.

Prouerbium.

Et D.

10 Et D. Chrysof. super priorem episto. Pauli ad Timoth. c. ij. Homilia 5. Docere (ait) mulieri non permittitur in ecclesia. Est quippe ferme loquax muliebris sexus: ideo omni ex parte fluentem restringit ac comprimit. D. ite Hieronymus (imò alius, si stylo credimus) in Regula sanctimonialiu ad Eustochium, c. ix. Verum, inquit, si quae iam iuxta foeminarum morem, quae nihil retinere norunt absconditum, imò antè garrulando manifestant, quam sciant, aliquid de his extra cœnobij limites prodiderit, subeat grauisimam poenā, vt doctrina tacendi doceatur in poena. Sed & idem in Comment. in Epist. Pauli ad Tit. i. c. ij. asserit muliercularum genus esse garrulum. Quin ipse D. Paulus, quem in id citat Hieronymus ad Timot. primae epist. capi. v. dicit foeminas verbosas esse. August. autem de Ciuit. Dei lib. 4. c. xix. muliebrem loquacitatem, veluti proprio ac peculiari epitheto appellauit.

De eadem re.

11 Theocritus autem Idyllio 15. muliebrem garrulitatem turturibus comparat, cum ita inquit,

τὴν γὰρ ὡς ἄπαντοι ἀνῆνυται καθ' ἡλικίαι: τρυγόνες ἐκκυασι πλάσσειν ὅσα ἔπαντα. Desinite o misera, garrulibus omnia vanis Turturibus mos est implere loquacibus olim.

Id est,

Nam & turturum loquacitas in prouerbium abiit, cuius meminit Zenodorus ex Plotio Menandri, & Aelianus libr. 12. Sed & Euripides in Phoenissis, hanc mulierum loquacitatem apertè describit,

Turturum garrulitas. Prouerbum.

Σμικρὰς δ' ἀφορμὰς ἢ λάβωσι ἢν λόγων, γλάσσει ἐπισφύροσιν. ἔδον δ' ὅτις γωαίει, μηδ' ἐν ὑγιῆς ἀλλήλων λέγειν. Paruas enim occasiones si nactae fuerint sermonum, Plures superingerunt. voluptas quaedam est Mulieribus, nihil sani sibi inuicem obloqui.

Id est ad verbum,

Et Antiphanes mediae Comediae Poeta, apud Stobaeum Serm. 72.

τί φησ λαδῆν ζήτῳ τι, πρὸς γωαίκα Ἐρεῖς τὸ πρᾶγμα καὶ τί ὄνδ' ἡσφείει, ἢ πᾶσι βίς κήρυξι γ' ἀγωρᾶ φράσαι; Quid ais? cum latere velis aliquod negotium, mulieri Ipsum aperies? At quid interest, siue mulieri, Siue omnibus in foro praconibus narrare?

12 Porcius Latro, nobilis Declamator, apud Senecam, in 13. controuersia, scribit muliebrem garrulitatem id solùm tacere posse, quod nescit. Quin & eiusdem nominis foemina, Porcia, videlicet Catonis Vticensis filia, apud Plutarchum in Bruto, ingenuè confessa est, dum ipsum Brutum maritum alloqueretur, muliebrem naturam fragilem esse ad arcana seruanda. Ideoque Arist. lib. Politicon 5. c. xj. inter multa, quibus conseruatur diutiùs tyrannis, hoc quoque ponit, vt sit facultas mulieribus per domos euagandi, quo reuelent secreta virorum.

De eadem re.

13 Ex nostris verò Bal. in l. vlti. col. 3. vers. & die quod mulier regulariter à feudo repellitur. C. de suis & legi. cum multas rationes adduxisset, quare mulier à feudis repellitur, hanc postremò adiecit, quoniam mulier nescit retinere arcana, quod est omnino discrepans à natura feudi: cū vassallus inter cetera & hoc iurare debeat, arcanum, quod ei manifestauerit dominus, nulli se proditurum, vt scribitur in c. j. tit. de no. for. fideli: & sequitur Marti. Lau. in c. j. §. & quia vidimus. col. 4. & ibi quoque Card. Alex. col. 3. & iterum rursusque 17. in 9. fal. titu. qui feud. dare poss. & Iac. à S. Georg. in tract. feud. in verbo, Marchio in Italia, vers. ite quaro Marchio, & iterum in verbo, & foeminae, col. 2. in 7. fal. Iason confi. 87. cōsultus. col. 2. lib. 1. & iterum in themate, cōsi. 89. magnificus, col. 3. eo. lib. 1. & confi. 68. viso themate, col. pe. lib. 3. Bene. in rep. c. Raynutius, in verbo, duas habes filias. nu. 31.

Mulier quare à feudis repellitur.

14 Sed & nostrates quoq; ipsi alibi, videlicet Io. And. & Domi. in c. indemnitatibus. §. vt autem. de ele. lib. 6. multa veluti de industria congerunt de garrulitate mulierum, asseruntque constanter in eod. loco, ob eam ipsam muliebrem garrulitatem fuisse statutum, vt in electione monialium non fiat collatio meriti ad meritum, & zelus ad zelum, sicut fit in electionibus virorum, quia si ita fieret, mulieres pra nimia garrulitate, proculdubio omnia secreta reuelarent. Et aliquid quoque de ea re scribit Benedictus in repe. d. c. Raynutius, vbi nuperimè citauimus, nu. 30.

In electionibus monialium quare non fiat collatio meritorum.

15 Proinde alter ille Cato (Censorium intelligo) vt in eius vita comemorat idem Plutarchus, dicebat se in tribus rebus per omnes vitae suae partes poenitentiam egisse. Inter quae primum illud erat, si mulieri quicquam arcanum aliquando credidisset, vt & è nostris quoque retulit Iason in l. i. col. 2. ff. si quis cautio. Prudenter ergo, atque salubriter Aesopus ille egregius fabulator, monuit arcana mulieri nullatenus esse credenda. Ita enim apud Planudè monet Eunum, τῆ γωαίκα μηδ' ἔποτε πισέουσας ἀπόρρητον. In quem sensum trahi potest & illud Pompeij adagium, cuius supra in alio loco meminimus. Nec mulieri, nec gremio quicquam credi oportere. Hisque concinunt multa, quae de mulierum perfidia dicta sunt supra, quo loco de auaritia ipsarum differitur. Illud tamen dixerim cum Erasmo, hoc esse veluti perpetuum, vt vbiunque minus est cordis & roboris, ibi plus sit linguæ. Aibus natura garrum, & vocum alienarum imitationem dedit, tauris & leonibus non item. Et in pueris, senibus, & mulieribus, quoniam est imbecillior animi, & corporis vigor (vt supra latè de mulieribus probauimus) lingua est intemperantior.

Cato Censorii maxime se poenituisse dicebat.

Ibi plus linguæ, ubi minus cordis.

Quae

16 Mulier in cōplexu omnia reuelat. August. imperator cur adulteria exercuit.

Quae cum semper aliās vera sint, tum verò maximè, cum scēminæ sunt impudicæ, seq̄ue alienis viris prostituunt. Nihil enim est tam arcanum, quod mulier non prodat, detegatq̄ue in cōplexu amatoris cubans. Ob idq̄ue ipsum Augustus Imperator Roma. adulteria exercuit, non tam libidine ductus, quàm vt facilius consilia aduersariorum suorum per cuiusque mulieres exquireret, vt scriptum reperimus apud Suetonium Tranquillum. Hinc mulier illa Commani regis Segoregiorum cognata, paratas in Mafsilienses à Commano insidias adolescenti Mafsiliensi in cōplexu ipsius aperuit, si verus est autor Iustinus lib. 43. Cæterùm Plautus in Cistellaria id vnum meretricibus peculiariter tribuit, dum Lenam ita loquentem facit:

Meretrices præ ceteris loquaciores.

Id mihi, magna quod parti est vitium mulierum, Quæ nunc quæstum facimus, quæ ubi saburrata sumus, Largiloque extemplo sumus, plus loquimur, quàm sat est. Hinc & illud Virgilij in illo Epigrammate de Venere, & Vino: Multos caecus amor cogit secreta fateri.

17 Anus garrulas esse.

Illud quoque Solomonis Prouerb. 7. Et ecce occurrit illi mulier ornata meretricio, præparata ad decipiendos animos, garrula, &c.

Aniles fabulae.

Sed & anus præcipuè garrulas esse, satis ostendit D. Hieronymus, qui in elegantissimo illo & doctissimo Bibliorum Prologo, c. vj. anum garrulam, veluti proprio ac peculiari epitheto appellat. Illudq̄ue Apuleij lib. vj. Asini aurei, Haecenus adhuc anicula garricete suscepit mulier. Et prouerbium quoque illud, γαῶν ὄδλ, anicularum nugacitas, apud Platonē in Theaetheto. Quamquam sunt, qui id ad deliramentum & desipientiã referant, nam vtrunq̄ue significat di&io. Græca. Nec lôgè abest, quòd aniles fabulas vocat D. Paulus ad Timoth. c. iij. & Apuleius lib. 4. Meta. At quod diximus de garrulitate anicularum, id certè non tantùm sexus, sed & ætatis quoque vitium est, vt docuimus supra in 6. leg. connub. nu. 17. incip. dicit senex.

18 Mulieres vel inuita nonnunquam secreta produunt.

Quid plura? si mulier quæpiam tantæ sit taciturnitatis, & modestiæ, vt nūquam sponte sua cuiquam arcana pandat, tamen si dormiētis ipsius mammæ sinistrae cor bubonis admoueris, cōfestim omnia secreta pronuntiabit, ex Magorum sententia, quã Plinius retulit, nō approbans tamen, lib. Historiæ Naturalis 29. c. 4. Quinetiam tradit Democritus, Si quis extrahat ranæ viuenti linguam, nulla alia corporis parte adhærente, ipsaq̄ue rana in aqua dimissa, imponatur supra cordis palpitationem mulieri dormienti, eam quæcunq̄ue interrogaueris, vera responsuram. Sicuti recensuit etiam idem Plinius, lib. 32. c. v. Propterea legi proximæ, & hanc subtexemus:

Duodecima Lex connubialis.

EA SOLVM, QVAE DETECTA NULLVM SVNT DISPENDIVM ALLATVRA, VXORIBVS COMMVNICANTO. EARVMQVE CONSILIVM, SI CONDVCERE VIDERITVR, SEQVVTOR: CAETERA NVNQVAM DETEGVNTO.

IN DECIMAM TERTIAM LEGEM CONNVBIALEM, GLOSSAE PRIMAE

PARS DECIMATERTIA.

1 Mariti ne alienarum mulierum amoribus implicentur.



Occurrit autem in loco operæpretium esse duxi, monendos viros, vt si matrimonium cum vxoribus concorditer, lætè, sceleriter transigere velint, nihilq̄ue infensi animi ab illis pati: illud imprimis præceptũ senioris Thobiae filium admonentis obseruent, Præter vxorem tuã ne patiaris crimen scire. Id quod Ethnici quoque scriptores præceperũt, quorum qui autoritate faciliè ceteros antecellit, Aristoteles lib. 7. Politicõn, c. xvj. Cõcubitus (inquit) omnis, præterquam vxoris, penitus sit interdictus. Quin & si huiusmodi præceptum à Philosophis non haberemus, natura satis esset documento, quæ & animalia bruta eam ipsam rem docuit. Elephantes enim nulla nouerunt adulteria, vt retulit Plinius lib. 8. c. v. & Solinus c. xxxviii. Quin & ipsi hominum adulteria detestantur, & morte aut aliàs puniunt, vt videre licet ex Aeliano lib. 11. Historiæ animaliu, c. xv. scribit elephantem adulterum vxoris sui domini & ipsam vxorem adulterates occidisse. Et alium Romæ, imperante Tito, ipsos quoque occidisse, & stragula veste eos retexisse, dominoq̄ue redeunti ostendisse. Sed & idem lib. 8. eiusdem operis c. ij. tradit Ciconiam vxorem domini adulteram impetu in eam facto, oculos ei eruisse.

Bruta quedã adulteria ne sciunt.

2

Similiter columbæ fidem coniugij non violant, neutriq̄ue nota adulteria, vt à Plinio scriptum est, lib. 10. c. xxxiii. & Aeliano lib. 3. Animal. c. v. & iterum lib. 15. Propterea Propertius lib. 2.

Exemplo iuncte tibi sunt in amore columbae: Masculus & totum fœmina coniugium.

Columba uice numinis culta.

Ante hos Aristoteles lib. 9. de Historiâ animalium, c. vij. tradit columbas coniugium iam inde à primo ortu inuicem nūquam deserere, nisi cœlibes, & viduas. Tertullianus quoque in lib. de Monogamia nos ad exemplum illius reuocat, quòd ea auis innocua non tantùm sit, verùm etiã pudica, quam vnã vnus masculus nouit. Et hac fortè ratione Assyrij columbam, vt Deum, colunt, vt scribit

vt scribit Lucianus in Ioue Tragædo, iterumq̄ue in lib. de Syria Dea. Ex quo est & illud Tibulli, Alba Palestino sancta columba Syro. Syri enim & Afsyrij idem sunt populi, sicuti Syria & Afsyria eadē regio. Syros enim Græci, quos Barbari Afsyrios, aut verius Attyrios, vocant, vt tradit Dion. Et huc quoque spectat illud Ouid. lib. 2. Metamor.

Ut æquaret totas sine labe columbas.

Iuuenius autem Poeta Christianus, proprio ac peculiari epitheto columbas puras appellat.

Simplicitate tamen puras superate columbas.

Sed & palumbæ & turtures castitatis nomine admodum laudantur. Porphyrus enim lib. 3. de abstinentiã esus carniũ, Quis enim, inquit, palumbarũ castitatem nō miretur, quæ si fortè ab adultero compressæ fuerunt, eũ si depræhenderint, confodiunt, ac necant. Et alia quædam de earum & aliarum castitate tradit Aelianus lib. 3. Animalium, c. xliij. quæ tu ibi videre poteris. Quo fit, vt mirum sit, quod scriptum est ab Artemidoro Daldiano lib. 2. de Somniorum interpretat. c. xx. Palumbes & columbas in somniis significare mulieres scortatrices. Sed & quod de columbis supra diximus, turturi tribuit Aelianus. Et multò antè tempore Aristoteles d. lib. 9. c. vij. scribit turturum, & palumbem mare vno esse contentam. Ex quo passim turturis pudicitia commendatur: ad quam D. Hieronymus lib. 1. cõtra Iouinianũ retulit illud Cant. 2. Vox turturis audita est in terrâ nostra. Hincq̄, vt opinor, præcipitur Leui. 12. à muliere post partũ offerri pro peccato pullum columbæ, vel turturis, veluti piaculũ amissæ virginitatis. Cuius etiã fit mētio Luc. 2. c. Et hinc Ouid, aut quisquis is fuit in Carmine de Philomela, turturum peculiari epitheto castum appellat;

Palumbæ.

Turtures.

Et castus turtur, atque columba gemunt.

Sed & de turture Calsiodorus lib. Variarum 5. epist. incip. Grauis est: Respicite, inquit, impudicæ, gementium turturum castissimum genus, quòd si à copula sua fuerit casu intercedente diuisum, perpetua se abstinentiæ lege constringit, gratiam coniunctionis non repetit, quam reliquit.

4 Et huc quoque referri potest illud Virgilij lib. 4. Aeneid.

Non licuit thalami expertem sine crimine vitam

Degere more fere.

Quo in locò Seruius tradit ex autoritate Plinij, Lynces post amissos coniuges, aliis non cõiungi: quod tamen apud Plinium non reperi, quamuis diligenter conquiserim, vt necesse sit, vel Seruium memoria lapsum, vel Pliniũ nostrum admodũ esse corruptum. At mirum est quod refert Polemon lib. 5. Comment. quæ ad Antigonum regẽ scripsit, & ex eius autoritate Athenæus lib. 9. c. xij. & Aelianus de Animalibus lib. 3. c. xlij. auè Porphyriõnẽ habere sensum adulterij, ac significare id patrifamiliã, in cuius domo alitur, nō voce quidẽ, aut aliter omnino, quàm suspēdio. Et hinc Thalamonẽ quoq; vocatum, tanquã thalami, & pudicitia custodẽ. Et de hoc quoque nonnihil ipse Aelianus li. 7. c. 25. vbi & ipse refert caniculã in Sicilia detexisse domino adulteriũ vxoris. Huc quoque nonnihil spectat, quod aliorum autoritate scribit Tzetzes Hist. Chiliade 9. c. 356.

Lynces.

Porphyriõnes.

ὁ πορφυριῶν ὄρνεον ἄγαυ πῶρα καὶ σῶφρον ὡς εἰ μόνον ὄφειδ πόρνον, δὴ θείως θνήσκειν. Αἰσιώτης, σὺν αὐτῷ ἀλιανός, καὶ ἄλλοι τὰ πρὸς πορφυριῶν γράφουσι ὄρνεις.

Porphyrion auis valde est temperans, Adeo vt si solam videat meretricem, statim moriatur. Aristoteles, cum eo Aelianus, & alij Hac de porphyriõne scribunt aue.

5 Ipse autem Aelianus lib. 1. de Animal. c. xij. tradit Aetnæum piscem, posteaquam cum pari suo tanquam cum vxore, coniunctus, eam sortitus est, aliam non attingere. Plinius libr. 8. c. xvj. tradit leonem, si pardi coitum in læna adultera senserit, tota vi cõsurgere in pœnam, ac lænã ipsam, culpam hanc aquis abluere, aut metu supplicij fugientem procul adulterum comitari. Idem Plinius lib. 10. c. iij. tradit Haliaetum (is est ex aquilarum genere) tantum implumes etiamnũ pullos suos percutientem, subinde cogere aduersos intueri Solis radios, & si coniuentem humectantemq̄ue animaduertit, præcipitare è nido, veluti adulterinũ: illum autem, cuius acies firma contrã steterit, educare. Et simile quiddam prodit Tzetzes operis nuper citati Chiliade 4. c. cxxxv. de cetaistis, quod genus est serpentis:

Aetnæus.

Leones.

Ἐκ τῆς Λιβύης Λίβυς γὰρ, οἰπὸρ κελῶντος ψύλλοι ἀμ πρὸ ἰσόπῳ εἶχουσι πρὸς τὴν πενθερίαν. Ἐν κιβώτῳ κλείουσι κρᾶσας, καὶ τὸ βρέφ. Ἄμ ἂν ἀπὸ μάτων κερᾶν, ἀνέπαφου τρεῖται ἄμ ἢ μοιχᾶδ. τὸ δὴν ἴς, καὶ λέχας ἀπολάσ, κὸλασιμ βασανισρίαν οἰδεν, ὁ δὲ ὄντας τῶτων. Ex Libybus Libyes, qui vocantur Psylli, Cum suspicionem habent circa filiorum procreationem, In arcula claudunt cerastas, atque infantem. Si igitur seminibus est puris, intactus seruat.

Si verò

Si vero adulteri lecti, atque concubitus libidinosi, vltionem examinatricem experitur, dentes ipsorum.

Cornices.

Plutarch. autem in Dialogo, qui inscribitur, Quod bruta animalia ratione vtantur, tradit cornices marito mortuo nouem hominum atatibus viduas perseuerare. De quibus etiam Aelianus libr. 3. c. xj. de Animalibus scribit, altera extinta comparem viduam degere: veteresque in nuptiis post Hymenæum cornicem inuocare solitos. De qua re etiã Orus Apollo in interpretationibus Hieroglyphicarum notarum, & Gregorius Nazianenus. Scribit & Guliel. Parisiensis, suo tempore ciconiam quandam adulterio conuictam per olfactum masculi cognitam, congregata ab ipso masculino multitudine ciconiarum, ac detecto ipso crimine fœmellæ, ipsam à tota illa multitudine, tanquam omnium iudicio conuictam, deplumata, ac laceratam fuisse.

Adulterij pœna.

Ex lege Moisaica.

Ante eam legem.

Palæstinorum legibus.

Arabum.

Aromatiferæ regionis.

Tenedij regis.

Ex generibus autem pœnarum, aduersus adulteros, atque adulteras statutarum, facillè dignosci poterit, quàm graue scelus id fuerit existimatum, iuxta c. non afferamus. in fi. 24. q. j. Et vt ab antiquioribus incipiã, ex lege Moisaica vterque, & adulter & adultera morti adiudicabantur, vt scribitur Leui. 24. & Deut. 22. & Danielis 13. Genus autè mortis erat lapidatio, vt declaratur d. c. xxij. Deut. & Ezechielis 16. & diui Io. 8. ca. & in Decretis canonicis. §. hinc apparet. 23. q. v. & c. hæc imago. 33. q. v. Quamquam & ante legem Moisaicam, veluti more gentis, comburebantur adulteri, vt licet colligere ex Genesis c. xxxviii. Similiter & apud Palæstinos illorum vicinos, adulteriũ morte puniebatur, vt licet videre ex 26. c. Genes. Atque etiam apud Arabes, & in Aromatifera regione. Autor vtriusque Strabo lib. 16. non multo ante fi. & prioris quoque Bardesanes in lib. de Fato, & eius autoritate Eusebius de Præparatione Euangelica libr. 6. c. viij. quibus locis tradunt, & suspicionem eius rei puniri. Tenedius quidã Rex legem tulit in adulteros, vt vtriusque corpus securi cõcideretur, eiusque legis exemplũ in filiũ edidit, prõnde in numismate iussit insculpi altera in parte securim, altera duos vultus ex eadem ceruice prominẽtes. Cuius rei meminit Heraclides in lib. de Politis, qui eũ regem Tennẽ vocat, & Stephanus de vrbibus. Hos secuti Lõgobardi adulterium morte suis legibus puniũt, vt videre licet in tit. de adul. in Lom. Apud Lydos, si mulieres post coniugiũ deliquissent, nulla spes veniæ erat, vt tradit Herodorus lib. v. & Aelianus de varia historia lib. 4. qui etsi aliud non dicat. pores tamen ex illorũ verbis intelligere, mortis pœnã apud eos fuisse inflictam. Placentini quoque ex statuto non adulterium modò, sed & nixum quoque adulterij capite plectũt, teste Bal. cõli. 36. statuto Placentiæ, lib. 1. vbi interpretatur, quid nixus sit.

Longobardorum.

Lydorum.

Placētīnorũ.

Nixus quid sit.

7 Aegyptiorũ.

Adulteriorũ castratio.

Apud Aegyptios in adulterio depræhensus, virgis cædebatur ad mille plagas, mulier naso mutilabatur. Quo dedecore vultus incontinentiã maculatus ea multaretur parte, qua maximè facies exornatur. Testis Diodorus Siculus lib. Bibliothecæ 2. ca. iij. vbi & illud quoque scribit, ei qui mulierem liberam violasset, virilia apud eosdem amputari, quoniam vno crimine tria non parua scelera complexus esset, iniuriam, corruptelam, & liberorum confusionem. Ad hanc pœnam aluisse videtur Terentiana Pythias in Eunuchò, cum dicit:

Nunc minatur porro sese id, quod mæchis solet,

Quod ego nunquam vidi fieri, neque vclim.

Vxorcm armati futuis, puer Hyle, Tribuni,

Supplicium tantum dum puerile times.

Va, tibi, dum ludis, castrabere. iam mihi dices,

Non licet hoc. quid? tu quod facis, Hyle, licet?

Et Martialis lib. 2. Epigr. 60.

Siculorum.

Aegyptiorum legem, quantum ad scēminas attinet, imitata est & Sicilia constitutio, quæ incipit, legum asperitatis, qua mulier adultera nasi truncatione punitur. Quantum autem ad viros, eam legem secuti sunt apud Romanos Bibienus & Pub. Cernius, quorum ille Carbonem Actienum, hic Pontium, in adulterio depræhensos castrasse scribuntur à Valerio Maximo, libr. 6. c. j. Ex quo & illud Horatij lib. 1. Sermonum, Saty. 2.

— Quin etiam illud

Accidit, vt quidam testes caudamque salacem

Demeteret ferro iure omnes. Galba negabat.

Hic enim Galba (vt tradunt Acron & Porphyrius illius interpretes) erat Iuriconsultus, qui & ipse adulter erat: ideoque negabat id iure factum fuisse, cum primũ adulterij pœna pecuniaria fuisset.

8 Parthorum.

Zaleuci.

Parthi, vt scribit Iustinus lib. 41. nulla delicta adulterio grauius vindicabant: pœnam tamen, qua in ea re vtebantur, non indicat ipse Iustinus. Zaleucus, aut, vt alij corruptè scribũt, Seleucus, Locrensium legislator, legem tulit vt adulteris vterque oculus erueretur. Cumque eius filius fuisset in adulterio depræhensus, & tota ciuitas in honorem patris necessitatem pœnæ remitteret, aliquandiu repugnauit: ad vltimum victus precibus populi, suo prius, deinde filij oculo eruto, debitum supplicij modum legi reddidit, admirabili æquitatis temperamento sese inter misericordem patrem, & iustum legislatoem partitus, vt eleganter scriptum est à Valerio Maximo libr. 6. c. v. & Aeliano lib. 13. Variæ Historiæ. Quamquam id aliter refert Heraclides in descriptione rerum publicarum, non de adulterio, sed de furto loquens: Leprei populi depræhensos in adulterio per triudum vincetos circa ciuitatem ducebant, mox toto vitæ tempore contemptibiles & infames habebant. Adulteræ verò diebus vndecim in foro stare discinctæ cogebantur, tunica perlucida circum

Lepreorum.

circumuestitæ, deinde infames dimittebantur, vt tradit Heraclides in illo ipso lib.

9 Apud Athenienses adulteræ ingressu publicorum templorum interdicebatur. Quod si ingressa fuisset, in eam obuiò cuique licebat, quicquid libitum erat, præter mortem inferre: mortem autem ob id non licebat, quò diutiùs in ignominia viueret, vt scribit Demosthenes (si is est: sunt enim qui addubitent) in Oratione aduersus Neæram. Adulterum autem in concubitu vxoris depræhensum, licebat marito impunè occidere, vt videri potest ex defensione, quam elegantissimè conscripsit Lyfias ille ex decem Oratoribus, de nece Erasthenis adulteri, & huius rei Pausanias in Bœoticis citat Draconis legem, & scribit, vnde id originè habuit. Et id quoque palàm afferit Plutarchus in vita Solonis, qui subdit & eum qui liberæ mulieri vim attulisset, decem drachmis esse obnoxium ex legibus Solonis: sin persuasione in sententiam suam traxisset, viginti drachmarum teneri, præterquam eas, quæ publicè quæstum facerent. Sed & Polybius Megalopolitanus lib. Historiarum 2. eum in fontem pronuntiat, qui adulterum interfecerit. Hæc enim sunt verba illius, καὶ βίγη προφανῶς ὁ μὲν τὴν κλεπτὴν ἢ μοιχοῦ ἀρκύεινας, ἀθῶν ἐστίν. Quod ex legibus Græcorum, vt qui Græcus erat, accepisse videtur. Quamquam eam legem improbat Aphthonius Declamator, in lib. Præexercitamentorum, quo loco de legis accusatione differit: quod & suprã alibi diximus. Ante ea, vt opinor, tempora Hippomenes Athenarum Princeps, cum filiam ex Atalanta Limonem in adulterio depræhensisset, eam ob scelus cum equo iunxit, qui cum clausis alimentis careret, dentes in puellam iniecit: adulterum verò per regionem Atticam ab equis tractum fuisse, & discerptum, autore Suida. Ex quo est & illud Ouidij in Ibin:

Vtq; nouum passa est genus Hippomenæia pœna,

Tractus & Actæa fertur adulter humo.

Solaq; Limone pœnam ne senserit illam,

Et tua dente fero viscera carpat equus.

Et rursum:

Et hanc quoque Historiam describit Heraclides in Politicis, statim in princ.

10 Apud Laciadas, siue Placiadas, Atticæ regionis populos, qui in adulterio depræhendebatur, ignominiosas pœnas dabant, impactis in pudendam corporis partem raphanis, qui apud illos miræ magnitudinis esse dicebantur. Quod si raphani defuissent, steleo vtebantur, id est ligonis ligno. Autor Suidas, qui illos Laciadas vocat: & ante eum Plutarchus, si is est, in adagiorũ collectaneis, qui Placiadas appellat, vocabulo, ni fallor, corrupto: dicitq; hinc natum illud adagium, πλάσιον τε καὶ σελείον. Huc autem, ni fallor, respicit Aristophanes in ea Comœdia, cui titulus est, νεφέλαι, id est, nebulæ, in qua δίκαιος λόγος ita loquitur:

Τί δ' ἔμ' ἔραφανιδῶδῃ γε πεθῶμενός τις, τὸ φρα τε πλῆθ' ἔξ' ἡννα γνῶμην λέγειν, τὸ μὴ εὐρύπρωκτος εἶναι;

ἢ ἢ εὐρύπρωκτος ἢ, τί τίσις? κακός;

Cui ita respondet ἄδικος λόγος:

Ah tum te miserum, maliq; fati

Quem attractis pedibus patente porta

Percurrent raphaniq;, mugilesq;

—necat hic ferro, secat ille cruentis

Verberibus, quosdam machos, & mugilis intrat.

Et Iuuenalis Saty. 10.

Et id quoq; in Armenia fuisse obseruatũ, videtur voluisse Lucianus in vita Peregrini Philosophi.

11 Apud Germanos, vt Tacitus retulit, adulterorum pœna præsens, & maritis permessa erat, Accisus crinibus nudatam coram propinquis expellit domo maritus, ac per omnem vicum verberare agit. Publicatæ enim pudicitie nulla est venia. Et hic mos hodie quoque in quibusdam locis obseruatur, vt adulteris capilli, atque etiam vestes, antè, & retrò in ignominiam incidantur, vt tradit glo. in c. de benedicto, in verbo, caluatos. xxxij. quæst. j. quæ & tradit tex. ibi ad hunc morem respicere. Cortynenses, aut vt alij vocant, Gortynenses, vt tradit Aelianus lib. 12. Variæ Historiæ, adulteros moli lana coronabant, ita molliorem illis naturam exprobrantes: atque ita per ciuitatem, ad magistratus tradebant. In reliquum autem vitæ tempus habebantur ignominiosi, indigniq; , qui vltimum dignitatis gradũ in administratione Reipub. consequerentur. Cumæi si qua in adulterio mulier depræhensa fuisset, hanc in forum deductam, & saxo impositam, spectandam omnibus proponebant: inde super asino collocatam, & ita per totam ciuitatem circumductam, in eundem locum restitui oportebat. Ex illo infamia notatam ὀνοβάτιον appellant, quod asinum equitasset: lapidemq; illum, tanquam impurum ac detestabilem vitabant. Ex Plutarcho in Problematis, cap. 115. Sunt & qui saxum ipsum ὄνον, id est, asinum appellatum credunt. Sic enim Xenophon primo ἀναβάσειον lapidem molarem vocat. Quod & nostris tradit Alciatus libri παρέρων 2. cap. 47. & Catellianus Cotta in Memor. incip. consuetudo, col. ij. vers. nihilominus alibi. Apud Pisidas, adulterij conuictus per vrbem vnã cum muliere circumducitur super asino ad aliquot dies, vt tradit Nicolaus, in lib. de Moribus Gentium, teste Stobæo, Sermon. 42.

Atheniense.

Laciadarum, siue Placiadarum.

Prouerbum.

Catulli locus declaratus.

Armeniorum, Germanorum.

Cortynensium siue Gortynensium.

Pisidarum.

Platonis.

Diogenis.

Didymi. chum fuisse compræhensum, Dignus est, inquit, ex ipso nomine suspendi. Atqui Græcè Didymi testiculi vocantur. Ab his igitur, unde nomen is habebat, & quibus peccauerat, censebat eum esse suspendendum. **Lycurgi.** Lycurgus autem Lacedæmonius nullam pœnam suis legibus in adulterum statuens, multò tetrius fœdiusq; id scelus esse ostendit, quàm si pœnam aliquam quantumuis grauiem sanxisset: sicut & Solon de parricidio censuit. Nam is interrogatus, cur nullum supplicium statuisset in eum, qui parentem necasset, respondit, id se neminem facturum putasse, vt tradit Tullius in Oratione pro Sexto Roscio. Idemq; scribit Plutarchus de Romulo, illum videlicet nullam aduersus parridium pœnam induxisse, quòd illud impossibile esse duceret. Non dissimili (vt reor) consilio Lycurgus (vt ad eum redeamus) nullam in adulteros pœnam præscripsit, quoniam Spartæ nullum futurum adulterum putabat quemadmodum Geratam Spartiatem, hospiti huius rei causam roganti respòdisse tradit Plutarchus: tum in vita Lycurgi, tum in Apophthegmatis Laconicis. Existimabant Solon, & Romulus parridium, & Lycurgus adulterium detestabilibus abominabilibusq;, quàm vt alterutrius perpetrandi cuiquam libido incesset.

Gerata. Salæthus Crotoniensis princeps legem tulit, vt mæchi viui cremarentur, nihil maius hoc crimine existimans. At cum ipse fratris vxorem polluisset, depræhensus orationem tam luculentam habuit, vt ciues remittere pœnam vellent, ac exilio tantum eum damnare. Verùm ille magnitudinem culpæ intelligens, in ignem sponte insiliit, quod à Luciano refertur in Apologia pro iis qui mercede conducti seruiunt. Legibus autem Mahometis aliàs impurissimi Legislatoris, in adulterio depræhensi centum ictibus flagellantur, vt scribitur in Theologia ipsius. At Gothorum legibus licebat adulterum occidere, etiam si legati munere fungeretur, vt videre licet apud Procopium lib. 1. de Bello Gothorum. Totilas autem Rex eius populi, armigerum quempiam, qui virginem stuprarat, morte multauit, vt idem refert lib. 3. eiusdem operis.

13 **Salæthi Crotoniensis principis lex in adulteros.** **Mahometis lex in eosdem.** **Gothorū lex.** **Totile pœna in stuprum.** **14** **Romanorum.** Romulus (vt de Romanis tandem dicamus) iam ab initio vrbs legem tulit contra adulteros, vt scribit Dionysius Halicarnas. lib. 2. sed quâ non declarat. Ferunt tamen hanc fuisse: Adulterij conuictam vir & cognati vti volent necato, quam & suprâ retulimus in l. j. nu. 13. Quid quòd apud Numa autem Pompilius illius successor, legem mulieribus, alienis viris succumbentibus in hæc verba constituit, à Festo Pompeio lib. 14. & Aulo Gellio lib. 4. cap. 3. relata: Pellex aram Iunonis ne tangito: si tangit, Iunoni crinibus demissis, aut, vt alij legunt, dimissis, agnum fœminam cædito. Ex qua lege mos ille, de quo suprâ diximus, abscindendorum crinium adulteris, videri potest mansisse. Cæterum ante legem Iuliam, fœminæ adulterij conuictæ vltra ducentimum lapidem relegabantur, adulteri verò longius: id quod facile est depræhendere ex Cornelio Tacito, qui lib. 2. Historiæ Augustæ scribit Apuleiam Variliam fuisse maiestatis, & adulterij accusatam. Et de adulterio, inquit, satis caueri, lege Iulia visum est: sed Tiberius Cæsar adulterij grauiorem pœnam depræcatus, vt exemplo maiorum adultera à propinquis suis vltra ducentimum lapidem remoueretur, suasisit: adultero Italia atque Africa interdictum est. Sed & aliquando legimus apud Liuium lib. 10. ab Vrbe condita, Q. Fabium Gurgitem aliquot matronas stupri damnatas pecunia multasse, ex qua Veneris ædem faciendam curauit. Idem non multò post initium lib. 5. secundi Belli Punicis, scribit L. Villium Tappulum, & M. Fundanium ædiles, aliquot matronas apud populum probri accusasse, & quasdam ex eis damnatas in exilium egisse. Nam & D. Augustinus de Ciuitate Dei lib. 3. c. 5. scribit antiquos Romanos, quamuis aliqua damnatione, nulla tamen morte fœminas adulteras puniuisse. Suprà autem num. 7. retulisse nonnullos in adulterio depræhensos castratos fuisse, testimonio Valerij Max. lib. 6. cap. 1. vbi & ipse tradit (neque enim omittendum est) Sempronium Muscam, & Caium Menium in vindicando adulterio publica lege vsos. Illum quidem C. Gallium depræhensum in adulterio flagellis cæcidisse: hunc quoque L. Octauium similiter depræhensum neruis contudisse. Idem autem Valer. Max. lib. 8. c. 2. tradit C. Marium Fanniam vxorem Caij Ticinij Minturnensis sextertio nummo impudicitie damnauisse. Iulius autem Cæsar libertum quempiam suum morte affecit ob adulterium commissum cum vxore cuiusdam equitis (vide Suetonium & alios) & Augustus Proculum suum libertum ob idem facinus pœna eadem puniuit.

15 **Marito an permittatur uxorem adulterâ necare.** Aliquando autem ex lege licuit maritis vxores in adulterio depræhensas sine iudicio impunè necare, vt ex oratione Catonis de dote videre licet. Cuius verba in eam rem adscripsit Gellius lib. 10. c. 23. Posterioribus tamen legibus huiusmodi ius occidendi, marito ademptum fuit, & patribus concessum, vt scribitur in l. patri. & duabus seq. ff. de adult. vbi huius rei ratio redditur. Nam plerunque pietas paterni nominis consilium pro liberis capit. Cæterum mariti & calor, & impetus faciliè seuiantis, fuit refræmandus. Marito tamen permissum, adulterum suæ vxoris occidere, sed non quemlibet. l. marito. eo. tit. Verùm si occiderit vxorem in adulterio depræhensam, & adulterum, quem non licebat occidere, mitius sanè punitur, vt de vxore est text. in l. si adulteriū. §. imperatores. eo. titu. & in l. j. §. vlti. ff. ad leg. Corne. de sica. & in l. ij. §. si maritus. iuncta glo. ff. de S. C. Sylla. De adultero quoque est text. in l. Gracchus. C. de adul. & in c. si verò, le. j. de sent. excom. Ex quibus intelligi potest text. in c. inter hæc. xxxij. q. ij. qui dicit secundum mundanâ legem permissi marito occidere adulteram, ad antiquiores leges respicere, quibus id permissum erat.

16 **Lex Iulia de adulteriis.** Augustus autem Cæsar Legem Iuliam tulit, qua pœnæ in adulteros constituuntur, vt meminit Vlpianus in l. j. ff. ad leg. Iul. de adul. Suetonius in ipso Augusto, c. 34. & Plutarchus in Apophth. Græcè quidem, sed hoc sensu: Cùm de adulteris legem tulisset, qua sanxerat, quo pacto rei iudicandi

candi ac puniendi forent: deinde ira lapsus, adolescètem, qui de Iulia ipsius filia esset insimulatus, percuteret manibus, ille proclamauit, *ὄμοι ἔθενας ὦ Καίσαρ*, id est, legem tulisti, ô Cæsar. Quo verbo tanta pœnitentia, ac tristitia affectus est Augustus, vt illo die cœnare recufauerit. Ob hanc autem legem Horatius lib. 4. Carminum, Ode 5. Augustum celebrat:

Nullis polluitur casta domus stupris.

Mox & lex maculosum edomuit nefas.

Laudentur simili prole puerpera,

Culpam pœna premit comes.

De hac quoque lege Iuuenalis Saty. 2.

—Vbi nunc lex Iulia? dormis?

Hanc autem legem postea vsu abolitam reuocasse videtur Domitianus Imperator alioquin pessimus, ex eo quod de eo scribit Martialis lib. 6.

Lusus erat sacra connubia fallere tede,

Lusus & immeritos executisse mares.

Vtraque tu prohibes Cæsar, populisq; futuris

Succurris, nasci quos sine fraude iubes.

Nec spado iam, nec mæchus erit te præside quisquam.

At prius (ô mores) & spado mæchus erat.

Censor maxime, principumq; princeps,

Cum tot iam tibi debeat triumphos,

Tot nascentia templa, tot renata,

Tot spectacula, tot Deos, tot vrbes.

Plus debet tibi Roma, quòd pudica est.

Iulia lex populis ex quo, Faustine, renata est,

Atque intrare domos iussa pudicitia.

Aut minus, &c.

Et alibi in eodem libro:

Sed & eodem quoque libro:

Iuuenalis quoque Saty. 2. de eodem, vt opinor, loquens, vel reclamante Georgio Valla:

Qualis erat nuper tragico pollutus adulter

Concubitu, qui tunc leges reuocarat amaras,

Omnibus, atque ipsis Veneri Martiq; timendas.

17 Cuiusmodi autem ea pœna fuerit statuta in adulteros ea lege Iulia, paulò post dicemus. Cæterum Iulius Cæsar libertum gratissimum ob adulteratam equitis Romani vxorem quamuis nullo querente, capitali pœna affecit, vt scribit Suetonius in vita illius, c. 48. Opilius autem Macrinus & ipse Romanus Imperator, adulterij reos, semper viuos simul incendit iunctis corporibus. Sed & cùm aliquando quidam milites ancillæ hospitis pudorem violasse crederentur, idque Macrinus per frumentarium quendam didicisset, adduci eos iussit, interrogauitq; vtrum id factum esset: quod cùm constitisset, duos boues miræ magnitudinis viuos subito aperiri iussit, atque his singulos milites inferi, capitibus, vt secum colloqui possent, exertis, vt Iulius Capitolinus scriptum reliquit. Aurelianus quoque Imperator, militem qui adulterium cum hospitis vxore commiserat, ita puniuit, vt duarum arborum capita inflecteret, quas ad pedes militis deligarat, eademq; subito, dimitteret, vt scissus ille vtrinque penderet. Idem ancillam suam, quæ adulterium cum seruo suo fecerat, capite puniuit: quæ à Vopisco Syracusio prodita sunt.

18 Et aliquantò post Constantinus legem sancit, sacrilegos nuptiarum gladio puniri. Ea enim sunt verba. l. ipsius ascripta in l. quatinus adulterij, in fi. C. ad leg. Iul. de adult. Et ex nostris notat Bal. ibi adulterum esse decapitandum. Et ad id quoque eam citat ipse Alber. in l. transigere, col. j. Et ibi quoque Romanus, col. ij. vers. item nota quòd in crimine. C. de tranfact. & ipse Bald. in l. si quidem, in fi. C. de contra. & commit. stip. & in l. darta. col. iij. vers. qui adulterium. C. qui accusare non possunt, in fi. C. de contra. & commit. stip. & in l. darta. col. iij. vers. qui adulterium. C. de noxi. Roma. in l. si seruis eius. ad fi. ff. de acqui. hære. & Bonifa. Vitel. in tract. malef. ritu. de adulterio, col. ij. Alexan. consil. xij. attentis, col. j. lib. 7. Et Fran. Curt. senior, consil. xxxvij. in nomine domini, amen, considerato themate, col. iij. vers. pro hoc facit in simili. & ante hos glo. in l. quid ait. §. ignominia. in verbo, infamis. ff. de his qui not. infra. Quanquam in Codice Theodosiano, in quo ea lex adscribitur, non inscripta sunt ea verba, ideo arbitror à Triboniano, & cæteris fuisse addita. Satis autem constat, tempore Diui Hieronymi, qui Constantino imperante natus est, adulterium morte puniri solitum, vtpatet ex ipsius epistola ad Innocentium de muliere septies icta.

19 Verùm ante eam l. Constantini, posset videri nulla lege Rom. pœnam mortis fuisse in adulteros statuta, conuicere licet ex l. Clodius. ff. de his qui. vt indig. vbi & gl. id asserit. & ex l. qui cum vno. §. adulterij. & ibi quoque glo. ff. de re milit. vbi statutum est, adulterij damnatos non esse inter milites recipiendos. & in l. ij. §. miles. & ibi etiã glo. & Albe. ff. de his qui not. infra. vbi miles, qui lege Iulia de adulteris damnatus fuerit, ita infamis est, vt etiam ipsa sententia eum sacramento ignominia, causa soluat. Secundum quam sententiã Traianus Centurionem adulterij conuictum exautorauit, & relegauit, teste Plinio Iuniore lib. 6. episto. ad Cornelianum. Et ex l. palam. §. quæ in adulterio. ff. de ri. nup. vbi depræhensa in adulterio etiã nondum damnata, infamis est æquè, ac si damnata fuisset. Sed & in eam rem rex. est omnium apertissimus in l. si quis viduam. ff. de quest. vbi ff.

Adulteri iunctis corporibus.
Opilius Macrinus.

Aurelianus.

Constantinus.

Adulteriū an pœna mortis de iure ff. puniatur.

Traianus.

quis alij nuptiam etiā cognatam, & cum qua nuptias contrahere nō potest, corupterit, in insulam deportandus est: quia duplex crimen, & incestū, & adulteriū committit. Cuius tex. auctoritate Flo, à sancto Petro, in l. j. C. de hære. instit. scribit, quod de iure ff. pœna deportationis statuebatur in adulterum. Quod & asserit Alc. lib. Paradoxorum 5. c. 8. Imò verò per eam l. Roma. in d. l. si seruus eius. ad ff. de acqu. hære. dicit probari, quod nec deportationis pœna ei fuisset inflicta, nisi & incestus coniunctus ei fuisset. argu. l. vim passam. §. proscriptio. ff. de adult. vbi maior proscriptio requiritur, quando duplex illud crimen simul est iunctum. Verùm Accursi. in d. l. si quis viduam. parum sibi consentiens, sentit, & eo iure, sicuti & iure C. pœnam capitis obtinere: sed fortè (inquit) ob dignitatem, & nobilitatem delinquentis mitius illic punitur. & ibi Bar. planè intelligit Accursij vacillationem, nec tamen quicquā subleuat. At ipse Bar. in l. inter liberas. in princ. ff. de adult. illud tantum dicit, pœnā capitis esse de iure Digest. per tex. in d. l. si quis viduā. & idem quoque voluit ipse Accur. vltra loca superius citata, in l. scio. ff. de testibus. & Io. Faber, in §. item lex Iulia. Instit. de publ. iud. & Bal. in sua Marga. in verbo, adulteriū, vers. ij. vbi dicit, quod adulterij pœna de iure antiquo non erat capitis. In quam sententiā scribit Cornelius Tacitus ad calcem lib. 2. Histor. imperante Tiberio, grauib. Senatus decretis libidinem sceminarum fuisse coërcitam, profertque exemplum Vestiliæ vxoris Titidij Labeonis, quæ adulterij conuicta, in insulam Scriphon abdita fuit. Ex quo planè apparet, eam tum fuisse grauiissimam pœnam in adulteras.

20 De eadem re.

Contra autem viderur, & ante eam l. quamuis pœnam capitis fuisse statutam in adulteros, ex d. l. transigere. C. de transact. Cuius hæc verba sunt, Transigere de crimine capitali, excepto adulterio, prohibitum non est. In aliis autem publicis criminibus, quæ sanguinis pœnam non ingerunt, transigere non licet. Vides igitur adulteriū esse crimē capitale. Et ne quis calumniatur, ex eo quod pœna capitis intelligitur etiam alio modo, quàm mortis & sanguinis, per l. ij. §. capitalia. ff. de publ. iud. & §. j. Instit. eo. tit. subdit in oratione aduersatiua, quæ priorem interpretatur. In aliis autē, quæ sanguinis pœnā non ingerunt, ex quibus intelligis facillè, in id crimen esse constitutā pœnam capitalem, & eam quidem sanguinis. Ideò Saly. ibi dicit, quod nusquam alibi melius probatur pœnā adulterij de iure C. mortem esse. Ea autem l. est Diocletiani, & Maximiani, qui præcesserunt Constantinum. Sed & videtur longè ante iura C. & ex Lege Iulia, pœnā capitis in adulteros statutam fuisse, per rex. apert. ssmū in d. §. item lex Iulia. Instit. de publ. iud. vbi hæc verba describuntur, Lex Iulia de adulteriis coërcendis, temeratos aliarum nuptiarū gladio punit. quem tex. Ioan. Fab. intelligit de iure C. & quidem malè, cum nuncupatum loquatur de Lege Iulia, quæ fuit lata longè ante tempora C. imò & omnium Iurisperitorum, quorum in ff. leges habemus. Et ideo eum §. intelligit nominatim de pœna Legis Iuliæ. Host. in Summa de adult. §. quæ pœna. col. j. vers. pœna autem. Et hanc partem fulcit, quod scribitur in l. j. ff. de extraord. cri. sollicitatores alienarum nuptiarum, itemq; matrimoniorum interpellatores, etsi effectu sceleris potiri non possunt, propter voluntatem perniciosæ libidinis, extra ordinem puniri. Quid autem restat, si effectu potiantur, quàm vt gladio feriatur? Nec modicum vrget, quod tradit Suetonius, Augustum, qui eam legem Iuliam tulit, vt supra diximus, mori coëgisse Proculum vnum ex acceptissimis libertis, comperit adulterare matronas. Et quod supra diximus, Iuvenalem scribere, legem hæc amaram omnibus, atque ipsis Veneri Martiq; timendam: quæ non nisi summo supplicio conuenire possunt. Et quod Virgilius legum Romanarum peritissimus scribit lib. 6. Aeneidos,

Legis Iulia in adulteros pœna an mortis esset.

Quique ob adulterium casti.

Nam & perspicuum videtur, fœminas quoque ex Lege Iulia ob adulterium pœnam capitalem subisse, ex l. castitatis. C. de adul. quam ita intelligit glo. in c. tuæ de procu. Ea autem lex est Alexandri Seueri, vt hinc facillè appareat ipsius tempore eam l. fuisse obseruatam. Postea verò tempore Theodosij Imperatoris, mulier quæ in adulterio fuisset deprehensa, in angusto prostibulo includebatur, mittebanturq; qui cum ea palæstram veneream exercebat, atque interim tintinnabula percutiebant, vt eius sono res ea omnibus innotesceret. Quod tamē ipsum correxerit Theodosius, alijsq; pœnis adulteras puniri statuit, vt autor est Socrates Constantinopolitanus apud Casiodorum in Tripartita Historia, lib. 9. c. 24. Diuus autem Augustinus lib. de Ciuitate Dei 3. c. 5. scribit, antiquos Romanos fœminas adulteras morte non puniuisse.

Alexander Seuerus. Theodosius.

21 De eadem re.

Ex quibus constat, rem hæc esse admodū dubiam, vt non mirum sit, si Accursius, qui optimè omnium legum capita tenuit, in ea re vacillarit, nec Bart. in d. l. si viduam. quicquam asseueranter tradiderit, sicuti nec Cy. in d. l. quamuis. nec Bal. conf. cccxxix. super eo quod à me queritis, lib. 5. nec Io. Ana. in c. significasti. col. pe. de adul. quibus locis hæc legum, & glo. discordia optimè perceperunt, nec sedauerunt tamen. At Saly. in d. l. quamuis. col. pe. vers. extra glo. post multa hinc inde adducta, tandem in hoc residet, vt per d. l. quamuis. imponatur pœna gladij materialis. Sed Raphael Fulg. post Petr. ibi dicit ex ea lege Iulia pœnā fuisse gladij, sed aliquando ex qualitate personæ fuisse restrictam ad deportationē. Alter Raphael Comensis, conf. c. l. i. v. i. in inquisitione, asserit pœnā capitis primū tempore C. fuisse in adulteros statutā, per d. l. transigere. Ante vero, deportationē tantum fuisse illatam, per multa ex iuribus, quæ supra aduocauimus. At quod scriptū est in d. §. item lex Iulia, intelligendum de lege Iulia suppleta per duas illas constitutiones C. Nam si nouo statuto mutetur pœna antiqua, tunc dicitur, quis accusari ex lege antiqua, nbn ex noua, ex sententiā Bart. qui & in hoc casu loquitur, in l. j. col. pen. vers. vlt. ff. de publ. iud.

Nec

Nec absurdum est, inquit Comen. ita exponere, ne iura iuribus contradicant. Sed Bart. non id dicit, ad quod illum allegat Raph. nec opus est etiam ita hic dicere, vt patet ex iis quæ diximus.

22 ¶ Illud minimè dubium est, postremis Athen. constitutionibus pœnam mortis mulieribus adulteris fuisse remissam, alia substituta, vt videlicet verberibus cæcæ in monasterium mittantur. auth. sed hodie. C. de adul. & in corpore vnde sumitur. Id quod, quantum ad monasterium, complexa sunt Decreta Papalia in c. gaudemus. de conuer. coniug. Aded mores deciderunt, & in deterius lapsi sunt. Nam nihil rerum omnium impudicas mulieres magis à libidine deterruisset, quàm pœna, quam maximè mulieres verentur, adhorrent, detestantur, vel teste Euripide in Troadibus, cuius hi versus sunt loquente Menelao:

Adulterarum pœna remissa.

ἐλθὼν δ' ἄργος, ὡσαυτ' ἀξία, κακῶς
κακῆ θανάτῳ, καὶ γυναιξὶ σφροονείῃ
πάθεισι θήσει. ῥαδίον μὲν ὁ τὸ δέ.
ὅμως δ' ὁ τῆσδ' ὀλεθρος εἰς φόβου βαλεῖ
τὸ μωρὸν αὐτῶν, καὶ ἔτ' ὦσ' ἐχθρόνες.
Vbi verò venerit Argos, vt digna est, malè
Mala morietur, & mulieribus, vt castæ sint,
Omnibus exemplum erit. Facile quidem hoc non fit:
Sed tamen huius cades in metum iniuciet
Fatuitem illarum, etsi fuerint pessime.

23 ¶ Sed & posterioribus temporibus pœna quoque adulterorum, hominum statutis minuta est, pro adulterio imponens pœnam ducentarum librarum, vel trecentarum, si mulierem quis cognitam domi per horā detinuerit, vt refert Corn. confi. cxliij. licet primo aspectu, col. j. vers. pœna autem. Similiter & Bononiæ, qui adulterium commisit, 200. libris mulctatur, referente Barb. confi. lxij. licet in medium, in princip. lib. 4. statuto Florentino pœna mille adulteris statuitur, vt prodit idem Barb. confi. lxxxvij. illud referam, col. v. lib. 3. post Cyn. & Bal. in l. etsi post tres. ff. si quis cautio. Ex statuto Treuisij, bona mulieris adulteræ tantum confiscantur, autore Per. Anch. in repe. c. i. in xij. q. prin. vers. ego vidi similem quæstionem, de confi. At statuto ciuitatis Nouariæ, si quis per vim adulterium commiserit, condemnatur in lib. 100. imperiales: si autem sine vi, in lib. 50. imper. Verum mulier, si viro placuerit, comburit: quod si vir voluerit, dotem tantum amittere: restis Signo. confi. lvij. statuto ciuitatis Nouariæ, in prin. Bald. autem confi. cccxij. Antonius commisit, mentio nem facit cuiuspiam statuti punientis adulterium centum lib. nec locū statuti declarat. dicit quod communiter ex statutis, adulterium punitur pœna pecuniaria. Ideò Ange. in l. vulgaris. in prin. ff. de fur. asserit in multis ciuitatibus pœnam pecuniariam statutam esse in adulteros. Et Io. Ana. in c. vlt. col. vij. vers. quærit etiam do. extra de collu. dete. dicit id ita obseruari communiter ex statutis Italiæ. Idem autem Ang. in l. mater. §. mulier. ff. de adul. scribit, quod per formam statutorum Italiæ, adulter nullo modo punitur, si mulier nupta more meretricio viuat, etiam sciente adultero eam esse nuptam. quod & repetit in l. si vxor. §. sed & in ea. eo. tit.

Perustorū pœna in adulteros. Bononiensiu. Florentinorū. Treuisanorū. Nouariensiu. Et in uniuersum Italarum.

24 ¶ In regno autem Franciæ (quod magis dolendum est) adulteri ex consuetudine nō puniuntur, vt dicit Io. Fab. in l. consuetudinis. col. vlti. C. quæ sit long. consuet. Et idem alibi dicit, in §. ex nō scripto. col. pen. vers. sed quæritur an consuetudo. Insti. de iure natu. quod nunquam fuit auditum in regno Fraciæ, quod adulter puniretur pœna iuris. Idem in d. §. item lex Iulia. Instit. de publ. iud. dicit, quod hodie de factō adulterium reputatur industria, ob idq; deplorat nostrorum temporum calamitatem: Non est, inquit, sanitas à vertice vsque ad plantam cedri, lilium conformatur hyssopo. Quid enim nobiles scribit in hospitiorum parietibus iuxta armorum insignia, quod id non sapiat? Hactenus ille. Dicit tamen Guido Pap. Dec. Delph. 206. cuius hoc caput est, In hac ciuitate, post prin. quod ex statutis Gratianopolis in crimine adulterij statuitur pœna centum solidorum: & D. Guliel. Bened. in repe. c. Raynutius. in verbo, cuidam Petro tradiderunt, nu. 63. quod ex statutis vrbs Cadurci, adulter pœna 60. solidorum tantum punitur: aut nudus, sola scilicet camisia coopertus, per vrbem sine verberibus ducitur. Ego autem scio, in nostro senatu Parisiensi, non omnino abire impunitos adulteros, sed pro qualitate delicti & personarum virgis cædi, aut aliter puniri. Ex legibus Boiariorum à Theoderico rege Francorum editis, tit. de vxoribus & adulter. si quis cum vxore alterius concubuerit, componat maritum eius cum suo Vueregildo, id est, 140. solidis. Ex legibus autem Riboariorum ab ipso Theoderico latis, si quis vxorem alienam tulerit viuo marito, 200. solidis mulctatur. Vt non immeritò conqueratur Alcatus in l. probrum. ff. de verb. signifi. fures hodie strangulari, adulteros pecunia mulctari, vt sit maior pecuniæ, quàm morum, ratio. Pontificum autem sanctionibus, Clerici ob adulterium deponuntur, in monasteriumq; toto vitæ suæ tempore detruduntur, Laici excommunicantur, cap. si quis clericus. & c. Romanus. 81. dist. & c. intelleximus. de adul. & not. Hosti. in summa, tit. de adul. §. quæ pœna sit imponenda, in prin. At ex concilio Ancyrano, c. 20. si quis adulterium commiserit, non nisi septem annis in pœnitentia completis, ad pristinum gradus recipitur. & concinit 77. c. capitulum Græcarum synodorum à Martino Braccensis Episcopo collectorum. Nec denique omiserim, quod olim apud Troglodytas, si quis vxorem regis vitiaffer, certo numero ouium mulctabatur, vt tradit Diodorus, lib. 4. c. 3. & Strabo lib. 16. & alibi quoque nos diximus.

Francorum. Gratianopolitanorum. Cadurcorum. Boiariorum. Riboariorum. Pontificum. Conciliorum. Troglodytarum.

25 Vilissimus, qui non per se, sed per iudicem adulterium vindicat.

26 Adulterium graue scelus.

Adulterium peius periu- riu.

27 Redit ad prin- cipium huius legis.

Viri molestius ferunt uxoris mortem, quam adult.

Et vulnera proprii corpo- ris. Et necesse filio- rum.

Mulieres in primis exaspe-

25 Caterum Pau. Cast. confi. cclxxvij. cuius exordium est, in causa incarceratorum, col. iij. vers. item quod fecerunt, lib. 2. dicit vulgò eum reputari vilissimum, & deridiculum, & infamem virum, qui non se propriis manibus de adultero vxoris vindicavit, & in id adit iudicè. Quod sing. reputavit Marianus Soci. Iunior, confi. xxxiiij. incip. in causa nobilis, col. ij. nu. 9. lib. 2. Sed an tamè id verum sit in foro quod conscientia appellat, discas ex glo. in c. inter hæc. xxxiiij. q. ij. & aliis multis, quas tibi adduxi supra in octava l. connub. nu. 4. incip. facit præterea. Sed & an valeat statutum siue con- suetudo, vt adulter morte non puniatur, vide Aymo. Cranet. confi. cxxxvij. magister Robertus.

26 Ex his autè quæ supra diximus, satis liquet, esse admodum graue hoc scelus: id quod & attestantur Decreta Canonica, in c. 1. 81. dist. & in c. quid in omnibus. xxxij. q. vij. vbi ad verbum ita scribitur: Quid in omnibus peccatis adulterio grauius? Quæ fuit sententia D. Petri, vt retulit D. Clemens in epistola ad Iacobum fratrem Domini. In qua etiam paulò post, idem Petrus grauius pronun- tiat, Venenum adulterij esse cunctis malis perniciosius. Et hanc quoque huius sceleris grauitatem annotauerunt omnes Doct. in c. at si clerici. §. de adulteriis. ext. de iudi. Inter quos Bal. col. penult. Adulterium (inquit) reuera est crimen infestum laicis & bonis viris, & turbat honorem matrimo- nij, & etiam famam liberorum, qua consistit decus gentium, vt no. in auth. de nup. in prin. Angel. autem in §. ij. in auth. de mona. not. ex text. ibi, pessimum vitium esse vxorem alterius adulterare. Et Bal. confi. cclxvj. visis actis. lib. 4. & Bar. in rub. ff. de adul. vbi dicit, id crimen, præter læsæ maie- statis, esse maximum. Thales Milesius censebat adulterium esse peius periurio. Percontanti enim adultero, an iuraret non commississe se adulterium, Non est (inquit) periurium adulterio deterius. ἢ χείρον μοιχίας ἐπιουρία. Author Diogenes Laërtius in vita ipsius Thaletis. Hinc & eiusmodi cri- men, iniquitas maxima vocatur, Iob 31. c. Et Sibylla Erythræa, quam præter cæteras præcipuam & nobilem fuisse commemorant, inter facinora, quibus maximè Deus irascitur, atque irritatur, adul- terium reponit, vt constat ex his versibus, quos ex ea retulit Laëtantius, in lib. què de Ira Dei ele- gantissimè conscripsit, c. 22. Et in hanc sententiam est & illud Euphronis, apud Stobæum c. 6.

ὅτι ἐστὶ μοιχὴ μείζον ἢ τὸ ἐν κακόν.
Non est adultero maius vllum malum.

In coniugato autem est id crimen grauius, c. vt clericorum. & ibi no. Bald. & alij, extrà de vi. & hon. cler. Porrò facillè intelligi potest, quantum id crimen adulterij esse Christus censuerit, qui cum in Euangelio suo retinèdas omnino vxores iussisset, nec vllam permisisset diuortij causam, contra Mosis legem, vnicum adulteriū excepit. Ferenda est igitur vxor temulenta, iracunda, gu- losa, vaga, iurgatrix, deformis: solam licet adulteram repudiare. Aspera quidem & reliqua sunt vi- tia, sed toleranda, at fidem toro violasse, intolerabile est. Caterum Chrysofomus in Euangelium D. Ioan. Homi. 62. docet adulterium grauius esse idololatria.

27 Igitur (vt redeamus) alienarum fœminarū adulterio non se turpiter viri contaminent: quin faciāt vt id possint dicere, quod apud Iureconsultum in l. Titia. ff. de aur. & arg. leg. testator quispiā pro- fitetur se fecisse, videlicet se semper cum vxore sine mendacio vicisse. Quod tum demum assequen- tur, si fidei, quam iam statim in ingressu matrimonij vxoribus promiserint, nõ deerunt. Alioquin sciant futurum sibi infelix infaustumq;, atque infortunatum matrimonium, vxoribusq; se mole- stissimis vfuros, & infestissimis. Nam si viri vxorē adulteria tam ægrè ferant: vt ea molestius pa- tiantur, quàm necesse ipsarum: (maritus enim vt scribit Hieron. in Amos, c. 7. ante fi. libentiùs audit vxorem interfici, quàm pollui) si (inquam) id modestius patiatur, quàm sese proprio corpore vul- nerari, vt dicit Fab. in §. sciendum. Insti. de dona. imò quàm necesse filiorū, vt clanculum & subob- scurè innuit tex. in l. codicillis. §. matre. ff. de leg. ij. quem ita intelligunt Ray. Ia. Are. Bal. Alb. & alij Doc. ibi. Bal. in l. Athletas. §. calumniator. ff. de his qui no. inf. & in l. vlt. col. pen. vers. venio ad se- cundam. & ibi quoque Alex. col. vlt. dum allegat tex. no. in d. §. matre. ff. de feri. & ipse Bal. in c. ex parte nostra. & ibi etiam Barb. col. pe. de consuet. & idem Bal. confi. cclxxvj. Cæcilia recessit à Fran- cisco, col. ij. lib. 1. & confi. cclxxvij. in causa Gulielmi de Corradis, lib. 5. Alb. Ro. & Pau. Cast. in l. vlt. §. j. ff. de publica. vbi & ipsi Ro. & Pau. hoc intelligunt, nisi vilitas personæ spernentis adulterium vxoris, aliud induceret, per tex. ibi. & Luc. Pen. in l. j. col. xxij. vers. xxiiij. quæritur. C. pub. læti. lib. 12. Rom. in l. transigere, col. ij. vers. item nota quòd in crimine. C. de adul. & Alex. confi. xxiiij. ani- maduersis iis quæ tam per testes, col. x. vers. cum stuprum. lib. 2. Et Corn. confi. xliij. deueniendo, col. ij. vers. circa secundum, lib. 4. & Barb. in d. c. at si clerici. §. de adulteriis. col. ij. & ibi quoque Phil. Dec. col. ij. de iud. & idem Barb. in c. 1. col. v. & iterum in c. accedens, col. ij. extr. vt lit. non conte. & confi. vlt. sapienter, col. viij. vers. modò in casu lib. 2. & Bap. Cacia. in repe. l. si qua illustis. col. xiiij. C. ad S. C. Orphi. Iaf. in l. transigere, col. ij. in ij. not. de transf. Card. Alex. in c. 2. col. ij. vers. no. ibi, ne fortè deterius, ext. de spons. Catel. Cot. in memo. statuta quòd bānitus. col. ij. vers. præterea in mu- liere. Io. Lup. qui illum tex. dicit fin. in rep. rub. de dona. inter vir. & vxor. §. lxxvij. col. ij. Fran. Rip. in l. vlt. in ij. q. C. de reuo. don. Ferd. Loaz. in repe. l. filiusfa. §. diui. nu. 293. ff. de leg. j. Bauer. in §. est au- tem. Insti. de hæc. inst. Lud. Gomes in §. fuerat. char. pe. col. vlt. Insti. de acti. Ben. in rep. c. Raynutius in verbo, cuidā Petro tradiderunt, nu. 109. extrà de testa. Cæsa. Lamb. in tract. de iure patro. in 19. arg. x. q. prin. j. partis lib. 2. Si (inquam) viri id tam molestè ferant, quo tandem animo fœminæ acci- piant virorū adulteria, quas natura finxit præcipites, vt supra dictum est. Nihil profectò vxores, præsertim castas, æquè exasperat, quàm virorū congressus, cum externis impudicisq; mulieribus,

hoc

hoc ipsum attestante Imperatore, in l. consensu, post princ. vbi Bal. & Ang. id annotant. C. de re- pud. & in §. mitiores. in authen. de nup. quem & ad hoc expendit Ange. vbi supra, & in l. si vxor. §. iudex. ff. de adul. & Iason in l. ex ea parte. §. mulier. in j. not. ff. de verbo oblig.

28 Impatiètes sanè sunt huiusce rei præ cæteris omnibus rebus mulieres: & quiduis aliud in marito, quàm pellicè, æquioribus oculis aspiciūt. Verùm ex pellicatu excædescunt, irascuntur, ac videtā pa- rant, furorèque vafsanienti instincte, atrociam diraque facinora conficiunt, nec alius, nec viris ipsis, nec filiis, nec sibi denique, suoq; pudori parcentes. Scribit Pausanias lib. 3. quo Lanonica tractat, quòd cum Helena post mortè Menelai à Megapenthe & Nicostrato filiis Orestis fugata, in Rho- dum peruenisset, eam Polyxo, quæ Polyxena aliis dicta est, vxor Tlepolemi, ad quam iure veteris amicitia diuenterat, arbori iussit suspendi, ob viri zelotypiam. Et hinc est (ait Pausanias) Rhodiis Helenes δένδρον, id est arboreæ, facellum. Theffalica quædam mulieres Laidem formosam meretriculam in templo Veneris lineis testudinibus ob zelotypiam trucidarūt, quòd à Pausania Theffalo amaretur, cuius rei causa pestis Theffaliam tantisper vexauit, donec templum ἀνοσίεας ἀφροδίτης, id est, impiæ Veneris condiderunt, quòd mulieres impiam in phano Veneris cædem commississent: vt retulit Timæus lib. 13. Historiarum, & ex eo Athenæus lib. 13. ca. 20. atque etiam interpres Aristophanis. Laodice vxor Antiochi regis Syriæ (is est, cui Deus cognomentum fuit) Berenicen Ptolemæi sororem, quam maritus deperibat, illiusque ex Antiocho filium, primùm in- terimi iussit, deinde & se veneno necauit: vt testis est locupletissimus Hieronymus in Dani. c. 11. & tangit Appianus in lib. qui Syrius inscribitur. Quamuis non desint, qui aliter referant. Tradunt & Decreta canonica in c. si qua fœmina. 50. dist. mulierem quandam furore zeli accensam, tam atrociter ancillam suam verberasse, vt aliquantò post cruciabiliter animam emiserit. Est autè illic mendum (vt id obiter dixerim) cum scribitur in codicibus qui circumferuntur, inter certum diem, vbi scribendum est, intra tertium diem, vt videre licet ex concilio Elibertino, à quo illud c. deprom- ptum est, c. 5. & ita etiam cum text. intelligit Ro. & Barb. in l. in illa stipulatione. ff. de verb. oblig.

29 Legimus & apud Tullium libr. 2. Officiorum & Valerium Maximum lib. 9. cap. 14. Alexandrum Pheræum à Thebe vxore interfectum propter pellicatus suspicionem: quanquam Plutarchus in Pelopida, & Diodorus Siculus, lib. 16. quo Philippi Macedonis gesta describit, id aliter referunt. De illo autem est illud Ouidij in Ibin:

Imq; tuo thalamo iuguleris more Pheræi,
Qui datus est leto coniugis ense sua.

Nec dissimili ratione tradit Iustinus, lib. 26. Demetrium Antigoni regis filium iussu Arfinoes vxor- is interemptum, quòd cum Berenice focru stupri consuetudinem haberet. Alter Demetrius co- gnomento Nicator à Cleopatra vxore occisus est, ob zelum Rhodogunæ Phraatis Regis sororis, vt tradit Appianus in illo ipso libro, qui Syrius inscribitur. Clytemnestra, cum didicisset Aga- memnonem maritum deperire Chryseidem, & se adulterio cum Aegistho polluit, & maritum ipsum morte multauit, vt postea dicemus. Sunt & qui existiment Antoninum Verum, Impera- rem Romanum, è Lucilla vxore veneno sublatum ob venereum cum Fabia cōmercium, sicuti à Capitolino scriptum est.

30 Apuleius quoque autor est, lib. 8. Metam. vxorem cuiuspiam villici dolore pellicatus instigatam cunctas mariti rationes, & quidquid horreo conditum tenebatur, admoto igne combussisse. Sed tali damno tori sui contumeliam vindicasse non contenta, iam circa viscera sua sæuiens, la- queum sibi innectit, infantulumque, quem de eodem marito iandudum susceperat, eodem funi- culo necit, seque in præaltissimum puteum, appendicem paruulum trahens præcipitat. Idem libr. 10. eiusdem operis, tradit & aliam mulierem suspicatum maritum sororis concubitu vt, puellam primùm acerbissima crudelissimaque morte interemisse, deinde maritum & filiam, quam & ex eo susceperat, veneno necasse. Scribit Palæphatus, & eius auctoritate Eusebius Chronographus, Sphinga vxorem Cadmi, propter zelum Hermiones, à viro recessisse, ac contra eum bellum iniisse. Quod & ab Euripide descriptum est in Andromache, recensente illius querelam, mala- rum scilicet fœminarum congressu se perditam, quod illis obtrèctatricibus aures fidemque adhibuisset:

Κακῶν ζωακῶν εἶσα δ' οἱ μ' ἀπάλεσαν,
αὐ μοι λέγουσσι τὸς δ' ἔχωνων λόγους.

31 Dirce autem cum suspicaretur Lycum maritum Thebarum Regem esse captum amore Antio- pes Nyctei, aut, vt Homerus lib. 11. Odyss. & Apollonius Rhodius lib. 1. Argonauticôn tradunt, Asopi filia, puellam in montem raptam tauri ceruicibus alligauit, redasque ardentes à cornibus suspendit, vt bos furiosior Antiopen per abrupta & scopulos tractam discerperet. Et hinc natum adagium, ἀντιόπης θρηνη, Antiopes luctus. Quamquam Propertius lib. 3. ita historiam describit, vt non Antiopen bouis cornibus voluerit alligatā, sed Dircen ipsam à Zetho & Amphione, ipsius Antiopes ex Ioue filius, matri subuenientibus. ita enim scribit,

Testis erit Dirce tam vero crimine sanæ
Nycteos Antiopen succubuisse Lycò.

& cætera quæ sequuntur. Et cum eo conuenit Iulio Hygino Fabularum ca. 6. Et id quoque transeunter tetigit Plautus in bono ff.

ratuorum adulterium.

Mulieres ex uiro- rum adul- teriis in insa- niam uertun- tur.

Helena arbo- ri suspensa ob zelotyp.

Lais ob zelo- typiam truci- data.

Veneris im- pia templum. Laodice pel- licem & se quo- que interemit.

Ancilla à do- mina ob zelo- typiam inter- empti.

Alexander Pheræus ab uxore neca- tus ob zeloty- piam.

Demetrius quoque. Demetrius alter.

Agamemnon. Antoninus Verus.

Mulier ob zelotypiā cū fia mariti bo- na combussit.

Sphinx à ui- ro ob zeloty- piam recessit. & bellum cō- tra eū mouit.

Dirce ob sus- picionem pel- licatus An- tiopè intere- mit.

Prouerbium.

In iisdem domibus detinebamur.

Stulta quidem sumus mulieres. non nego.

Cum autem in isto hoc animis peccat maritus

Fasidiens connubia, imitari vult

Mulier virum, & alium parare amatum.

Ex quo est & illa eiusdem Clytemnestra in virum expostulatio, apud alium Poëtam Tragedio-graphum, sed Latinum, Senecam dico in Agamemnone:

Sic auspiciatus bella non melius gerit

Amorē capta captus.

Et paulò post,

Ablatam Achilli diligit Briseida.

Et post trophæa Troica, ac versum Ilium,

Capta maritus remeat, & Priami gener.

Nam vt id postremum intelligas, ipse Agamemnon post Troiæ excidium C assandram Priami filiam adamauit, vt tangit Ouid. lib. 2. Trist. illo versu,

Tēque Mycæno Phæbas amata duci.

eāque secum domum duxit: ob quod eandem interfecit Clytemnestra, vt videre licet apud Homerum lib. 11. Odyssæ. Ex quibus est & illud Horatii lib. Carm. 3. Ode 10.

O quamuis nec te munera, nec preces,

Nec tinctus viola pallor amantium,

Nec vir Pieria pellice saucius

Curuat, supplicibus tuis

Parcas, &c.

37 De eadem re. Itaque Aristoteles lib. 1. Oecon. c. 4. Primùm, inquit, leges sint viro ad vxorem, vt iniuria cesset: sic nec ipse iniuriam patietur. Est autem (vt ille paucis interiectis scribit) viri iniuria, externarum mulierum congressio. Et vt scribit Seneca ad Lucil. Epist. 95. Grauiissimum est in vxorem iniuriæ genus, habere pellicem. Ideo Aristoteles ipse lib. 2. Oecon. c. item 2. Prudentem ait, ignorare non decet, qui parçibus, quiue vxori & filiis honores cōueniant: vt tribuens vniciuique quæ sua sunt, iustus & sanctus habeatur. Pergrauiter enim vnusquisq; fert honore suo priuari: nec si aliena quis permulta tribuat, contentus erit, si sua sibi auferantur. Nihil verò magis suū est vxori, nec magis illi à viro præstandum, quàm sancta & intemerata societas. Et antè dixerat, Maximus honor est sobriæ mulieri, si cernat virum suum obseruantem sibi castitatem, nec de vlla muliere magis cogitantē, sed præ cæteris omnibus hanc & suam & fidelem sibi existimantem. Tantò enim magis studebit mulier se talem præstare, quantò magis se cognouerit fideliter atque iuste à viro diligi.

38 De eadem re. Hincque Vlpianus Iurisconsultus in l. si vxor. §. iudex. ff. de adult. eleganter, vt aliàs semper, præcipit in crimine adulterij inquirendum, an maritus pudicè viuens, mulieri quoque bonos mores colendi auctor fuerit. Periniquum enim (inquit) esse videtur, vt pudicitiam vir ab vxore exigat, quam ipse non exhibeat. Quæ verba assumpta sunt ex l. quapiã Antonini Imperatoris, quam cita uit D. Augustinus in libr. 2. de Adult. coniug. Et eadē propè in eadem sententia adscripsit Lactantius librò 6. qui est de vero cultu: Exemplo (inquit) continentia docenda vxor, vt se castè gerat. Iniquum est enim, vt id exigas, quod ipse præstare non possis. Et paulò post scribit, vxorem eius, qui circa corrumpenda alienas vxores occupatur, exemplo incitatam aut imitari se putare, aut vindicare. Idque est, quod ipse Augustinus similiter in c. si disturi. 32. q. 6. monebat, vt quales volumus vxores nostras inuenire, & ipse nos inueniant: & si intactam quærimus, intacti simus: vt alibi supra diximus, videlicet in 9. leg. connubiali, num. 229. incip. denique & duob. seq. vbi & alia multa in eam sententiam adduximus, quæ illic videre promptum est. Sed & huc alludens Iob ille vir rectus, & timens Deum, cap. 31. Si decèptum est (ait) cor meum super muliere, & si ad ostium amici mei insidiatus sum, scortum alterius sit vxor mea, & super illam incuruentur alij.

39 De eadem re. Sed & Aesopus apud Planudem ita Ennium filium monet, αἰ τῆ γυναῖκί τῶ ἄνδρὸς ὁμίλει, ὅπως ἐπέειπεν ἀνδρὸς πέριπαι μὴ ζῆλον λαβῆν. Id est, Semper vxori tuæ adhære, ne alterius viri periculum velit facere. Et huc quoque pertinet illud Osee quarto: Non visitabo super sponas vestras, cum fuerint fornicatae, quoniam ipsi cum meretricibus conuersabantur. Tanquam scilicet quodammodo excusentur mulieres adulteræ ob virorum suorum adulteria. Quibus accedit, quòd (si credimus Astronomie professoribus) sæpe is horoscopus, qui mæchos viros facit, vxores quoq; mæchas nancisci facit. Nam vt scribit Iulius Firmicus Astron. lib. 8. cap. 27. decima pars Capricorni si fuerit inuenta Marte præsentem, mæchos facit, qui & vxores adulterio corruptas fornicentur. Et alibi sæpe talia complura apud eundem, & alios huius artis scriptores, videbis. Verum, (quod sæpe diximus) id necessitatem non facit.

40 De eadem re. Igitur si ab vxoribus mariti honorari quasi mariti cupiant, ipsas quoque tanquam vxores honorent: nam & honorare vxores viri debent, vt Diui Pauli testimonio tradit D. Hieronymus in Michæam, cap. 7. & assentitur D. Petrus Epist. 1. ca. 3. dum scribit, Viri similiter conuersantes secundū scientiā quasi infirmiori vasculo mulierum impertientes honorē, &c. Quamquam scio D. Hieronymum cum honorem ita interpretari, non vt spectantur eis genua, & gemmis auròque onerentur, vt prior locus eis cedatur, sed intelligere abstinentiam à coitu: Sic enim honorem haberi vasculo

vasculo muliebri, si non inquinetur libidine. Idque indicare, quod statim sequitur, vt non impediantur orationes vestrae. Sed & illud scio, hunc honorem ita intellectū minimè vxoribus gratum fore. At iis quæ supra diximus (vt ad ea redeamus) ad stipulatur Diuus Ambrosius, qui in Epistola 82. Vir (inquit) vxorem tanquam gubernator dirigat, tanquam confortem vitæ honoret, particeps vt cohæredi gratiæ. Hæc ille: & è nostris quoque voluit Bal. in l. vnum ex familia. §. vlti. per illum tex. ff. de leg. 2. imò verò & venerari quoque vxorem vir debet, si credimus Cyno, in l. si à sponso C. de donat. ante nup.

41 ¶ Mariti igitur si ab vxoribus honorari tanquam mariti velint, ipsas etiam tanquam vxores honorent: id est, castos intemeratosque se præbeant, necesse est. Nam vt in re simili dicit D. Hieron. ad nepotianum de Vita clericorum, & repetitur in c. esto subiectus. 95. di. Episcopi honorent clericos, quasi clericos, vt ipsis Episcopis à clericis, quasi Episcopis, honor deferatur subiungitq;: Scitum est illud Oratoris Domitij, Cur ego (inquit) te habeam vt principem, cum tu me non habeas vt senatorem? Cui & omnino simile est (& nescio an idem sit, quòd Hieronymus fortè memoria lapsus, nominibus erratè mutatis scripserit) illud Lucij Crafsi senatoris ad L. Philipum Consulem, Non es mihi Philippe Consul, quia nec tibi Senator sum. Quod à Valerio Maximo traditum est lib. 6. c. 2. & Fab. lib. 8. Oratoriarum Institutionum, titul. de ornatu, ad fin. & iterum lib. 11. tit. 1. & ante eos scriptum reliquerat M. Tullius, itatim circa initia lib. 3. de Oratore. Et ad hoc alludit illud eiusdem Philippica 2. Non tractabo vt consulem, ne ille quidem me vt consularem. Quibus & simile est illud Platonis ad Dionysium Syracusanum: Si nostra tibi placent, nos quoque maximè honorare debes. Nunc autem tanquam ab initio tu ducas, ego sequar: honoratus enim à te, & te honorabo: non honoratus autem conuiescam.

42 ¶ Ad quod optimè facit textus in c. cum beatus. 45. dist. ibi, ne dum incautè subdita membra percutiunt, ipsa quoque debitam sibi subditorum reuerentiam subtrahant. Ex quo not. gloss. quòd ex quo Prælatus non seruat reuerentiam subdito, nec subditus tenetur ei seruare. & etiam text. in c. significasti. in fin. de elect. & in c. ad decorè. de instit. & quod no. glo. in d. c. esto. per text. ibi, frustra petere debitum, qui quod debet, non impendit. Ad quod & alia multa iura allegat, quæ tu ipse videas. & idem dicit glo. in c. si dicturi, & in ca. significasti. nuper allegatis. Et adde text. in l. si non. ff. de iureiur. per quem no. gloss. & Doct. ibi, quòd si non facio, quod debeo, si tamen tu non facis, quod debes, non obtines. Et per illū etiam dicit Bal. in c. 1. in verbo, vel non, tit. quali. domi. prop. feud. pri. quòd qui nō facit, quod debet, non recipit quod oportet. Quod & idem dicit ipse Bal. in l. post legatum. ff. de his qui. vt indig. Et vt voluerunt Inno. Io. An. Card. & Panor. in cap. tuam. de pœnis. quòd cum aliquis tenetur aliquid dare, aut facere, vt aliquid consequatur, non potest illud petere, nisi prius totum dederit, aut fecerit. Allegat Pan. text. in l. Mæuius. & in l. cui fundus. ff. de condi. & demon. Facit etiam tex. in authen. dos data. C. de dona. ante nup. vbi not. Bald. quòd qui differt facere, quod debet, non potest petere, quod ei debetur. Et in l. in testamento ita erat scriptū. ff. de cond. & demon. quam ad hoc propositum facit sing. Bal. in d. c. 1. tit. quali. do. propr. feud. pri. Et tex. in l. quaro. §. inter. & ibi Bart. ff. loca. per quem dicit Bald. in c. 1. §. vlt. in fin. tit. de for. fidei. quòd qui fidem non præstat, eam sperare non debet. Sed & idem in ca. 1. §. porrò. col. 2. tit. quæ fuit pri. cau. bene. amit. dicit per tex. ibi, & in d. §. inter. quòd qui non obseruat fidem cōventionis, priuandus est eius emolumento. Et alius test. in c. peruenit le 2. & ibi Panorm. de iureiur. vbi patet id procedere, etiam si quis cum iureiurando promiserit. & in c. frustra. de reg. iur. lib. 6. & ibi allegata. per glo. & Doct. & per Panor. confi. 61. videtur primò quòd dictus Perusinus. col. 2. libr. item 2. & Rom. confi. 204. pro discutienda veritate. col. 2. versic. 2. idem probatur. & confi. 517. incip. in casu propositæ quæstionis, col. 1. & multa quæ latè cumulat Barb. confi. 36. sapienter scripsit propheta, col. 12. versu. præterea pondero aliud, & iterū col. 15. vers. capio vltimo loco, lib. 2. & latius confi. 74. omnia quæ facitis, col. 11. & seq. fermè vsque ad finem confi. libro 3. & latissimè Corn. confi. 343. in causa vertente, col. 2. versu. his tamen non obstantibus, cum multis seq. li. 1. & Philip. Dec. cōfi. 380. conclusio, & Iason confi. 41. omisis, col. 1. lib. 1. Anto. Corse. in repe. ca. grandi. char. 7. col. 4. versu. nota ibi fidelitatem, extrà de supl. negle. prælat. Nec in hoc loco prætermittendum, quòd Plato, vt refert Plutar. in præ. nup. senes hortabatur, vt iuuenes veneratètur, vt & illi erga ipsos verecundiam seruarent. Vbi enim in iuuenes pudorem senes abiiciunt, nulla in eos verecundia iuuenibus residet. Et hæc quoque duo capita integra transplantauit Chassenæus in suum librū Gloriarū mundi, parte 1. in 21. consideratione, sed ita tamen, vt videri velit magnam partem esse ipsius.

43 ¶ Qui ergo ab vxoribus amari volunt (quæ maxima est in matrimonio, & præcipua voluptas) eas quoque ipsi vicissim ament, imitantes Vlyssæm, qui rogantibus Calypso & Circe, vt secum maneret, ac immortalitatem nulli senio obnoxiam pollicentibus, tanti tamen Penelopes vxoris amorem fecit, vt maluerit ad eam cum maximo quidem periculo, mortalis manens, reuerti: vt graphicè scribit Homerus lib. 5. iterumque 7. & 23. Odyssæ, & alibi sæpe: & eum secutus Sabinus in Epistola Vlyssis ad Penelopen:

Quæq; mihi Circe, qua sit mihi causa Calypso,

Iandudum ignoto sollicitare metu.

Vtraque se nobis mortalia demere fila

Spondebat, Stygias vtraque posse vias.

Vir uxore ue nerari debet. Episcopi clericos, ut clericos honorare debent.

Non es mihi cōsul, quia tibi Senator nō sum.

De eadem re.

Frustra petit debitum, qui quod debet non impendit. Qui nō facit quod debet nō recipit quod oportet.

Qui fidem nō præstat, eam sperare nō debet.

Senes honorēt iuuenes, si ab iis honorari uelint. Chassenæi fur tum clancularium. Vlysses uxoris amorem prætulit immortalitati.

Te tamen

Te tamen hac etiam sprete mercede petiui,

Passurus terra tot mala, totque mari.

Τὸν ὀδυσσεύα ὁμηροῦς φησὶν εἰ δ' ὀδυσσεύα

τῆς Καλυψίδος ἀθανάτων ὑπὸ γομένων τῶτον,

ἃ σιωδ' ἰάγειν μετ' αὐτῆς καὶ σιωβίην θελήσει.

μηδ' ὄλωσ' ἀβλήθηναί μιν, ἀλλὰ θανεῖν θελήσει

ἰδοῦσα μόνον καὶ κἀπὸν τῆς ἑαυτῆ πατρίδος.

Vlysssem dicit Homerus in Odyssæa,

Calypso immortalem cum polliceretur illum facere,

Si unâ degere cum ipsâ atque conuiuere vellet:

Nulla pacto voluisse quidem, sed mori maluisse

Videntem solum etiam summum suæ patriæ.

Et Tzetzes Historiar. Chiliade 6. cap. 77.

Pro quibus (vt Aristoteles hanc quoque rem memorans, tradit lib. Oeconom. 2. cap. 3.) meritò ab vxore eadem reportabat.

44 Si vis amari, amari.

¶ Nam, vt apud Senecam Ethnicorum scriptorum (si tamen Ethnicus fuit) sanctissimū, ad Lucil. 9. epistol. Hecaton luculenter ait, Ego tibi monstrabo amatorium sine medicamento, sine herba, sine vilius veneficæ carmine: Si vis amari, ama. Quem secutus Epigrammaticus Poëta, ita ait lib. 6. ad Marcum:

Vt præstem Pyladen, aliquis mihi præstet Orestem.

Hoc non fit verbis, Marce, vt ameris ama.

Quæ vltima verba vsurpauit Aufonius in Epigrammate ad virum eiusdem nominis. In quam sententiam Quintilianus (si is est) in gladiatore, Amantē, ait, odisse non potui. Quem citat Luc. Pen. in l. i. col. 2. C. de castr. pecul. li. 12. Et Cæcilius in panegyric. scribit nihil interfuisse inter priuatum, & principem Traianum, nisi quòd princeps à pluribus amabatur, quia & plures amaret. Et iterum: potest fortasse princeps odio esse nonnullis, etiam si ipse non oderit: amari, nisi amet, non potest. Dion quoque Prusensis inter saluberrima illa sanctissimaque documenta, quæ Regibus præscripsit, in libris quos de regno edidit, hoc primùm & in fronte statim apposuit, vt Deos colant, atque venerentur: deinde homines curent, & ament, si & ipsi redamari cupiunt. Nam verisimile non est, nec natura patitur, diligentem non diligi. Ex quo & illud quod à Valerio Maximo traditum est libro 4. c. 1. Platonem, cum audisset Xenocratem ipsius discipulum multa de se impiè locutum, sine vlla cunctatione criminationem respuisse: cumque instaret certo vultu, quæreretque causam cur sibi fides non haberetur, respondisse, non esse credibile, vt quem tantopere amaret, ab eo inuicem non diligeretur. Quin & Gregorius Nazanzenus in heroicis versibus, quos scripsit Nicocli ad filium, ita habet:

Dion.

—Φύσις φιλεῖν τὸς ἃ φιλεῖν τὰς ἐρῶσε.

Natura amare non amantes prohibuit.

Prouerbum.

Et Libanius ad Clematium scribit, Fas esse amantem redamari. quod prouerbio vetere dicit celebratum. Et Diuus Ambrosius lib. 2. Officior. ad Innocentium, inquit: Caritas communis plurimum proficit, si quis vicem amantibus reddat, nec minus redamare se prober, quàm ipse amatur. Quid enim (vt paulò post subnectit) tam insitum naturæ, quàm vt diligentem diligas: quid tam inolitum atque impressum affectibus humanis, quàm vt eum amare inducas in animum, à quo te amari velis? Et Diuus alter Augustinus: Nulla est maior ad amorem inuitatio, quàm præuenire amando. Et Glof. quam Ordinariam vocant, enarrans illud Matthæi 7. Omnia ergo, quæcunque vultis vt faciant vobis homines, &c. Amare, ait, amantem, naturæ non est absolum. Tullius in 1. ad M. Brutum epistola, Clodius, ait, Tribunus pleb. designatus valde me diligit, vel (vt ἐν Φατικώτερον dicam) valde me amat: quod cum ita mihi persuasum sit, nõ dubito (bene enim me nosti) quin illum quoque iudices à me amari. Nihil enim mihi minus hominis videtur, quàm non respondere in amore iis, à quibus prouocare. Ante hos omnes Ascræus Poëta, paulò ante finem lib. 1. Operum & dierum, Persen fratrem monet, vt amantem se redamet.

Τὸν φιλεῖν τὰ φιλεῖν.

Et Moschus Siculus in Bucolicis apud Stobæum, Serm. 61.

Στέργετε τὸς φιλεῖν τὰς, ἢ ἢν φιλεῖν τε φιλήθε.

Id est,

Dilige amantes, vt si ametis, redamemini.

Et Bion in Bucolicis apud eundem in eodem loco:

ἀλλ' ἐράω: καλὸν δ' ἐτ' ἐρασαμένω σωεράω.

Sed amo: decet enim amantem simul ab aliis amari.

Cupido Ante ros.

45 Amantes cur redamamus. Amor nõ alio pretio quàm seipso emitur.

Ex quo & Cupidini cognomen Anteros, veluti amorem reciprocans, apud Ciceronem libro 3. de Natura deorum, Pausaniam in Atticis, Suidam, & Porphyrium.

¶ Cuius rei rationē si ab amore ipso sciscitabimur, forsitan respondebit, vt à Marfilio Ficino in suis commentariis in Conuiuium Platonis de amore, cap. 8. & rursum libro primo Epist. eleganter simul & ingeniosè scriptum est, Se vsque ad eò liberum pretiosumque esse, vt neque velit, neque valeat alio villo emi vendiue pretio, quàm seipso. Quod intelligēs Plinius in eo ipso Panegyrico, quem nuper citauimus, Habes, ait, amicos, quia amicus ipse es. Neq; vt alia subiectis, ita amoris imperatur,

imperatur, neque est vllus affectus tam erectus, & liber: nulloq; subiici iugo patiens, & dominatio nis impatiens, nec qui magis vices exigar.

46 ¶ Si verò virum quempiam reuera amantem interrogemus de huius rei ratione, ita respondebit, vt arbitror, Quisquis vehementer amat, seipse sibi aufert quodammodo, deditq; amato. Hinc Plauto definit amorem esse ardorem animi in proprio corpore mortui, in alio viuentis. Quam & sententiam vsurpauit Plutarchus in Antonio ex autore non aliter nominato, quàm quod quidam, vt ait, dicit. Et eandē secutus Cato ille senior, de quo supra tam multa diximus, assererat, vt ipse Plutarchus scribit, animum eius qui amoribus tenetur, in alieno corpore viuere. Sed & Pythagoricorū sententia est, amici animum esse in amico. Quod in se perspicuus Alcesimarchus amator in Plauti Cistellaria, dicebat:

Vbi sum, ibi non sum: vbi non sum, ibi est animus.

Cui concinit, quod apud eundem poetam in Afinaria dicit Clereta Iena Argyrippi filiam efflictim deperenti,

Fixus hic nos apud est animus tuus clauo Cupidinis.

Et Catullus, non ille quidem Valerius Catullus Veronensis, cuius Epigrammata, & alia Poëmata habemus, sed alter anterior, scilicet Catullus Orator & Epigrammaticus vetustissimus, in eo Epigrammate, quod scripsit ad Theotimum puerum apud Aul. Gellium lib. 19. cap. 9.

Aufugit mi animus: credo, vt solet ad Theotimum

Deuenit: sic est, per fugium illud habet.

Quid, si non interdixem, ne illum fugitium

Mitteret ad se intro, sed magis eiceret?

Ibimus questum: verum ne ipsi teneamur,

Formido: quid agam? da Venus consilium.

Huc quoque respicit illud Pauli ad Roma. 12. Nolite conformari huic seculo, sed reformamini in nouitate sensus, &c. In cuius loci enarratione Nicolaus à Lyra sic inquit: Est sciendum, quòd amor transformat amantem in amatum. Vnde dicit Augustinus, si terram amas, terra es: si aurum diligis, aurum es, & si Deum diligis, Deus es. Proinde vt concludamus, cum amans sit veluti ipse amati, hic, modò sit sanæ mentis, illum tanquã rem suam curat, diligit, amat. Sua enim cuique charissima esse solent: Et vt Socrates ait apud Platonem lib. 3. de Repub. Curat quisque maxime id, quod maxime diligit. Scit enim amatus, vt par pari referatur, hominem deberi pro homine, pro voluntate scilicet voluntatem.

Amans in alio corpore non vit.

Id sumus, quod amamus.

Amans amati faciem animo suo insculpit.

Similitudo amoris causa.

De eadem re, ex Astrologis.

De eadem re, è Physicis.

47 ¶ Et huc quoque, quod à Marfilio scriptum est, accedit, quòd qui amat, figuram, imaginem, & faciem eius, quem amat, suo imprimat atque insculpat animo. Fit itaque amantis animus, tanquàm speculum quoddam, in quo amati relucet imago. Idcirco cum in amante se amatus cognoscat, amare illum compellitur, summoq; desiderio, & vt dicitur, velis remisque illi omnino deditus inharere, in quo quasi se habitare intelligit: quemadmodum infantes suas imagines in speculis deosculantur.

48 ¶ Quòd si à natura quæramus huiusce rei veritatem, sic nos fortè docebit. Similitudo, amoris qui dem tum parens est, tum alrix, vt à me supra pluribus probatum est. Similitudo autem natura quædam est in pluribus eadem. Nam si hic illi similis est, ille quoque huic est necessariò similis. Ergo eadem similitudo quæ hunc, vt illum amet compellit, illum quoque ad hunc amandum adducit. Similis enim aut in geminis fidibus, aut duabus citharis temperatio efficit, quemadmodum nos quotidie experimur, vt quoties altera pulsatur, toties moueatur & altera.

49 ¶ Aliam quoque causam mutui huius affectus afferunt Ptolemæus in Centiloquio, cap. 32. & seq. Omar. lib. 3. de Naturalibus, cap. 16. & Almanfor in Aphorismis, c. 21. & alij astrologi, qui mutuum inter illos beneuolentiam esse arbitrantur, in quorum genesi, luminum, id est, Solis & Lunæ commutatio fuerit: videlicet, si me nascente Sol in Ariete, Luna in Sagittario: te nascente Sol in Sagittario, Luna in Ariete fuerit: aut quibus signum, idem vel saltem simile, idemque planeta similisve ascenderit: aut benigni planetae similiter angulum orientis aspexerint: aut Venus in eadem natiuitatis domo, eodemq; gradu fuerit constituta. Addunt Platonici, quorum vitam dæmon idem, aut certè similis ducat.

50 ¶ Physiici verò, moralesq; complexionis (vt vulgò dicunt: temperamenti rectius dicemus) nutritionis, eruditionis, familiaritatis, siue consuetudinis, consilij, studiorum similitudinem, similis affectus, & amicitie causam esse volunt. Quorum sententiam vltra ea quæ supra abundè differuimus in quinta l. connubiali, comprobant & nostræ leges, in l. latæ. §. amicitie. in si. ff. de verb. signific. & in l. pen. in princ. ff. de castr. pecul. & in l. cum allegas. C. eo. tit. lib. 12. Et Plutarchus in libro, cui titulus est, Quo pacto possis adulatorem ab amico discernere.

51 ¶ Sed & istis addendum est, quod idem Ficinus lib. 12. Epistolarum ad Iulianū scribit in hæc fere verba: Apollinem & Cupidinem sagittarios antiqui fingeant, hunc quidem flammam, illum verò lumina iaculantem. Quemadmodum igitur Apollo lumen simul in geminis iaculatur, vt ego te lumine viso, eodem & ipse me reuifas: ita Cupido flammam, vt qua iam ardet vnus, eadem mox ardeat alter. Omnino verò Amorem esse Deum & Plato probat, & omnis testatur antiquitas, & Theologi nostri. Sanctum quidem Spiritum amorem primum Seraphicis, id est, amatoris

angelis anteponunt, & Seraphicos angelos veris amoribus vbique præficiunt. Amatorium ergo numen mutæ charitatis & vnionis amicum, vbi aliquem accendit, amore statim ardentem ex hoc amore, velut speculo, radios in amatū occulta quadam & mirifica virtute reflectit, vt absens, vel inscius ille mirabiliter accensus, vicissim amet amantem. Iustum nanque numen non patitur amantem superno videlicet instinctu concitum non redamari. Hæc ille. Quod igitur numen, quæ constellatio, aut alia ex præcedentibus ratio, vt te amem impellit, eadem quoque vt me vicissim ames, stimulat. Itaque paucos admodum reperies, qui si ament, non etiam amentur. Sit ergo hæc decimatertia lex connubialis:

Decimatertia Lex connubialis.

QVICVNQVE AB VXORIEVS AMARI CVPIVNT, EAS QVOQVE IPSI VICISCIM AMANTO. OMNINO QVE EXTERNARVM CONGRESSV ABSTINENTO.

IN DECIMAMQVARTAM LEGEM CONNVBIALEM, GLOSSAE PRIMAE PARS DECIMAQVARTA.



ED quoniam nuper amatorij poculi, veneficij; carminis ex Hecatone mentionem fecimus, non putavi prætereundum, plerosque in ea esse opinione, vt existiment amorem carminibus, poculis, aliisque id genus conciliari posse: neque quempiam tam continentem, tamq; ab amore auersum esse, quin huiusmodi artibus magicis amare compellatur, quod & ipsum affirmare videtur Anneus Lucanus lib. 6. Pharsalia, scribens:

Carminibus Thessalidum dura in precordia fluxit, Non fatis adductus amor, flammisq; seueri Illicitis arserunt ignes. Nec noxia tantum Pocula proficiunt, aut cum turgentia succo Frontis amaturæ subducunt pignora facta.

Amor an carminibus et poculis conciliari possit.

Hippomanes vide in III. 6.

Hæc ille, qui postremis versibus, id amoris veneficium intelligit, quod Plinius lib. 8. cap. 42. & Columella lib. 6. cap. 27. Hippomanes appellatum esse dicunt. Est autem caruncula quadam, quæ in pulli equini fronte nascitur: hanc in puluerem versam veneficæ miscet poculis, iisque propinant, quos volunt in amore iniicere, Cuius etiam rei meminit Aristoteles lib. de Natura animalium 6. cap. 18. & iterum 22. & Virgil. lib. 4. Aeneidos:

Quæritur & nascentis equi de fronte reuulsus, Et matri præreptus amor.

Et Tibullus lib. 2. Eleg. 4.

Et quod, vbi indomitis gregibus Venus afflat amores, Hippomanes cupida stillat ab inguine equæ.

Et Propertius lib. 4. in lenam quampiam:

Consuluit striges nostro de sanguine, & in me Hippomanes facta semina legit equæ.

Et Ouidius lib. 1. Elegiarum, Elegia 8. aduersus aliam lenam:

Scit bene, quid gramen, quid torto concita rhombo Licia, quid valeat virus amantis equæ.

Alia pleraque amatoria. Stergethrum quid.

Idem verò Plinius lib. 20. c. 5. refert Orpheum dixisse amatoriu inesse Staphylino, quoniam Venerem stimulari hoc cibo certum est. Et lib. 24. c. 17. Anacamperotis herbæ contactu redire amores, scribit, vel cū odio depositos. Et lib. 25. c. postremo: Aizoon maius (id est, quod Latini Semperuium magnū vocant) amatorij conuenire. Ideoq; & stergethrū appellatum, videlicet, ἰστέριον, quod amare significat. Quo etiam nomine scribit Dioscorides lib. 4. c. 93. umbilicum Veneris fuisse appellatū: qua herba inquit, vtuntur & ad amatoria. Sed vt redeamus ad Plinium, is lib. 28. c. 2. scribit Theocritū apud Græcos, Catullum quoque, & Virgilium apud nos, amatoriu de incantamentis carmen edidisse. Idem rursus eo. lib. c. 8. testis est, pilos rostri hyænæ, ad motos mulierum labris, amatoriu esse. Et paulò post: Eiusdem (inquit) cauerna sinistro lacerto religata, si quis mulierem respiciat, amatoriu esse tam præfens, vt illico sequatur. Orpheus & Archelaus scribunt sagittas corpore eductas, si terrā non attigerint, subiectas cubantibus, amatoriu esse, vt refert Plinius ipse eo. lib. 28. c. 4. Idem quoque lib. 27. c. 8. tradit Catanances herbæ Thessalæ vsū esse ad amatoria: quod & ante eum scripserat Dioscorides, cuius non meminit, lib. 4. cap. 125. Sed & idem Plinius lib. 22. ca. 8. tradit herbam, quam Centumcapita vocant, duplicem habere radicem, alteram masculam, alteram foeminam, dumq; ea uellitur, si mascula viro contigerit, eum à foemina vel inuita adamari. Ob hoc Phaonē à Sappho dilectum, quod nos alibi in 1. leg. connub. ad aliud retulimus. Idem lib. 13. cap. vlti. prodit arborem charitoblepharon appellatam esse efficacem in amatorijs: ex quo & hoc illi nomen inditum fuisse videtur. Et lib. 8. c. 22. Caudæ, inquit, lupi creditur vulgo inesse amatorium virus exiguo in villo. Et lib. 25. ca. 9. prodit Magos circa verbenacam herbam

herbam insanire: hæc enim perunctos impetrare quæ velint, febres abigere, amicitias conciliare. Hincq; fortassis nonnulli herbā hanc philtrodotem appellant, autore Dioscoride lib. 4. c. 57. Idem Plin. lib. 27. c. 12. scribit & phyteuma ad amatoria conuenire. Quod & scripserat aliorum autoritate Dioscori. lib. 4. c. 131. Cyclamini item radicem contusam, & in pastillos diuisam, ad amatoria assumit, tradit Diosco. lib. 2. c. 81. Dorycnij quoque semē in amatoria expeti, idem Diosco. lib. 4. c. 69. aut ex aliorum supputatione 78. & Mandragoram quoque, idem in c. seq. qui & ob id Circeam vocatam tradit, quod Circe in suis amatorij veneficijs radice ipsius vsa fuisset, de quo etiā Theophrastus lib. 9. c. 10. haud multò post prin. Et Leontopodium corpori alligatū, idem valere tradit idem Dioscor. lib. 4. c. 122. Et radicem tuberis terræ ad amores prodesse, tradit ipse Theophrastus, quo loco nuper citauimus. Pausanias autē scribit, Pompilum piscem sacrū ab antiquis cognominatum, ad amoris etiam philtre efficacem existimatum, quod cœlesti sanguine simul cum Venere genitus sit. Sacrum autem vocatū, ostendit Pancratis Poëtæ Arcadici versus, ab Athenæo citatus. Virgilius quoque, quem Macrobius lib. 1. de Somnio Scipionis, nullius expertem disciplinæ fuisse scribit, huic sententiæ videtur suffragari, vt videlicet inuitus quis & renitens ad amorem magicis artibus trahatur, cū inquit lib. 4. Aeneidos:

Hæc se carminibus promittit soluere mentes, Quas velit: ast alius duras immittere curas.

Et Horatius inter Lyricos sublimi vertice vates:

Canidia (inquit) cogit veneficijs Varrum, vt se amet.

Aurelius item Propertius lib. 1.

At vos deductæ quibus est fallacia Luna, Et labor in magicis sacra piare focis, En agedum domina mentem conuertite nostra, Et facite illa meo palleat ore magis.

Et alibi in eodem libro, dicit se timere, ne quis Cynthiam artibus magicis inuitam & reluctantem amare cogat:

Næve quis inuitam cogeret esse suam.

Iuuenalis etiam Satyra 6.

Hic magicos affert cantus, hic Thessala vendit Philtre, quibus valeant mentem vexare mariti.

Et huc quoque pertinet illud Euripidis in Hippolyto:

ἔστιν δ' ἐπιφθόου, καὶ λόγου θελητηριοί.

Sunt enim incantationes & sermones amatorij.

Apud Samosatenum Lucianum in eo Dialogo, qui Philopseudes inscribitur, Cleodemus Philosophus Peripateticus refert Chrysidem quandam mulierem, vt magica in amorem fuisse versam. Apud Apuleium quoque lib. A sinu aurei 2. & 3. Pamphile artis magicæ scientissima, vbi scitula ac speciosa formæ iuuenem conspexerat, illum incantamentorum violentia ad se rapiebat, amorisq; profundi pedicis æternis alligabat. Idem Apuleius in Apologia 1. adfert versus Lælij, multa amatoria annumerantes, qui huiusmodi sunt:

Philtre omnia vndique eruunt, Antiphates illud queritur, Trochiscili, ungues, tenia, Radicule, herba, surculi, Aurea illices, bichordile, Hianientum dulcedines.

Sed & Poëtarum monumentis traditum est, quod cū Iynx Echūs, aut, vt quidam malunt, Pythūs filia suis pharmacis Iouem ad Inūs amorem accenderet, in auem sui nominis mutata est, qua veneficæ vtuntur, vt tradit Theocritus in Pharmaceutria:

ἰὺξ ἔλακε τὸ τήνον ἐμὸν πρὸς δῶμα τ' ἀνδρα.

Hincq; Pindarus Nemæorum Ode 4.

ἰὺξι δ' ἔλκομαι ἤθερ, Νουμνίαν διγέμνη.

Trahor (inquit) veluti Iynge quadam in corde meo, vt Numeniam apprehendam. Arnaldus Vilanouanus in lib. de regi. sanitatis, parte 1. cap. 11. scribit lapidem Magnetem delatum, conciliare auerereq; concordiam inter virum & vxorem. Quod & repetit in libello, in quo adscribit remedia contra maleficia: vbi & alia quadam insinuat.

Cuius quoque sententiæ, artem videlicet magicam conciliare amorem, fuerunt multi nostræ religionis viri, & ipsi quidem eruditissimi. Constantinus Imperator, qui primus Imperatorum fidem successoribus hereditariā reliquit, hoc sensisse videtur, in lab eo edita. C. de malef. l. eorum. in illis verbis, aut pudicos amicos magicis artibus ad libidinem deflexisse deteguntur. Et Accursi. in auth. quo. opor. epi. & cleri. §. hoc autem. in verbo, propter quadam. & Alberi. in rub. de hæret. col. iij. & Matthæ. Afflicti. in constitutione Siciliæ, incip. mala noxia. & in alia constitutione, cuius est initiu, poculum amatorium. & in alia quoque incip. pocula amatoria, vbi & hanc sententiam exemplo comprobat. & Hippo. Marfil. in l. eiusdem. §. adiectio. ff. de fica. vbi est & tex. loquens de amatorio

De eadem re.

De eadem re.

Magnes viri & uxoris concordiam conciliat.

verieno, sicuti & de Amatorio poculo, in l. si quis aliquid. §. qui abortionis. ff. de pœnis.

6 Ad alios re- dit.

¶ Et hoc pluribus rationibus, & exemplis cõfirmat Iacobus Sprenger, vir huiusce rei peritissimus, in eo libro, quem Malleum maleficarum appellant, in prima parte q. vij. Carolus Bouillus, vir certè multis nominibus commendabilis, in quadam epistola, quam scribit ad Germanum Ganaium, refert Tritemium Abbatem sibi legendum præbuisse librum à se factitatum, quem Steganographiam appellabat, in eoq; se affirmat reperisse complures locos, in quibus multimodi mulierum raptus edoceantur, quo item modo in virorum amorem alliciantur, inducanturve puellæ. Quamquam Tritemius ipse in Præfatione librorum Polygraphiæ, ad Maximilianum Cæsarem, nihil huiusmodi rerû, in libris Steganographiæ scripsisse tradit, Bouillum ob id impium & mendacem appellans, qui ea sibi in ea epistola imputarit. Cæterum D. Hieronymus, cui D. Augustini (si is est) tale perhibetur testimonium, vt nemo sciuerit, quod ille ignorauit, in vita D. Hilarionis, huiusmodi rei exemplum retulit. Cùm iuuenis quispiam virginem Deo dicatam tactu, iocis, nutibus, muneribus, & cæteris huius generis, quæ solent morituræ virginis esse principia, in amorem sui pellicere non potuisset, tandem ad magicam artem conuersus, quam Memphi didicerat, eò amoris puellam traduxit, vt abiecto amiectû capitis rotaret illa crinem, strideret dentibus, inclamaret nomen adolescentis, vsque adeò, vt magnitudo amoris in furorem verteretur.

7 Cõtra ea que dicta sunt. Magicas artes ad amorè conciliandum prodesse.

¶ Non defunt tamen, qui huic opinioni refragantur, inter quos est Ouidius, qui in libro de Medicamine faciei hæc scribit:

*Sic potius nos tanget amor, quam fortibus herbis,
Quas maga terribili subsecat arte manus.
Nec vos graminibus, nec misto credite succo:
Nec tentate nocens virus amantis equæ.
Nec mediæ Marsis finduntur cantibus angues:
Nec redit in fontes vnda supina suos.*

Hippomanes de quo supra.

Sed & idem lib. 2. de Arte amandi, negat & eam carunculam, de qua locuti sumus, aut quamuis artem magicam conferre ad amorem conciliandum, cùm inquit:

*Fallitur, Acmonias si quis decurrit ad artes,
Datq; quod à teneri fronte reuellit equi.
Non facient, vt viuat amor, Medæides herbe,
Mistaq; cum magicis Marsa venena sonis.*

Quod postea exemplis Medæ & Circes comprobatur, cùm subiungit:

*Phasias Aesoniden, Circe tenuisset Vlysses,
Si modo seruari carmine posset amor.
Nec data profuerint pallentia philtia puellis:
Philtia nocent animis, vimq; furoris habent.*

Idcirco monet fugiendum hoc genus artis magicæ, cùm subdit:

Sit procul omne nefas: vt ameris, amabilis esto.

Quod etiam probat idem Poëta, lib. 1. de Remedio amoris, illis versibus:

*Viderit, Aemonia si quis mala pabula terra:
Et magicas artes posse iuuare putat.*

Propertius quoque lib. 2. Eleg. 1. huius sententiæ est, cùm inquit:

*Seu mihi sint tangenda nouerca pocula Phædra,
Pocula priuigno non nocitura suo.*

Nam loquitur de poculis amatorijs, quibus Phædra Hippolytum priuignum tentauit in amorem pellicere: sed nihil id in eam rem profuit. Sed & quod de Hippomane dictum est, asserit Aristoteles lib. 8. de Natura animalium, cap. 24. figmenta esse muliercularum, & professorum carminis incantatorij. Virgil. quoque ad finem Pharmaceutriæ, fatis ostendit carmina magica nihil ad eam rem valere, cùm scribit,

*—Hic ego Daphnim
Aggrediar: nihil ille Deos, nil carmina curat.*

8 Forma, uenustas, & alia id genus, philtia sunt.

Vbi & id annotat Seruius. Sed & D. Epiphanius Palæstinus Eleutheropolites, libro aduersus hæreses 1. tomo 2. in 30. sect. tradit vanissimas esse huiusmodi amatorias incantationes, quibus scilicet sceminarum castitas impetitur, vbi nomen Christi, & signaculum crucis contra opponitur. Quod confirmat historia non contemnenda, vt ibi videre poteris. Quin & illa Siciliæ constitutio, cuius initium est, pocula amatoria, friuolum reputat, & fabulosum, posse huiusmodi poculi ad amorem inducere.

¶ Quo in loco in mentem venit historiæ celebris, & ad hunc ipsum locum pertinentis, cuius meminit Plutarchus in Præceptis cõnubialibus, c. 24. Amabat Philippus Macedonum Rex puellam quampiam e plebe, facileque vtriusque fortuna longè dissimilis, obsequentem eam Regi fecerat. Quod cùm rescisset Olympias eius vxor, id admodum ægrè tulit: præsertim quod ferebatur ea puella amatorijs philtis sibi Philippum conciliaffe. Ideoque irata iussit clam domo extractam ad se puellam duci, eo quidem animo, vt carcere aliquo clausam, aut in longinquas regiones trans mare relegatam male haberet. Productamque ante se, cùm speciosam, venustam, ingeniosam, elegantem,

elegantem, & omnibus modis ac numeris amabilem vidisset, καίρετωσαν, εἶπευ ἡ δλυμπιας, αἰ δλαβολαι. σὺ γὰρ ᾗ σαυτῆ φάρμακα ἔχεις. Valeant, inquit Olympias, calumniæ. Tu enim in te ipsa veneficiorum vim habes, nec iam puellæ amplius, aut marito suo irata fuit. In quam sententiam est & illud Menandri apud Stobæum Florilegij cap. 65.

*ἔνεσ' ἀληθὲς Φίλτρα ἐν γυνάμων τρόπος,
Τὴν κατὰ κράϊ ἐν ἀνδρὸς εἴωθεν γυνή.
Inest verum philtum, benigni mores,
Quo vincere virum solet mulier.*

Et certè hæc sunt vera amoris veneficia.

9 ¶ Quod autem superius scribit Naso, *Philtia nocent animis, vimq; furoris habent.* ex eo comprobatur quod scribit Euseb. Cæsariensis, Lucretium Poëtam amatorio poculo in tantum furorem versum, vt se tandem propria manu interemerit. Sunt qui putent vxorem illius huiusmodi poculum administrasse: & eam Lucillam vocatã, vententes testimonio Hierony. in Rufinum, cuius verba hæc sunt: Liuia virum suum interfecit, quem nimis odit: Lucilla suum, quem nimis amauit: illa sponte miscuit aconitum: Lucilla decepta, furore propinavit pro amoris poculo. De illo autem est & illud Politiani in Nutrit.

Amatoria in furorem uertunt. Lucretius amatorio in furorem uersus.

*Nec qui philtia bibit, nimioq; insanus amore,
Mox ferro occubuit, sic mentem amiserat omnem.*

Quodq; memoriæ prodiderunt Cornelius Nepos, & Plutarchus, Lucium Lucillum illum Imperatorem clarissimum amatorio item poculo à Callisthene propinato, primùm aduersa mentis valetudine captum, deinde interemptum. Cuius item rei meminit Plin. lib. 25. cap. 3. ad fi. Et quod tradunt Iosephus lib. Antiquitatum 19. cap. 2. & Suetonius Tranquillus, in vita Caligulæ, Caium Caligulam ipsum à Cæsonia vxore potionatum, amatorio quidem medicamento, sed quod in furorem verterit. Quam rem etiam cõmemorans Satyricus Poëta, huiusmodi poculum confectum fuisse dicit ex ea pulli caruncula, de qua meminimus, cùm inquit,

*—Si non
Et furere incipias, vt auunculus ille Neronis,
Cui totam tremuli frontem Cæsonia pulli
Infudit.—*

Lucillus amatorio interemptus. Caligula amatorio in furorem uersus.

Et idem alibi hanc quoque rem confirmans, cùm de alia re scriberet, vt supra diximus:

Philtia, quibus valeat mentem vexare mariti.

Sed & è nostris Hippol. Marsil. in d. l. eiusdem. §. adiectio. ff. de fica. scribit homines sæpe mortem ex huiusmodi amatorijs oppetere, cuius rei exemplum quoque habemus ex Aristotele, qui lib. 2. Magnorum Moralium, scribit mulierem quandam viro cuiquam poculum amatorium porrexisse, ex quo is subinde decidit mōrtuus.

10 ¶ Itaque (vt hoc caput tandem finiamus) cùm ex iis rebus & furor & mors plerunque contingat, cùm & omnes Christiani, & Ethnici scriptores improbent, & quantum ad amorem pertinet, vanas & nihili esse ducant, vt ex Ouidio docuimus: cùm item leges nostræ seuerissimè vindicandas fanciant, vt habetur in d. l. eorum. & in d. l. si quis aliquid. §. qui abortionis. ff. de pœnis: cùm Decreta quoque canonica omnes artis magicæ præstigijs, veluti execrabiles, arguant, & detestentur, atque anathemate feriant. xxvj. q. v. per totum. Adde & nos quoque vxores, quæ huiusmodi philtis & veneficijs in viros vtuntur abominari, ac fastidire, vt & asserit Plutarchus in eo libello, quæ de tuenda bona valetudine scripsit: vt non dissimili ratione consequens sit, vxores contra viros, qui hisce rebus vtuntur, detestari. Et sicut idem Plutarchus scribit in admonitionibus cõnubialibus, quemadmodum piscatio, quæ fit medicamentis, citò quidem & facilè piscem capit: sed eum labefactat, & mensæ minimè idoneum reddit: sic qui amatorijs artibus carminibusq; coniuges voluptatis causa subigere conantur, cùm attonitis dementibusq; & labefactis ætatem agunt. Neque enim Circen (vt subdit) ab ea potionati quicquam iuuerunt: nec ipsa vlla in re illis abutebatur: cùm suum, asinorumq; formam accepissent: Vlysses verò mète præditum, & prudenter cum ipsa versantem incredibili amore dilexit. Hæc ille. Ideo explodamus, atque valere sinamus huiusmodi magicas vanitates: quas (vt alibi diximus) familiares sceminarum artes appellat Apuleius, lib. 9. amoremq; vxorum nostro in eas ipsas amore, in alias verò castimonia, quod iam abundè adinuimus, atque alijs honestis rationibus comparare studeamus. Ideo & hanc legem cæteris subiiciemus:

Conclusio. Magice artis præstigia, execrabiles, & puniendæ.


CARMINIBVS, POCVLIS, ALIISQVE ID GENVS PHILTIS MAGICIS, QVIBVS CREDITVR AMOR CONCILIARI, VIR ET VXOR PENITVS ABSTINENTO.

Decimaquarta Lex conuubialis.

SED MVTVO INTER SE AFFECTV, ALIISQVE HONESTIS RATIONIBVS, AMOREM PROVOCANTO, CONSERVANTO, AVGENTO.

IN DECIMAMQVINTAM LEGEM CON-
NVBIALEM, GLOSSAE PRIMAE
PARS DECIMAQVINTA.

Amatoriu ef-
ficacissimum
uxorem fre-
quenter com-
primere.



INTER ceteras autem rationes, quibus vxor maximè ad amorem maritalem inuitatur, sunt qui existunt, nihil omnium rerum efficacius, nihilq; in id plus habere roboris, quam si fundum vxorium diligenter, impigrè, frequenter colas. Id enim faciens, tametsi fueris horridus, deformis, squalidus, ab vxore tamè non vulgariter amaberis, quin & illa te colet, perinde ac Deum in terris alterum, & obseruabit. Alioquin si hoc videlicet desit, odio te & despectui habebit, quantumcunq; eam amaeris, castumq; atque aliarum coitum abhorrentem praestiteris. Apud Plautum in Truculento, cum Stratophanes miles miraretur, Phronesium mulierem rusticum quendam ardentè deperire, mox eam audit, vt admirari desineret, hæc dicentem,

Quamquam hic squalidus est, quamquam hic horridus, scitis bellum iniri.

Contra apud Apuleium lib. 5. de Asino aureo, scemina quædam virum exitiali odio prosequitur, quia rarenter palæstram veneream exerceret, suamq; in ea re fortunam dolenter ac miserè deplorat. Ego verò (inquit) maritum rarissimè venerem meam recolentem sustineo. Vt rarissimum sit, ac miraculo proximè quod de Beronice illa legitur apud Iosephum Iudaicarum Antiquitatum lib. 20. cap. 5. aut, vt alij secant, 9. eam Polemonem Ciliciæ regem maritum suum repudiasset ob immodicum ipsius coitum: quodq; in sacris literis legitur Iudic. 19. mulierem quampiam ex nimio virore concubitu obisse. Quod item scribit Iacobus Cito Episcopus Ilerdensis, in cap. fraternitatis. de frigid. & malefic. fuisse suo tempore quempiam Catalanum, adeo potentem ad rem veneream: vt qualibet die cum vxore trigies concumberet. Quæ de ea re conquesta est apud Regem Arragoniæ, qui maritum accersit, eumq; an id verum esset interrogauit: qui id ipsum confessus est. Ideo ei prohibitum est sub pœna capitis, ne plus quam sexies qualibet die vxorem cognosceret, ne ea in discrimen mortis incurreret. Quod & ipsum retulit Hieronymus Paulus Barchinensis in Practica Cancellariæ Apostolicæ. Herodotus autem lib. 8. tradit, Phocensium mulieres aliquot nimio stuprantium concubitu expirasse.

Beronice uirum
repudiavit, ob
immodicum
ipsius coitum.

Venerem con-
citantia.

Herba cuius-
piam contactu
septuagenum
coitum fieri.

¶ At illis equidem credo, vel sine testibus. Quis enim non credat mulieres eam rem sitienter appetere, nullaq; re magis ad amandum allici. Scioq; esse multa, quæ forte isti nosse desiderant, quibus si vtantur, cum vxoribus certè & virilibus, & frequentius congregentur, vel testimonio glo. in c. quicquid. xxxij. q. ij. & Inno. in c. fraternitatis. col. ij. super verbo, comiscetur, extrà de frig. & malefic. & Bald. in c. à crapula, extrà de vit. & hone. cler. Horum quàm plurima passim prodidit Plinius in suo omaiū vberissimo opere de Naturali Historia, maximè verò lib. 26. cap. 10. vbi & illud inter cetera scribit, Theophrastum autorem alioquin grauem, tradidisse, septuageno coitu durare libidinem contactu cuiusdam herbae. Locus autem Theophrasti, in quo hoc ipsum scribit, si quis fortè scire cupit, est in lib. de Historia plantarum 9. cap. 20. vbi hanc herbam Indum quendam attulisse tradit, & hoc quoque repetit Athenæus lib. 1. c. 12. Et de ea re loquens Hieronymus Cardanus, reconditæ vir eruditionis, lib. 8. de Subtilitate, dicit nolle se affirmare, an id verum sit, necne: postea verò nititur rationem reddere, qua id fieri possit.

¶ Multa item ipse Plinius ad eam rem commemorauit lib. 26. c. 10. & lib. 28. c. 8. in multis locis, & iterum cap. 10. ad fin. & lib. 31. c. 5. & Galenus lib. de Simplicibus 5. dist. vj. cap. 2. & Paulus Aegineta lib. 1. c. 35. & seq. & iterum lib. 3. c. 58. Aëtius Antiochenus Terrabibli 1. sermo. 2. c. 237. & iterum Terrabibli 3. sermone 3. cap. 35. & Oribasius Compendij cap. 6. & Alexander Trallianus lib. 9. cap. item 9. Marcellus Burdegalenus in lib. de Medicamentis, cap. 33. in diuersis locis. Haly Abbas lib. practicæ 8. cap. 5. & Auicenna 23. tractatu 1. cap. 17. 18. 19. 20. 21. & 22. & Rasis ad Almanforem, tractatu 5. cap. 62. & lib. Diuisionum cap. 79. & in Antidotario ipsius lib. Diuisionum, c. 43. & rursum in lib. 2. Aphorismorum, paulò ante fi. vbi ad eam rem mirabilem (vt ipse dicit) medicinam tradit. & lib. Continentis 11. cap. 5. Constantinus Africanus, in lib. cui titulum fecit, de Coitu & alter Constantinus Calsianus in suo Viatico lib. 6. cap. 1. Arnaldus à Villa noua lib. Breuiarij 2. c. 25. & in lib. de sterilitate, tract. 2. c. 3. & iterum ca. 7. & copiosissimè in libello, cui de Coitu titulus est. & Bartholemaeus Montagna in suis consiliis (eò enim vsque processit Medicorum mos, vt consilia, sicuti & nostri legū interpretes ediderint) consil. xv. incip. labilis humanæ naturæ compago, parte 3. cap. 6. & iterum consil. ccij. cuius initium est, rationabiliter contemplanti, per totum, & copiosissimè omnium Michaël Saonarola tract. vj. cap. 20. titulo de spermate, & eius dispositionibus, post principium: & iterum titu. de diminutione coitus, & Antonius Guarnerius, quem vulgò Guaynerium vocant, in lib. de Aegritudinibus matricis, c. 25. Et Manardus lib. 11. Epistol. Medicinalium, cap. 2. Sed ita vt non præteream, quod à Plinio relatum est lib. 21. cap. quoque 21. in fine, Ramo abrotoni, si subiiciatur puluillo, Venerem stimulari, efficacissimamq; eam herbam esse contra omnia veneficia, quibus coitus inhietur. Sed & omnes ferè Medici propria de ea re capita suis operibus inferuerunt.

¶ Sed & Poëtæ in eam quoque rem multa passim scripserunt, sed aliqua in vnum veluti corpus conge-

congesit Ouidius lib. 2. de Arte amandi, illis decem versibus:

Sunt qui præcipiant herbas satureia nocentes,
& quæ sequuntur, Et Valerius Martialis in eo carmine,
Sed nihil eruca faciunt, bulbiq; salaces,
Improba nec profunt iam satureia tibi.

Et cetera quæ sequuntur.

¶ Ceterum hac in re nõ prætermittendū ducimus vnum illud, quod admodum mihi mirandum visum est, nonnullos esse eius naturæ, vt ad coitum plagis & verberibus feruentiores reddantur. Cuius tamen rei fides fit penes Cælium Rhodiginum, qui libr. 11. Lestionum antiquarum, cap. 15. postremæ editionis hæc scripsit: Non multis ab hinc annis vixisse quendam, in veneriis non galinaceæ fallacitatis, verum ingenij stupendi maximè, qui quò pluribus plagis affectus fuisset, eò impetuosius, ardentiusque in concubitū præceps ferebatur. Fuit omnino mira res: nescires, vtrum affectaret auidius verbera, an coitum, nisi quòd illorū mensu libidinis voluptas cõstabat. Proinde extentis precibus difflagellari se exposcebat, pridie, quàm id pateretur, flagello aceti asperitate obdurato. Quòd si conuerberator lentius agere foret visus, veluti extimulante rabie, conuiciis eum incessabat: nec factum sibi fati arbitrabatur, nisi inter cædendū sanguis sese ostēdisset. Quinetiam Otho Brunfelsius in Onomastico Medicinæ, in verbo, Coitus, tradit apud Monachū Bauariæ quendam adhuc superstitem viuere, qui cum vxore sua rem habere non potest, nisi acriter antea cæsus.

Medium tenendum.
Mediocritas aurea.
Mediocritas omnibus in rebus optima.
Coitus vires corporis labefactat.

¶ Verum cum medium ferè semper aliàs sit tenendum, vt vbique conclamant leges nostræ, in ea re secutæ Peripareticorum sententiam, qui mediocritatem auream (sic enim eam vocat Horatius lib. 4. Carminum 2. Ode 10.) in omnibus ferè rebus optimam existimant, vt scribit Tullius lib. 4. Tusculanarum quæstionum: tum verò in hac coitus ratione seruandum esse tradit Aristotel. lib. 4. de Generat. animalium, cap. 2. & magis quidem arbitror in ea re, quàm fortasse aliis in rebus. Nihil enim magis vires corporis atque animi debilitat, subneruat, frangit, labefactat, quàm superflua immoderataque libido. Nam quod ad corpus pertinet, compertum est, atque experientia propè quotidiana comprobatur, animalia quæque eò esse breuioris vitæ, citiusque senescere, quò plus crebriusque coeunt. Et hoc quoque asserit summus in omni scientia vir Aristoteles lib. 7. de Historia animalium, cap. 1. & in lib. quem de Breuitate, & longitudine vitæ composuit. Columella libro 7. cap. 6. de hirco loquens, Est autem (inquit) mensium septem satis habilis ad procreandum, quoniam immodicus libidinis, dum adhuc vberibus alitur, matrem stupro superuenit: & ideo celeriter, & ante sex annos consenescit, quòd immatura Veneris cupidine primis pueritiæ temporibus exhaustus est. Sed & id in vniuersum asserunt, Rasis ad Almanforem lib. 4. cap. 17. & Auerrois in Canticis, commento 156. & Haly Rodoan nobilis Galeni interpres in 3. Technes, commento 36. & Albertus Magnus libro 5. de Animalibus, tractatu 2. cap. 6. & iterum autoritate Auicennæ, & Constantini lib. 22. cap. 4. & Arnaldus Villanouanus in Speculo, & Valescus à Tarento in sua Practica, quàm Philonium vulgò nuncupant, lib. 6. cap. 3. in 7. articulo. Quod & Cicero adstruit, in lib. de Senectute dicens, Libidinosâ intemperansque adolescentia, effectum corpus tradit senectuti. Et huc quoque vergit Græcus ille Menandri senarius:

Βίη σπάνις πέφυκεν αὐτῶν γυνή.
Vita raritas naturaliter est viris mulier.

Id est,

Quasi videlicet virorum vita ex sceminarum congressu minuatur. Nam id malo ad vitæ raritatem, quàm ad vitæ penuriam (quod plerique faciunt) referre, cum verba magis conueniant, & sit aptior sententia.

Coitus vitam abbreviat.
Coitus senectutem accelerat.

¶ Est & Hesiodi sententia in Theogonia, minimè ducendam vxorem ei, qui senescere cupit. Nam & idem lib. 2. Operum & dierum, scribit vxorem absque titione virum quantumlibet fortem vrere, crudæque tradere senectuti:

ἢ τ' ἀνδρᾶ καὶ ἰφθιμόν περ εὐόντα
εὐδ' ἔτιρ δ' αὖτ', καὶ ἐν ὀμῶ γήρατ' ἄωκεν.

Nam quod dicit, sine titione, siue torre, potes intelligere, occulta, siue tacita quadam vi, & non intellecta: vt non absimiliter Iuuenali dicitur Satyra 9.

De eadem re.

—Obrepat non intellecta senectus.

Et Aufonio ad Gallam iam senescentem:

—Obrepat non intellecta senectus.

Nam & Ouidius eodem sensu libro 6. Fastorum illud scribit:

Tempora labuntur, tacitisque senescimus annis.

Et libro 2. de Arte amandi:

Iam veniet tacito curua senecta pede.

Et Columella,

—Tacito nam tempora gressu

Diffugiunt.—

Eamque sententiam Hesiodi (vt ad eum reuertamur) ex eo repetit Plutarchus in lib. de Cupiditate diuitiarum. Illique concinit illud Cornelij Galii de Lyricode (si is est) sunt enim plurimi qui id negant, quibus facillè crediderim:

Iamque alios iuuenes, aliòsque requirit amores:

Senectus non intellecta.

Me vocant imbellem, decrepitumque senem.
Nec meminisse volet transactæ dulcia vitæ,
Nec quod me potius reddidit illa senem.
Te quoque inextinctæ Silene libidinis vrunt:
Nequitia est, quæ te non sinit esse senem.

Illudque Ouidij lib.1. Fastorum:

Nequitia pro libidine.

Nequitiam enim antiquiores pro libidine propriè dicebant. Propertius lib.2.

Redit ad institutum.

Quod si tam facilis spiraret Cynthia nobis,
Non ego nequitia dicerer esse caput.

Et Ouidius lib.2. Amorum, Elegia prima:

Ille ego nequitia Naso poeta mea.

Sed & hanc nostram principalem sententiam respicit illud Theocriti in Aïta:

ὁ δὲ ποθεῖν τες ἐν ἀμασί γυράσονται.

Id est ex translatione Erasmi:

Verum quos amor angit, in una luce senescunt.

De eadem re.

8 Sed & D. Chrysofostomus in ea Homilia, cui titulus est, Quod nemo læditur nisi à seipso, Qui (inquit) in libidine vitam ducunt, resoluta quidem corpora, & omni cera molliora circumferunt, atque agmine quodam infirmitatum repleta: quibusque ad cumulum malorū podagræ tremor, & immatura senectus succedit: & est eis vita semper cum medicis, & medicamentis. Antonius quoque Florētinus Archiepiscopus, doctrina, quàm dignitate, clarior, in secūda parte Summæ tit. 5. cap. 1. vers. 3. consumit, arbitratur hanc vnam esse ex rationibus, quare homines prisca seculi erant viuaciores, diuturnioresque, & longæuiorē, atque etiam robustiores, quàm viri sequentis ætatis: quoniam videlicet illi non tam rei veneræ indulgebant, quàm isti, tardiūque matrimonia capebant. Propterea Solomon quamuis vnius solū, & quinquaginta annorū esset, cum è vita decessit: tamen eum senem, vel longè ante mortē, vocitant sacræ literæ. 3. Regum, c. 11. Post prin. vtpote cui senectutem frequens coitus cum tot vxoribus, & cōcubinīs ante tēpus accelerauerat.

Solomon ætatis 51. anno. senex dictus ob immodicā venerem.

9 Mulus longæuior quàm equus. Passeres vitæ breuis. Palūbes diutius uiuere quàm columbas.

Et hæc quidem cōmunia sunt omnibus animātibus. Hinc enim fit, vt Arist. tradit in eodē libro de Breuitate vitæ vt mulus longæuior sit, quàm equus, & asinus, ex quibus procreatur est, quia nullus est ei Veneris vsus. Passeres quoque breuiusculæ sunt vitæ, quoniā fallaces sunt, & in libidinē proni. Et hinc quoque autumant plerique, palumbes diutius viuere, quàm columbas, illas scilicet ad tricesimū & quadagesimū annum, has ad octauum, vt scribit Aristoteles lib. 6. de Natura animalium, c. 4. & Plinius lib. 10. cap. 35. nempe quod illæ istis sunt multo salaciores. Id quod non obscure sentit ipse Plinius, c. sequent. dum veluti addens ad id, quod de vita columbarum scripserat, in cap. præcedenti, ita scribit: Contra passeri minimum vitæ, cui fallacitas par. Cuius rei ratio est, vt tradit Albertus lib. de Animalibus 9. tractatu primo, capite secundo, quoniā subtile, & calidum humidum exit per coitum: remanētque viscosum, frigidum, humectans, & non augens. Illud autem causa est canitiei, & senectutis. Quod & sentit Arist. in loco nouissimè allegato, cum dicit calidum, & humidum esse causas longæ vitæ. Quamquàm & alia quoque ratio reddi potest. Est enim genitale semen, superfluitas quartæ digestionis, vt paulò post dicemus. Nam calidum concoquens plus sæpe digerit, quàm sit necessarium ad corporis nutrimentum. Et illud quidē superfluum fit semen: quo prorsus egesto, id tādē emittitur humidum, quod alimēto fuerat à natura destinatum: vnde exiccatio consequitur, & tandem mors.

10 Homo plus cæteris animalibus ex coitu languescit. Semen an ex omni parte corporis.

Homo autem omniū maximè animalium ex frequenti coitu dissoluitur, languescit, exhauritur, vt est testis Aristoteles in Orbicularibus quæstionibus, sectione 4. ca. 6. ea videlicet ratione, quoniam semen proportionē corporis plurimū emittit, vt & ipse scribit libro 3. de Generatione animalium, c. vlt. & de Natura animal. li. 7. c. 2. Et idem in eadē ipsa sectione 4. c. 21. Cur (ait) qui concumbunt, magna ex parte resoluuntur atque languere solent? An quod semen omni ex parte corporis secretio est? &c. An tamen id verum sit, vt semen ex omni parte corporis discernatur, latè differit ipse Aristoteles lib. de Generatione animalium 1. ca. 17. & seq. & Hippocrates, siue, vt placet Galeno, Polybus in lib. πρὸ γονῆς, id est, de genitura. in princ. vbi asserit huius rei argumentum esse, quod cum re venerea vsi sumus, tā parua re dimissa adeò delassamur, vt dici nequeat. Sed & illud de secretionē spermatis ex toto corpore, latè confirmat Censorinus, qui multas antiquorum in eam rem sententiā adfert, in lib. de Die natali, & Auicēna 20. tertij tract. 1. c. 3. de causis spermatis & ibi Gentilis Fulgineus, & Albertus Magnus lib. 15. de Animalibus, tract. 2. cap. 1. 2. & 3. & Petrus Apo. in conciliatore dif. 34. Et ante hos Sphærus Bosphoranus apud Laërtium in Zenone Cittico.

11 Spermatis minimum emissum maximā debilitatem facit.

Sed vt redeamus ad negotium propositum, ipse Aristoteles de Generatione animalium lib. 1. ca. 28. tradit manifestam dissolutionem, & imbecillitatem cōsequi, vbi vel minimum spermatis secesserit, quasi corpus eo sine priuatur, qui demum ab alimentō afferatur. Et paulò post, Plurimis, & magna ex parte ita accidit, vt Venere exoluantur debilitenturque. Auicēna autē lib. 3. de Animalibus, cap. vlt. asserit hominē ex coitu vsque adeò debilitari ac discolorari, vt si quadragies tantum sanguinis emitteret, non tantum palleceret, atque tabesceret.

12 Semē ex optimo sanguine.

Hoc ideo pleriq; fieri autumant (vt hanc rationem prioribus adiiciam) quoniam sperma ex sanguine optimè decocto digestoque quarta ac nouissima digestionē gignitur, vt voluit idem Auicēna d. c. 3. de Causis spermatis, & Albertus, d. lib. 15. tract. 2. ca. 5. & 6. & alibi sæpe: & Pythagoras apud

apud Plutarchum, de Placitis philosophorum, libro 5. Sperma (ait) probissimi sanguinis esse spumam, alimenti recrementum, vt sanguinem quoque, & medullam. Et Arist. lib. 1. de Gener. anim. c. 18. & seq. tradit ipsum semen esse excrementum vltimi alimenti sanguinei.

Sperma, spumam probissimi sanguinis.

13 Quin Soranus Ephesius in Isagoge, cap. 16. scribit semen virile sanguinem esse: in idque Galenus lib. 2. de Semine, scribit semen nihil aliud esse, quàm sanguinem à venis, quæ ipsum continēt, exquisitè confectum. Quod & ipsum propemodum voluerunt Erasistratus & Herophilus, apud Octauum Horatianum lib. 4. Rerum medicarum. Hincque Iuuenalis Satyra prima sperma sanguinem vocat:

Sperma sanguis.

Partes quisque suas ad mensuram inguinis hares,
Accipiat, sanè mercedem sanguinis.—

Hicque referri potest illud Osee 4. Adulterium inundauit, & sanguis sanguinem tetigit. Nam & alibi sæpe in sacris literis sanguis pro libidine accipitur. Psalm. 51. Libera me de sanguinibus Deus, Deus salutis meæ, & Ioan. cap. 1. Qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt.

14 Hincque etiam nati ex nobis & nostris, dicuntur noster sanguis, vel teste Virgil. lib. 6. Aeneid.

De eadem re.

Proiice tela manu sanguis meus.—

Et Horatio in Arte Poetica:

Vos ò Pompilius sanguis.—

Et Persio Sat. 1.

Vos ò patritius sanguis.—

Et hinc quoque fratres eodem patre geniti dicuntur Consanguinei, tum nostris legibus, vt probatur ex l. 1. §. consanguineos. ff. de suis, & legit. cum sim. tum aliis scriptoribus, vt probauimus in nostro Tractatu Rerum. tit. 1. §. 1. glo. 9. in verbo, ou lignagier, nu. 4. incip. his igitur. Ex quo etiam Sophocles huiusmodi fratres sæpe vocat ὁμοίους veluti eiusdē sanguinis, ἅμα enim sanguis est.

Sanguis maximam vitalitatis portio.

15 In sanguine autem magna est vitalitatis portio, emissusque spiritum trahit secum, quemadmodum scribit Plin. lib. 11. cap. 37. Ideo Galenus li. de sanguifugis, c. postremo scribit, non salubre esse venam sæpius incidere. Nam cum sanguine simul discedit & vitalis spiritus. Quod & intelligens Virgilius ille nullius rei ignarus, lib. 1. Aeneid.

—Tuāque animam hanc effundere dextra.

Quo in loco Donatus, Hic (inquit) Poëta definit animam esse sanguinem, aut in sanguine esse animam. Et Seruius alter interpres, Secundum, inquit, eos, qui animam sanguinem dicunt esse. Et rursus lib. 2. Aeneid. de Polite animam efflante:

Concidit, ac multo vitam cum sanguine fudit.

Quo in loco Seruius interpres, Ex opinione (inquit) eorum, qui sanguinem vitæ sedem volunt. In idque referri potest illud eiusdem Virgilij lib. 10. Aeneid. de Pallante:

Sanguis vitæ sedes.

Vna eademque via sanguisque animusque sequuntur.

Quo etiam in loco interpretes dicunt, illic animum pro anima positum. Et clarius illud eiusdem lib. 10.

Vndantique animam diffundit in arma cruore.

Vbi & ipse Seruius idem dicit, quod supra ex eo diximus, sanguinem esse sedem animæ, citatque proximum illum versum. Cicero in Oratione pro Sexto Roscio, vtrunque copulat, scilicet sanguinem & vitam: Sanguinem & vitam ne petat. Nam & D. Augustinus tradit in lib. Quæstionum Veteris, & noui testamenti, & repetunt Decreta canonica in cap. Moyses. 32. q. 2. animam in sanguine habitare. Quod & antè dixerat Diuus Epiphanius lib. Hæresēon 1. to. 1. secta 9. & iterum li. 2. to. 1. secta 56. in id priore illo loco referens illud Gen. 4. Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Sed id clarius declarat, quod scribitur Leuit. 17. ca. non vno in loco, animam omnis carnis in sanguine esse. Id quod etiam affirmat Seruius lib. 6. Aeneidos in eum locum,

Purpureasque vestes.

In id afferens illud Virgilij lib. 9. Aeneidos,

Purpuream vomit ille animam.

Sanguis pro anima.

16 Proinde in sacris quoque literis sanguis pro anima plerunque ponitur, tametsi anima ipsa non est, vt Deuteron. 12. cap. & alibi sæpe. Quod & annorat Diuus ipse Augustinus libro 3. Quæstionum in Leuiticū, c. 57. Ex quo D. Hieronymus (si eius sit vulgata editio) Genesis, cap. 9. id quod in Hebræo sermone legitur, לא תאכלו בשר בני אדם. Id est, excepto, quod carnem in anima sua, in sanguine suo, non comedetis. ita vertit, Excepto quod carnem cum sanguine non comedetis. Quod idem est cum eo quod supra diximus ex litera Hebraica. Est enim idem anima & sanguis in ea lingua. Omisit autem ille interpres alterum, ratus, quod & verum est, (vt etiam annotauit Augustinus Eugubinus) vtroque nomine tam animæ, quàm sanguinis, idem significari. Ex quo & Auen Esdra, cum locum interpretans, Hebraicè quidem, sed in hanc sententiam scribit: Carnem cum anima sua ne comedatis. Horatius lib. Carmin. 1. Ode 24.

Non vana redeat sanguis imagini.

Vbi Acron interpres id quoque expendit, adducens & illud Virgilianum lib. 9. Aeneidos, à nobis supra ex Seruio citatum,

Purpuream vomit ille animam.—

Sanguis anima ex quorundam opi.

Quo

17 Quo etiam in loco Seruius interpres; Secundum eos (ait) qui dicunt animam esse sanguinem, Nam & Lactantius lib. de Opificio Dei, ca. 17. & Nemesius Philosophus in libr. de Natura hominis, scribunt, ex Philosophis nonnullos sanguinem animam dixisse. Hi autem sunt Diogenes, & Critias, vt tradit Gregorius Nicenus, lib. de anima, cap. 1. Empedocles autem dicebat animæ principatum esse in sanguinis cōcretionē, vt tradit Plutarchus in Placitis Philosophorum. At Cleātes Chrysiptus, & Zenon, ex sanguine esse dicebant, substantiam autem eius esse spiritum, vt prodit Galenus lib. 2. de Hippocratis & Platonis placitis.

18 Exanguis mortui. Hincque exanguis mortuos vocamus, hoc est, sine sanguine, vti & exanimis, id est sine anima, Virgilius lib. 2. Aeneidos:

—Corpūque exanguē sepulchro
Reddidit Hectoreum.— Et libro 9.
Nec minor in castris luctus, Rhamneta reperto
Exanguis— Et libro 11.
Labitur exanguis.—

Nam vt scribit Lactantius, aut (vt alij vocant) Lucretius, Statij interpres, in lib. 6. Thebaidos: Sanguis propria videretur esse animæ possessio: vnde exanguis mortuos dicimus. Ideo, vt redeam, Iuuenalis huic quod supra num. 13. ex eo diximus, subiungit: —Et sic

Palleat, vt nudis prestat qui calcibus anguem.

Nam vt immodicē concumbentes palleant, & attenuentur, vti que necesse est, propter exhaustum sanguinem: qui & vitam nobis, vt iam dictum est, & colorem suppeditat, vt palam est omnibus, & scribit Aristoteles libro Ambiguitatum orbicularium vlt. cap. 9. Nam & homines pallidos fieri ex coitu tradit item Aëtius 1. Terrabili, Sermone 3. cap. 8.

19 Coitus alias euacuationes superat. Quæ cum ita sint, idēd Auicenna d. tra. 1. iam supra sæpius citato, cap. 11. & iterum in Canticis, scribit, nullam euacuationem huic esse similem. Cui subscribens Haly Abbas in 5. Theoricæ, c. 36. Non est (ait) sperma, quemadmodum aliæ superfluitates, quibus omnino natura non indiget: qualia sunt emunctioes, sputa, sudor, vrina, & similia: sed ex meliori fit, quæ in corpore est, substantia, ac laudabiliori. Quod sumpsit ex Galeno, qui lib. 3. de Spermate, c. 1. scribit vile superfluitatis esse sperma. Et subdit Haly pauld post: Generatur sperma ex claro puroque sanguine, quo principalia, & prima membra vescuntur. Et iterum post pauca concludens: Cum igitur coitus mensuram excefferit, licet nō tanta eo quantitas, vt phlebotomia, vel aliter, euacuetur: vehemens tamen accidit inde virtutis dissolutio.

20 Concubendū ei, qui infirmior esse vult. Nec hoc visum prætereundum, quod in hanc sententiam Pythagoras dicebat, omni tempore venerea esse grauiā, & ad sanitatē minimē idonea. Et aliquando interrogatus, quando esset concubendum, Tunc (ait) cum teipso infirmior esse vis, atque debilior. Autor vtriusque Lærtius. Idem admonere solebat, μη ποικνὰ τ' ἀνθρώπων τ' ἀνθρώπων: μη δ' ἐν σιωπῆς ἀφροδισιάζειν ἀνθρώπων. Id est, ex Gesneri translatione apud Stobæū c. 17. Ne sepe homo ab homine: hoc enigmate frequenti venierum vsu interdicens. Cliniam quoq; scētæ Pythagoricæ Philosophum dicere solitum accepimus, tum adeundā esse mulierē cōcubitus causa, vbi nocumētis exponere te destinatis. Cornelius item Celsus, omnium Medicorū Latinorum elegantissimus, statim in initio libri primi: Concubitus (inquit) frequens, corpus soluit. Paulus Aegineta lib. 1. c. 37. scribit frequentem concubitus, corpus reddere ἀραιότερον, ψυχρότερον, εμποτέρον, καὶ ἀδυνέστερον. id est, rarius, frigidius, aridius, & imbecillius: quod & antē scripserat Oribasius Sardinus lib. Euporiston 1. c. 22. & ante vtrunque Galenus lib. de Sanitate tuenda 3. Hippocrat. autem lib. 2. τὸ πρὸς διαίτης. tradit Venerem emaciare, humectare, calefacere: primū scilicet propter euacuationē: alterum propter humidum liquefactum, quod in corpore remansit: tertium, propter laborem & frigidī excretionē. Aëtius Terrabil. 3. cap. 8. scribit omne hominis robur vsu coitus reddi debilius.

21 De eadem re. Epicurus voluptatis alioquin assertor, & Democritus Abderites, damnarunt Venerē, vt in qua homo alius, vt hic dicebat, exiret ab homine: quod concinit ei, quod diximus ex Pythagora. De Epicuro testis est Galenus lib. 3. eius Cōmentarij, qui inscribitur ἐπιτροπὴ τέλει, c. 35. inquit, Veneriorum verō secundū Epicurū nullus est vsus salubris. Quod & ex eodem tradit Sabinus, & ipsemet Galenus in Cōment. in lib. 3. Morborum vulgarium Hippocratis, quo loco de Pythone differitur. Et id fortasse opinabatur ipse Epicurus, quoniam & ipse putabat sperma esse animæ, & corporis ablationem violentam, vt prodit Plutarchus lib. vltimo de Naturalibus Philosophorum decretis, cap. 3. De Democrito autem autor est Plinius lib. 28. cap. 6. vbi & hoc subiungit: Est hec cule raritas Veneris vtilior. Scribit Plutarchus in Symposiacis, Zopyrum Gordiansem medicum tradidisse in hac concubitus ratione vtendum festiua Thaletis elusione, quem cum mater importunius ad nuptias sollicitaret, ita eam elusisse ferunt, ἔγω καὶ ἄλλοι, ἢ μήτε, id est, nondum opportunum, siue tempēstiuū est, ὁ mater. Simili modo, & ad venerea (inquit) affici debemus, vt cubituri illud succinamus, Necdum accommodum est: idem & à somno excitati, καὶ ἐν κενῶς, id est, iam effugit occasio. admonens ita Zopyrus, nunquam esse coitum accommodum. Illud autem Thaletis scriptū est à Stobæo, cap. 66. & Diogene Laërtio in vita illius. Qui & in Diogene Cyrico (vt illud obiter dicam) simile quippiam dixisse eum tradit. Rogatus enim ille à quopiam, quo tempore ducenda sit vxor. Iuuenibus (inquit) nondum, senibus verō nunquam.

Sed vt

22 Sed vt redeamus ad Plutarchum, is in eo libello, quem τὸ πρὸς ὑγιεινῶν, quasi dicas, de tuenda bona valetudine, scripsit, commendat illud nescio cuius, προφῆς ἀπορίης, καὶ πόνων ἀκονίης, καὶ ἀπὸ γυμνασίου ἔστιν σωτήριος ὑγιεινὸς ἀπὸ ἑσπ. Id est, Vesci citra saturitatem, impigrum esse ad laborem, vitale semen cōseruare, res esse saluberrimas. Nam (vt subdit) coitus immodicus, propterea quod maxime vim eam extrahit, qua cibus cōcoquitur, plurimū superfluitatis, & redundantia gignit. Et in alio loco eiusdem libri: Si Venus in corpore malē, & præter naturā affecto misceatur, his etiam quonondū certum vitiū, aut corruptionē acceperūt, phlegma, bilēque mouet, exagitat, magisque ac magis excitat. Idem rursum in lib. cui titulus est, An brutis insit ratio: Citra Veneris (inquit) cupiditates quis se bene habere potest. Ideo licet naturales sint, non tamen necessaria. Porphyrus quoque lib. 1. de Abstinētia ab esu carniū, negat omnino venerea ad sanitatem cōferre. Rabbi Moyse in lib. de Regimine vitæ, ex autoritate Auenzoar: Quicumque (ait) cupit sanitatis continuationem, non assumat coitum in mente sua, nec recordetur ipsius, quantum poterit.

Coitus incommodus.

23 Ex his fortē Epicuri, Democriti, & asseclarum placitis, Auerrois & Philosophus, & Medicus non contemnendus Collig. 6. cap. 7. scribit plurimos sapientum prohibuisse vsu coitus in conseruatione sanitatis: quoniam propter minimum quemque errorem euacuationis ipsius, maximum fit nocumentum. Et in eodem cap. Coitus, inquit, desiccet corpora, virtutes debilitat, & corpus euacuat. Rasis quoque in lib. supra citato ad Almanforem 4. cap. 17. Coitus multus, & frequens, corporis vires destruit, corpūque corrumpit, & debilitat. Cui consentaneum est illud Lucretij & Physici, & vatis egregij, lib. 5. de Rerum natura: Et Venus imminuit vires. -- Illud quoque Maronis lib. 3. Georg. quem omnium disciplinarum peritum vocat Macrob. libro 1. Saturnalium:

Sed non vlla magis vires industria firmat,
Quam Venerem, & cæci stimulos auertere amoris.
Vt Venus eneruat vires: sic copia vini,
Et tentat gressus, debilitatque pedes.

Et alibi,

Quibus concinens Cælius Aurelianus libro Chronion 5. cap. postremo, Veneris, inquit, vsus effœminat membra, atque fortitudinem tollit. Et antē, scilicet libro 3. cap. 5. dixerat Venerem esse neruositate vexabilem, quippe cum fortitudinem corporis tollat. Et Seruius in li. 5. Aeneid. interpretans locum illum eiusdem libri,

Fas omne est, Cytherea, meis te fidere regnis,
Vnde genus ducis. --

scribit Venerem ἀφροδισίην dictam à maris spuma, quæ ἀφροδισίης dicitur, ex qua ea nata est: quod scilicet omnes vires vsu venereo debilitantur, qui sine corporis damno non geritur. Ergo, inquit, de damno orta est Venus. Quamquam sunt, qui alio hanc Veneris appellationem referunt, vt diximus in 9. lege connub. num. 167. incip. nam & hinc. Et Columella decanibus loquens lib. 7. cap. 12. negat huiuscemodi animalibus ante annum permittendam Venerem, vt quæ carpit & corpus, & vires, animosque degenerat.

Venus Aphrodite cur dicta.

24 Idem è nostris comprobatur Lucas Pen. in l. sicut. col. 1. C. de erga. mili. anno. lib. 12. dum dicit, castra à castrando dicta, quoniam milites castè debent viuere. Luxuria enim eneruat vires. Ideo Quintilianus (vt ille subdit) in Milite Mariano: Meretrices ab exercitu summouentur: intrare castra fœminis non licet. Cui consentiens Seruius lib. 3. Aeneidos enarrans eum locum,

Nos castra mouemus. --
tradit castra dicta quasi casta, vel quod illic castraretur libido. nam nunquam iis intererat mulier. Quod & ipsum repetit Isidorus lib. Etymologiarum. Ex quo etiam est illud Propertij lib. 4. in Epistola Arethuse ad Lycotam:

Romanis vti nam patuissent castra puellis,
Essem militia sarcina fida tuae.

Illudque Lucani lib. 2. vbi introducit Martiam Catonis Vticensis vxorem ita maritum alloqui:

Da mihi castra sequi: cur tuta in pace relinquar?
Et sit ciuili propior Cornelia bello?
Hæ flexere virum voces, & tempora quanquam
Sint aliena toris: iam fato in bella vocante.

Castra unde dicta. Mulieribus castra intrare non licere.

Et hinc quoque Athæneus & Suidas Veneris masculæ inuentum in Italos retulerunt: qui belli tempore per leges in castris fœminas habere prohibebantur: tanquam scilicet pueris eo tempore abuti licuerit. Quod tamen non admittit Gregorius Gyraldus, Historiæ Poet. Dialogo. 1. Polyenus autem lib. 8. Stratagematon ad Antoninum, & Verum Imperatores, scribit Scipionē omnes meretrices è castris eiecisse, iussisēque eas in urbem conuiuuii deditam recedere. Hūcque etiam pertinet illud Virgilij loquentis de Antonio, qui Cleopatram secum ad bellum duxerat,

Sequiturque (nefas) Aegyptia coniunx.

Quo loco Seruius interpres, Non in eo inquit, tantum quod Aegyptiam Romanus duxerat, sed etiam quod mulier castra sequebatur, quod ingenti turpitudine apud maiores fuit. Vnde bel-laturus Pompeius in Lesbo reliquit vxorem.

Puerorum cōcubitus vnde apud Italos ortus.

25 Cæterum Cardi. Alex. in c. si gens. 56. dist. no. ex eo textu. vacantes libidini esse aliis in bello detiores. & Ang. in l. miles ita hæredem. §. mulier. ff. de milit. testam. no. etiam ex eo text. qui prohibet militem relinquere mulieri, in qua sinistra suspicio cadere potest: quod maior castitas in militibus

Castiores esse debere.

Venus rebus bellicis interdita.

litibus requiritur,quam in paganis,vt sint fortiores,& audaciores. Et in idem est text.in l.2. C. de donati.inter vir.& vxor. qui prohibet milites donare suæ focariæ. Nam milites meos (inquit Imrator in eo loco) à focariis suis fictis adulationibus spoliari nolo. Et huc quoque respicere potuit Homerus apud quem li.5.Iliad.Iupiter Veneri rebus bellicis interdicit, tanquã his maximè aduerfanti: quòd Veneri dediti non sint bello idonei. Huius carmen est huiusmodi:

ὄυ τὶ τέκνον ἐμὸν δέδο γ πολέμια ἔργα: ἀλλὰ σὺν γ' ἰμερόεντα μετέρχου ἔργα γάμοιο.

Quod & ex eo expedit Plutarchus in lib. πρὸ τῆς εὐθυμίας, id est, de tràquillitate animi. Nã quòd apud Lacedæmonios Venus armata coleretur, aliò spectabat, vt videre licet apud ipsum Plutarchum in Apophthegmatis Laconicis, tum in Charillo, tum alibi, & in libr. de Fortuna Roman. & Lactantius lib.1. cap. 20.

26

Athletas uenere abstineere.

¶ Sed (vt redeamus) D. Augustinus lib. 20. aduersus Faustum Manichæum, tradit Poetas scribere Venerem non quidẽ Martis esse vxorem, sed adulterã: quia ea belligerantibus incongrua est. Plato autem in suis Legibus lib. 8. scribit Iccum Tarentinũ, Altylum, Chrysonem, Diopompum, & alios athletas, tametsi robore, & bona habitudine corporis proniores in libidinem essent, tamen victoriæ cupiditate, quam cõsequi ex Olympicis, aliisque certaminibus cupiebant, nullã vnquã in toto exercitationis suæ tẽpore Venerẽ cognouisse. Quod & omnes athletas facere solitos tradit Galen. lib. 6. de Locis affectis, haud multò ante fi. Et de Icco testimonium quoq; perhibuit Aelianus de Natura animalium lib. 6. c. 1. & de Varia historia lib. 3. c. 3. vbi & illud tradit, tauros cum aliis certantes à Venere abstinerere. Ex quo Simplicius in Commentariis, quos edidit in Enchiridion Epicteti, cap. 43. Athletæ (inquit) à Venere abstinent amore oleaginæ coronæ quæ in Olympiis dabatur. Et Clemens Alexandrinus lib. 2. Pædag. cap. 10. Robur (inquit) corrumpit coitus: quod in animantium rationis expertibus, & in iis, qui in exercitatione versantur corporum clarè apparet: quorum hi quidem qui abstinent, superant aduersarios. Et lib. Stromaton 3. Aiunt, inquit, Athletas non paucos abstinerere à Venere, propter exercitationem corporis continentes: quemadmodum Crotoniaten Astylon, & Chrysonẽ, & Himeræum. Vide tamen quæ dicam ex Plinio infrã num. 75. incip. rarus. Dositheus autem lib. 3. Rerum Lydicarum, & ex eius autoritate Plutarchus in Parallelis, cap. 56. tradunt, quòd cum Sardiani, qui cum Smyrnanis belligerabant, legatos misissent, se non antè ab obsidione discessuros, quam vxores ad coitum cõcessissent: ancilla quædam honesta facie ad herum Philarchum accurrens, Mittite, inquit, ancillas ornatu liberali, quod cum factum esset, Sardiani earum coitu defatigati, ac viribus exhausti cõtinuò capti sunt. Et idem ipse Plutarchus cap. seq. ex autoritate Aristidis Milesij lib. 1. Rerum Italicarum scribit hoc idem contigisse Atepomato Gallorum Regulo, qui Romanos obsederat. De qua re etiam non nihil apud Macrob. lib. 1. Saturn. c. 11. Ex quibus planè intelligis, nihil magis obesse rebus bellicis, quam Venerem. De qua re & tu quædam videbis apud Io. Lup. in repet. rub. de donat. inter vir. & vxor. §. 37. colum. 3. versic. hæc tamen limita. Veruntamẽ videmus (quod maximè dolendum est) viros Martios, & militiæ deditos mulierum cõsuetudine magis, quam ceteros gaudere. Hincque poetas non temerè nec præter rationem Martem cum Venere coniunxisse, vt alibi ex Aristotele diximus suprã in 9. leg. connub. num. 123. quod autem ad secundum.

27

De eadem re.

Multi in ipso coitu mortui.

¶ Sed vt alia incommoda Veneris prosequamur, Galenus lib. 1. de Spermate, scribit animales particulas non solum seminaria humiditate destitui ex superfluo coitu, sed etiam vitali spiritu, qui ex arteriis euacuatur cum spermatica humiditate. Quocirca non mirandum, si imbecilliores efficiantur multum coeuntes, vt pote re purissima ab vniuerso corpore exeunte, & accedente insuper delectatione, quæ per se potest vitale robur exoluere. Ex quo factum, vt quidam immoderatè delectati, mortui sint. Hæc ferè Galenus. Et profectò plerique, aut quia nimium delectati sunt in opere venereo (vt ille dicit) siue etiam, quia immoderatè coierunt, in ipso concubitu occubuisse leguntur. Nam vt refert Plin. lib. 7. cap. 53. Cornelius Balbus Prætorius, & Q. Heterius Eques Romanus, in Venere obière. Cuius etiam rei meminit Valerius lib. 9. ca. 12. Tradit etiam Petr. Damianus quendam principem Tarentinum, dum cum meretrice congregaretur, animã emisisse. Iouianus quoque Pontanus in libro de obedientia scribit se compertum habere Beltrandũ quendam, cognomento Ferrerium, in Venere expirasse. Obseruatum quoque est in Græcorũ monumentis, idem Pindaro illi nouem Lyricorum (vt Fabio placuit) principi accidisse: licet aliter sentiat Valerius Maximus li. 9. c. 12. Et id contigisse Speusippo Platónico, prodit Tertullianus in Apologet. Est & Epitaphium Menelai cuiusdam, in media Venere mortui, ab Ioanne Secundo editum:

Inter opus medium lasciuia morte solutus, Hic situs est, & in it iam Menelaus humum, Qui blande Veneri vitæ sacrauerat annos, Haud aliter vitam ponere iussus erat.

28

Astrorum in ipso concubitu moriuntur.

¶ Idque nonnullis accidit astrorum vi & potentia, si credimus Julio Firmico, libr. Astronomi. 8. c. 6. Si Pleiades, inquit, hoc est, sexta pars Tauri in occasu fuerit inuenta, & beneuolæ stellæ simul cum maleuolis hunc eiusdem locum æquata radiatione respexerint, mors illis amœna proueniet. Nec mireris, quòd hic huiusmodi mortem amœnã vocet, cum sint nonnulli adeò hac voluptate dementati, vt in ea mori maximè cupiant. Propertius enim huc respiciens, sic scribit li. 2. Eleg. 1.

—Lauis

—Lauis in amore mori.

Et Ouid. lib. 2. Amorum, Eleg. 10.

Felix, quem Veneris certamina mutua perdunt.

Dij faciant, leti causa sit ista mei.

At mihi contingat Veneris languescere motu,

Cum moriar, medium soluar & inter opus.

Atque aliquis nostro lacrymans in funere dicat,

Conueniens vitæ mors fuit ista tua.

Et paulò post:

29 ¶ Ob id autem, quòd nonnunquã mors in ipso concubitu, aut etiam ob eius frequentiorẽ vsum euenit, fortasse veteres Venerem non solum natalium, sed & mortis quoque præsidem coluerunt. Siquidem in æde Libitinæ, quæ ad sepulturam pertinent, vendere consueuerunt, Libitinam nihil aliud existimantes esse, quam Venerem, sicuti & Plutarchus prodidit in Numa Põpilio: hoc fortè argumento admonẽtes, eandẽ, quæ causa vitæ est, mortis quoque causam esse plurimis. Est enim Libitina, exequiarum dea. Vnde Libitinarij dicuntur, qui exequias funeraq; curant, de quibus in l. cuicumque. §. idem ait. ff. de instit. actio. vbi Accur. rectè id verbum interpretatur, quod rarerent in eiusmodi rebus facit: verum ex tex. id potest planè colligi. Quanquã eum morè alij aliò referunt, vt videre licet ex eodem Plutarcho proble. c. xxij. Verum eò haud dubiè spectat Epigrãma olim inscriptum Athenis in Gymnasio Adriani, ad Venerem cœlestem, quo ipsam Parcarum esse vetustissimã indicatur, vt tradit Pausanias lib. 1. qui est de rebus Atticis. De Venere quoque Libitina meminit & Dionysius Halicarnas. lib. 4. Varro libr. 2. Linguae Latinæ: qui tamen aliò eam appellationem trahit. Sed & ad id referri potest illud Veneris epitheton ἀδρόφονος, id est, homicida, quoniam scilicet nimius concubitus homines interimat. Nam & Plutarchus in ἐρωτικῶν memorat templum ἀδρόφονος Ἀφροδίτης, aliò tamen id trahens.

30 ¶ Et huc item respicit quod Plautus in Mercatore, Deam Astarten (quæ & ipsa Venus est, vt tradit Suidas) & Theophylactus in Oseam, & ante eos Tullius lib. 3. de Natura Deorum, vitam hominum deorumque, & eandem mortem & interitum vocat. Huius verba hæc sunt:

Diua Astarte hominum Deorumque vis, vita, salus. Rursus eadem qua est Pernicies, mors, interitus.

De huiusmodi Astarte dea, vt id obiter dicam, fit mentio in sacris literis, lib. 3. Reg. c. xij. vbi scribitur Solomonem coluisse Astarten, Deam Sidoniorũ. Et apud Iosephum libr. 6. Antiquitatũ Iudaic. c. xv. eodemque vlti. & Lucianum in lib. de Syria Dea, statim post principiũ: & apud Eusebium lib. 1. Euangelicæ præparationis, c. vij. vbi Astarte corruptè legitur. Et Arnobium lib. Disputationum aduersus gentes octauo, vbi hanc Syros colere scribit, & Artemidorum Daldianũ de Somniorũ interpretatione, & Epiphanium aduersus gentes, vbi de Sabellio loquitur: item Aelianum, qui & eã Syriam vocat: & Tatianũ Assyrium, in Oratione πρὸς ἔλληνας: vbi dicit Inthobalum Tyriorũ Regem fuisse sacerdotẽ Astartes. Quod & ipsum tradit Theophilus Antiochenus lib. 3. Institutionũ ad Autolycum. Et huc quoque referri potest, quòd ab Aegyptiis Venus Nephthe vocatur, quam & finem, siue mortem nuncupãt, apud Plutarchum in lib. de Iside & Osiride.

31 ¶ Auicenna quoque alter Medicorum recentiorum oculus, lib. 1. Canticorum, c. clxx. Multus (ait) coitus debilitat corpus, facitque ipsum hæreditare varias species nocumentorum, & dolorum. Et in illo c. xj. ex quo illum suprã citauimus, multa ipsius coitus nocumẽta describit, quæ illinc omnibus licet fumere. Ioannitus etiam in Isagogis: Coitus siccatur corpus, & minuit naturalem virtutem, ideòq; infrigidat. Et Arnaldus Villanouanus in Speculo, multa itẽ coitus intemperati nocumenta enumerat: multa Pet. Apo. differ. 124. cuius est initium, quòd coitus non competat: & Michael Sauonarola tract. 2. c. j. in materia quartæ rei non naturalis, quæ sunt in promptu omnibus. Et Constantinus Africanus in libro, quem priuatim inscripsit de Coitu.

32 ¶ Inter cætera autem membra, præcipuè nocet coitus stomacho, parti illi corporis pretiosissimæ, quam medici recentiores cocum humani corporis vocant, Macrobius patremfa. ipsius corporis appellat lib. Saturnaliorum 7. c. iij. Et idẽ eo malè affecto, omnia cætera afficiantur, & tabescant necesse est, vel testimonio illius apologi Aefopici, de cæteris membris, quæ aduersus ventrem, id est, stomachum (nam & hunc ventrem, & ventriculum appellant) coniurarent: quo quidem vsus Menenius Agrippa, plebem Patricijs conciliauit, apud Liuium libr. 2. ab Vrbe condita, & Plutarchum in Martio Coriolano. Nocet, inquam, primũ coitus stomacho magis, quam aliud quicquã, vt dicit Galen. in lib. 3. Epidemion Hippocratis, Commentario 1. quo loco de Pythione quodam differit, & Aetius ex Philagrio Tetrabib. 3. Sermo. item 3. cap. xxxiij. vbi & eos qui stomacho laborant, iubet abstinerere à spectaculis, & lectionibus, quæ venereæ rei vsum in memoriam reuocare possunt, & Auicenna in libr. 3. Fen. 13. tracta. 1. c. xxxvj. eodemque vlti. & tract. 1. c. xj. & in 13. eiusdem 3. cap. vlti. primi tractatus.

33 ¶ Nocet etiam cerebro, vt scribit Galenus in Commentariis lib. 3. Epidemion Hippocratis ad fi. & Arnaldus, qui etiam loquitur de membris illi vicinis, in Speculo introductionum medicinalium, c. lxxxij. & in lib. de Regimine sanitatis, parte 2. c. vj. & Albertus lib. 22. Animalium, c. iij. Ex quo fortè coniecit Alcmaeon, aut vt alij appellat, Alcman, apud Plutarchum lib. 5. de Placitis philosophorum, ca. iij. & Galenus in lib. de Philosophi historia, semen esse cerebri partem: & Pythagoras

D d

Ea mors nonnullis amœna.

Venus mortis, ut natalium, præses. Venus Libitina.

Libitina dea exequiarum. Libitinarij.

Venus Parcarum vetustissima. Venus homicida.

Astarte Venus dicta.

Eusebij locus.

De eadem re.

Venus nocet stomacho.

Aefopi apolo gus.

Venus nocet cerebro. Semen pars cerebri.

Stillā cerebri. Ex cerebro excernitur. Venæ si post aures incidantur, semen nō amplius est genitale.

apud Laertium, semen esse cerebri stillam, quæ in se calidum continet vaporem: & Plauto atque Diocles, semen à cerebro excerni, apud Galenum in Definitionibus medicis: & D. Augustinus libr. de Vera religione, ca. xl. dum scribit, semen per genitales vias ab ipso vertice defluere in infima voluptate. Quod & ante eos asseruit Hippocrates in lib. de aere, & aqua & regionibus, parte vlt. c. iij. adiciens aliud huiusce rei signum, quia videlicet ij, quibus venæ post aures inciduntur, deinceps nō spermatizāt: & si in coitu aliquid tale emittunt, id nō est genitale, & prolificū. Quod & ipsum affirmat D. Gregorius Nyssen in lib. de viribus animæ, cap. xvij. & Nemesius Philosophus de Natura hominis, c. xxiiij. & Constantinus Africanus in lib. de Coitu, post prin. & Albertus, quō loco nuper citauimus, & Auicenna in 2o. 3. tract. i. cap. iij. & Arnal. Breuiarij lib. 2. c. cclj. & in prin. libelli, quem de Coitu nuncupatim inscripsit. Quanquā ipse Hip. aut (vt Gale. mauult.) Polybus, quod supra diximus, in lib. περί γονής, id est, de genitura, tradit sperma ex omni parte corporis profluere, sed maiori ex parte, ex capite per aures in spinæ medullam. Hincque illud proficiscit, quod diximus, eos quidem qui secundum aures secantur, dum coeunt, paululum aliquid emitte- re, sed infœcundum.

34

Spadones calui non sunt.

Et hinc quoque spadones calui effici nequeunt, sicuti ipse Hipp. tradit libr. 6. Aphor. & iterū lib. περί φύσις παίδων, id est, de natura pueri: & confirmat Aristoteles lib. 3. de Historia animalium, c. xj. & lib. Problematon 10. c. lvj. & Plinius libr. 11. c. xxxvij. Spadones, inquit, calti effici nequeunt. Pueri quoque, vt tradit ipse Aristoteles priore illo loco, & iterum lib. 5. de Generatione animalium c. iij. caluitium nesciunt, quod videlicet multum cerebri obtinent: quam rem eis contingere hinc manifestissimū est, quia rem veneream non agūt: quando & in nullo ante vsū Veneris huiusmodi capillorum defluuium eueniat, vt in illo quoque loco scribit Plinius. Quod & ante eū dixerat Aristoteles eodē illo lib. de Generatione animalium 5. c. iij. vbi & illud addit, à venero coitu caluitium euenire, scilicet iis, qui sua natura sint eo propensiores. Et ex hoc fortē Venus calua à Romanis celebrata est, vt tradunt Lactantius lib. 1. c. xx. & Iulius Capitolinus in Vita Maximiano- rum, ad finem, Cyprianus de Idolorū natiuitate, & D. Augustinus epist. 44. quōd scilicet caluitiē efficiat: quāuis scīā, id ab omnibus aliō referri. Scio autem Apuleiū lib. 2. Afini aurei scribere, Venerem, licet omni Gratiarū choro stipatā, & toto Cupidinū populo comitatā, & Baltheo suo cin- ctam, cinnama flagrantē, & balsama rorantē, si calua processerit, ne Vulcano quidem suo placere posse. Sed vt redeamus, ob ea quæ supra diximus, Medici eos, qui huiusmodi capillorū fluxu labo- rant, Venerem vitare iubent canē peiūs, & angue, vt videre licet apud Alexandrū Trallia. lib. 1. c. ij.

Venus calua.

Venus nocet capillorū fluxui.

35

Cerebri modicum habent salaces. Boues exēcti cornua maiora habent. Cerui castrati non edunt cornua.

Et sicuti multum cerebri obtinent, qui nō coeunt, vt diximus, ita è diuerso minimū ij certē habent, qui intemperanter libidinē exercent, vt cōfirmat Galenus, tradens, cuidā salacissimo ab obitu capite dissecto, eius partis diminutionē manifestam apparuisse. Ex quo & ipse quoque colligit, quod supra ex aliis diximus, spermatīs partem maximā ex cerebro secerni. Nā & eadem ratione boues exēcti, cornua gerere maiora visuntur, vt etiā tradit Columella lib. rei rusticæ 6. c. xx. & ante illum Aristo. eodem lib. Problematon 10. c. lvj. vbi & hac eadem ratione asserit, id fieri, quod de spadonibus supra diximus. Nā hi, inquit, rem veneream nō agunt. Semen enim labi per spinam è cerebro videtur. Verūm idem Aristote. lib. de Natura animalium 9. c. vlti. tradit ceruos, si cūm per ætatem nondū cornua gerunt, castrantur, nō edere cornua, quod aduersari superioribus videtur.

36

Spina medulla à cerebro. Coitus spinae nocet.

Et quoniam à cerebro spinæ medulla descendit, eandemque ei esse naturā quam cerebro plerique autumant, vt scribit Plin. lib. 11. c. 37. consequens quoque est, vt si coitus obfit cerebro, eā quā supra diximus ratione, eadem quoque spinæ noceat necesse est. Nā & Hipp. in lib. de passionibus interioribus, tradit medullam spinæ maximē siccescere, cūm venulæ medullam petentes sepuntur, atque obturantur, & cerebri meatus corporis malignitate id patitur: sed præ cunctis nimio coitu arescere. Hæc ille. Et sanè sunt multi in ea sentētia, vt sperma è cerebro (quod iam diximus) per spinam ipsam in membra genitalia defluat. Id enim scribit Aristoteles, vbi nuper citauimus, lib. Problemat. 10. c. lvj. & Plato, vt prodit Plutarchus in lib. de Placitis Philosophorum 5. c. iij. dicebat semen esse vertebralis, siue spinalis medullæ defluuium.

37

Nerui à cerebro.

Nerui eiusdē substantiæ cū cerebro. Coitus neruis nocet.

Et quia etiam nerui aut à cerebro in omnia animalium membra continenter proueniunt, aut per mediam ipsius spinæ medullam, quæ & ipsa ex cerebro, vt diximus, profluit, in alia ipsa membra transmittitur, vt videre licet ex Gal. de Decretis Hip. & Platonis, lib. 1. 2. & 7. nō semel, iterumque 8. post prin. & in lib. de Neruorū dissectione, in prin. & li. 1. itemq; 7. de Vsu partiū, & lib. de Semine 1. c. v. rursumq; 8. & lib. 1. de Motu musculorū, post prin. & lib. Aphorif. 4. c. xvij. & iterū lib. 7. c. iij. Dicitque idē in eo. lib. 7. de Hippo. & Platonis decretis, neruos eandem cum cerebro habere substantiam, nisi quōd cōpactiore materia constituti sunt, ne facile à quolibet patiantur: ideoque eos assiduo cerebri auxilio indigere. Eadem igitur ratione, qua cerebrū Venere maximē læditur, eadem & nerui ipsi, vt testis est idem Gale. in Comment. Aphorif. Hipp. lib. 3. ad fi. Orbasius lib. 1. Euporiston, c. xxij. in prin. & iterum lib. Curationum, ca. cxliij. Aetius 1. Terrabil. Sermon. 3. c. viij. Auicenna 3. 3. tract. 1. c. v. & in 2o. eiusdem 3. tract. 11. Rafis vbi supra, & lib. Continentis 11. c. iij. Valeriscus Tarentinus in sua Practica, cui titulum Philoniū nuncupant, lib. 6. c. ij. in declaratione, & ante eos Cornelius Celsus lib. 1. Medicinæ, c. ix. iterumque lib. 3. c. xxvij. eodemque vltimo.

38

Coitus nocet oculis.

Sed & quia oculi cerebro sunt proximi, ab iisque venam ad cerebrum ipsum pertingere peritissimū auctores tradiderūt, vt etiam retulit Plin. lib. 11. c. xxxvij. atque ab ipso cerebro multa spiritalis substantia

substantia ad oclorum sedes deuehitur, vt scribit Gale. lib. de Hipp. & Plat. decretis 7. & Aetius Terrab. 2. Ser. 3. c. j. idē & oculis quoque multum obest coitus, sicuti scriptū reliquit idem Aristo. lib. de Generat. animalium 2. c. v. & lib. Problematon 4. c. 2. & 3. vbi & Petr. Apost. & iterum c. xxxij. eodemq; vlti. quibus locis & alias huius rei rationes reddit. Atque etiā Galenus lib. 4. περί όπθς, cap. viij. in prin. vbi dicit ex Archigene, in fluxionibus circa oculos in principio conuenire cibi & potus paritatem, & maximē omnium rei veneriæ abstinentiam. Et Aetius Terrabil. 2. Ser. 3. cap. xlviij. & Auicenna in d. 3. tract. 1. ca. v. & in 2o. eiusdem 3. tract. 1. c. xj. & Rafis in loco nuper allegato, & Arnaldus in speculo, vbi supra, & è recentioribus Cælius, qui etiam rationem reddit, lib. Antiquarum lectionum lib. 14. c. xix. & Manardus Epistolarum medicinalium lib. 6. Epist. 4.

Ex quo fortē Poeta: qui omnium rerum naturas sub fabularum inuolucro aptissime compræhenderunt, Cupidinē libidinis Deum, ducemque cæcum finxerunt ab effectu: quoniam videlicet immodica libido oculis admodum obfit. Id quod graphice, & luculenter descripsit Marullus Constantinopolitanus in Cupidinis descriptione. lib. 1. Epigrammaton:

Quæ fors eripuit lucem? immoderata libido.

Quō etiam spectat historia, quam refert D. Ambrosius Comment. in Lucam lib. 4. c. xvij. enarrās illud Lucæ 4. Socrus autem Simonis tenebatur magnis febribus: Theotimus (inquit) cū graui oclorum morbo laboraret, Medici coitu interdixerunt: verūm is vxoris amantissimus, ac libidinis impatiens, nō potuit sibi temperare, quin vxorem amplecteretur. Isque cū esset in ipso æstu feruentis libidinis, & consuetudinis apparatu, venissetque in mentem interdictum Medicorum, χάρη, (ait) φίλον φῶς: id est, Vale amicum lumen: nimirum intelligens, sese voluptatem eam perbreuem, oclorum dispendio emisse. Aetius 1. Quaternionis, Sermo. 3. c. viij. scribit eos nō exactē videre, qui vsū Veneris sectantur. Adē autem concubitus est cōtrarius oclorū caligini, albugini, pruritui, cæcitati, & cæteris morbis, vt quædā medicamēta, quæ his potissimū morbis profunt, non nisi ex virginibus, nec nisi à castis & puris sumpta profunt, vt videre licet ex Marcello Burdigalensi. Medicam. c. viij. describit collyrium, quod inter cætera confici debet ex lotio pueri virginis, eoque vtendū esse casto & puo. Præcipuē autem nocet Venus defluxionibus in oclis decumbētibus teste Galeno ex autoritate Archigenis in lib. de Facilitē parabilibus, & lib. Pharmacorum περί όπθς 4. ca. viij. in prin. Et hinc quoque, vt opinor, palpebras defluere, abundantibus Venere, tradit Plinius lib. 11. c. xxxvij.

De eadem re. Cupidocæcus.

Theotimi historia.

Vale carum lumen.

Ex his quoque, quæ diximus de cerebro & spina, constat & coitum renibus, eorumque vitis obesse. Quod & Aristo. dicit lib. 4. Problematon, c. ij. & Gale. lib. 6. Morborum vulgariū Hippocratis, Comment. 6. & Aetius 1. Quaternionis, Ser. 3. c. viij. & iterū Quater. 3. Ser. 3. c. 2. Rufi autoritate: rursumq; eiusdē Ser. 3. c. xxx. Archigenis autoritate. & Auicenna d. c. xj. Hippoc. autem lib. de Morbis intraneis, scribit vnum ex quatuor renū morbis, maximē fieri ex nimio coitu: & omnes vbique consentiūt. Idque satis sine testibus ex eo cōprobat, quōd renes Varro ita dictos ait, & φρένας, quod est fluere, quia riui ab his obscœni illius humoris oriantur: sicuti etiā refert Lactantius lib. de Opificio Dei, c. xiiij. Quanquā nonnulli ex Philosophis hoc ipsum carpunt. Sed adstipulatur, quod tradit Hippoc. siue is sit Polybus, in lib. περί γονής, Semen cūm in medullam spinæ peruēnit, renes confestim petere, ex ipsisque per medios testes in pudēda penetrare. & Aristo. illo eodē c. ij. vbi scribit, seminis transitū per ea loca fieri: eaq; procul dubio extenuare. Ex quo est illud Reg. 8. Filius tuus, qui egredietur de renibus tuis. Et hinc Tertul. in lib. de Refur. carnis, vocat renes cōscios seminū. Et Isychius in Leuit. libr. 1. Renes, inquit, coitaliū seminum sunt ministeria. Et alibi eod. lib. in renibus dicit coitalis operationis esse semina. Et Nemesius Philosophus libr. de Natur. hominis, c. xxvij. Renes (inquit) sanguinis purgamina, & ad coitū causa fiunt appetitus. Nā venæ, quæ in geminos delabuntur, per renes transmeant, & illinc acorē quendam exhauriūt appetitum irritantē, eo modo, quo sub cute genitus acor pruritū facit: & quō geminorū pulpa cute est mollior, eō magis iidem ab acore lancinati, furiosam ad egerendū semen irritant cupidinem. Hæc ille. Democritus autē in Physiologumenis, & Fulgentius Mythologiarū libr. 3. quo loco de Peleo & Thetide loquitur, scribit ex Ethnicorū sentētia, singulas partes in homine singulos Deos obtinere, & inter Cæteros Venerē renes & inguina. Et hinc quoque Theologi interpretātur, idē Exod. 12. fuisse præceptū, eos, qui agnum paschalem comedebāt, renes accingere, vt hinc libidinis refrænatio intelligeretur. Nā & D. August. in Psal. 7. enartans illud, Scrutans corda & renes Deus, scribit delectationes nomine renū intelligi. Et D. Hieronymus in Cōment. Naum Prophetæ, c. ij. enarrans illud eiusdem c. Et defectio in cunctis renibus, scribit omnia opera, quæ ad coitum, siue commissionem pertinent, renum appellatione monstrari: quod & idem propemodum dicit in Ezechielem c. xvj. Hincque renibus vti, pro libidini indulgere, Aufonius ad Gallam posuit:

Vtere rene tuo.

At è diuerso huc respiciens Psalmographus ca. xxv. Vre renes meos, & cor meum. Ex quo loco deprompta est quotidiana illa oratio ecclesiastica, Vre igne Sancti Spiritus renes nostros, & cor nostrum, domine, vt tibi casto corpore seruiamus, & mundo corde placeamus.

Coitus obest renibus.

Renes unde dicti.

Renibus uti.

Et hinc itē lumbis non minimū obest Venus, vt tradunt ipsi Aetius, & Arnaldus, vbi supra. Sunt enim lumbi, ea pars corporis quæ cōplectitur inferiores vertebrae spinæ, qua libido in sacris literis designatur, quia sunt circa renes. Vnde illud Gene. 35. Reges de lumbis tuis egredientur. Et

Coitus obest lumbis.

Pfal. 131. De fructu lumbi tui ponā super thronū tuum. Ita enim eū locum traducit D. Hieronymus in illud c.ij. Naum, enarrans illud eiusdē c. in prin. Cōtemplare viam, tene lumbum. Et illud quoque D. Pauli ad Hebræos 7. Et ipsi exierunt de lumbis Abrahæ. Et iterū eo. c. In lumbis patris erat. Proinde cū volunt prohibere libidinem, iubent accingi, vel succingi, vel præcingi lumbos: vt Iob 38. & iterum 40. Ecclesiastici 31. eodemque vlt. Esaiæ 32. Hieremiæ c. j. & Prouerb. ca. vlti. vbi de muliere forti & pudica, Accinxit fortitudine lumbos suos. Et Lucæ 12. & ad Ephes. 6. c. & 1. Petri 1. & alibi sæpe. Ex quo & illud Psal. 37. Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus. Et illud quoque Matth. 3. de Ioan. Baptista, Habebat zonam pelliceam circa lumbos suos. Nā & huc eum locum trahit Hieronymus, vbi suprā. Qui & postea in eodem c. dicit in lumbis coitū significari. D. autem Gregorius, Lumbos, ait, præcingimus, cūm carnis luxuriam & continentiam coarctamus. Cæterum sunt, qui lumbos à libidine, hoc est, libidine dictos putent. Nam veteres lubet, & liber, libidinem, & libidinē, promiscuè dixerunt. Vide tamen circa id, quod diximus in principio huius versiculi, & quæ ex Plinio dicemus infrā. nu. 75. incip. rarus. post prin.

Lumbos accingere.

Coitus nocet lateribus. Lateri parce.

¶ Eadem quoque ratione lateribus nocet plurimum, nempe in quibus renes sunt. Vnde apud Poetas, Parcere lateri, est abstinere à coitu. Iuuenalis Saty. 6.

—Nec queritur, quod
Et lateri parce.

Et Ouidius præcipiens Venerem exerceri lib. 2. de Arte amandi, Sed lateri nec parce tuo.

Et alibi, scilicet Amorum lib. 3. Elegia 10. Vidi ego cūm foribus lassus prodiret amator, Inualidum referens, emeritumq; latus.

Et Catullus eleganti, sed obsceno epitheto, latera per concubitum exhausta appellat exfututa, ad Flauium:

Cur non tam latera exfututa pandas?
Et iuuat admissa rumpere luce latus.
Rumpis Basse latus—

Et Martialis lib. 11. ad vxorem, Epist. 105.
Et lib. 12. ad Bassum, Epist. 98.

Latus rumpere.

Sed & Virgilius in obsceno carmine, si is est:

Ipsi cernitis, effututus ut sim:
Latus deficit— Rursusque:
Neque mutare possis, usque dum mihi
Venus iocosa molle ruperit latus.

Apud Suetonium, Valerius Catullus consulari familia iuuenis, stupratum à se Caium Caligulam, ac latera sibi contubernio eius defessa, vociferatus est. Et huc quoque spectat illud Apuleij lib. Meta. 8. Sed diu viuas, & dominis placeas, & meis defectis lateribus consulas.

Et illius.

¶ Nocet item admodum illis, vel testimonio Catulli Epigr. 11. Nullum amans verè, sed identidem omnium Ilia rumpens.

Coitus nocet dentibus.

Quæ autem ilia sint, discas ex Cornelio Celso lib. 4. c. j. & Plinio lib. 11. c. xxxvij. & dentiū doloribus, si verum dicit Cælius Aurelianus lib. Chroniō 2. c. iij. & Aetius 1. Tetrab. Sermo. 3. c. viij. Tamen si vulgus aliter existimat, nempe coitum huic malo prodesse. Illud scio, in ipso actu libidinis vix sentiri hunc dolorem, quamquam acerrimum, acerbissimum, asperissimū, & qui maximis tormentis annumerari potest, vt dicit Cornelius Celsus lib. 6. c. ix. Aded hic præsens sensus libidinis cæteros quoscunque vel acutissimos obtundit, & hebetat. Verum opere patrato, aperte senties, eum dolorem non modò non sedatū, sed multò, quàm antè, rabidiorem esse. Et vt sequamur, in vniuersum Venus nocet capiti, vt tradit Oribasius lib. Euporiston 1. c. xxij. in prin. nempe in quo cerebri (cui, vt diximus, maximè noxia est Venus) sedes est. Nocet & cordi, & hepati, ex Arnaldo, vbi suprā. Et ventri, ex Aristot. lib. Problematon 4. c. xvij. & pulmōni, ex Oribasio, vbi nuper citauimus. Item pectōri, coxendicibus, vesicæ, pedibus, & gurgulionibus, ex Aetio, vbi item nuper citauimus: & quantum ad pectus attinet, ex eodem Oribasio vbi suprā.

Capiti. Cordi. Hepati. Ventri. Pulmoni.

Venerem omnia membra dissolui. Venus lussimelis.

¶ Longior essem, si omnia mēbra, quæ ex coitu, præsertim immoderato maximè languent, recense figillatim velim, præsertim cūm in vniuersum omnia mēbra dissoluat, labefactet, corrumpat. Ex quo plurimis, & Venus & Amor veluti proprio ac peculiari epitheto λυσιμελής dicitur, id est, mēbra soluens. De Venere est illud epigrāma incerti auctoris li. 2. Epigram. Græcorum:

Λυσιμελής Βάκχος καὶ λυσιμελής Ἀφροδίτης,
Γυνάται θυγάτηρ λυσιμελής ποδάγρα.

Cuius sensus est, Bacchi & Veneris, vtriusque λυσιμελής, id est, membra soluentis, filiā esse podagram, & ipsam λυσιμελή. De amore quoque est illud Hesiodi in Theogonia, nō multò ante fi. τῶν καὶ ἀπὸ βλεφάρων ὄφ' ἔβλεδ' ὀφθαλμῶν λυσιμελής.

Id autem nihil aliud est, quàm si dicas, Venere & Cupidine mēbra, (quod iam diximus) dissolui, ac veluti dissipari. Sic enim est apud Virgilium lib. 1. Aeneid.

Extemplo Aeneas soluantur frigore membra.

Et rursus lib. 12. eiusdem operis:

illi

illi membra nouus soluit formidine torpor.
— Illi soluantur frigore membra.

Sic quoque eodem lib. 9. eiusdem operis, de feminis per somnum effusione loquens,

Membra solui quid sit.

— Vt iacui totis resoluta medullis.

Euripides autem in Supplicibus, hoc quoque epitheton morti tribuit, θανάθω λυσιμελής: vt proinde intelligas, & mortem, & Venerem eandem vim habere ad resoluendam totius corpori compagem, quod admodū facit ad ea, quæ suprā diximus nu. 27. 28. & 29. Et hinc quoque facillè intelligis, quod suprā ex Celso diximus, frequentem concubitum corpus soluere.

Coitus quibus morbis. non ceat. Omnibus iuneturarū morbis.

¶ Illud autem non est tacendum, multa morborum genera hinc quoque exoriri, & orta augeri, exacerbari, irritari. Podagram enim atque Chiragram, omnesque iūcturarum ægrotudines gignit, atque producit, productasque nō mediocriter exasperat, & offendit, vt testatur Cornelius Celsus lib. 1. c. ix. & iterum lib. 4. c. xxiiij. eodemq; postremo. Vbi etiā scribit, quosdam, cūm toto anno à vino multo, & Venere sibi tēperassent, in perpetuum hoc malū euasisse. Galen. lib. 6. Morborum vulgarium Hippocr. Cōment. item 6. & in lib. 6. Aphorismorū eiusdem Hippocratis, c. xxviiij. atq; iterū c. xxx. in id referens, quod inibi scribit ipse Hippocrates, eunuchos atque pueros, ante coitū non pati podagrā. Et Cælius Aurelianus lib. 5. Chroniō, c. ij. Et Plinius Valerianus lib. de Re medica. 3. c. xiiij. vbi vetat ante omnia, ne podagricus mulierem cōtingat: & Aetius, Quaternionis 3. Serm. 4. c. 7. & iterum c. xx. vbi asserit Venerem podagricos extremè lædere, præsertim si assidue, aut intempestiue ea quis vtatur. Nā voluptas per se neruorū corporum robur ac firmitatē dissoluit: multò autē magis, si cūm vehemēti motu perficiatur: & ob id mēbra affecta longè imbecilliora fiūt, & proptè & expeditè confluentia retrimenta suscipiūt. Et Paulus Aegineta lib. 3. c. 78. & iterū lib. 7. c. xj. Et Octauius Horatianus, Rerum medicarū lib. 2. c. xxj. eodemque vlt. & Rasis in lib. Diuisionum, c. ij. & ad Almanforē lib. 9. c. xc. Et Auicenna 22. tertij, tract. 2. c. xxiiij. Tangitque ante omnes Aristoteles lib. Quæstionū 10. c. xxxvij. & ibi expressius Pet. Apo. ipsius interpres, & Arnaldus, vbi suprā. Et è sacris autoribus, D. Chrysostomus in ea Homilia, cui titulus est, Quod nemo læditur, nisi à seipso. Et aperte declarat illud Epigrāma, nu. præcedenti adscriptū, quo dictū est, podagram esse filiā Veneris. In quo tamen animaduertendū est, quod ab Oribasio in libr. Curationum, c. cxliij. scriptū est, In podagricis natiuitatibus mediocriter cōuenire libidinis vsū: in antiquo autem tēpore, paucos omnino à podagra tactos abstinentes ab ea, fuisse curatos. De quo videas & Serapionem lib. 4. c. xxx. & Hieronymum Cardanū lib. 1. Contradicētium medicorum, Tract. 4. ca. iij. Et quod huc quoque pertinet, eadem Ischiadicis, & Phocalicis (qui morbi sunt iuncturarum) efficit, vt tradit Aurelianus lib. Chronion 5. ca. j. in prin. & Aetius Quaternionis 3. Sermo. 4. c. j. Vide tamen de Ischiadicis, quæ dicam infrā nu. 74. incip. confert & Venus.

Ischiadicis. Phocalicis.

¶ Item Hæcticam, vt asseuerat Rasis lib. 4. ad Almanforē, c. xvij. & Auicenna. vbi suprā. Atque Epilepsiam (Latini Comitalem morbū, vt suprā diximus, vocāt.) vt tradit Cornelius Celsus lib. 3. c. 23. Gale. in d. lib. 6. Morborum populariū Hippoc. vbi suprā. Pau. Aegineta lib. 3. c. xiiij. Alexāder Trallianus lib. 1. c. xxj. nō semel: Ioannes Mesue in eo lib. qui Grabadin, Id est, Antidotariū, inscribitur, c. de epilepsia: & Auicenna eo. c. xj. sæpius suprā citato, & iterū, 1. 4. tract. 5. c. viij. & Rasis lib. 1. Cōtinentis, ca. v. Quamquam Celsus, quo loco nuper citauimus, tradit sæpe in pueris initiū Veneris eum morbū tollere. Et Colicam, ex Aureliano lib. Chroniō 4. c. vij. in fi. & Auicenna. d. c. xj. Et Febres adurentes: vt & ipse Auicenna ibi tradit. Etiam si febres sint ex phlegmate, vt eiusdē autoritate scribit Pe. Apo. in Cōment. Problematon Aristo. parte 4. c. 50. Scabiē quoque, præcipiente Auicenna. in 7. q. tract. 5. c. vij. scabiosos omnino coitū dimittere. Eum enim mouere materiā ad exteriora, & excitare vaporem calidum putridum, venientem ad superficiem cutis, illicque putrescere.

Hætica. Epilepsia.

Colice. Febribus.

Scabiē.

¶ Ad hæc pestem, quam Epidimiam vocant, Cornelius Celsus lib. 1. c. vlt. Rasis in lib. de Pestilentia c. iij. Auicenna 1. 4. tract. 4. c. j. Io. Iacob. in suo opusculo de Epidemia, Valescus Tarentinus in eiusdem titu. libello, c. viij. Et Tusim, Celsus, vbi suprā proximè, & Lucianus in Saturnalibus, & Virgilius Medicinæ peritissimus, in Priapeis, aut quisquis is fuit,

Pesti. Tusii.

Latus deficit, & periculosam
Cum tusi miser expuit saliuam.

Præterea Phthisin, siue Tabē, siue etiā phthoen: nam idē morbus iis nominibus significatur. Nā quam Tabē Latini dicunt, hæc propriè Græci & præsertim Athenienses φθίσιν nomināt. Hippo. autem φθίσιν vocat, vt scribit Gale. in Cōment. Aphorif. ipsius lib. 7. c. xvj. Sunt tamē, qui φθίσιν & φθίσιν inter se differre cēsent, vt videbis apud Leonhartum Fuschium, c. xxxiiij. sui Cōpendij. Hunc igitur morbum, Venus admodum offendit, & irritat, vt tradit ipse Hippocrates lib. πρὸι νόσων, id est, de morbis 2. non semel, Celsus lib. 3. c. xxij. in fin. Lucianus in Saturnalibus. Præterea Hydropem, quem nos morbum inter cutem vocamus, ex eodem Celso, eo. lib. 3. c. xxj. in fi. vbi & illud addit, si quis ex eo morbo diu conualuerit, tamen alienum ei esse Veneris vsū: & ex Luciano in illo lib. Satur. Distillationem quoque & Grauedinem, eo. Cornelio lib. 4. c. ij. Apoplexiam atque Paralytim, vt idem prodit lib. 3. c. postremo, dum admonet in his morbis rarissima Venere vtendum esse: vt etiam facit Cælius Aurelianus lib. 1. Chronion, c. vj.

Phthisi.

Hydropi. Distillationi. Grauedini. Apoplexia. Paralyti. Lepre vulgò dicte.

¶ Et Lepram, testimonio Auicennæ in 4. 3. & iterum in 7. c. iij. & Pet. Apo. differen. 186. & rursus

in commentariis Problematon Aristotelis, quo loco nuper citauimus. Quod & nō obscure probat tex. apud nos in c. ex parte M. extrā, de corpo. viti. loquens de quopiam, qui sibi virilia amputauit, quōd lepræ esset obnoxius. Ex quo & Panor. noster not. leprā procedere ex libidine. Nā & archigenes scriptum reliquit, vix vllum quempiā castratum elephantiasis labore. Quod & tradit Aetius Tetrab. 4. Sermo. i. c. cxxij. vbi & hinc quoque dicit nouisse se quosdā audaciores, qui si biipis testes ferro refecarunt: castratis enim nō in peius, malum hoc procedere. Et rursus c. cxxv. tradit coitū huic morbo esse infestissimū, atque etiam Paulus Aegineta lib. 4. c. j. Sed illud hic te scire volo, Lector amantissime, Auicennā & cæteros Arabes, atque etiā Latinos, qui post eū scripsere, ante Leonicum, Leprā vocasse hanc, quā etiam vulgus Lepram vocat, & quam Græci & Latini antiquiores Elephātiāsim dixerunt, morbū quidē insanabile, cum Lepra ipsa multis modis sanari possit, vt videre est apud ipsum Aetiū, illo eodē Serm. c. 134. & apud Dioscoridē, & Pliniū passim scribentes multas herbas Lepræ mederi, & Paul. Aeginetā lib. 4. c. ij. Quanquā Sebastianus Mōtuus, vir certē doctissimus lib. Dialaxon Medicinaliū 2. Dialexi 3. multis ostendit, apud Hebræos, Græcos, ac veteres Latinos, Leprā appellatione elephātiāsim significari. Sed illius rationes alacriter refellit Leonhartus Fuschius Paradoxon lib. 2. c. 16. De quo & nos diximus in tractatione ne medicinæ, nu. 439. sed tamen. & nu. 442. quōd si quis. Et in vniuersum Attrā bilem exacerbatur, vt scribit Galenus in lib. 6. Morborum vulgarium. Hippoc. Comment. quoque 6. & Rasis lib. 1. Continentis, c. ij. Nam & Elephātiāsim ex atra bile esse omnes consentiunt.

Lepra vulgo dicitur, quæ Elephātiāsim est.

Attra bili.

49 Alopecia. Vesica passio nibus. Sanguinis sputationi. Sanguinis fluxu. Gonorrhœa.

Satyriasi.

Priapismo. Omnibus prope morbis. Et vulneribus.

50

An ei conueniat qui amovis morbo laborat.

¶ Alopeciam quoque, id est, depilationē siue capillorum defluuiū, quod iam supra diximus. Vesicæ passiones ex Aetio, Archigenis autoritate, Terrabib. 3. c. xxx. & Cælio Aureliano lib. 5. Chroniō, iam sæpius citato, c. iij. vbi rationē reddit, quoniā Venus trahit secū totius corporis vexationē. & Alexandro Tralliano lib. 1. c. ij. Sanguinis sputationē ex Pau. Aeginet. lib. 3. c. 31. in fi. Et sanguinis in vniuersum fluxū siue fluorem, eodē Paulo li. itē 3. c. lxxvii. & Aureliano lib. Chronion 2. c. xj. & iterū 13. Alexandro Tralliano, qui eo morbo laborātes Hæmoptoicos vocat li. 7. c. j. ad fi. & ante hos Cornelio Celso li. 4. c. itē 4. & Gonorrhœam Paulo Aeginetæ lib. 3. c. lvij. Et ex eo satis patet, quare Galenus, & eius autoritate Aetius Terrabib. 3. Serm. 3. c. 34. iubeat eos, qui eo morbo laborant, omnē de rebus venereis cogitationē excludere: vti etiā facit Alexander Trallianus lib. 8. c. ix. Et Satyriāsim quoque ipsi Aureliano lib. 3. Morbor. acutor. c. xvij. & Paulo Aeginetæ d. lib. 3. c. 53. Tameris is morbus sæpe oritur ex abstinētia rei venereæ præter consuetudinē, vt tradit Galenus alicubi, & Aetius Terrabib. 3. Sermo. 3. c. xxxij. Et Priapismum, Paulo Aeginetæ, vbi supra proximē. Quanquā sint, qui vtrunque morbum confundant, vt videri potest apud Aetiū, vbi supra & Octauium Horatianū, siue (vt alij putant) Theodorum Priscianum Rer. Medicarum lib. 2. c. xj. Obest quoque vulneribus, vt tradit ipse Horatianus Euporiston lib. 1. c. xix.

¶ Aliaque infinita morborū genera producit, vt passim apud Medicos legimus: vix enim omnia recensere possemus. Ideoque Aristoteles, aut quisquis is fuit, qui eū librum arcanorū ad Alexandrum scripsit, illud prodidit. Coitū esse destructorem virtutū, legis transgressorem, morborumque sæuisimorū generatiuū, sic enim loquitur, qui eū librum traduxit, aut etiā vti est, cōposuit. Ad eū autē coitus morbis periculosus est, vt etiam iis, quibus cōuenire videtur, nō satis tutus sit. Quandoquidem Cælius Aurelianus in Chronion lib. 1. c. v. scribit incertum sibi esse in eo morbo, quem Eroticon dicunt, id est, furorē, qui ex vesano, vehemēti atque immodico amore fit, vtrumne prohibendus sit vsus Veneris, an admittendus. Nam prohibitus, ait, indignari cogit ægrotantes, cum desiderata producuntur. Permissus autem vexat, & cū corpore eurato animæ quoque substantia turbatur. Licet Ouidius lib. de Remedio amoris 2. post prin. consulat, eos qui ita quampiam mulierem ardentem amant, aliarum mulierum concubitum amplecti. Huius carmen est,

Gaudia ne domine, pleno si corpore sumas,
Te capiant, in eas quamlibet ante, velim.
Quamlibet inuenias, in qua tua prima voluptas.

Desinat. & cætera quæ sequuntur. Et iterum paulō post:

Hortor & vt pariter binas habeatis amicas.

Et huic sententiæ assentitur Oribasius Sardonianus lib. Euporiston 1. ca. xxij. cū scribit Erotē minuerē meretrices. Secundum quam sententiam amantissimus ille filij, cum eum inconcessis facibus accensum inhibere vellet, salubri consilio petiit, vt prius quā ad eam quam amabat, iret, permissa Venere vteretur: cuius precibus obsecutus adolescens, infelicis animi impetum satietate licentis concubitus resolutum ad id quod non licebat tardiorē pigrioremque afferens, paulatim deposuit. quod à Valerio Max. relatum est lib. 7. c. iij.

51 Coitus omnes sensus hebetat.

¶ Adde postremō, concubitum ipsum præsertim nimium, & immoderatum, non tantum sensum visus, de quo satis supra diximus, cum de oculis tractauimus, sed & alios omnino sensus hebetare, & obtundere. Nā, vt ex Rufo scribit Aetius 1. Tetrab. Serm. 3. c. viij. Qui concubitu sæpius indulgent, neque exacte vident, neque, vt oportet audiunt, neque alios sensus integros possident. Chrysostomus autē in ea Homilia, cui titulus est, Quod nemo læditur nisi à seipso, scribit iis, qui in libidine vitā agunt, sensus omnes esse tardos, graues, obtusos, & quodammodo iam sepultos.

52 Arborea plan.

¶ Sed nec interim tamen omiserim, inanimata quoque veluti lactucas, caules, plantas, arbores citō aut nimium feminis producentes, citō quoque deficere, mori, arefcere: vt quisque, qui id nosse volet, & videre

& videre & experimēto comprobare poterit: & sua autoritate confirmat Aristoteles cum in cæteris rebus magnus, tum in his maximus, lib. 3. de Generatione animalium, c. j. & Theop. in Historia plantarum, lib. 4. c. xij. & expressius atque diffusius lib. de Causis plantarum 2. c. xv. & Plin. lib. 6. c. 24. & iterum c. 27. & 29. Et de vitibus priuatim tradit Iunius Columella, lib. Rei rusticæ 4. c. iij. 53. ¶ H A C T E N U S satis, & fortē nimium diximus, quātum corpori noceat immodicus exuperāsq; coitus. Deinceps & nos de animo quoque differemus, cuius incōmoda tantō maiora grauioraque putanda sunt, quātō animus ipse corpori præstare dignoscitur. Et vt à nostris incipiam, Guliā monte Laud. in clem. 1. de magi. studiosos studiosē monet, vt præ cæteris rebus à Venere caueat: quoniam per eā ratio & intellectus, qui tanquā partes superiores mētis, ascensum appetit, sensualitate, quæ inferior pars est, ad inferiora quoque trahuntur, atque confunduntur. Adducitque, quōd de caule diximus, cuius spica per quam emittit semen, si luxuriari permittitur, citō arefcit. Quod & itidē dicit vsu euenire in hominibus, vt si riuulum, id est, ingeniū permittant defluere, virtus supernæ rationis, & intellectus impeditur. Quin & frequenter (vt ait) ex Venere morbus oritur, & corporis infirmitas. Gulielmū autem referunt, & sequuntur Cardi. Flor. & Goffre. Caetanus in d. cle. 1. vbi & ipse Cardi. addit, habuisse se auditorem, qui ob id notoriē, vt ipse loquitur, mortuus est. Sequitur quoque, Io. Bapt. S. Seuerinas, in eo tractatu, quem edidit, de Modo studendi & vita doctorum, statim post prin. qui & ad hoc saluberrimum præceptum, multa addidit.

tas citō aut nimium feminis producetes, citō deficiunt.

Coitus quantum animo noceat.

54 ¶ Hippocrates maximus Medicorū, cuius id proprium est, teste Macrobio li. 1. de somnio Scipionis, vt tam fallere, quā falli nesciat, de coitu venereo ita existimabat, partem esse morbi illius terribilissimi, quem ἐπιληψία Græci, Latini comitialē appellant, vt nuper diximus. Huius enim verba, vt retulit ipse Macrobius in fi. lib. 2. Satur. & ante eum Gellius lib. 19. c. ij. sunt huiusmodi: τῆν σωματικὴν ἐπιληψίαν ἐπιληψίαρ. id est, Coitū esse paruam, siue maus, breuem epilepsiā. Quamuis eam sententiā non Hippocrati, sed Democrito, attribuant Sabinus, Stobæus c. vj. & Gale. in suis Comment. in 3. lib. Epidem. Hippocratis, Commentario 1. quo loco de Pythione quodam differunt. Stobæus verō illo eo. ca. vj. idem Eriximacho quoque attribuit. Et eam quidem sententiā Faustus hoc disticho conclusit, non admodum feliciter:

Turpis est morbi species horrenda caduci,
Cum iacet exanimis, post sua furta Venus.

Quod non alia causa ab Hippocrate, siue malis Democrito, aut etiā Eriximacho, dictum videri potest, quā vt ostenderet, Venere quidem, sicuti & morbo comitali, mentem, quæ sacra est, percuti, lædique non mediocriter. Nam & Medici ipsi hunc morbum ἐρεβν νόσος appellant, id est, sacrum morbū, quōd animi rationalem partem, quæ longē sanctissima est, violet, sicuti annotauit Apuleius Apologia prima. Quanquā id aliō trahit Aristoteles lib. Problematon 13. c. j. Ab ea autem Hippocratis, siue Democriti, siue Eriximachi, aut eorum omnium sententia, non admodum distat, quod scribit Galenus de Virilitate partium lib. xiiij. cap. x. Coitum esse spasmodum quendam: quod licet (inquit) discere ex magnis epileptis, & ex ea passione, quæ Gonorrhœa dicitur, in quibus sperma, sicuti & ex coitu, secernitur. At Cælius Aurelianus lib. 1. c. iij. Concubitus (ait) siue coitus ab aliquibus parua epilepsia nuncupata est. Siquidē similē faciat membrorū motū diuerso contractu, anhelatione, & sudore attestante, & oculorum conuersione, cum rubore vultus: ac deinde post effectum, displicere sibimet faciat corpus, cum pallore, & quadam debilitate, & mœstitudine.

Coitus pars comitalis morbi.

Comitalis morbus sacer dicitur.

Coitus est quidam spasmodus.

55 ¶ Quibus succinere videtur, quod scribit Aristoteles lib. Problematon 3. ca. ix. post coitum venereum, animo plerosque omnes succumbere. Et illud Oseæ Prophetæ 4. c. Fornicatio, & vinum, & ebrietas auferunt cor. Quem locū enarrans D. Hieronymus, Sicut (ait) vinum, & ebrietas mentem faciunt impotentē, ita fornicatio & voluptas peruertit sensum animumque debilitat, & tandē de homine rationali, brutum animal efficit. Idem Hieronymus vtrunque incōmodum corporis & animi coniungens in c. legimus. de conse. dist. 5. Puellæ, inquit, corpus frangunt, & animū. Quin Virgilius in illis versibus, quos graphicè & luculenter, de vino & Venere conscripsit, ita hæc duo viribus paria efficit, vt etiam vtrunque demerere homines, eorumque mentē furere dicat. Huic quoque sententiæ adhæsit D. Gregorius lib. 31. Moralium, cum cæcitatem mentis ex Venere exoriri dicit: & D. Augustinus lib. 1. Soliloquiorum, c. x. Nihil (ait) esse sentio, quod magis ex arce deiiciat animum virilem, quā blandimenta feminea, corporumque ille contactus.

A coitu animo succumbimus.

De eadem re.

56 ¶ Ex posterioribus verō D. Thomas 2. 2. q. 15. art. 3. scribit intentionem hominis per Venerē maxime applicari ad corporalia. Ideoque debilitatur operatio hominis circa intelligibilia. Perfectio enim intellectualis operationis in homine consistit in quadam abstractione à sensibiliū phantasmatis. Propterea, quātō intellectus hominis magis fuerit liber ab huiusmodi phantasmatis, tātō melius cōsiderare intelligibilia poterit, & ordinare omnia sensibilia: sicut & Anaxagoras dicit, oportere animū intellectumque nullare esse mistū, vt imperet. Delectatio autē applicat intentionē ad ea, in quibus quis delectatur. Vnde Aristoteles lib. 10. Ethicorū, dicit, quōd vnusquisque ea, in quibus delectatur, optime operatur, cōtantiā verō nequaquā. Igitur, vt ille subdit, non abs re dicit Gregorius, ex luxuria mētis proficisci cæcitātē, quæ ferme omnino spiritualiū bonorū cognitionem excludit: sicut è cōtrario, castitas & abstinētia maxime disponit hominē ad perfectionē intellectualis operationis. Vnde dicitur Daniel. 1. Pueris his, scilicet abstinentibus & continentibus,

Coitus nos
brutis similes
facit.

Nos eos libidinosos, & intemperantes, vel incontinentes dicimus. Ista autem voluptates gustus atque tactus, id est, libidines in cibos atque Venerem prodigat, solae sunt hominibus communes cum bestiis. Et idcirco is pecudum ferarumque animalium numero habetur, quisquis est his ferinis voluptatibus occupatus, ut etiam annotavit Aristoteles lib. Quæstionum 28. c. ij. & latius c. vij. & iterum Moralium Nicomachicorum 3. c. x. & retulit Gellius lib. Atticarum Lucubratorum 19. c. ij. & Aurelius Theodosius, qui totum hunc locum Aulo surripuit, ad fi. lib. 2. Saturnalium: ubi & hæc verba post Gellium subdit: Quis igitur habes aliquid humani pudoris, voluptatibus istis duabus coeundi atque comedendi, quæ homini cum sue & asino communes sunt, gratuletur? Nā & hæc potissimum ratione Aristoteles ipse (si tamen Aristoteles est) monet Alexandrum, ut coitu abstinereat, quoniam ludus sit porcorum aliorumque brutorum animalium. Quæ enim tibi, inquit, gloria erit, si cum porcis comunicaris? Ipse autem Alexander, cum Deus à multis diceretur, duabus potissimum rebus sese mortalem esse deprehendere dicebat, somno, & coitu, veluti hæc duo præcipue ab illa diuinitate essent aliena, ut tradit Plutarchus in vita ipsius Alexandri, & in lib. de Discrimine adulatoris & amici, & Symphosiacōn Problematon Decade 8. c. j.

Alexander ex
coitu se non
esse Deum
cognovit.

64
De eadem re.

At Aristotelis præceptor Plato, Homerus Philosophorum à Panætio plerumque vocatus, in lib. 9. de Republ. Libidines rei venereæ & gulæ iniquas esse dicit immanesque & efferas: eosque qui illis inuoluuntur, pecudibus comparat. In Phædro quoque hominem Veneri deditum pecudi similem dicit: & flagitiosum & impudentem, & voluptatis non naturalis avidum vocat. Idem verò vitam cælibis castamque semper vixit: propter quod usque ad eum timuit peruersam temporum suorum opinionem, ut sacrificasse naturæ perhibeatur: quasi peccatum expiare vellet, quod liberos non procreasset: ut retulit D. Augustus in lib. de Vera religione. In quo & illud quoque prodidit, Platonem ipsum, discipulos edocere solitum, ut à venereis voluptatibus abstinerent, persuasissimumque haberent, veritatem non corporis oculis aut sensu aliquo, sed sola mentis puritate videri: ad quæ percipiendâ nihil magis impedimento esse, quam vitam libidinibus deditâ. Sed & apud eundem Platonem circa initia libri primi de Republica, Sophocles ille Atheniensis (quæ Tullius lib. 1. de Diuinatione, appellat diuinum poetam) coitum ipsum agrestem furiosumque dominum vocat. Quod & comemoravit Tullius ipse in lib. de Senectute, & Valerius lib. 4. c. v. De quo & nos diximus supra in 6. leg. cōnub. nu. 10. inci. Sophocles. Caterum Simplicius in Cōment. Enchiridij Epicteti, c. xliij. quo de re venerea agit, Omnis, inquit, corporalis voluptatis continentia rationalem animum corroborat. Denique Marsilius Ficinus naturæ rerum peritissimus, in eo lib. quem scite non minus, quam venuste, de Triplici vita composuit, coitum inter præcipuos studiosorum hostes annumeravit.

Supra
de
coitum

65

Ratio præce-
dentium.

Horum autem efficacissima ratio depromitur ex iis, quæ scribit Hippocr. diuini vir ingenij, ad calcem propè lib. 1. τὸν νόσων, id est, de morbis, Sanguinem qui in homine est, plurimam prudentiæ partem conferre, quinimò & totam, ex multorum sententia. Ideoque mentis vacillationem siue phrenitiam hinc prodire, quod bilis mora venas sanguinemque intrat, eumque agit. Suprà autem satis docuimus, sperma ex sanguine probissimum gigni, eiusque medullam esse: ideoque & sanguinem à multis vocitari. Ex quo fit consequens, ut quod frequentius quis coit, eò magis prudentiæ officit.

66
Coitus memo-
ria nocet.

Et cum inter animi partes, siue malis, vires, potissima sit memoria, necessarium illud maximè, vitæ bonum, ut dicit Plinius lib. 2. c. xxiiij. Nihil certè est, quod huic parti magis officiat, quam immodicus concubitus, ut non abs re Acrius Tetrabili, id est, quaternionis 2. Sermonem item 2. c. xxiiij. quod de memoria amissa est, præcipiat, ut Veneris usus sit rarissimus: neque enim eum ad totam sanitatem conducere, neque ad animæ ratiocinationem, imò & tristitiam inducere, & lancinationem illam in coitu contingentem, conuulsioni quodammodo esse cognatam: & perfrigerationem, quæ succedit, congelare quodammodo ac stupefacere intelligentiam. Nam & idem eiusdem sermonis c. viij. tradiderat homines ex concubitu fieri obliuiosos. Miror autem, quid in mentem venerit Philippo Probo, qui hæc Veneris incommoda à me primùm collecta ex optimis quibusque autoribus in nostra illa prima editione anni 1524. propè ad verbum transtulit in suas ad Ioā. Mo. addi. in rub. de vita & honest. cleric. lib. 6. hinc tantum occasione sumpta, quod ea rubr. vitur eo verbo, vita, quam nimio concubitu abbreviari dicit: & ad id probandum confestim duas paginas his, quæ diximus, implet, cum mendis librariorum.

Furtum huius
libri.

67
Coitus fre-
quens facit se-
men infæcun-
dum.

Verum, ut redeamus, his adde, si diuis placet, aliud incommodum, & quidem non contemnendum, intemperati immodicique concubitus: quod sicuti loquendi intemperantia orationem inanem reddit ac stolidam, ita illorum semen, qui se ad coitum intemperantes præstāt, infæcundum plerumque & sine fructu est, ut scribit Plutarchus in vita Lycurgi, & attestantur Philosophiæ Medicinæque scriptores, & cōprobat ratio omnibus cognita, quoniam immodicus Veneris usus semen exhauriat, ut scribit Galen. in 1. lib. de femine aut certè si quod reliquum sit, id non satis coctum sit, nec ideo generationi idoneum. Et hac fortassis ratione aliqui duobus antè mensibus arietes à coitu reuocant. Id enim præcipit Didymus apud auctorem Geoponicum lib. 18. ca. iij. Qui & ipse eiusdem operis lib. 17. c. iij. tauros à comunibus pascuis cum vaccis arceat duobus quoque ante admissuram mensibus. Quod & Varro se facere solitum testatur lib. 2. Rei rust. c. v. Quæuis Palladius Rei rusticæ lib. 8. c. iij. aliam reddit rationem, quæ & huc quoque pertinet, ut scilicet faciem libidinis augeat dilatio voluptatis.

68
Femine fre-

Id quod etiam in feminis obtinet, quæ quod frequentius coeunt, eò velocius sterilefcunt. Quod & de asinis asserit Aristo. lib. 6. de Historia animalium. c. xxiiij. Plutarchus autem lib. 5. de Placitis Philo

Philosophorum, c. ix. Cur (inquit) mulier frequentius libidini indulgens non concipit? An quod (ut Diocles Medicus tradit) semen non emittat? an quod minus, quam conueniat? an quod cale, in quo vis prolifica non sit: aut quod plus caloris, frigoris, humiditatis, siccitatisve, quam par sit, habeat: aut denique quod resolutus uterus semen non contineat. Is autem liber inter opera Galeni quoque reperitur hoc titulo, De Philosophorum historia, quem nomine Galeni, in Latinam linguam traduxit Iulius Martianus Rota, cum multo antè tempore transtulisset Budæus noster nomine & titulo Plutarchi. Fuerunt autem uterque & Plutarchus & Galenus eodem penè tempore, sed Plutarchus paulò antiquior. Nam eum Galenus ipse citat ex Homericis meditationibus, in lib. 3. de Hippocratis & Platonis decretis. Est autem is liber dignus vtriusque titulo, ut qui doctissimus est: eumque putat Leonhartus Fuschius in Annotationibus Galeni de Sanitate tuenda, quempiam ex Plutarcho & aliis contexuisse. Nec conceptum tantum impedit frequens coitus, sed & ipsum iam factum corrumpit, ut postea dicemus; nu. 141. incip. quintum ne vxorem.

quæter coen-
tes, cito steri-
lescunt.
Et raro con-
cipiunt.

69 Nec hoc incommodum prætereundum censuimus, quod qui frequenter coeunt, minus coitu delectantur: quoque coitus rarior est usus, eò quoque suauior est: & magis voluptuarius, ex sententia Aristotelis, qui eius rei rationem reddit, lib. de Generatione animalium primo, c. 18. & Auicennæ lib. 9. de Animalibus, c. 6. ubi tamen dicit aliud esse in feminis, quæ in mensuris sunt: & Per. Apo. in Cōmentariis Aristotelis, Quæstionum encyclicarum 4. c. xv. iterumque in eo docto opere, cui Conciliator titulus est, differentia 34. Idque est, quod Democritus dicit apud Stobæum, Sermonem 15. ἢ ἰδέω τὰ σαυιῶτα γρόμνα, μάλιστα τέρπει. Id est, Delectabilium quæ rarissima sunt, maxime delectant. Rursumque, ἢ τις ὑπερβάλλει τὸ μέτρον, τὰ ἐπιτεπέσια ἀποπέσια αὐ γίγναι. Id est, Si quis modum exceperit, iucundissima quæque iniucundissima fiet. Priorè autem sententiam etiã adscripsit Antonius Monachus ex incerto quopiam autore, 1. tomo Melissæ, c. 37. Alij id Epicteti esse dicunt. Cui concinit illud D. Hieronymi ad Euagriū: Omne, quod rarum est, plus appetitur. Quod & repetitur in c. legitimus. 93. dist. Et idem Hieronymus in Vigilantium: Ardentiùs appetitur, quicquid est rarius. Et facit etiam tex. in §. quantacunque. in fi. & ibid. gl. in verbo, miraculum, in Auth. de Consul. & in c. si officia. in fin. §. 9. dist. & in c. in sancta. 2. q. vij. & in c. quamuis. in prin. de pœnis, dist. 3. Et illud Martialis lib. 4. ad Pudentem:

Coeutes fre-
quenter minus
in coitu dele-
ctantur.
Rara maxi-
me delectant.

Rara iuuant: venit primis sic gloria pomis:
Hyberna pretium sic meruere rosa.

Illudque alterius Poetæ nostri temporis, quem multis antiquis non inferiorem meritò dixerimus, Is est Ioannes Secundus Hagienfis:

Est modus & dulci: nimis immoderata voluptas
Tedia finitimo limite semper habet.
Cerne nouas tabulas, rident florente colore,
Picta velut primo vere cornuscat humus.
Cerne diu tamen has, hebetatæque lumina flectas:
Et ibi conspectus nausea mollis erit.
Subque tuos oculos aliquid reuocare libebit,
Prisca quod inculta secla tulere manu.
Voluptates commendat rarior usus.

Et Iuuenalis Saty. II. in fi.

Et id quidem omnes quotidie in concubitu experiuntur. Tamen si Hippo. aliud voluisse videretur in maribus, lib. τὸν φύσιν καὶ δὲ, id est, de natura pueri. Nam si vir (inquit) crebro coeat, venæ hinc laxiores reddunt, Venerem magis incitant. Quod si verum est, & id quoque inter Veneris incommoda ponendum est. Nam quod crebrius coeas, eò huius rei appetentior eris.

Alibi sep-
tendit
non
Adu-

Aliud Ven-
eris incommo-
dum.

70 Sed & illud denique incommodum adscribemus, hunc immodicum & frequentem coitum, vocis suauitati, si quid aliud, obesse plurimum. Hincque scribit Aristoteles lib. Historiæ animalium 7. c. j. cætores à coitu abstinere solitos, ut ita diutius vox sine mutatione seruetur suavis, & canora: quæ in virilem sonum transit in his, qui rem veneream agere incipiunt. Fortunatianus scribit αὐα φώνησι, id est, exclamationem, clarâ vocem efficere: firmam autem & suauem cibi, potus & vetricis obseruantiam, & Veneris continentiam. Democritus (ut refert Plinius lib. 20. c. iij.) Venerem raphano simile esse putat: & ob id fortassis, ut subdit ipse Plinius, voci nocere aliqui tradiderunt. Quod & ipsum auctoritate Florētini tradit auctor Geoponicum 12. c. 22. Ex quo intelligis, ea quæ libidinè incitant, vocem quoque lædere: uti è diuerso quæ Venerem inhibent, vocem iuuant. Nā Plinius lib. 26. c. 10. auctor est, radicem nymphææ inhibere Venerem, & effluetiam genituræ: ob idque corpus alere, vocemque:

Voxis, uocis
suauitati no-
cet.

71 Et huc (nisi fallor) alludit Martialis lib. 7. Epigr. 81.

Menophili penem tam grandis fibula vestit,
Ut sit comædis omnibus una satis.
Hinc ego credideram (nam sepe lauamur in uno)
Sollicitum voci parcere, Flacce, sua.
Dum ludit media, populo spectante, palastra,
Delapsa est misero fibula, verpus erat.
Abstulit Venerem & vino, qui Pythia cantat
Tibicen.— Vbi & id annotavit Ianus Parrhasius, vnus ex eius interpretibus, si is est.
Galen.

Et Horatius in Arte Poetica:

Galen. autem lib. 6. de Locis affectis, ad fin. scribit cantores & athletas per omnem vitam partem à Venere abstinere solitos. Vide tamen ea, quæ non multò post dicam nu. 75. incip. rarus.

72 **Venus damnosa.** Ex his autem maximis incommoditatibus, quibus ex Venere affligitur & corpus & animus, factis potes intelligere, non abs re Horatium Damnosam Venerem appellasse, lib. 1. Epist. 19.

Quem damnosa Venus, quem præceps alea nudat

Gloria.

Et libido. Et alibi Libidinem damnosam, eiusdem operis lib. 2. Epist. 1.

Per quæ

Crescere res posset, nimium damnosa libido.

Et voluptas Veneris. Nam & Ovidius lib. 1. de Ponto, eleg. 11. eademque vlt. ad Flaccum, voluptatem Veneris damnosam quoque vocat, quod ea scilicet vires adimat & animi & corporis:

Nec vires adimit Veneris damnosa voluptas:

Non solet in mæstos illa venire toros.

73 **Venus morbis pituitosis prodest. Epilepsia.** Neque tamen maritos propterea à coitu moderato, sed tantum immodico & intemperato deterrere volumus: tum quia matrimonium suadet, ut interdum procreationi liberorum & honestæ voluptati (quod iam satis dictum est in secunda lege connubiali, nu. 65. incip. secundum, vxor, & sequen.) operam demus: tum quia coitus tempestivus, & non exuperans, vel reclamante Epicuro, saluberrimus est, nec pauca affert commoda hominibus. Venus siquidè prodest morbis, qui contrahuntur à pituita, si verum dicit Hippocr. lib. 6. Epidemion, & Aphorif. lib. 5. c. 23. & Aristo. lib. Problem. 1. c. 51. & iterum lib. 4. c. 17. vbi & huius rationem reddit, quæ tu, si lubet, videre poteris. & Auicenna in 20. 4. tract. c. 10. & longè lateque Pet. Aponen. diff. 186. Ideoque Epilepsia, quæ ex pituita est, ut latè probat Hippocrates in libro, quem de eo morbo nuncupatim edidit, Venerem Asclepiades & alij pleriq; imperabant, ut tradit Cælius Aurelianus lib. Chronion 1. c. 4. Quo in loco ipsius in ea re sententiam reperies. Nã sunt, qui huic opinioni aduersantur, ut suprâ diximus.

74 **Et melancholicis.** Confert & Venus melancholicis per viam adustionis, ut testis est ipse Aristoteles lib. Quæstionum 4. c. 31. & ibi Aponensis ipsius interpret, & Auicenna, d. c. 10. vbi & alia multa coitus iuuamenta adducit. Et id quod de melancholicis diximus, intellexit Home. ut ostendimus in nostro tract. Nobilitatis, quo loco de Medicina Homeri disseruimus, nu. 184. incip. sciuit autem cõcubitarum. Idem autem Aristoteles eod. lib. c. 30. Cur (inquit) quibus calida natura est, si modò robusti pleni que sunt, nisi concumbant, iis sæpe bilis profilit, & alius amara succedit, & pituita salsa conficitur, & color corporis immutatur? Cuius rei rationem ibi videre poteris. Cõfert etiam oculorum acumini. Nam qui re venerea minimè vtuntur, in acumine oculorum offenduntur, ut tradit Aristoteles d. lib. Quæstionum 4. c. 3. De quo tamen vide, quæ dixi suprâ nu. 39. incip. ex quo fortè.

Prodest etiam morbo regio, siue arquato, ut placuit Tito illi Asclepiadis sectatori, & Themisoni apud Cælum Aureliani: qui id tamen negat lib. Chronion 3. c. v. Et Ischiadicis, qui non ex vsu venereo facti sunt, ut idem scribit lib. 5. c. j. Et interdum podagricis, propter consuetudinè vitiosam, semine plurimum irritatè, cum videlicet & multi & noxij humoris fuerit: cuiusmodi generatur in naturis propriè multifeminiis appellatis. Quod adde ad ea, quæ diximus suprâ, nu. 45. inci. illud autem. Cæterum Hippocrates, ut ad eum redeamus, in libro πρὸς πρὸς γυναικῶν, id est, de natura, siue morbis virginum, ad calcem, monet virgines, quæ furore & insania vexantur, quamprimum cum vis combiseri, si sanitatem consequi velint. Idem Hippocrates lib. 5. πρὸς ἐπιδημίων, tradit Timochareti cupiam per hiemem multâ distillationem per nares defluxisse: at cum Venere vsus fuisset, cuncta siccata fuisse, atque tertia die omnino conualuisse: quod & ipsum lib. 7. repetit.

75 **Quibus aliis prodest Venus.** Rarus coitus, ut scribit Cornelius Celsus, corpus excitat: & ut memoriæ prodidit Plin. lib. Naturalis Historiæ 28. c. vj. athletæ torpentes Venere restituntur. Venere vox reuocatur, cum è can dida declinat in fuscâ. Medetur & lumborum dolori, oculorum hebetationi, mente captis, ac melancholicis. Idem lib. 18. c. 4. tradit à serpente & scorpione percussos coitu leuari, verum feminas ea Venere lædi. Et ut scriptum reliquit clarissimus Medicinæ conditor Galenus lib. 6. de Locis affectis, siue ut vulgò loquuntur, de interioribus, c. v. Sunt nonnulli, qui nisi assiduè coeant, capitis grauitate molestatur, cibos fastidiunt, ac febribus obnoxij sunt: atque ut deterior est ipsis appetentia, ita & coctio minor. Hos Plato arboribus immodicè fructiferis cõparat. Equidem noui quosdã, quibus huiusmodi erat natura, qui præ pudore à libidinis vsu abstinentes torpidi pigriq; facti sunt: nonnulli etiam melancholicorum exèplo, præter modum mæsti ac timidi, cibi etiã tum cupiditate, tum concoctione vitiosa. Quidã vxoris mortè lugens, & à concubitu, quo antea creberrimè vsus fuerat, abstiniens, cibi cupiditatè amisit, atque ne exiguum quidè cibum concoquere potuit: vbi verò seipsum cogendo plus cibi ingerebat, protinus ad vomitum excitabatur: mæstus etiam apparebat, non solum ob has causas, sed etiã (ut melancholicis solent) citra manifestam occasionem. Hæc ergo cõsideranti mihi apud me ipsum visum est longè maiorè ex retento semine, quàm menstruis, corpori noxã euenire posse: præsertim in his, qui suapte natura vitiosis abundat humoribus, & pleni sunt, atque in otio educati: quique cum antea nihil ad libidinem reliqui fecissent, affatim cõtinere cœperunt. Equidè perpendi in his naturalem excernendi ipsum cupiditatem, huius rei causam esse. Cum enim & tale & tantum fuerit, neminem nõ ad sui excretionem vi quadã stimulat. Ita Diogenem Cynicum narrant alioquin omnium mortalium (quod ad continentiam pertinet) cõstantissimum,

libidini

Semen retentum maiorem noxam affert quàm menstrua.

libidini tamen indulgisse, non à copulata illi voluptate, veluti bono aliquo illectu: sed ut noxam, quæ à retento semine prouenire solet, euitaret. Eum meretrix adire pollicita, cum diutius cessaret, ipse manu pudendis admota, semen proiecit, ac venientem deinde mulierculam remisit, inquit, Manus Hymenæum celebrando te præuenit. Quam Diogenis historiam etiam tangit Agathius Scholasticus lib. 7. Epigrammatum Græcorum, eo Epigrammate, cuius initium est,

Ποινὴ τῆς πρὸς ἐρωτῆς τοῦ πρὸς Βου, &c.

Vbi eam meretricem Laidem fuisse dicit. Sed ut ad Galenum reuertamur, subdit quæ sequuntur. At planè constat, modestos viros non ob voluptatem, sed ut ab impedimento præferrentur libidini indulgere, perinde ac si nulla esset ei voluptas coniugata. Sic etiã reliqua animalia ad coitum excitari arbitror, non quod existiment voluptatem boni cuiuspiam speciem præ se ferre, sed ut semen quod ob retentionem ipsis molestum est, excernant, haud secus quàm eiciendi stercoris, excernendæq; vrinæ desiderio suapte natura moueri consueuerunt. Subdit & exemplum de muliere quadam, quæ ex longo iam tempore vidua, cum præter cætera mala neruorum quoque molestis vexabatur, ac dicente obstetrice vterum esse retractum, remediis ad huiusmodi affectus conuictis uti decreuit: quibus adhibitis partim ob ipsorum calorem, partim etiam quod inter curandum manibus tractarentur partes muliebres, oborta titillatione, cum labore & voluptate, veluti per coitum vsuuenire solet, excreuit crassum plurimumq; semen: atque ita à molestia sua liberata est mulier. Proinde manifesta ooniectura affectus sum, vitiatum semini maiorem quàm menstruis, esse vim, ad noxam vniuerso corpori inferendam. Itaque licet hæc quidem aliquando profuant è viduis: suppressum nihilominus semen molestiam noxamq; ipsis inferre potest.

76 **Paulus quoque Aegineta, qui vniuersam Medicinam à Galeno ipso, & Orbasio per innumeros ferè libros traditam, in septem libros compendiose redegit, in illorum 1. c. 35. At ne Venus quidem (ait) vtilitate caret, utpote quæ plenitudinem vacuat, corpus auctum, leue, virile reddit. Et quod ad animum pertinet, rationis vim impeditam soluit, ingentes iras remittit. Idcirco melancholico aptissimum remedium, si quicquam aliud. Reducit autem ad modestiam, vel alio quouis modo insanientes: atque morbis quos pituita conflauit, magnopere conducit: fastidientibus cibi appetentiam restituit: nonnullos à crebris quoque somniis liberat. Et post pauca: Ut labor (inquit) sic & concubitus, si modus seruetur, vtilis est. Nam & ad opus excitat, & facilitatem quandam ei, qui sic consueuerit, præbet. Et cap. 98. scribit coitum moderatum non rarè somnum conciliare. Orbasius li. 1. Euporiston c. 22. de Venere loquens: Mutat (inquit) cognitio ad mansuetudinem, ut etiam melancholiam amantis & maniam cõponat & eroticon. Rursus, eiusq; autoritate Aëtius Terrab. 1. Serm. 3. c. 8. Restat ut vtilitates Veneris recenseamus: neq; enim penitus inutiles, & omnibus nociuæ res venereæ existunt, si & vsus, & tempus & modum, & sanam vtentis constitutionem inspicere velis. Vtilitates ex coitu hæc sunt, repletionem euacuare, & leuius reddere vniuersum corpus, idemq; ad augmentum promouere & virilius efficere. Duris habitudinibus ex longioribus interuallis vsus eius commodat: Mollit enim organa, & meatus dilatat, & pituitam expurgat, & impeditam rationis vim explicat, & maximas iras remittit. Quapropter & atra bile percitis subtristibusq; & hominum consortia fugientibus, velut magna quadam medela, commodissimus existit. Sed & iuxta alium modum furiosos ad saniorè mentem reducit: & quosdam comitiali morbo prehenso sanat, & capitis grauitatem ac dolorem ad integritatem permutat. Et paulò post: Multi quoque ex morbis alimentum non sentientes, ex vsu ipsius refecti sunt: alij bene spirantes ex agrè spirantibus euaserunt: alij cibos auerfantes appetentiam edendi affecti sunt: quidam à frequentibus feminis per somnum effusionibus liberati sunt. Hæc ille, quæ Paulus Aegineta propè ad verbum, ut vides, in suum librum transtulit. Fuit enim Aëtius illo prior, eumq; citat lib. 4. in prin. quamquam sunt, qui alium eum esse putant, què citat Paulus, esseq; mendum in verbo Aëtius, nam Aretæus esse scribendum ex Græco codice Aldi, vbi scribitur, κατὰ δὲ οὐκ ἀρεταίου. Nec Aëtius Cappadox fuit, ut illum appellat Paulus, sed Abydenus. Constantinus in viatico, lib. 1. cap. 20. ex eodem Rufo: Coitus (inquit) iis confert, quibus nigra cholera & melancholia dominantur.**

77 **Rafis ad Almanforem lib. 4. c. 17. Coitus corpus repletum alleuiat, & animam hilarem & lætam efficit, eiusq; auget leuitatem: iram quoque sedat, ac cogitationem remouet: caput alleuiat, atque sensus. Denique, si quis multo vsu fuerit coitu, repletionis malum euacuando euadet. Haly Abbas in 5. Theoricæ ca. 36. Si huius superfluitas (de spermate loquitur) suis aucta in vasis, coitu nõ purgatur, nec poterit eã expellere natura, in inguinibus fit, & illis simul, extensio, omniq; in corpore grauitas: sæpeq; suis sperma calefit in vasis, fitq; febris: quoniam membra hæc quidem post illa calefiunt, donec cordi calor ille continetur: nonnunquam eius vapores ascendunt ad cerebrum, vbi & pessimos generant morbos. Et statim inferius: Dimissio coitus hebetudinem sensuum & intellectus parit, & capiti accidit grauitas, & visui tenebræ, & frangitur corpus, & appetitus immittitur ciborum, & nonnunquam complexio declinat à statu suo: aliquoties etiam patitur maniam ex vaporibus spermatis ad cerebrum ascendentibus: sæpe quoque fit corpori frigus, & nonnunquam tremor præcordiorum, pectoris attractio, sæpe etiam scotomia & vertigo. Item si vsus fueris (inquit) coitu ut oportet, cogitationes cedunt, ira mitigatur & mania, melancholicæ prodest passioni: prodest etiam phlegmaticis morbis, somniorumq; medetur multitudinè, & appetitum confortat. Orbasius autem ipse in Compendio Medicinæ, 6. cap. ex ipso Rufo multa tradit commoda**

Diogenis obscena historia.

De eadem re.

Aëtius prior Paulo Aegineta. Pauli Aeginetae locus.

De eadem re.

Veneris, multa; incommoda, in hæc verba: Veneri actus iuamina sunt ista, vt qui multum repleti sunt humoribus, euacuentur, & leuiore præstentur corpore, & augmententur, vt viriles appareant in corpore. Si verò frequens sit, intellectum animi dissoluit. Nam iracundos temperat, & mites facit, propter quod melancholicis magis, quàm aliis, sanitas vtilissima est, & expediens Veneris commixtio. Componuntur autem ex his ad integrum sensum, ctsi ex alio modo insaniunt. Et his, qui ex phlegmate agrotant, optima est Venus, & his qui crassi sunt corpore, si non repleti cibo misceantur. Hi autem per somnum frequentius euacuat liberantur. Et alia quæ sequuntur, prope similia iis, quæ ex Aëtio descripsimus. Nam & vterque vt diximus, sumpsit ex Ruffo.

78 ¶ Auicenna in prima tertij, tractatu 5. cap. 8. Quandoque, ait, accidit huiusmodi, vt in vasis feminalibus aggregetur sperma plurimum, & corrumpatur, & infrigidetur, & conuertatur ad qualitatem venenosam, & accidit ei, sicut epilepsia. Et in vigesima tertij, tractatu 1. cap. 10. sic ait: Coitus alleuiat corpus, & ipsum præparat ad augmentum. Et aliquantò post: Et quandoque sequitur ipsum coitum expulsio cogitationis dominantis, & acquisitio audacia, & edomatio iræ superflua. Et iterum post pauca: Plurimum, quorû complexio requirit coitum, cum ipsum dimittunt, infrigidatur corpus, & cadit appetitus cibi, ita vt etiam nõ recipiant. Et rursus non multò post: Quandoque accidit viro ex dimissione coitus, & abundantia spermatis, & frigore, & cõuersione ipsius ad ventositatem (& forsitan vult dicere venenositatem) vt mittat sperma ad cor & cerebrum, vaporem malum, ventosum (vel quod magis credo, venenosum) sicut accidit mulieribus ex coarctatione matricis. Sed & in 21. tertij c. 2. Retentio spermatis est mala valde. Et in Canticis lib. 1. ca. 153. Coitus commendatur iuuenibus, quatenus per eum à nocentis perniciosis liberentur. Quem locum enarrans Auerrois, Si coitu (inquit) vsi non fuerint, contingent eis morbi magni, & illaudabiles. Item Auerrois ipse lib. 6. Collig. Coitus moderato vsu conueniens existit. Quod non concedimus, nisi quia sperma est vna superfluitas præparata à natura, vt expellatur, sicut & aliæ superfluitates, excepto quòd in se bona est.

79 ¶ Haly Rodoan in 3. Techn. commento 35. Si superfluitas in corpore aggregata, ex spermate non egreditur per coitum, coarctatur in corpore, & ex ea generantur ægritudines malæ. Nam coarctatione feminis, generantur ex eo vapores mali, qui ascendunt ad cor, & cerebrum, & stomachum: & corrumpunt sanitatem illorum membrorum, & generant ægritudinem. Et forsatis ex eò est aliquid simile veneno viperino: sicut accidit ei, qui assuevit coitui, & dimittit eum longo tempore, ex debilitate appetitus cibi, & pigritia à motibus, & generatione humoris melancholici: & forsasse corrumpitur, & excitatur ex eo, quod est simili virtute veneni, sicut illud quod accidit viduis ex suffocatione matricis, & multis viris, qui ex eo moriuntur subito. Albertus Magnus lib. de Animalibus 15. tractatu 2. c. 5. Aliquando (inquit) propter nimiam retentionem spermatis in infirmis corporibus accidit congregari multas malas superfluitates, quibus primùm impeditur corpus. Et post pauca subdit, quòd hinc quandoque mors accidit. Et Arnaldus Villanouanus in Speculo: Si coitus, inquit, fuerit remissus, vel ex toto etiam fuerit prætermisus, coarctato spermate in vasis generationis propter pollutiones, euenit grauedo, tristitia: perturbatio intellectus aduenit corpori propter vapores corruptos, ad cor & cerebrum venientes & interdum vasorum apostemata.

80 ¶ Ex recentioribus quoque Petrus Aponensis naturæ rerum & Medicinæ consultissimus, in Aristot. lib. 3. Quæstionum orbicularium, cap. 1. Per coitum (inquit) cum necessarium fuerit, homo alleuiatur, & alacris efficitur anima, malum expellendo consilium. Idem multa in eandem sententiam scribit in lib. eorundem Quæstionum 4. c. 29. sed multò plura in suo nobili opere, quod Conciliatorem vocauit, vbi veterum præcepta Medicorum simul connectit, atque conciliat, differentia 124. & iterum differ. 186. Multa quoque Michaël Sauonarola tracta. 2. cap. 1. in quarta re non naturali: & Valescus Tarentinus in suo Philonio lib. 6. c. 3. in 9. Articulo, & Constantinus Africanus in lib. de Coitu: & ex aliorum autoritate Antonius Gazius in suo lib. quem Coronam floridã nominat, cap. 33. & postremò Symphorianus in sua Rosa florida, quam satis impudenter ab ipso Gazio magna ex parte furatus est, vir alioquin non indoctus, cap. 8. ipsius operis.

81 ¶ Horum sententias fulcit vetus illud Veneris ἀμβολογήρας cognomine simulacrum, Spartanis ex oraculo erectum, vt testatur Pausanias lib. 3. Est enim ἀμβολογήρας, tanquam senectam differens. Quasi venus non importuna, minimeq; intemptiua senectutem arceat. Sed illud non præmittendum duximus non conuenire Astrologis cum Medicis afferentibus coitum prodesse melancholicis. Astrologi enim Venerem & Saturnum inimicos inuicem esse dicunt. Nam si quem Saturnina passione occupatũ leuare velimus per venereos actus, frustra, inquiunt, atque etiam cum iactura conemur: vtpote cum sint remedia longè distantia. Ideoq; optimum temperamentum esse per quædam Phœbi Iouisq; qui inter Saturnũ & Venerem sunt medij, remedia, homines ad medium reuocare, vt scitisimè à Marsilio Ficino annotatum est, lib. de Vita longa, cap. 16.

82 ¶ MULTA SVNT ergo (vt redeamus) Veneris modicæ rariorisq; commoda, multa item frequentioris immoderatæq; incommoda: vt non abs re veteres (quod Plutarchus tradit in Præceptis connubialibus, & alibi nos retulimus) Mercurium rationis præsidem, iuxta Venerem collocarent: tanquam voluptas venerea ratione maximè indigeat, quæ ad modestiam, siue modum nos ducat, vt nec minùs, nec plus quàm oporteat, illam exerceamus. Nam vt scribit Euripides in Medea, de ea re loquens,

Venus ambolōgής

Venus an melancholicis proficit.

Mercurius iuxta Venerem collocatus. Modus & tepus exercendæ Veneris.

ἔρωτες ὑπὲρ μέτρον ἀγαθῶν
ἐλθόντες, ὅτι εὐδοξίαν,
ἀνδράσιν, εἰδὲ ἄλλοις ἐλθοῖ
κέρως, ὅτι ἄλλα θεός
ἐυχρεῖς ἔτα.

Et paulò post:

Στέργει δὲ με σωφροσύνα
Δόρημα κάλλισον θεῶν.
Amores supra quidem nimium
Venientes, non laudem
Neque vires tradiderunt
Viris. Si autem, quod satis est, venerit
Venus, non alia Dea
Gratiola vsque adeo.
Placet enim mihi modestia,
Donum pulcherrimum Deorum.

Id est, ad verbum, quantum fieri potest:

Quam sententiam & nos attulimus suprâ in 2. l. connub. nu. 72. incip. ad quam sententiam, ad aliam rem huic proximam. Cui concinit & alia eiusdem sententia, quam tu videbis infrâ num. 91. ex illis autem.

83 ¶ Cuius rei nõ satis fortasse plerisque videbitur maritos admonuisse, nisi & illud declarauerimus, quis rarus, temperatusq; atque moderatus coitus dicatur, quisve frequens, atque immodicus. Apud Sofomenum lib. 9. Historiæ, quam tripertitam appellant, cap. vlti. Aëas philosophus ex Palæstinæ Gaza, cum pulcherrimam vxorem duxisset, ter cum ea tantum concubuisse, totidemq; filios genuisse fertur. Quem si viri imitandum sibi proponerent, nescio an femina quantumlibet pudicæ, sibi satis esse ducerent. Et profectò satius esset omnino eius voluptatis expertes eas manere, quàm eam ipsam delibare, & veluti primoribus labris tantum attingere. Solon qui & sapiens vnus fuit ex septem, & νομοδότης, id est, legum conditor, solus ex septem, legibus sanxit, vt Plutarchus in eius vita tradit, vt ter singulis quibusque mensibus omnino vir vxori congregeretur: tanquam is peccare videatur, vel in exuperantia, vel in defectu, qui frequentius rariùsve coierit. Sed certè verum est, quod scribit Cornelius, quo loco nuper citauimus, frequentem coitum non tam numero esse æstimandum, quàm natura, ratione ætatis, & corporis. Adde si placet, & temporis, propter ea quæ aliquantò post dicentur. Subdit autè Celsus: Scire licet, eum non inutilem esse, quem corporis neque languor, neque dolor sequitur. Idem interdum peior est, noctu tutior: ita tamen, si neque illum cibus, neque hunc cum vigilia labor statim sequitur. Et alibi, videlicet cap. 1. lib. 1. Venerem scribit hyeme non æquè perniciosam esse, vere tutissimam, ætate verò & autumno minime vtilem: tolerabiliorem tamen per autumnum: ætate in totum, si fieri potest, abstinentium.

Aëas cum uxore ter tantum per totam vitam concubuit. Solonis de concubitu lex.

84 ¶ Hippocrates Deus Medicorum, scribens lib. de Popularibus morbis, siue Epidemion sexto, νόσος, σίτεια, πόσις, ὕπνοι, ἀφροδίσια, πάντα μετρία, id est, Labores, cibi, potus, somni, venerea, omnia medio crite modum ipsum singulorum definiuit, addito ad finem dictionis epitheto, mediocritia. Et tempus æquè signauit ipso sermonis ordine. Quippe sanitatis tutelam à labore auspicandã esse, quem excipere debent cibus, potio, deinde somnus, mox Venus: in his videlicet (vt scribit Galenus hunc locum Hippocr. enarrans circa initia lib. 2. de Sanitate tuenda) quibus Venere vtendum est. Nam reliqua certè omnia cuiusque ætatis sunt communia: Venus ætate tantum florentium est. Idem Hippocrates lib. 3. ἡδὲ διαίτης, id est, de Ratione victus, præcipit vt Venere rariùs veris tempore vtamur, ætate nullo pacto. Cui concinit Pythagoras dicebat venerea hyeme, non ætate faciendã, autumno ac vere leuiùs, testis Laërtius. At ipse Hippocrates eodè illo opere, lib. 1. monet eos, in quibus potestas aquæ plurimum ab igne separatur, vt Venere rariore vtantur. Cui subscribens ipse Galenus lib. 6. eiusdem operis de Sanitate tuenda. Venus (inquit) siccis temperamentis est inimicissima. Et post pauca: De Veneris vsu dictum suprâ est, eam omnibus, qui sicco temperamento sunt, inimicam esse. Nunc verò etiã ex hoc numero potissimum aduersa est iis, qui supra siccitatem, frigidi quoque sunt. Nam innoxia Venus his tantum est, qui calidi humidiq; sunt, tum verò, qui genitura naturaliter abundant. Sed & haud multò post: Quibus inculcata corporis constitutio est, non debent ij (veluti siccis suprâ præceptum est) à Venere omnino abstinere.

De eadem re.

85 ¶ Porro idem Galenus lib. 3. eiusdem operis, docet abundè, quæ post Venerem exercitatio conueniat, vt ibi videre poteris. Idem quoque lib. 3. Artis paræ (is est, cui titulum fecit, ἰατρικὴ τέχνη) hæc scribit: κατὰ τὸ ἀληθές, ἐκ διαλεξιμότητων τηλικίων, &c. Hoc est, Re vera, inquit, sanus est coitus ex tanto temporis interuallo, vt corpus ex ipsius vsu neque sentiat exolutionem, ac leuius perspiratusq; reddatur. Porro concumbendi tempus, quando corpus diligenter medium fuerit omnium exteriorum intemperierum, neque nimium repletum, neque ieiunum, neque nimium refrigeratum, neque nimium calefactum, neque siccum, aut humefactum immoderatè. Quòd si interitum peccare contigerit, exiguum fit peccatum: sed præstat vt repletum, calefactum, ac humefactum potius, quàm ieiunum, aut refrigeratum, exiccatumve corpus, vtatur concubitu. Idem in eo ipso opere, quo loco differit de temperatura testiculorum, Temperamentum, inquit, calidũ & siccum petulcum est, & ad libidinem pronum: statim verò satiatur: & si vim inferas, offenditur. Si au-

tem caliditas humiditati coniungatur, plus femine abundant: non tamen plus cæteris appetunt, sed minori detrimento præter modum veneris indulgent. Quod si ambo simul excreuerint, caliditas scilicet & humiditas, non sine detrimento veneris abstinent. Idem enarrans illud Hippocratis à nobis supra citatum ex lib. 6. Epidemion, Venerem morbis à pituita ortis remedio esse: Non cunctis, inquit, ex pituita laborantibus, sed quibus vires firmæ sunt, Veneris vsus prodest. Imbecilli enim ab ipsa ad extremam debilitatem redacti, magnopere læduntur. At qui viribus excellunt, non dissoluuntur, sed contra iuuantur, Veneris vsu pituita copiam desiccante. Concubium enim constat, vt vigiliam, exiccare, quoniam scilicet humores abundè digerant. Quin etiam coitus robustorum corpus calefacit: infirmorum autem cõtinuò quidem calefacit, sed postea vehementer refrigerat. Idem in eodem libro tradit: Omne corpus Venere exiccatur, nõ tamen alui semper excrementa, sed eorum, quorum vires labefacta, & membra à quibus alimentum conficitur, & in ventre contenta distribuuntur, refrigerata fuerunt.

86 ¶ Oribasius lib. Euporiston l.c. 22. Qui autem, inquit, vtuntur Venere, cauere oportet nimiam repletionem cibi, & magis vini, & inanitatem post vomitum & post ventris purgationem factam, & quibus voluntariè solutus est venter. Cauent autem & indigestionem post laborem factam: & si qua accedit ægritudo, aut certè suspecta est, vt accedat. Nam & in autumno, Veneri commiseri non oportet, nec in aliis temporibus, in quibus pestilentia dominatur. Tempus autem vtilissimum conceptioni, est post cibum ante somnum. Per somnum enim mox componitur corpus, id est, ciborum operatio in sanguinem. Hoc etiam tempus & ad generandum est vtile, propterea quod mulier mox addormiscens, continet semen.

87 ¶ Aëtius Tetrabibli l. Sermo. 3. cap. 8. Naturæ (ait) ad Venerem appositæ sunt calidiores, & humidiores, eiusq; vsus, plus quàm aliæ, ferre possunt, minimè autem sicca & frigida. Est & vigentiũ natura ad eam accommodata, semen verò nequaquam. Ex temporibus ver aptum est, ineptus autem autumnus & æstas: sed neque hyems commoda est propter frigiditatem. Est sanè diæta quoque calidior & humidior ad coitum idonea: contra sicca & frigefaciens inutilis. Humida enim diæta etiam impotenti ad coeundum commodant. Oportet igitur humidum & calidum esse victum, cui accedere debet labor moderatus, & cibus boni succi. Vinum itaque sit colore fuluum, substantia tenue, panes puri furnacei recentes, carnes hædorum, agnorum, & porcorum. Ex volucribus, gallinæ, aragena, perdices, anseres, anates: ex piscibus, polypi, & molli carne præditi: olerum, horminum, irio, cruca, rapum bis coctum, & flaccidum factum. hæc enim medicamenti loco exhibentur: leguminum, faba, cicet, ochri, phaseli, pisa, dolichi. Nam & flatu corpus implet, & luxulenter alunt. Magnopere etiam optimam vnam laudo, quod ad hanc victus rationem attinet: humectat enim, & sanguine ac spiritu corpus implet. Cæterum qui Venere vti volet, recentes repletiones vitabit, cruditates item, ac ebrietates, similiterq; famem. Malũ est enim repleto corpore coire. Item à gymnasiis & balneis vitandæ lassitudines, & prægressi vomitus, & alui profluvia recentia: nam inueterata aliquando per Venerem resiccantur. Commodissimum coeundi tempus est à cibo non nimium ingestio: nam & ad robur conducit, & frigiditates euenire solitæ minus sunt. Et si quidem à prandio quis ad Venerem incitetur, quiescere oportet, donec cibus desideat. Si verò à cœna, necesse est paululum dormire. Porro vehementes impetus ac cupiditates ad Venerem non probo, sed eis resistere suadeo, præsertim si cui morbus sit, qui ex Venere facilè offensionem perceptet. Hæc ille ex Rufo. Sed & capit. eiusdem Sermõnis 93. Calidum & siccum temperamentũ concitatum quidem est ad Venerem, verum citissimè fatiatur: & si cogatur, læditur. Si verò humiditas ad caliditatem accedat, hi plus feminis habent, non tamen magis aliis appetunt, sed multæ Veneri minore detrimento sufficiunt. Si verò humiditas & caliditas multum fuerint simul auctæ, ex Veneris abstinencia magis læduntur.

88 ¶ Paulus quoque Aegineta lib. l. cap. 35. in eadem propè sententiam: Concubium non admittit victus refrigerans, arafaciensq; ætas senectutis, tempus autumnus. Et aliquantò post: Igitur qui in Venerem congressurus est, obseruare debet, ne tum vel satietas, vel cruditas, vel fatigatio, vel vomitus infestet. Item neque purgatio, neque repentinus alui fluor: quamuis nonnunquam diuturno fluori eò quod arefacit, sit medicamentum. Vehementem verò concupiscentiam tantum abest vt laudem, vt ei magis renitendum censeam, maximè quibus ex morbo prouenire putatur. Commodissimum itaque fuerit post exercitationes, & balnea, atque cibum modicum, coire. Sic enim & robustiores erunt vires, & frigoris vitabimus nocumentum. Hora verò ad concubium aptior est post cibum, vt diximus, & ante somnum: quippe subsequens somnus laborem remittit. Adde quod hoc tempus ad sobolem procreandam aptissimum, cum ob alias causas, tum quod forma dormiens genituram melius retinet. Quem locum propè ad verbum sumpsit ex Oribasio, vbi supra citauimus. Sed in hoc aduersari vterque videtur Galenus in lib. 2. de Sanitate tuenda, quem supra citauimus num. 84. dum ibi vult Venerem sequi somnum, hi autem præcedere. Sed tradit Andernacus illum locum Pauli interpretas, intelligendum esse illud, secundum cibum, non statim, sed concoctione obita. Nihil enim referre, si somnus aliquis breuior præcesserit, sequatur autem prolixior, ex quo vires recolligantur. Sed (vt redeamus) idem Paulus illius lib. l. c. 71. scribit Venerem aridioribus simul vniuersis officere, præsertim si cum siccitate frigiditatem copulat. Eandemq; solis calidis, & humidis innocuam esse. Et Soranus in Isagoge, cap. 5. Hyeme (inquit) Veneri

Veneri non parcas. Et paulò post: Aestate cum Venere coitum non facere ex toto oportet. Et iterum mox. In autumno à Venere & frigida abstinere oportet.

89 ¶ His fermè similia scribit Auicenna (vt ad Arabes veniamus) in 20. tertij, tractatu l.c. 22. inquit, Oportet ne coitus fiat super repletionem: prohibet enim digestionem, & facit cadere in ægritudines, quas efficit motus super repletionem, & debilitat. Et oportet quantum possibile est, ne coeat aliquis, cum adest vacuitas. Iterum: Hoc enim est nocibilis, & onerosus naturæ, & magis pernecans calorem innatum, & magis attrahens liquefactionem, & hæticam, & arefactionem. Imò oportet vt fiat, cum cibus descendit à stomacho, & completur digestio prima, & secunda, & mediatur dispositio in digestionem tertia, & hoc diuersificatur in hominibus: non ergo est audiendus sermo eius, qui dicit, oportet, vt fiat illud post complementum digestionis tertiæ ex omni modo. Illa enim hora, est hora vacuitatis, cum corpus incipit esse in sparsione, & in omnibus membris sunt reliquæ cibi in via digestionis. Nam & post pauca: Oportet ne coitus fiat nisi à desiderio sano, quod non excitat aspectus, aut intuitus, aut pruritus, aut ardor, sed commouet ipsum multitudo spermatis. Et oportet, vt vitetur coitus post facultatem nauseatiuam, & post euacuationes fortes ex vomitu, & fluxu venteris, & colica passione, & diaria facta subito, & post motus corporeos, & animales, & post motum vrinae, & stercoris, & phlebotomiam.

90 ¶ Rasis item lib. 4. cap. 17. A coitu etiam corpora habentes sicca, vt ab inimico interficiente, sibi cauere debent. Conualescentes quoque & debiles atque macri, nec non quorum ilia & ima ventris debilia sunt & macra, & quorum nerui sunt debiles, coitum omnino vitare debent. Et paucis interiectis: Coitu itidem nemo vti debet, dum est famelicus, neque cum multo cibo ac vino est repletus, neque cum balneo egreditur, neque postquã vomuerit, neque post ventris solutionem, neque post phlebotomiam, vel laborem. Hæc Rasis. Cui concinens Rabbi Moyfes autoritate Auenzoaris in lib. de Regimine vitæ ad Soldanum, cap. 4. Sunt nonnulli (inquit) quibus multum nocet coitus, quibus item parum. At eius nocumẽtum in iuuenibus, qui sunt humidi, modicum est. Offendit autem senes, & coalescentes ab ægritudine, & omnes, quibus natura sicca est. Vidimus enim aliquando conualescentem, eodem die, quo coierat, mortuum fuisse. Alium item cui syncope accidit, & recidiuauit in febrem, & post paucos dies expirauit. Igitur vt in vniuersum dicam, coitus mortiferus est agris, & conualescentibus, & siccis temperatura. Nec quisquam eum exercere debet ante cibi digestionem, nec cum fame, nec cum siti, nec in ebrietate: nec post coitum ire in balneum, nec ante sanguinis minutionem, nec post eam intra vnum diem. Et Haly Abbas lib. Theoricæ 5. cap. 31. Tempus, ait, æstiuum, grauisq; æstus, inæqualis aëris autumnus, hæc duo tempora coitus frequentationi minimè opportuna sunt. Sed & alij tam antiqui quàm recentiores Medicinæ scriptores multa de ea re ipsa differuerunt, omnium verò copiosissimè Conciliator, differentia 124. supra nõ semel aduocata. Michaël Sauonarola, quo loco etiã nos supra citauimus.

91 ¶ Ex illis autem antiquioribus, Diocles Carystius in Epistola, quam ad Antigonum Regem de sanitate tuenda scripsit, apud Paulum Aeginetam lib. l. c. vlti. Veneri indulgere monet hyemali solstitio, & in æquinoctio verno. At in Vergiliarum exortu eam parcissimè exercendam. In solstitio autem æstiuo, & æquinoctio autumnali perniciosam eam esse. Achæus in Athone Satyrico apud Athenæum lib. 6. c. 17. In repletionem Venus, in famefcentibus nequaquam. Strato autem Lampfacenus librum priuatum & peculiarem de concubitu scripsit, vt tradit Diogenes Laërtius, in quo (vt opinor) hunc locum non prætermisit, dolemusq; hunc nobis fuisse temporum iniuria ereptum. Minus enim nobis negotij & laboris in his colligendis & describendis fuisset. Sed vt tandem in eo finiamus, in quo hac in tractatione incepimus, si alius in rebus mediocritas obseruanda est, tum maximè in concubitu. Quod Euripides optimè, vt cætera, intelligens, hæc ad Venerem locutus, εἰς μοι, μετρίως δὲ πῶς εἰς, μήδ' ἐρλεῖται. Id est, Adis quidẽ mihi, sed moderata, nec mihi desis. Quam & ipsam sententiam citat & approbat Plutarchus, in lib. de Sanitate tuenda.

92 ¶ Sed quid proderit ista maritis præscripsisse, cum illis plerunque non sit liberum, neque tempus opportunum in eam rem, neque cætera obseruare: Sunt enim pleræque mulieres, nescio & an nõ omnes, præ coitus infatigabili quadam appetentia tam improba, tam importuna, tam acerbæ exactrices, vt per illas non liceat maritis modum vllum tenere. Quid faciant igitur: non possunt sine magno sanitate & animi & corporis discrimine illis satisfacere, etiam si Proculi illius Cæsaris, & Catalani nescio cuius, & Herculis robur ad coitum obtineant: quorum ille in sua quadam epistola testatus est, se centum virgines Sarmaticas bello captas, quindecim dierum spatio vitasse, atque ex his decem nocte vna, vt scribit Flavius Vopiscus. Alter quotidie trigies vxorem cognoscebat, vt diximus supra in prin. huius l. num. 1. Postremus (quod magis mirandum est) vna nocte cum quinquaginta virginibus Thespij Erithæi Atheniensis fliabus concubuisse, omnesq; grauidas maribus reddidisse, & duas scilicet natu maximam, & minimam, geminis fertur, præter vnam, quam intactam reliquit, & per totam vitam virginitatem seruare, sibi que sacram esse voluit: quod tradit Pausanias lib. 9. quo Bœotica describit. & Theodoritus Cyrenensis, de curatione Græcarum affectionum. Diodorus autem Siculus lib. Bibliothecæ 5. c. 2. tradit Herculem omnes compressisse, ex hisq; tot mares, numero quinquaginta, suscepisse, communi nomine Tespiadas dictos. De quo etiam non nihil neminerunt Tatianus in elegantissima illa oratione, quam fecit πρὸς ἑλληνας, Clemens Alexandrinus in oratione adhortatoria ad gentes, & Arnobius lib. 4. Disputa. aduersus

De eadem re.

De eadem re.

Proculi Cæsaris robur ad concubium.

Hercules una nocte 50. uirginis imprægnauit.

Arnobij locus

Athenaei lo-
cū.

gentes: vbi tamen Thespis pro Thespio errore (vt credo) librariorum scribitur. Nec admodum dissimilis error est apud Athenaeum lib.13.cap.2. vbi Thestij filias nominat: casq; non vna nocte, vt alij, sed septem diebus vitasse scribit, autoritate Herodoti. Ex hoc autem est illud nutricis Deianiræ apud Senecam in Hercule Oetæo: *Referam quid alias? mēne Thespiades vocant?* Illudque ipsius Deianiræ ad eundem Herculem, apud Ouidium:

*Nec tibi crimen erunt Teuthrantia turba sorores,
Quarum de populo nulla relicta tibi est.*

Ille enim Teuthrantiam turbam vocat eas sorores Thespij filias, quod Thespis ipse filius fuit Teuthrantis, vt scribit Stephanus & Eustathius Homeri interpretes lib. Iliad. 2. in Catalogo. Aeschylus autem in Agamemnone Tragædia, Thespiam urbem Teuthrantis vocauit. Ouidius li. 2. Tristium, Eleg. 1. non multo post principium, Teuthrantia regna memorat:

*Forstian, vt quondam Teuthrantia regna tenenti,
Sic mihi res eadem vulnus operamq; feret.*

Idemq; Caicum fluuium eius regionis Teuthranteum appellat lib. 2. Metamor. Porro autem (vt redeamus) sunt qui tradunt, Herculem illas virgines septem diebus compressisse: quod mihi verisimilius est. Sed vt ad id, quod dixeramus, reuertamur, nullus aded potens est ad concubitum, etiam si is sit aut Proculus ille, aut etiam ille Catalanus, aut Hercules, quin aliquando destituatur viribus cupidineis, etiam maxima in cupiditate: ita vt nulla arte id opus exercere possit. Quod sibi aliquando contigisse queritur Ouid. lib. 3. Amor. Eleg. 7. Nisi igitur, vt id caput finiam, viri vxorum ardori perpetuo satisfaciât, quod tamen semper difficillimum est, vel si se rumpant, vt est in veteri prouerbio, ab ipsis multas molestias patiantur necesse est. Sed & timendum quoque est, ne aliorum congressum insectentur: aded sunt *Φιλανδροί*, atque *μοιχύτριά*: ita enim Plato in Symposio vocat has mulieres virofas, & impudicas.

Veneros non
nunquam fa-
cultate coeum
di destitui.

93
Venerem à
fœminis ar-
centia.

¶ Quisquis ergo huiusmodi vxorem aded coitus appetentē, & virosam nactus fuerit (neque enim omnes tales sunt) illud moneo, vt è boue syluestri nigro sanguine ricini lumbi perungantur ipsi vxori, vt illi tædium Veneris fiat, iuxta Osthanis Medici sententiã, à Plinio relatã lib. 28. c. 19. aut vt alij secant, 10. Vbi & ipse Plinius subdit ex eiusdem Osthanis sententiã, amoris quoque tædium fieri pota hirci vrina, admisso propter fastidium nardo. Idem rursus eodem lib. c. 8. ad si. sed in diuersis locis, autor est, Scinci decoctū cum melle sumptū, atque etiam Hippopotami pellem è sinistra parte frõtis in inguina adalligatã, Venerem inhibere. Aspetu quoque cineris, qui ex lyncum corio & vnguibus exultis fit, fœminarū libidines inhiberi. Idem lib. 30. ca. 5. in diuersis locis scribit galli pugnatoris testiculos, anserino adipe illitos, adalligatosque pelle arietina, sed & cuiuscunque galli gallinacei testiculos, si cū sanguine gallinacei lecto subiiciantur, Venerem cohibere: & qui in vrinã canis suam ingesserit, ad Venerem fieri pigriorem. Quin & eodem c. stellionis cinerē, in linamento inuolutū, in dextra manu Venerem inhibere, in sinistra stimulare. Idem autē antē, scilicet lib. 27. c. 8. scripserat, in Thessalia duriorum cynosorchis radicem ad inhibendos coitus valere: molliorem verò, ad stimulãdos. Idem illo lib. 30. c. 6. scribit puluerem, in quo se mula volutauerit, corpori inspersum, mitigare ardorem amoris. Idem lib. 32. c. 5. tradit Magos dicere, quod arundine transfixa ranæ natura per os, si surculus in menstruis defigatur à marito, adulterorū tædium fieri. Quæ si vera essent, vt ille ipse dicit, veluti id deridens, multo vtiliores vitæ existimarentur ranæ, quàm leges. Idem quoque eo. lib. 31. cap. 4. Squamæ testudinum è summa parte derasæ, & in potu datæ, Venerem cohibent. Dioscorid. lib. Medicinalis materiæ 2. c. 28. tradit scincum decoctum cum lente & melle, aut semine lactucæ cum aqua potum, Veneris cupiditates inhibere.

94
Viticiis vis in
tam rem.

¶ Galenus lib. 6. de Simplicium medicament. facultatib. tradit viticis semen, floresq; ac folia, cohibere stimulos & impetus Veneris. Nec tantum esam potamq; ad castitatem conferre, sed etiam substratam. Quod & ipsum tradit Aëtius Tetra. 1. Serm. 4. & iterum Tetra. 3. Serm. item 3. c. 34. & Paul. Aegineta lib. 7. c. 3. & Serapio simp. cap. 309. Addit autem Galenus, ob eam causam Athenis in Thesmophoriis, id est, Cerealibus, siue sacris Cereris, mulieres totum sibi fruticem subternere solere. Hincq; illi nomen inditum agni, id est, casti. Quod & ipsum ante eos, tradunt Dioscorid. lib. 1. cap. 26. & Plin. lib. 24. c. 9. & Aelianus historiæ animalium lib. 9. c. 26. Ea autem, quæ Latinis vitex dicitur, Græcis (quod iam diximus) *ζυγος*, ab insita illa vi appellatur. Vulgus autem nostrū Græcæ nomenclaturæ Latina adiecta interpretatione, Agnum castum appellat. De ea autem est illud Tydei, templa Palladi pollicentis, apud Statium Thebaidos lib. 2. ad fin.

*Centum ibi virginis vota Calydonides aris
Actæas tibi rite faces, & ab arbore casta
Necesse purpureas niueo discrimine vittas.*

95
Rutæ vis.
Salicis.

¶ Idem Galenus (vt ad eum redeamus) in lib. de Medicinis facillè parabilibus, scribit rutã esui potuique datam, Veneris appetentiã extinguere: quod & prodit Orbasius Compendij medicinæ c. 6. Ad quod etiam vide, quæ dicam infra nu. 24. incip. sed & legimus. Porphyrius, citante Stobæo Serm. 98. tradit, Salicis fructum cum vino propinatum, libidinis impetum marcere afficere. Sed ante eum Plinius lib. 24. ca. 9. scribit folia salicis contrita & pota, intemperantiam libidinis coercere, atque in totum eius vsum auferre sapienter sumpta. Quin & eodem loco prodit, si cinis myricæ arbusculæ bouis castri vrinæ immisceatur vel in potu, vel in cibo, Venerem finiri. Idem lib. 26.

lib. 26. cap. 10. tradit nymphæam Heracleam Venerem in totum adimere. Et radicem quoque eius genitalibus illitam inhibere Venerem. Florentinus apud autorem Geoponicõn lib. 12. cap. 13. tradit lactucam coitum auertere. ex eoque Pythagoricos ipsam Eunuchion appellare: mulieres verò *ἀσουλίδæ*, quod scilicet ineptos faciat *πρὸς τὰ ἀφροδίσια*, id est, ad venerea. Quod & Athenæus scribit. Sed tu interim vide, quæ de salice ex Homero, & alius in Tractatu Medicinæ tradidimus, numer. 197. incip. sed & naturam.

96 ¶ Idem quoque autor Geoponicõn, eod. lib. 12. ca. 24. prodit mentham rebus veneriis ineptã esse, & incommodam, quod & tradit Marcellus Medicamen. cap. 33. vbi ponit mentham inter herbas Veneri contrarias. Quibus adstipulatur antiquus ille prouerbialis versus, ab Aristotele relatus, Problematon sect. 20. cap. 2.

*Μένθην ἐν πολέμῳ, μήτ' ἐδίε, μήτε φύτευε.
Mentham in bello neque edito neque serito.*

Cuius rei rationem reddit ipse Aristoteles, quod ea herba membra refrigeret, eo argumento, quod semē genitale corrumpat. Frigus autem fortitudini & audaciæ, quæ bello necessaria sint, maximè aduersari. Et ei adstipulatur, quod scribit Galen. lib. 6. Simplic. Medic. c. 184. quod conceptum ventare dicatur. Quod & ipsum tradit Plin. lib. 20. cap. 14. Nam & ipse alibi, videlicet lib. 22. c. 25. hanc herbam refrigerantē dicit. Sed his non obscure aduersatur Diosc. libr. 3. c. 37. aut aliorum computatione 39. scribens eam herbam calefacientem vim habere, atque Venerem stimulare. Cui consentiens Paulus Aegineta lib. 7. tradit, eam in tertio ordine esse calidam, & eius rei causa Venerem quoque incitare. Aemilius autem Macer, aut quisquis is est, cum primùm scripserat,

*Vim calidam siccamque gradu fert mentha secundo. Postea tamen subdit:
Matrici succus si subditur illius, ante
Quam fiat coitus, mulier non concipit inde.*

At Hermolaus Barbarus hæc veluti controuersiam componens, Corollarij capit. 363. Fieri potest (inquit) vt per se calefaciat, & per accidens refrigeret: quod in aliis quoq; plerisque conspicitur. Porro (vt id obiter dicam) ego aliquando à viro rei medicæ peritissimo audiui, se expertum sæpe fuisse, vt qua die quis eam herbã manducaret, si vulneretur, tantū inde fieri sanguinis profluuiū, vt vix vlla arte sisti possit. Quod si verū sit, facillè crediderim, eam esse illius prouerbij rationem.

Mentha vis.
Prouerbiū.

De eadem re.

97 ¶ Aristoteles tradit in Phasi flumine arbusculam nasci, cuius ramus excerptus à viro, & in vxoris thalamum immissus, efficit ne vxor alium virum appetat. Marcellus in lib. de Medicamentis c. 33. Mulierem (inquit) quam tu habueris, vt nūquam alius inire possit, hoc facies. Lacertæ viridis viuæ sinistra manu caudã curtabis, eamq; viuam dimittes: caudãque donec immoriatur, eadē palma clausam tenebis, & mulierem verendãque eius, dum cum ea cois, tanges. Albertus Magnus lib. de Animalibus 22. testis est, quod si quis testiculum dextrum lupi oleo mistum, mulieris vuluæ cum lana imponat, remouet ab ea coeundi desiderium, etiam si fornicaria fuerit. Idē paulò antē dixerat (quod an sit verum, viderint alij) quod si virga lupi in nomine alicuius siue viri, siue mulieris ligetur, non poterit coire, donec nodus fuerit solutus. Sed & alia multa, aliorum autoritate tradit Nicolaus Niculus in eo tract. quē priuatim scripsit de coitu, quē posuit post Serm. 6. ca. 7. quibus si vsus fueris in concubitu vxoris, ea nunquam concubitum alterius desiderabit, vt ille dicit.

Seleni aqua
amore libe-
rans.

98 ¶ Mirum est quod veterū monumētis scriptū reperitur, fuisse in Acaia ciuitatē Aegirã nomine, ac fontē quoq; & in propinquo fluuiū Selenū ab adolescēte dictū, qui Aegirã nymphæ illaqueatus amore, ac desiderio extabescēs, sit à Venere in eum deformatus. Vnde Seleni aquã id laudis adeptã ferunt, vt ea ablutos amore liberet & viros, & fœminas. Quod si verū est (inquit Pausanias, qui id refert in Achaicis) *τιμιώτερον χρυσίου πολλῶν ἐστὶν ἀθροίσις τὸ ὕδωρ τῆς Σελήνης*. Id est, Multis pecuniis pretiosior est hominibus aqua Seleni. Sed quod id credibilis facit, est alius fons Salmacis nomine in Caria, qui è diuerso eos, qui ex eo biberint, venereo morbo implicare traditur, vt videre licet ex Põp. Fest. De qua re tamē vide quę scripsit Oui. li. 4. & 15. Met. & Strab. li. 14. & Vitru. li. 2. c. 8.

Venus Verticordia

99 ¶ Nec interim prætermittendum quod cum aliquando incredibilis ardor libidinis fœminas Romanas inuasisset, aded vt ferè omnes sine vilo pudore in Venerem ruerent, Senatus inspectis libris Sibyllinis, per Quindecimuiros censuit vt Veneris Verticordis simulacrum cõsecraretur, vt fœminarum corda à libidine ad pudicitiam verterentur: quod posteaquàm factum est, omnium sedatus est ardor. Cuius rei meminit Valer. lib. 8. cap. vlt. Et Ouid. 4. Fast. his versib.

*Roma pudicitia proauorum tempore lapsa est,
Cumæam veteres consuluistis anum:
Templa iubet fieri Veneri, quibus ordine factis,
Inde Venus verso numine corda tenet.*

De quo etiam non nihil per Lactantium Cælium Gammaticum interpretem Statij in lib. 5. Thebaid. super eum locum,

*—Et Idaliam procul ablegasse volucres
Fertur. Vbi & in id refert illud Virg. 4. Aeneid. Quæ mihi reddat eū, vel eo me soluat amātem.
Veluti Venus non tantum amores iniiciat, verum etiam eosdem auferat. Hanc autem Venerem Verticordiam eam dici putat Lilius Gyraldus, Syntagmate 14. Historiæ Deorū quàm Pausanias lib. 1. ἐπιρροφίαν vocat. Id enim tibi obiter dicere volui.*

100 ¶ Memoratur & saltus Leucadius, qui ad sedandos amoris æstus valere credebatur. Huius memi-

nit Strabo lib.10.vbi ex Menandro (cuius versus adducit) tradit Sappho Cupidinis œstro percitam, sese in eum locū præcipitem dedisse. Versus Menandri hi sunt:

Τὸν ὑπέρομβον θηρῶσα πρῶται.
δις ῥᾶν τι πῶθ' ῥίψαι πέτρας ἀπ' ἡλεφανθῆς.
ἀλλὰ κατ' ἐὺχὴν σὴν δέσποτ' ἔναξ.

Subdit tamen Strabo, antiquiores scriptores credidisse, non Sapphō, sed Cephalum, primum omnium hinc saltasse, captum amore Ptaolæ aut (vt alij vocant) Pterelæ Deionei filiæ. Verum Ouid. in Epist. ipsius Sapphūs ad Phaonem, tradit Deucalionem primum id fecisse, amore Pyrrhæ percitum, illis versibus:

Hinc se Deucalion Pyrrhæ succensus amore, &c. quæ sequuntur.

Sed Charon Lampfacenus in Historiis, & ex eo Plutarchus in lib. cui titulus est, *μυακῶν ἀρεπῆ*, id est, mulierum virtutes, scribunt Pholum Phocensem, ex Codri progenie, à petra Leucadia se primum omnium præcipitare ausum, & ex eo saltu nō nullos occubuisse, & inter ceteros Sappho, quod (vt plurimi arbitrati sunt) viriles, nō muliebres saltus, ingredi ausa fuisset: vti etiam Calyco, vt tradit ipse Strabo, vbi supra. De qua etiam non nihil Aristoxenus Musicus.

101 De eadem re. Nec posteriores Medici hanc partem prætermiserunt, sed multa passim ad inhiendam Venerem conscripserunt: Marcellus d. c. 33. d. lib. Medicamentorum Aetius Tetrabib. 3. Serm. item 3. capit. 34. Alexander Trallianus lib. 9. cap. item 9. Paul. Aegineta lib. 1. ca. 38. Haly. Abbas lib. Practicæ 8. ca. 6. Auicenna 2. tertij, tract. 1. c. 25. cum multis sequentibus. Rasis lib. cōtinentis 11. c. 4. Trotula in libr. de Passionibus mulierum, c. 36. Arnaldus à Villanoua libro Breuiarij 2. c. 26. Guarnerius in libr. de Aegritudinibus matricis, cap. 11. & omnes ad vnum, quotquot disseruerunt de curatione satyriasis & priapismi & gonorrhœæ, id est, vt ipso nomine ostenditur, genituræ fluxus, siue profluuij (ita enim is morbus vocatur, non, vt vulgò dicitur, Gomorrhœa) ex quibus illinc, quæ volēs, assumere poteris: nam si singula minutatim percensere vellem, dies me deficeret. Sed iis præcipuè vtendum est (ne id prætermittam, quod nosse imprimis necessarium est) cum floret scolymus, id est, carduus: tunc enim fœminas libidinis audissimas esse, viros contrà in coitum pigerrimos, tradunt: vt & nos diximus supra in 9. lege connub. num. 125. at illud certè.

102 Veneri immo dice opitulãtia. Sunt & alia, quæ, si modicè coieris, sunt non modicū opitulatura. Sed inter cætera scandicis peculiari laus est, quod fatigato Venere corpori succurrat, vt tradit Plin. lib. 22. cap. item 22. Idēq; libr. 20. cap. 5. tradit Heraclidem dedisse aduersus Venerem subinde offensantem sifer erraticum. Aetius quoque Tetrab. 3. Serm. 3. cap. 35. iubet his qui frequenter, & supra quàm conuenit, coeunt, vrinam capræ bibendam. Hippoc. in lib. de Regimine morborum, dicit lac ei bibendum, ac laborem, balneum, & ebrietatem vitanda. Quod & ex eo repetit Rasis libr. 1. Continentis, capit. 4. in fin. At illud non omiserim, eos qui capite dolent ex immodica Venere, non esse medicamento purgandos, ex Hippocratis sententia lib. 4. *πρὶ δαιτῆς ὀξέων*, id est, de ratione victus morborum acutorum, sed eos potiùs monet Paulus Aegineta lib. 1. cap. 37. vestimentis calidis opertos cōquiescere, somnòque indulgere, donec corporis contentio subsidat, & illi ab imbecillitate sese recollegerit. Et in vniuersum his prodesse tradit, quæ densant, calefaciunt, humefactant & cōfirmant. Aetius quoque Tetrab. 1. Serm. 4. c. 40. adhibenda censet constringentia, spissantiãque, & corroborantia cutem. De quorum numero est & moderatum exercitium, & feruētius calidæ aquæ solum, quies item, ac multus somnus. Edulia verò sint multitudine pauciora, qualitate autem humidiora, & moderatè calida: quo & cōcoctio bona fiat, & siccitas ex lassitudine corrigatur. Sed & alia multa in eam rem tradit Auicenna lib. 3. Fen. 20. cap. 36. & Manardus lib. Epistol. medicinal. 15. Epistol. 2.

103 Venus discordie coniugum sedatrix. SED QVOD ad hanc coitus tractationem pertinet, receptui canã, modò vltra ea quæ iam diximus, pertinentia ad valetudinē, nō nulla alia priùs coniuges admonuerimus. Illud autē primū erit, nō tēpestiuū eos voluptati veneræ operã daturus, quàm cum aliquid iurgij, aut discordiæ inter eos intercesserit. Nihil enim omnino rerū est, quod eos ocys faciliusq; aut gratius ad amicitia reuocet. Quod apertè insinuat Homerus, apud quē li. 14. Iliad. Iuno de Oceano & Tethy eius vxore loquēs, illorum iurgia se soluturam, atq; in coitum reduciturã profitetur. Illius hæc verba sunt:

τὸς εἰμ' ὀφουμένη καὶ σφ' ἀκριτα νέικτα λύσω,
ἥδ' ἢ γὰρ δ' ἄρον χέρον ἀλλήλων ἀπέχοντ' αἶ
ἐν νῆς καὶ φιλότῆος, ἐπεὶ χόλῳ ἐμπεσε θυμῷ
εἰ κείνω γ' ἐπέεσι παρὰ ἐπιτύχε Φίλων κῆρ.
εἰς ἐὺν ἂν ἐραίμι δ' ἠοῦθ' ἠαὶ φιλότῆσι.

Cuius loci autoritate Plutarchus in eo lib. cui titulū fecit, *γαμικὰ παραγέλιματα*, id est, Præcepta connubialia. c. 40. Dum ira (inquit) dissiidiq; vir & vxor vexantur, tum maximè Venerem optimum huiusmodi malorum remedium, accersere oportet. Hæc ille. Ad quod etiam referri potest illud Andromaches Euripideæ in Troadibus:

Καὶ τὸ λέγεις, ὡς μὲν εὐφρόνη χαλᾷ
τὸ δυσμῆδες γυναικὸς εἰς ἀνδρὸς λέχῳ.

Atqui dicunt, quod vna nox remittit Odium vxoris in maritum.

Blanda truces animos fertur mollisse voluptas:

Consisterunt vno fœmina vīrque toro.

Oscula da flenti, Veneris da gaudia flenti:

Et illud quoque Ouidij lib. 2. de Arte amandi:

Et clariùs paulò antè eod. lib.

Pax

Pax erit: hoc vno soluitur ira modo.

Cum bene scierit, cum certa videbitur hostis,

Tunc pete concubitus fœdera, mitis erit.

Prima ferus habitus homini detraxit: ab illa

Venerunt cultus, mundãque cura solo.

Et rursus lib. 4. Factor.

104 Et ego quidem id efficacius in eam rem fore existimo, quàm fuerit olim Romæ facellum illud Deæ Virioplacæ, in Palatio situm, vt tradit Victor, in quod cum vir & vxor discordes cōuenissent, inuicem locuti quæ voluissent, contentione animorum deposita, concordēs reuertebantur, vt à Valerio Maximo relatum est in Institutis antiquis. De hacque Dea sunt qui putent Ouidium intellexisse, cum scribit lib. 3. de Arte amandi:

Has Venus è templis multo radiantibus auro

Lata videt lites, Appiadsque Dea.

Turpe, vir & mulier iuncti modo, protinus hostes.

Non istas lites Appias ipsa probat.

Et lib. 2. de Remedio amoris:

De quo tamen vide Cælium Rhodiginum libr. Le&. antiq. 12. postremæ editionis.

105 Quancquàm, vt redeam, illud mihi verisimilius est, virum & vxorem in eo sacello congregari inuicem solitos, & hinc pacata omni ira reuerti. Neque id absurdū omnino videri debet, cum teste Herodoto in Euterpe (non dicendum, Hieronymo ad Eusto. vt fecit Chassenæus, qui totum hūc locum in suum Catalogum transplantauit, & cum in mea priore editione scriptum esset concisè Hero. in Euter. is non intelligens nomen autoris, nec libri, ita vt dixi, adscripsit) Herodotus igitur tradit ceteros mortales, præter Aegyptios & Græcos, in tēplis coire solitos, putantes hominem esse, vt ceteras animantes. Etenim videre licet & pecudes omnes, & volucrum greges in Deorum templis atque in phanis coire: quod si non esset Diis gratum, non facturas fuisse allegant. Quod si in cæteris templis non satis honestum videri potest, nec etiam probat Herodotus, in hoc tamen, quod Deæ Virioplacæ dedicabatur, non ad eò vituperandum fuit. Nam & apud Corinth. (vt Athenæus tradit antiquorum scriptorū autoritate) meretrices in templo Veneris prostabant, illudque in solemnibus precibus addere solebant, vt Dij meretricum numerum auerent. Vnde & *κορινθιαῖς* veteribus vulgato ioco dicebantur, qui scortationibus indulgerent, apud Stephanum de Urbibus, autoritate Aristophanis.

106 Religio autem nostra (quæ sola religio vera & sancta est) admodum detestatur huiusmodi concubitus, qui in templis d. o. m. Diuisq; dicatis exercentur, ad eò vt ea polluta cuiuscunque feminis effusione arbitretur: vt videre licet ex c. ecclesiis. 68. dist. quod repetitur in c. ecclesiis. de cōsec. dist. 1. & c. 1. in princ. de consec. eccle. vel altar. lib. 6. c. 15. qui de sent. excom. eod. lib. 6. Ideoque nec teneri, nec debere virum ab vxore in templo de coitu appellatum, ei morem gerere, ex sententia glo. in c. quoniam. in verbo, opportuno, dist. 31. & in d. c. ecclesiis. in verbo, semine, di. 68. & in c. apostolicis. 33. q. 4. vel reclamante Hugo. Gadulpho, & aliis nescio quibus, relatis ab eadem glo. in prædictis locis, atque etiam in d. c. ecclesiis. de consec. dist. 1. vbi id sequi videtur. & Alberi in rubr. C. de sacro. eccle. qui videtur nutare: vti etiam facit Hostiensis in c. vlt. de consec. eccle. vel altar. & Ioan. And. in d. c. 1. eod. tit. lib. 6. Ad eò vt non abs re Arnobius libr. 8. eodēque vlt. Disputationum aduersus gentes, hæc conquestus sit. Vbi autem magis à sacerdotibus, quàm inter aras & delubra conducuntur stupra, tractantur lenocinia, adulteria meditantur? frequentius denique in ædituorum cellulis, quàm in ipsis lupanaribus, flagrans libido defungitur.

107 Sed & quod ad externos pertinet, præter id, quod ex Herodoto diximus, satis constat, id admodum fuisse & ab illis quoque vituperatum. Vnde illud Iuuenalis Satyr. 9. non multo post princ. in immodicam mulierum libidinem,

Nuper enim (vt repeto) phanum Isidis, & Ganymedem.

Pacis, & aduicta secreta palatia Matris,

Et Cererem (nam quo non prostat fœmina templo?)

Notori Ausidio Machus celebrare solebas.

Et illud Ouid. lib. 1. de Arte amandi, de templis Veneris & Isidis quæ Romæ erant:

Nec te prætereat Veneri ploratus Adonis,

Cultaque Indeo septima sacra viro.

Nec fuge Niliacæ Memphitica sacra iuuenca:

Multas illa facit quod fuit ipsa Ioui.

Nam & Iosephus lib. Antiq. 18. c. 4. aut vt alij diuidūt, 7. & Hegeſippus li. 2. Historiarū Judaic. c. 4. tradunt Paulinam Romanā matronam, Saturnini vxorē, in tēplo ipsius Isidis à iuvene quopiam equestris ordinis, nomine Decio Mundo, qui illam deperibat, miro cōmento cōstupratam fuisse, fraudē sacerdotum Isidis, qui pecunia corrupti, sub specie Anubidis, amatorē Paulinæ cōplexibus copulauerunt. Quod vbi Tiberius Imper. rescīuit, sacerdotēs ipsos cum liberta Mundi, quæ mali autor fuerat, in cæces adegit, tēplum Isidis euertit, statuum ipsius in Tiberim iactari iussit. Mundum autem exilio damnauit, dignum eum maiore pœna non iudicans, quod amoris vehementia, formæque superatus gratia, deliquisset. Ad quod etiam referri potest illud ipsius Iuuen. Satyr. 7.

Isiacæ sacraria lenæ.

¶ Sed

801

Dea Virioplacæ.

Venerem in tēplis an exerceere liceat. Chassenæi futurum.

1010

De eadem re.

De eadem re.

Paulinæ religioſis specie in templo stuprata.

108 Hippomenes & Atalanta, uerſi in leones, quod in templo Cybeles concubiſſent.

Vir à canibus diſcerptus quod mulierè in templo uitiatſſet.

109 Hominum immolatio ob concubium in templo Dianæ.

Mahometis lex.

110 Tempora Veneris cauſa frequentari. Eademque ſæpe pollui.

111

Venerè abſtinentiam reli- gionis cauſa.

¶ Sed & traditum eſt veterū monumentis, quod cum Hippomenes Megareus, amoris impatiens, cum Atalanta vxore in templo Cybeles rem habuiſſet, & uerito temerariſſet ſacraria probro, ut in- terim utar uerbis Ouidij, hanc rem graphicè deſcribentis, haud multò ante fin. li. 10. Metamorph. ira Dea uerſi ſunt, maritus in leonem, vxor in leonam. Id quod etiam traditum eſt à Seruio lib. 3. Aeneid. in eum locum,

Et iuncti currum dominæ ſubiire leones.

Ex quo eſt & illud eiufdem Ouidij in Ibin:

Inſq. pecus magna ſubito uertare parentis, Victor ut eſt celeri: uictaque uerſa pede.

Atalanta enim curſu uicta eſt ab Hippomene, ob quod eius matrimonium meruit. Ideo autem uocat leones pecus magnæ parentis, id eſt, Cybeles, quod eius Deæ currum à leonibus trahi ſin- gunt Poætæ. Plutarchus quoque in problematis Roman. cap. 3. tradit quendam cum in templo Dianæ, quæ in angiportu erat, mulierem uitiatſſet, à canibus diſcerptum fuiſſe, ob idque poſtea id templum uiros ingredi nefas fuiſſe.

¶ Cælius item Rhodiginus lib. Leſt. antiq. 13. cap. 34. poſtremæ editionis, ſcribit, ipſi Dianæ Tricla- riæ templum fuiſſe in Achaia, cuius feſtum & παρρηϊς, id eſt, peruigilium quotannis celebrabatur, cum immolatione hominum ex numinis indignatione, ob id quod in eo delubro Menalippus & Comere turpiter amore uicti coiſſent. Id quod ipſe Cælius accepit, licet ſubſtituat, (quod illi ſo- lenne eſt) à Pauſania lib. 7. qui de Achaicis eſt, & Iuliano Aurelio in lib. de cognominibus Deo- rum. Ouid li. 4. Metamor. tradit, quod cum Neptunus Meduſam in Mineruæ templo uitiatſſet, ob id auertit ſe Minerua, & uultum ægide texit.

Hanc pelagi rector templo uitiatſſe Minerua

Dicitur: auerſa eſt, & caſtos ægide uultus

Nata Iouis texit.—

Idem autem Ouid. lib. Amor. 1. Eleg. 7. poſt alios tradit, Caſſandram in templo Palladis ab Aiace Oilei filio uitiatam fuiſſe:

Procuſuit templo caſta Minerua tuo.

Ob quod infandum ſcelus ipſe Ajax domum rediens, à Pallade fulmine iſtus, naufragio periit. Fuere autem qui ſcripſerunt, quod cum Caſſandra, ut dictum eſt, uolaretur, ſeſe auertiſſe Palla- dium, oculòſque & ora aperuiſſe: quod tamen non admitit Strabo lib. 6. Illud quoque non præter- miſerim, Mahometem alioqui infandiſſimum legiſlatorem, in ſuo Alchorano hanc legem tuſiſſe: In templis nullus ſit cum ſceminis coitus.

¶ Scio tamen plerumque templa religionis ſpecie à uiris & mulieribus adiri, frequentarique ſolere: ea tantum gratia, ut libidinis cauſa ſeſe conſpiciant, atque ſi opportunitas adſit, alloquantur, deque loco ac tempore coeundi conueniant. Imò uerò (quod longè ſœdius eſt) ſi detur facultas, illic contempta omni religione ſimul concumbant. Ex quo illud Propertij lib. 2. Eleg. 20.

Illic te nulli poterunt corrumpere ludi,

Fanæque peccatis plurima cauſa tuis.

Et illud quoque Ouid. lib. 2. Trift. Eleg. 1. eademque vnica,

Quis locus eſt templis auſtior? hæc quoque uitet,

In culpam ſi qua eſt ingenioſa ſuam.

Et illud Iouiani Pontani, lib. 1. de Amore coniugali:

Tempora pudicitiam maculant, ni ritè peractis

Rebus abis, templi noxia ſæpe mora eſt.

Item illud Ioannis Secundii in duos amantes ſe mutuò in æde ſacra baſiantes:

State cum pulchris iuuenes puellis,

Iungite, & dextras: neque templa, nec uos

Ara diuella ueneranda diuim.

Quin maturate temerentur ara

Aureo pro baſiolo puella.

Lædit & magno hic pudor eſt pudori.

Cæterum Acron & Porphyrio Horatii interpretes, Sermonum eiufdem lib. 1. tradunt Cateam quampiam ad eò uilem fuiſſe, ut in æde Veneris Theatri Pompeiani adulterium obduſto uelo admiferit. Ex noſtris glo. in c. odi. 24. q. 1. inuehitur aduerſus ſcholasticos, qui uadunt ad templa uidentiarum ſceminarum cauſa: quam annotauit Barb. in procemio cle. in uerbo ſalutem, colo. 4.

¶ S E C V N D V M, quod ad ſuperiora proximè accedit, illud erit, ut recordentur coniuges, Moſen iuſſiſſe per triduum vxoribus abſtinere, qui ad montem Sinai accuſſuri, Deumque loquentem au- dituri erant, Exod. 19. Et Abimelech ſacerdotem, Dauidi, & cæteris qui cum eo erant, eſurientibus nõ prius panes ſanctificatos dediſſe quam profeſſi eſſent, à mulieribus ab heri & nudiuſtertiis ſe continuiſſe, ut ſcribitur 1. Reg. 21. & repetitur in 5. item ſi panes. 33. q. 4. qua quidem in quaſt. multa in hanc ſententiam reperies: ea enim ob id priuatim facta eſt. Et inter cætera in c. Chriſtiano, cita- tur illud prioris ad Corinth. 7. Nolite fraudare inuicem, niſi fortè ex cõſenſu ad tempus, ut uacatis orationi, & iterum reuertimini ad idipſum. Cuius loci autoritate ſubnixus Syricius Pontifex Rõm.

Rõman. ſcribès ad Episcopos Africæ: Quod dignum & honeſtum eſſe putat, ſuadet, ut ſacerdotes cum vxoribus ſuis non coeant. Cui & illud addes ex Eccleſiaſte cap. 3. Tempus amplexandi, & tempus longè fieri ab amplexibus. Cui ſimile eſt illud Timonis, citante Athenæo lib. 7.

ὄρν ἐργῶν, ὄρν δὲ γαμῶν, ὄρν δὲ περιουδῶν.

Tempus amandi, tempus habendæ vxoris, tempus ab his deſiſtendi. At ex iis, quæ ſcripta ſunt in d. 33. q. 4. id ſummatim colliges, exactum de Venere, teneri quibuſvis diebus, uel Deo ſacris, id de- bitum exigenti reddere: honeſtius autem eſſe non exigere: exigentem tamen cauſa liberorū pro- creandorum, aut uicandæ incontinentiæ, minimè peccare: cauſa autem ſaturandæ libidinis, pec- care mortaliter, ut nonnullis placet: uenialiter, ut aliis. Ita enim concludit gloſſ. quam cæteri ſe- quuntur in ſumma eius cauſa.

112 ¶ Ex illis autem ſacrorum Bibliorum locis, ut opinor, Hierony. in Apologia pro libris aduerſus Iouinianum, ad Pammachium ſcribit, ueteri lege non licuiſſe ſacerdotibus hoſtias offerre, dum operi cõiugali ſeruiet̄. Sed quibus addes, huc pertinere, quod præcipitur Exo. 12. renes accinſtos debere eos habere, qui agnum illum paſcalem comederent. Quid enim eſt accingere renes, niſi libidine abſtinere, quæ renibus perficitur? ut nos alibi diximus ſuprà huiuſce legis num. 40. incip. ex his quoque. Et præcipitur quoque eiufdem lib. Exod. c. 28. & iterum Leuit. 16. ca. ſacerdotes ſanctua- rium ingreſſuros, ſeminalibus lineis uerenda regere. Id enim ad caſtitatè pertinet, ut ſcribit Iſy- chius Hieroſolymitanus, eum locum Leuit. enarrans li. 5. Cõmēt in Leuit. Et quod ſcribitur 2. Reg. 6. & iterum 1. Paral. c. 13. Ozam, quia poſt vxoris concubitum manus admouit arcæ Domini (ut non- nulli cõiecerunt, neque enim eorum locorum cõtextus id dicit) repentina morte occubiſſe. Quod & repetitur in ca. plerumque 2. q. 7. Cæterum ex ſexta Synodo oportet eos, qui altari miniſtrant, in tempore oblationis ſanctorum cõtinentes eſſe in omnibus, ut à Deo poſſint cõſequi, quæ ſim- pliciter poſtulant. Quod & repetitur c. quoniam. 31. diſt. D. Auguſt. in ſerm. dominicæ 2. aduentus Domini, ſi iſt eſt, dicit abſtinendū eſſe à concubitu vxoris die natali Domini & aliis feſtiuitatibus. De quo & per eundem multa, in ſermone 3. dominicæ 22. ubi & illud dicit, filios qui ex cõcubitu horum dierum naſcuntur, leproſos fore & epilepticos, atque etiam dæmoniacos.

113 ¶ Ex concilio Elibertano in tribus quadrageſimis, & in quarta feria, & in ſexta coniugales (ita enim appellat coniuges) continere ſe debent, ut continetur in decretis Buchardi lib. 19. cap. 155. Ex eo- dem quoque concilio, cap. 3. Omnis homo ante ſacram cõmunionem à propria vxore abſtinere debet, tres, aut quinque, aut ſeptem dies, ut & continetur in illis iſtis decretis lib. 5. cap. 22. In quo illud obiter expende, numerum imparẽ ſemper illic præſtitutum, ut faciliè intelligas id uerū eſſe, quod à Virgilio dictum eſt Eclog. 8.

—Numero Deus impare gaudet.

Sed ut redeamus, eodem illo lib. 19. cap. 5. Concubiſti (ait) cum vxore die dominica? quatuor dies in pane & aqua pœnitere debes. Et continuo poſtea: Coinquinatus es cum vxore tua in quadra- geſima? quadraginta dies in pane & aqua pœnitere debes, aut 26. ſolidos in eleemoſynam dare. Si per ebrietatem euēnit, uiginti dies in pane & aqua pœniteas. Viginti dies ante Natalem Do- mini, & omnes dies Dominicos, & in omnibus legitimis uigiliis, & in Nataliciis Apoſtolorum, & in præcipuis feſtis, & in publicis caſtitem debes cuſtodire. Si autem non cuſtodisti, quadraginta dies in pane & aqua pœniteas.

114 ¶ Nec tamen prætermittam, hanc fuiſſe legem ex pontificum libris depromptam, A D D I V O S A D E V N T O C A S T E. Quam, interpretatur Tullius lib. 2. de Legibus, trahitque ad caſtimoniam & corporis & animi. Ad quod referri poteſt illud Silij Italici lib. 7. dum loquitur de maronis Ro- manis, Iunonem precationum cauſa aduentibus:

Huc ades, ò Regina Deum, gens caſta precamur.

Sed & Affyrij Solem ſub Iouis nomine colebant, quem Dia Heliopoliten cognominabant, cuius ſimulacrum uehebant, ſubibantque prouinciæ proceres raſo capite, longi tẽporis caſtironia puri, ut ſcribit Macrobius lib. 1. Satur. c. 23. Chæremon quoque Stoicus, & ex eius autoritate Porphyrius lib. 4. de Abſtinentia ab eſu carniũ, & D. Hieronymus in Iouinianum li. 2. tradit Aegyptios, cum aliquid in ſacro cultu erant operaturi, à cõgreſſu uenereo abſtinere ſolitos per aliquot dies, uide- licet quandoque duos & quadraginta, quandoque plures, aut pauciores, ita tamen, ut non minus, quam ſeptem. Idem Pophyrius lib. 2. eiufdem operis, atque etiam Clemens Alexandrinus lib. 5. Stromaton, ſcribunt in Epidaurò hanc templi fuiſſe præſcriptionem,

ἀγνὸν καὶ ὑπόθετον θύρασμα ἐν τῷ ἱερῷ

ἐμμεναε.— id eſt, ad uerbum,

Caſtum oportet templum ſacrum intra euntem

Effc.— Nam & idem Porphyrius prodit Deos exaudire nolle hominem, qui mul- tis diebus ſe ab operatione uenerea non abſtinuiſſet. Hincque legimus Numam Pompiliũ, Re- gem illum ſanctiſſimum, cum orationibus uacaret, mulieribus abſtinuiſſe: quod & Quidius ſigni- ficauit lib. 4. Faſtor.

Uſus abeſt Veneris: nec ſas animalia menſis

Ponere: nec digitis annuſtus ullus ineſt.

Hefiodus autem li. 1. eius operis, cui titulum fecit, ἐργα καὶ ἡμέρας, monet Perſen fratrem, ut ſacra Diis

De eadem re.

De eadem re.

De eadem re ex ethnicis.

Diis immortalibus castè ac purè pro virili faciat:

Καθ' ὄναμι μὲν δ' ἔρδ' αὐτῆς ἄθανάτοισι θεοῖσιν
ἀγνοῶς καὶ καθαρῶς.

Idem lib.2. eiusdem operis monet eundem, ne ab vxoris congressu Vestæ sacris interfir.

Μὴ δ' αἰδοῖα πεπαραμένθ' ἐνδοθεν οἶκῳ
ἐς ἡμπελαδὸν παραφανεῖμεν, ἀλλ' ἀλέαδῃ.

Quinetiam legimus, viros & vxores secubuisse, cum manè Baccho essent sacrificaturi, quoniam id per castas manus fieri solebat. Orpheum enim Orgia, id est, sacrificia Bacchi instituisse, atque à menstruosis solum mulieribus celebrari, à quarum commistione viri abhorrent, vt scilicet castè fierent. Ex quo est illud Ouidij lib.2. Fastor.

Sic epulis sancti, sic dant sua corpora somno,
Et positus iuxta secubuere toris,
Causa, repertori vitis quia sacra parabant,
Quæ facerent purè, cum foret orta dies.

Bacchi sacra
castis mani-
bus fiebant.

115
De eadem re.

¶ Illud quoque ex antiquorum monumentis didicimus, mulieres, dum Isis sacra fierēt, per nouem dies à viris abstinere solitas. Ex quo illud Propertij lib.2. Eleg.33.

Tristia iam redeunt iterum solennia nobis:
Cynthia iam noctes est operata nouem.
Atque utinam Nilo pereat, quæ sacra repente
Misit matronis Inachis Ausoniis.
Quæ Dea tam cupidos toties diuisit amantes,
Quæcunque illa fuit, semper amara fuit.

Et illud quoque Ouidij lib.1. Amor. Eleg.8.

Sæpe nega noctem: capitis modo finge dolorem:
Et modo, quæ causas præbeat, Isis erit.

Atque etiam ipsius Propertij lib.4. Eleg.5.

Denique ubi amplexu Venerem promiseris empto,
Fac similes pueros Isis esse dies.

Eodem pertinet & illud Iuuenalis Saty.6.

Ille petit veniam, quoties non abstinet vxor
Concubitu, sacris, obseruandisque diebus:
Magnaque debetur violato pæna caduceo.

Iuuenalis lo-
cus.

Nam tum violari (vt nonnulli dicunt, nullo tamen autore antiquo) caduceum creditur, cum vitito tempore coniuges coeunt. Sunt tamen, qui dicant, in eo vlt. carm. Iuuenalis non legendum, caduceo, sed cadurco. Aliàs enim carmen claudicaret, cum prima caducei longa sit, vt patet ex composito illius Caducifer, apud Ouidium lib.4. Fastor.

Tartara iussus adit sumptis caducifer alis.

Caduceum autem intelligunt pro lecto, vt videre licet apud interpretes Iuuenalis, qui id declarant. Sunt & qui in illo 2. carm. Propertij, non nouem, legunt, sed decem, quia is dierum numerus castimoniis id genus aliàs fuerit præscriptus. Nam Liuius lib. Belli Macedonici 9. loquens de matre filium initiatura Bacchanalibus, ita scribit, Decem dierum castimonia opus esse, decimo die cœnatum, deinde purè lautum in sacrarium deduceturam. Idem quoq; paulò post docet eum, qui initiari volebat, per aliquot noctes secubuisse solitum à fœminæ cõplexu, religionis causa. Sed & paucis interiectis, Hispalæ concubitu carere eum decem noctes non posse.

Caduceum
violare quid.

116
De eadem re.

¶ Ouidius lib. Amorum 3. Eleg.10. tradit in sacris Cerealiibus secubitus vsurpari solitos, vt scilicet fœminæ solæ in vacuo toro per aliquot noctes secubarent:

Annua venerunt Cerealis tempora sacri:

Secubat in vacuo sola puella toro:

Flaua Ceres tenues spicis redimita capillos,
Cur inhibes sacris commoda nostra tuis?

Et paulò post,

Hanc quisquam lacrymis letari credat amantum?

Idemque postea:

Et bene tormentis secubituque coli?

Qui tibi secubitus tristes, Dea flaua, fuissent,
Hos cogor sacris nunc ego ferre tuis.

Et lib.10. Metamorph.

Festa die Cereris celebrabant annua matres
Illa, quibus nunc velata corpore veste.

Primitias frugum dant spicae ferta suarum:

Pérque nouem noctes Venerem, tactisque viriles

In vetitis numerant.—

Ex quo est & illud eiusdem lib.4. Fastor.

Parcabona Cereri, sint modo casta placent.

Et ob eam causam matronæ Athenienses in sacris Cereris castitatem custodiētes, foliis viticis cu-

bitus sibi sternebant, vt diximus supra nu.94 incip. Galenus. Sed & in sacris Bonæ Deæ à rebus venereis abstinēbant mulieres, nec solum viros excludebant, sed cum solenne sacrificium facerēt, quicquid masculinum erat, domo exigebāt, vt tradit Plutarchus in Prob., Rom. c.19. de quo & nos aliquid diximus in 10. lege connub. num.26. incip. & huc quoque.

Bonæ deæ sa-
cris mulieres
Venere absti-
nebant.

¶ Supra

117 ¶ Supra dictis concinit, quod scribit Tibullus lib.2. Elegia 1.

Vos quoque abesse procul iubeo, discedite ab aris,

Cui tulit hesternæ gaudia nocte Venus.

Castâ placent superis: pura cum veste venite,

Et manibus puris sumite fontis aquam.

Hucque respicit illud Virgilij, aut cuiusuis alterius, in Priap.

Huc, huc quisquis es, in Dei salacis

Diuerti græue ne puta sacellum,

Et si nocte fuit puella tecum,

Hac re, quod metuas adire, non est,

Istuc calitibus datur seueris.

Et illud eiusdem Virgilij lib.3. Aeneid.

Hunc socij morem sacrorum, hunc ipse teneto:

Hac casti maneant in religione nepotes.

Et lib.7. eiusdem operis,

Præterea castis adolet dum altaria tedis.

Et quod Pythagoras (vt tradit Laërtius) semper casto corpore honores Diis adhibendos dicebat.

118 ¶ Hæc pudicitia in rebus sacris obseruatio in causa, ni fallor, fuit vt tandem post multorum secu-
lorum contentiones, statutum fuerit, ne liceret sacerdotes vxores habere, vt videre licet ex c. dia-
conus & c. presbyteris. 27. dist. & dist. seq. per totum. & 31. dist. etiam per totum. Porro Epiphanius
contra Hæreses lib.3. ca.78. illud ex diuinis literis obseruauit, Mosen postquam prophetauit, non
amplius vxori suæ coniunctū fuisse. Sed & Eusebius Cæsariensis, si is est, lib. Euangelicæ demon-
strationis 1. cap.9. tradit ipsum Mosen, atque eius fratrem Aaron, antequam ipsis Deus apparuerit,
filios genuisse: postquam autem diuina oracula acceperint, non amplius genitos ab illis filios in-
uenias. At Hebræi scriptores enarrantes c.12. Numer. tradunt ipsum Mosen se à Zephora vxore
separasse, vt fidelius in domo Domini ministraret. Cæterum Episcopum castum esse oportere, sa-
tis constat ex D. Paulo, in epistola ad Titum cap.1. Oportet (inquit) Episcopum sine crimine esse,
sicut Dei dispensatorem, non proteruum, non iracundum, non vinolentum, nõ percussorem, non
turpis lucri cupidum, sed hospitalem, benignum, castum, & cætera quæ sequuntur, quamquam La-
tinus interpres, cuius interpretatione vtimur, pro σώφρονά, id est, castum, prudentē transtulit, ver-
bi ambiguitate deceptus, vt annotat D. Hieronymus in enarratione eius loci: & iterum in Ioui-
nianum lib.1. Et castum, quoque legit Isychius Hierosolymitanus lib.2. Comment. in Leuiticum.

Sacerdotes ca-
stos & casti-
bes esse oport-
ere.

Episcopus ca-
stus sit.

Bibliorum lo-
cus.

De eadem re.

119 ¶ Quinetiam vel apud Ethnicos pudicitiam in sacerdotibus præ cæteris fuisse semper commen-
datissimam, vel ex illo Virgilij loco liquet lib. Aeneidos 6.

Quisque sacerdotes casti, dum vita manebat.

Illudque Ouidij lib.2. Fastor. paulò post principium:

Nomen idem ramo, qui casus ab arbore pura

Castâ sacerdotum tempora fronde tegit.

Ex quo Iuncus ἐκ τῆς γῆρας, apud Stobæum cap.112. Minus (ait) edens, aut bibens vir senex, &
abstinens Venere tanquam sacerdos quidam, nullius rei gratia dolens, aut indigus vitam agit. Ver-
ba eius Græca hæc sunt: καὶ γὰρ ἡ τῶν ἐθελῶν, ἡ πίνων, ὁ προσέβητος, ἀφροδισίων τ' ἀπεχόμενος, ὡς ὁ
πρὸς ἐροφάνης, ἐλύπῳς δ' αἰετῆς, καὶ ἀνευδλεῶς.

120 ¶ Nam & apud Romanos Vestæ sacerdotes, quas & ipsas Vestales vocabant, perpetuam virgini-
tatem seruabant, vt tradit Plinius, aut quisquis is est, qui illum librum de viris illustribus edidit,
in Proca Rege Albanorum, & Polyenus lib.8. Stratagematon ad Antoninum & Verum Impera-
tores, vbi de Amulio loquitur. Ex quo idem Ouid. lib.4. Faistorum, de his loquens:

Quæq; colunt sanctos virginitate focos.

Et iterum lib.6. eiusdem operis:

Cur sit virginibus, quæris, Dea culta ministris?

Inueniam causas hac quoque parte suas.

Ex Ope Iunonem memorant, Cereremq; creatas

Semine Saturni: tertia Vesta fuit.

Vtraque nupserunt, amba peperisse feruntur:

De tribus impatiens restitit vna viri.

Quid mirum, virgo si virgine leta ministra,

Admittit castas in sua sacra manus.

Vestales per-
petuam virgi-
nitatem serua-
bant.

Quam quidem virginitatem si concubitu polluissent, viua sub terra defodiebantur, ex legibus
Numæ illius Pompilij, vt videre licet ex lib.2. Dionysij Halicarnassei, lib.2. Roma. antiqu. & Plu-
tarchi in vita illius, & iterum in vita Fabij Maximi, & ex plurimis Liuij locis. Et hinc illud ipsius
Ouidij lib. quoque 6. Faistorum,

Nullaq; dicitur vittas temerare sacerdos.

Hoc duce, nec viua defodietur humo.

Et illud quoque Iuuenalis Satyr.4. non multò post principium:

Cum quo nuper vittata iacebat

Sanguine adhuc vino terram subitura sacerdos.

Cereris sacer
dotes etiã pro
priis uiris ab-
stinebant.
Iunonis item
Achaica.
Et Dianæ.
Et Apollinis
Pythij.
Veneris sacer
dotes nuptia-
rum expertes.

Quare autem eo genere mortis magis,quàm alio,plectebantur,difces ex Plut.Proble.Rom.c.96.
Nec tantùm Vestæ, sed & Cereris sacerdotes fœminæ, viuentibus etiã uiris suis, atque confen-
tientibus, amica separatione viduabatur, vt scribit Tertullianus in lib. de Monogamia, haud mul-
tò ante fin. Vbi & idem dicit de sacerdotibus Iunonis Achaicæ, & Dianæ Scythicæ, & Apollinis
Pythij. Quod & ipsum tradidit Hieronymus in lib. cui titu. ad Geruntiam, vbi & idem quoq; tra-
dit de sacerdotibus Mineruæ. Veneris Deæ illius impudicissimæ sacerdotes, & ipsæ quidē mulieres
erant nuptiarū expertes, vel testimonio Musæi Poëtæ antiquissimi, cuius hoc carmen est de Ero,

Κύπριδος ἢ ἱερέα, γάμου δ' ἀδιδάκτος ἔστω.

Cui cōcinit, quod tradit Pausanias lib. 2. qui est de Corinthiacis, apud Sicyonios Veneris templū
fuisse, in quo solæ ingrediebantur duæ mulieres, quarum altera Deæ antistes erat, altera virgo, quæ
& annuo fungitur sacerdotio. Sed & sacerdotes item fœminæ Dianæ in Ecbananis, quam Anacim
aut vt alij, Anetim vocant, castam vitam perpetuò ducunt, vt tradit Plutarchus in Artaxerxe.
Apud Senecam autē Declama. lib. 1. declama. 2. lex est antiqua, Sacerdos casta castis, puris pura sit.

¶ Quid quòd legimus, sacerdotes Matris Deūm, testa sibi virilia amputasse, quod inter ceteros te-
statur Plinius lib. 11. c. 49. & lib. 35. c. 12. Ex quo illud Iuuenalis Saty. 6.

Semiuir obsceno facies reuerenda minori,

Mollis qui rupta secuit genitalia testa.

Et illud quoque Martialis ad id alludentis,

Abscissa est quare samia tibi mentula testa,

Si tibi tam gratus, Betice, cunnus erat?

Et eos qui maxima sacra obibant, vt in casta religione manerent, & procul à contagio mulierum
agerent, herbis quibusdam solitos euirari, & virilitatem amittere. Nonnullos quoque garo ex pis-
ciculis, qui squammam non habent, in sacris vsos fuisse, quòd incendia libidinum reprimere fe-
rantur, & irritos conatus venereos facere. Quoniam Agefilaus putabat, Deos non minus religio-
sis operibus, quàm sacrificiis castis delectari. Legimus item Hierophantas Atheniensium postquã
in sacerdotium cooptati erat, sese cicutæ forbitione castrasse, vt refert D. Hierony. in 1. in Iouinia
num epistola, in fin. & in lib. de Monogamia ad Geruntiam, vbi scribit eos sese sponte euirasse, &
æterna debilitate castos se fecisse. Et Seruius lib. 6. enarrans eum locum,

Quique sacerdotes casti.

Vbi dicit sacerdotes herbis quibusdam sese emasculare solitos.

¶ Plutarchus Symposiacōn Decade 5. c. 10. & in lib. de Iside & Osiride scribit Aegyptios sacerdo-
tes, castitatem inoffensam seruare, ideoq; illos à salis vsu abstinere, vt qui caloris vi libidinē concit-
et, vt & videre licet ex eodem Plutarcho Causar. nat. c. 3. & nos quoque alibi diximus. Et de eo-
rum quoq; castimonia multa Porphyrius lib. 4. de Abstinencia ab esu carniū, quæ videre poteris.
Quinetiam in eodem lib. expendit ex Euripide, sacerdotes Iouis Idæi in Creta, castam vitam du-
xisse. Nam ita introducit chorum hæc Minoi dicentem, Græcè quidem, sed in hæc sententiam:

Idæi ab illo ex quo sacerdos sum Iouis,

Traduco castam vitam.—

Ouidius autem lib. 1. Fastorum, Iouis sacerdotem castum vocat.

Idibus in magni castus Iouis æde sacerdos

Semimaris flammis viscera libat ouis.

¶ Quin & ipse Plutarchus (vt ad eum redeamus) Problematon Roma. c. 111. prodidit Romanos sa-
cerdotes capra ideo abstinere voluisse, vt non modò non attingere, sed ne nominare quidem lice-
ret, quòd id animal, tanquã libidinosum, abhorrent. Et fortè etiã Flamini Diali Romæ vsus fæ-
bæ erat interdictus, quòd ad libidinem excitet. Qua etiã de causâ Pythagoras eius esu hominibus
interdicebat, vt dicit idem Plutarchus eiusdē operis c. 95. Quanquã & ipsemer alibi, & alij aliò
id trahant, vt videre est apud Plin. lib. 18. c. 12. Sed quòd huic nostræ sententiæ adstipulatur, Festus
Pōpeius tradit Flamini Diali Romæ nefas fuisse hederã tangere, ac ne nominare quidē fas fuisse.
Quo ænigmate antiquitas declarabat, quãta puritas, quanta castitas sacerdotem deceret. Hederam
enim herbã esse lasciuã, & quæ amplexu suo omnia vinciat. Ex quo illud Horat. li. Epod. Ode 15.

Arctius, atque hederæ procera astringitur ilex,

Lentis adherens brachijs.

Rursumque Carminum libr. 1. Ode 36.

Nec Damalis nouo

Diuellitur adultero,

Lasciuus hederis ambitiosior.

Et illud quoque Catulli in Epithalamio Iuliæ & Mallij:

Ac domum dominam voca

Coniugis cupidam noui,

Mentem amore reuinciens,

Vt tenax hederæ hac & hac

Arborem implicat errans.

Notum est autem illud Gallieni Imperatoris Epithalamium, apud Trebellium Pollionem:

Hierophantæ
Atheniensem.

122
Aegyptiorum
sacerdotes in-
offense casti-
tatis.
Sal libidinem
conciat.
Sacerdotes
quoque Iouis
Idæi.

123
Romani sacer-
dotes capra
abstinebant.
Et fabis.

Hedera.

Itē ait, ò pueri, pariter sudate medullis

Omnibus inter vos: non murmura vestra columba,

Brachia non hederæ, non vincant oscula concha.

Et huc quoque pertinet, quod scribit ipse Plutarchus in lib. de Auditoris officio: Ad quid enim
(inquit, Græcè quidem, sed in hunc sensum) non impellit amor? nimirum sua sponte, non aliter
atque hederæ, inuenit, quo se alliget.

124 ¶ Sed & legimus apud Græcos autores, sacris initiatos seruadæ castitatis gratia rutam assidue in-
ter edulia folere assumere, quòd ea Veneris appetentiã extinguat, vt multorū autoritate diximus
suprà nu. 95. incip. idem Gale. Nam & ea herba sperma extinguit, vel in cibo, vel in potu sumpta,
vt tradiderunt Dioscor. lib. 3. c. 50. & Plin. lib. 20. c. 13. Quo etiã argumento Græcè πηγυνην dici,
quibusdam placuit, πηγυνην δὲ πηγυνην τῶν γόνυ. De quo etiã Plutarchus lib. 3. Symposiacōn, φασὶ
ἵνῃ δὲ πηγυνην ἀπὸ τῆς διωάμεως ἀνομάσθῃ. πηγυνην γὰρ δὲ ἐξ ἐρηότητος, & θερμότητος, & ἀπὸ ἐρῆμα. Id est,
Ferunt præterea peganon, id est rutam, à potentia sic appellatam. Congelat enim ob caliditatem
suam & siccitatem hominis sperma. Ex his autem est illud Ouidij ad fi. lib. 2. de Remedio amoris,

Vtilius sumas acuentes lumina rutas,

Et quicquid Veneri corpora nostra negat.

125 ¶ Mirum est autem, & in primis adnotandū, quòd tradit Columella lib. Rei rusticæ 9. ca. 14. (quod
hic obiter dicere volumus, quia & non nihil ad hunc locū pertinet) illud scilicet maximè custo-
diendum esse curatori, qui apes nutrit, cum alueos tractare debebit, vt pridie castus sit ab rebus
venereis. Id quod mirè conuenit cum eo, quod scribit Plutarchus in lib. de Causis naturalibus, c.
36. Cur, inquit, apes citius eos pungunt, qui dudum stuprū fecerunt? An quòd id animal est mun-
ditæ perquã studiosum? Præterea olfactus sensu valet plurimum? Cum itaque impuri congressus
propter impudicitiam, & immoderatam libidinem soleant esse immundiores, & citius ab apibus
deprehendantur, & odium vehementius aduersus illos cōcipiunt. Vnde apud Theocritū iocosè
Venus ad Anchisen à pastore ablegatur, vt apum aculeis propter admissum adulteriū pungatur:

—Te confer ad Idam,

Confer ad Anchisen, vbi quercus atque cypirum

Crescit, apum strepit atque domus melliflua bombis.

Et Pindarus: Paruula fauorum fabricatrix, quæ Rhœcum pupugisti aculeo, domans illius perfidiã.
Idem Plutarchus in præceptis connubialibus capit. 46. tradit apes indignari atque pugnare cum
his qui cum muliere concubuerunt. Quibus concinens Florentinus Agriculturæ scriptor, apud au-
torem Geoponicon lib. 15. de apibus loquens, γυναιξὶ ἢ ἀπὸ ἐρηότητος, μάλιστα ταῖς ἀφροδισιαζομέναις.
Id est, Mulieres adoriuntur, præsertim quæ rei Venereæ operam dederunt.

126 ¶ Idem Columella (vt ad eum redeamus) lib. 12. cap. 4. scribit, Magonem Carthaginensem, Amil-
carem, Paxanum, Mnaeam, M. Ambiuuium, & Caium Matium, præcepisse eos, qui penoribus præ-
ficiuntur, oportere abstinentissimos esse rebus venereis: quibus si fuerit operatus, vel vir vel fœ-
mina, debere eos flumine aut perenni aqua, priusquam penora contingant, abluï: quod & ipsum
mirum est. Nec tamen minus mirum est, quod tradit Apuleius Platonicus (nescio num is sit, qui
Apuleius Celsus dictus est Scribonio ipsius discipulo, cap. 171. & alibi sæpè) in lib. de viribus her-
barum, de ostragine, siue parietaria scribens, Hanc (inquit) herbam si volueris euellere, mundus &
ante solis ortum leges. Et quod Florentinus illo Geoponicōn lib. 9. tradit, in Anazarbo Ciliciæ,
pueros castos oleam colere, ac propterea apud eos oleam fertilissimam ac fructuosissimam esse.
Paulò verò antè dixerat, oleam, cum pura sit, pueros etiam velle suos collectores esse, & iurare de-
bere quòd à sola vxore veniant, & non ab alieno cubili. Sic enim & in sequenti tempore plurimū
fructum eam exhibere. Quibus subscribens Palladius lib. Rei rusticæ 1. c. 6. Græci (inquit) iubent
oliuam, cum plantatur & legitur, à mundis pueris atque virginibus operandam, credo, recordati,
huic arbori præfidē esse castitatem. Plin. lib. 2. c. 14. tradit, apud Arabes eos qui arbores thuriferas,
ex quibus, scilicet, thus profilit, incidūt, aut metunt, sacros vocari, nec vllò cōgressu fœminarū pol-
lui debere. Et fortè id perpetuū est in omnibus herbis, & arboribus, vt & puris, castisq; manibus
coli, tractari, & in vsu verti velint. Ad quod fortè respexit Ouid. cum scribit lib. 1. Amo. Eleg. 12.

illum etiam, qui vos ex arbore vertit in vsu,

Convincam, puras non habuisse manus.

127 ¶ Sed & videmus, res medicamentis destinatas castitate maximè gaudere, magisq; prodesse, si à
castis tractentur. Quod & ex eo videre licet, quod scribit Plinius lib. 12. cap. 14. Arabes, qui thuris
(huius enim in medicina maximus vsus) arbores incidunt aut metunt, nullo fœminarū congres-
su pollui. Idem lib. 21. cap. 7. præcipit iridem illam, vnguentis & medicinæ nascentem, ante omnia
castos legere. Et lib. 20. cap. 6. de Verbasco loquens, Experti (inquit) affirmare, plurimum refer-
re, si virgo imponat, &c. Marcellus cap. 26. tradit rorem à folijs prima luce à puero virgine excu-
tiendum esse, ad curanda vesicæ vitia.

128 ¶ TERTIVM ILLVD, Mosen suis legibus interdixisse concubitu mulieris menstruatæ, Leuit.
15. & 18. & 20. vbi & huic rei pœna mortis irrogatur: & non nihil meminit Ezechiel, cap. 18. statim
post princ. & iterum c. 22. & Iosephus lib. Antiquitatum 5. c. 11. aut, vt alij diuidunt, 14. Cuius pro-
hibitionis tam frequentis causam declarat Augustinus lib. 3. Quæstionum super Genesim. Ex hoc

Sacerdotes ru-
ta in edulis
utebantur.

Apes non nisi
à castis tra-
ctandas.

Penorum præ-
fectos castos
esse debere.
Herbas & ar-
bores à castis
tractandas.

Menstruatæ
mulieris coitu
abstinendum.

autem D. Clemens, in ea epistola, quam ad Iulium & Iulianum, aliosq; discipulos scripsit: Obseruet, inquit, vnusquisque ne menstruata mulieri misceatur: hoc enim & execrabile dicit lex Domini. Quod si lex de his nõ admonuisset, nos vt canthari, libenter voluptaremur in stercore. Et hæc legem, vt alias plurimas, Mahometes in suum Alcoranum transtulit: Menstruosas, ait, nemo tangat, nisi mundata sint. Ex Decreto autem D. Buchardi, lib. 19. cuius titulus est, de Penitentia cap. 5. Iunxisti, inquit, te vxori tuæ menstruo tempore: si fecisti, decem dies in pane & aqua peniteas.

129
De eadem re.

¶ Et de hac re quoque nonnihil habetur in nostris Decretis Cano. c. ad eius. 5. dist. quo in loco gl. Archid. & alij rationem quoque reddunt, quoniã ex huiusmodi concubitu prodeunt liberi epileptici, & leprosi (elephãtiaci voluerunt dicere) & aliàs morbofi. Quod & tradit D. Hieron. in Comment. d. cap. 18. Ezechielis, & iterum in lib. 1. Lamentationũ Hieremiã, c. item 1. & August. (si is est) in sermone tertiã dominicã 22. vbi & addit, hos liberos futuros dæmoniacos: & D. Thomas in 4. sentent. dist. xxxij. artic. ij. & è nostris Alberi. in l. quæ bis. ff. de ædil. edict. Id quod etiam, quantum ad leprosos ac alios morbosos, adstruunt Medici, aliq; rerum naturalium scriptores.

130
De eadem re.

¶ Qui locus in mentem reducit, quod & à D. Clemente scriptum est lib. 9. Recognitionum, illud interdum accidere, vt si qui incontineñter egerint, eis generetur intemperata & vitiosa progenies. Dum enim in totum libidini indulgetur, obseruatioq; nulla coeundi est, illorum sine dubio Dæmonum, quibus hæc perurgētibus fiunt, vitia & fragilitates suscipit importuna generatio. Et ideo pro huiusmodi vitis natorum, obnoxij erunt parentes, qui legem seruare concubitus noluerunt. Et licet sint & aliæ causæ secretiores, quibus his malis obnoxia efficiuntur animæ: tamen oportet vnumquenque agnoscere legem Dei, vt ex ea generandi obseruantia sumat, & immunditiæ causas declinet, vt possit mundum esse, quod gignitur. Neque enim fas est, vt in plantandis quidem virgultis, vel in feminandis frugibus, opportunum tempus quaratur, terra purgetur, atque omnia quæ conueniunt, præparentur, ne fortè semen iactum lædatur & pereat: & in homine solo, qui est super omnia, ferendi obseruatio nulla habeatur, nulla cautela: Hæc ibi.

131
De eadem re.

¶ Sed vt redeamus, illud certè scio, mulieres, quæ in hoc fluxu sunt, rarò concipere: vel teste Aristotele lib. de Generatione animalium 1. cap. 19. At idem lib. de Historia animalium 7. cap. 2. tradit nonnullas mulieres, dum profluunt menses, concipere solere, postea autem non posse, vt quibus vulua statim à purgatione comprimitur. Porro Plinius lib. 28. c. 7. tradit huiusmodi sceminarum coitus in silente Luna maribus exitiales esse, atque pestiferos.

132
Menstruorum
fecunditates &
maleficia.

¶ Et aliàs multum fecunditatis ac maleficij huiusmodi menstrua obtinere, videri potest ex Columella lib. Rei rusticæ 11. c. 3. eodemq; vlti. & Plinio lib. 7. cap. 15. vbi & inter cætera illud dicit nihil facile reperiri mulierum huiusmodi profluuium magis monstrificum: quod multis documentis comprobatur & rursus lib. 19. cap. 10. & lib. 28. c. 7. & Solino in Polyhistore, cap. 4. & Aeliano lib. Historiæ animal. 8. quo loco de campe vermiculo loquitur. & autor ille Geoponicõn lib. 10. c. 77. autoritate Democriti, & iterum lib. 12. c. 20. autoritate Florentini: & Auicenna, c. 2. Fen. 22. canonis 3. quæ huc sigillarim referre non duxi, loca designasse contentus, si quis fortè nosse cupiat.

133

¶ Illud tamen dixerim, quod ex legibus Zabiorum, mulier cui menses fluerent, præcipiebatur sola domi manere, cremabanturq; loca in quibus pedem suum posuerat. Nec is tantum pollutus erat, qui cum ea loquebatur: sed & si ventus ex ea super mundum quempiam transisset, is quoque polluebatur: vt recenset Rabbi Moses Aegyptius in eo opere, quod Dubitantium inscribitur, lib. 3. ca. 48. Sed his multò maiora cõperies ex legibus Moysi, illo cap. 15. Leuitic. Et alibi quoque ex multis locis Bibliorum intelliges, huiuscemodi menstrua esse admodum abominabilia, ac detestabilia. Hæster cap. 14. Et detestor illud, quasi pannum menstruatam. Et Esaiã 30. Disperges eas, sicut immunditiam menstruatam, & iterum capit. 64. Et facti sumus, vt immundi, omnes nos, & quasi pannus menstruatam. Et Hieremiã 2. cap. Omnes qui querunt eam, non deficient: in mensuris eius inuenient eam. Et Threnorum eiusdem cap. 1. Facta est Hierusalem quasi polluta mensuris inter eos. Et Baruch 6. ex Epist. eiusdem Hieremiã: De sacrificiis eorum facta & menstruatam contingunt. Et Ezechielis 22. Immunditiam menstruatam humiliauerunt in te. Et rursus c. 36. Iuxta immunditiam menstruatam facta est via eorũ coram me. Et Zachariã 13. In ablutione peccatoris, & menstruatam.

134

¶ Illud autem denique non omittemus, quod apud nonnullos scriptum reperimus, quod cum Orpheus Bacchi sacra comperisset, prohibuissetq; ne mulieres, cum menstrua illis fluerent, eis adessent, Thressas mulieres id ad earum ignominiam inuentum existimantes, illum vnguibus interfecerunt, & in Hebrum fluuium deiecerunt: quanquam alij aliam ob causam à sceminis interemptum tradunt, vt videre licet apud Pausaniam lib. 9. quo Bœotica describit, & Plianoclem apud Stobæum Florilegij cap. 62.

135
Menstruorum
multa commo
ditates, & me
dicamina.

¶ Nec tamen interim præmittã, ne mulieres nobis succenseant, huiusmodi menses non in paucis maiorem in modum prodesse. Nam Democritus (vt ab antiquioribus incipiam) in eo libro, qui inscribitur *ἡσὶ ἀντιπρόσωπον*, & post eum Columella cap. 3. lib. 11. affirmant bestiolas illas maleficas, & quæ multum hortis officiant, quæ à Latinis erucæ, vel bruci, à Græcis *καμύρα* vocantur, enecari, si mulier quæ in mensuris est, solutis crinibus, & nudo pede vnanquanque aream ter circumueat. De quo & idem Columella lib. 10. illis versibus:

*At si nulla valet medicina repellere pestem,
Dardaniæ veniant artes: nudatq; plantas*

Famina,

*Famina, quæ iustis tum demum operata iuuenta
Legibus, obscæno manat pudibunda cruore,
Sed resoluta sinus, resoluto mæsta capillo,
Ter circum areolas, & sepem ducitur horti.
Quæ cum lustrauit gradiens (mirabile visu)
Non aliter, quàm decussa pluit arbore nimbus,
Vel teretis mali, vel tecta cortice glandis,
Voluitur ad terram distorto corpore campe.*

Et à Plinio quoque repetitum lib. 17. c. 28. eodemq; vlti. & lib. 28. c. 7. vbi & idem valere aduersus vermiculos, scarabæos, ac noxia alia dicit: & à Palladio lib. 1. cap. 35. & ab autore Geoponicõn lib. 12. cap. 8. Sed illud minimè prætermittendum ducimus, quod de Orobanche herba, (quæ & Leo, & Osproteon dicitur, quæq; admodum noxia est, vt quæ alias, circumligando se, enecat, vt tradit Plinius lib. 18. cap. 17.) scribit Democritus, non dissimile illi, quod de erucis ex eodem supra diximus, nempe herbam hanc è regione discedere, si mulier, quæ in mensuris est, nuda citra omnem penitus amictum, solutis crinibus, gallum in manibus habens, regionem circumueat. Quod & ex eodem repetit ille idem autor Geoponicõn lib. 2. cap. 40. Quem tamen locum Ianus Cornarius, vir vtique huiusmodi rerum naturalium peritissimus, ita in Latinum conuertit, vt vix scias, quid velit dicere: Virgo (inquit) nubilis, sanguinem nuptiarum habens, nuda, & cætera, vt supra. Neque enim intelligo quid illa verba significant. At ea planius transtulit Ruellius lib. 2. de Nat. stirp. cap. 30. vbi tamen illius autoris nullam mentionem facit.

136 ¶ Sed & alia multa cõmoda huius rei, refert, Plinius eodem c. 7. lib. 28. Nempe ea podagras illini: strumas, & parotidas, panos, sacros ignes, furunculos, epiphoras, tractatu earum mulierum quæ in fluxu sunt, leniri. Lais & Salpe canum rabiosorum morsus, & tertianas, quartanasq; febres, menstruo in lana arietis nigri, argenteo brachiali incluso. Diotimus Thebanus, vestis omnino ita infecta portiuncula acu, vel pelliceo, aut, vt alij legunt, vel licio brachiali inserta. Sotira obstetrix tertianis quartanisq; efficacissimũ dixit, plãtas ægri subterlini: multoq; efficacius ab ipsa muliere, etiã ignorantibus. Sic & comitiales excitari. Ictidas medicus quartanas coitu finiri, incipientibus duntaxat mensuris, spondit. Inter omnes verò cõuenit, si aqua, potusq; formidetur à morfu canis, supposita tantum calici lacinia tali, statim metum eum. discuti, videlicet præualente sympathia illa Græcorum, cum rabiem canum eius sanguinis gustatu incipere dixerimus. Cinere eo iumentorum omnium vlcera sanari certum est, addita caminorũ farina, & cera. Maculas autem è veste eas non nisi eiusdem vrina ablui. Cinerem per se rosaceo mistum, sceminarũ præcipue, capitis sedare dolores illitum fronti. Et post pauca: Id quoque conuenit, quo nihil equidem libentius crediderim, tantis omnino menstruo postibus, irritas fieri Magorũ artes. Quin illo cap. 15. lib. 7. Bituminum (inquit) sequax alioquin, & lenta natura in lacu Iudææ, qui vocatur Asphaltites, certo tempore anni supernatã, nequit sibi auelli ad omnem contactũ adhærens, præterquam filo, quod tale virus infecerit. Quod & repetit d. c. 7. lib. 28. & Solinus d. c. 4. vbi & illud dicit, salutare eum cruorem habere, quod auertit sydyus Helenæ, perniciosum nauigantibus. Sed super illo, quod dictum est de illo lacu Iudææ, vide Cornelium Tacitum lib. 21. vbi videtur aduersari Plinio, & Solino. Eorum tamen sententiã fulcit Iosephus lib. Belli Iudaici 5. c. item 5. Sed & ipse Plin. eodem ca. 7. lib. 28. tradit ea re abigi grandines turbinesq;, & cæli violentiã. Marcellus quoque ille Burdigalensis Medicus, lib. Medicamen. ca. 32. scribit inguina dolentia vel tumentia si mensuris muliebribus contingantur, statim sanari. Et cap. 35. Pannum, inquit, muliebrẽ, id est, vt ille ipse exponit, menstrualem, oleo madefactũ excoque, & ceram illi oleo sufficientẽ adde, vt cerorum facias, quo arthriticũ vel paralyticum vtilliter perunges. Octavius Horatianus lib. Experiment. 4. post prin. tradit autoritate Democriti, menstrua mulierum prodesse quartanis: quod & nos supra ex aliis diximus. Sed & idem eodem lib. scribit. Epilepticis conuenire coitum menstruatã mulierũ. Rasis lib. de Proprietatibus membrorũ, siue de Animalib. c. 56. eoq; vlti. Menstruum, ait, mulieris virginis, mistum cum spermate viri, impositum oculo, eius albuginẽ sanat. Pannus menstruatã suspensus in carina nauis, pellit ab ea parte vertiginem venti. Panus menstruatã combustus, & totidem seminis, aqua calida temperatum, & impositũ patienti dolorem ex partu, super os vuluæ, eum dolorem aufert.

De eadem re.

Plinij locus.

De eadem re.

Menã Deam
mensuris
præesse.
Iuno Fluonia.

138 ¶ Horrendum autem est, quod scribit Epiphanius ille sanctus Episcopus Cyprius, lib. contra hæreses l. tomo 2. secta 26. scēmas Gnosticorum, cum in fluxu sunt, sanguinem menstruū collectū in cōmune bibere, dicentes vnū aliquid, quod nec ausim proferre, nec velim, ad eō mihi detestandum execrādumq; visum est, cum D. Paulus ad Coloss. 5. illud scripserit, Quæ in occulto fiunt ab ipsis, turpe est etiam dicere. Quamuis idem Epiphanius id dicere non erubuit, quod ipsi, vt dicit, facere non erubescunt, vt omnibus modis horrorem incutiat, huiusmodi facinora audientibus.

139 ¶ **QVARTVM**, Quod in hac concubitus ratione obseruandum quoque monemus, Ne scilicet viri cum vxoribus infantibus lactantibus, quantum maximè fieri potest citra pudicitia periculum, congregiantur. Nam & hoc prohibetur in c. ad eius verò concubitū. in prin. 5. dist. Nihil enim omnium rerū est, quod magis infantibus ipsis lactentibus obsit, vt tradit Domi. ibi, in 1. not. & è Medicis Orbasius lib. Euporiston 1. ca. 1. in fi. & Paulus Aegineta, qui ex eo sumpsisse videtur, vt alia multa, lib. 1. c. 2. Et Alexander Trallianus, lib. 1. c. 15. Et ante hos Galen. lib. 1. de Sanit. tuenda: A Venerere (inquit) omnino abstinentū esse, quæcunque lac præbebit, moneo. Nam & menses viri consuetudine prouocantur, & lac odoris gratiā in deterius mutat. Quin etiam aliquæ in vtero concipiunt, quo alienius à puello adhuc lactente nihil est. Ita enim quicquid sanguinis est, in fœtū absumitur. Quippe is cum proprium in se vitæ principiū contineat, & huius moderamine agitur, & assidue conueniens sibi alimentū trahit, vtero ipsi, veluti radici, adhærens, nec vsquā ab eo nocte diēve discedēs. Interim verò non minor modò, verum etiā deterior rationabiliter redditur ipsius grauidæ sanguis, quò fit, vt lac ipsum tum peius, tum verò exiguū, in mamillis colligatur. Quare si, quæ infantē lactat, vterū gerit, ego magnopere suaferim inueniendā nutricem. Hæc ibi. Et Plin. li. 28. c. 9. ad prin. Concipere nutrices exitiosum est. Hi sunt enim infantibus, qui colostrati appellātur, densato lacte in casei speciem. Est autem colostrā, prima à partu spongiosa illa densitas lactis.

140 ¶ Quibus & tu addes, non tantūm infanti lactenti, sed & fœtui, qui in vtero est, frequenter letale esse, vt experientia propè quotidiana didicimus, & traditū est ab omnibus propemodum, qui de ea re scripserunt, & inter hos Aëtio Quaternionis 1. Sermo. 4. c. 6. vbi & ob eam rem iubet nutrices his maximè rebus abstinerere, quæ Venerem stimulant. Sed & Ioannes Serapio lib. Simplicium cap. 290. autoritate Constantini in lib. de Agricultura, interdicit nutricibus apio, ob id quòd incitat libidinem. Id quod etiam monet Rasis lib. Continentis 11. cap. 5. autoritate cuiusdam Filahæ.

141 ¶ **QVINTVM**, ne vxorem, quæ recens concepit, attingas: nam si id feceris, periculū est, ne conceptum ipsum corumpas, vt est Hippocratis sententia in lib. *ἡσὶ ἐπικυήσεως*, id est, superfœtatione, & è recentioribus Matthæi à Gradibus, Medici quidem celeberrimi, consi. lxxj. quia accidens, col. j. & consi. seq. ad conferuandam. Et huc respicit illud D. Hieronymi in cap. origo. xxxij. q. iij. postquam venter vxoris intumuerit, non perdant filios. Nam, vt ibi dicit glo. perit partus ex frequenti concussione. Et hinc quoque videmus publicas has meretrices rarenter concipere: aut si conceperint, fœtum seruare: vt quæ passim, indiscriminatim, sine delectu, nullo ordine, nullo non tempore, & concubitu super concubitum, omnibus pateant. Nec tamen ad eō sum religiosus, vt concubitu vxoris prægnantis omnino interdiciam, modò modus, & temperātia adhibeatur. Quis enim prober Serum legem, qua non licebat cum vxore congregi post conceptū: Quis Zenobiam imitandam iusserit, quæ marito post concubitum, eam repetendi potestatem nō faciebat, nisi prius tentatis cōceptibus, vt à nobis scriptum est supra, scilicet de Scribis in 7. lege connubiali, nu. 62. incip. Germani. Et de Zenobia in 9. leg. num. 86. incip. sed & è nostris. Et certè nemo, vt opinor.

142 ¶ **QUANQUAM** etiam scio, Ilaacium Commenum Imperatorem Constantinopolitanū, tanta fuisse continentia, vt nec vxorem cognoscere vellet post prolem semel ex ea susceptam, cum tamen id ad morbi remedium Medici imprimis consulerent, vt coitu frequentiore vteretur, vt scribit Baptista Egnatius. Scio quoque concilio Elibertano cautum esse, vt coniugales, id est, coniuges (vti nos iam diximus) concubitu abstineant, quā diu vxor grauida fuerit, id est, (vt illic subditur) à quo die filius in vtero motum fecerit, vsque ad partum, vt scribitur in Decretis D. Buchardi, lib. 19. cap. 155. Sed & ante eod. lib. 1. cap. 5. Concubuiſti, ait, cum vxore tua, postquam infans motum in vtero fecerit? Si fecisti, 20. dies in pane & aqua pœniteas. Et confestim pōst: Concubuiſti cum vxore post manifestariam conceptionem? 10. dies in pane & aqua pœniteas.

143 ¶ Sed & Origenes de hac re loquens, in 5. in Genesim Homilia, hæc ferè scribit de Loth, & filiabus eius: Singulis (ait, Græcè quidem, sed in hunc sensum) ingressæ noctibus, singulæ concipiunt ab ignorante conceptū: vltra non repetunt, nec requirunt. Vbi hinc libidinis culpa? vbi incesti crimen arguitur? Quomodo dabitur vitio, quod non iteratur in factò? Vereor proloqui, quod sentio: vereor, inquam, ne castior fuerit harum incestus, quā pudicitia multarum. Discutiant se, & requirant scēmas coniugatas, si ob hoc solūm adeunt viros, vt suscipiant liberos: si post conceptū desistant. Ista enim, quæ argui videntur incesti, postquam semel conceperunt, vltra non accedunt ad concubitum viri. Nonnullæ verò mulieres (neque enim vniuersas pariter notamus) sed sunt quædam, quæ, sicut animalia, nullo delectu indefinenter libidini seruiunt: quas ego nec mutis pecoribus comparauerim. Pecora enim & ipsa sciunt, cum conceperint, vltra non præbere maribus copiā sui. Notat tales & scriptura diuina, cum dicit: Nolite fieri sicut equus, & mulus, quibus non est intellectus. Et iterum: Equi admissarij facti sunt. Sed vos o populus Dei, qui Christum amatis in corruptione, intelligite Apostoli sermonem, qui ait: Siue māducatis, siue bibitis, siue quid aliud

facitis,

facitis, omnia in gloriam Dei facite. Quod enim post manducare & bibere dicit, siue aliud quid facitis, inuerecunda coniugij opera, verecundo sermone signauit, ostendens etiam, ea ad gloriam Dei fieri, si solius posteritatis contemplatione fiant. Hæc ille.

144 ¶ **ANTE** illum autem Clemens Alexandrinus, illius præceptor, lib. Stromaton 3. Græcè item, sed in hanc sententiam scripsit: Nullum ex veteribus ex scriptura ostenderis, qui cum prægnante rem habuerit, sed postquam gestauit vterū, & postquam editum fœtum à lacte depulit, rursus à viro cognitam vxorem. Iam hunc scopum atque institutum inuenias seruantem patrem Moſis, cum triennium post Aaron editū intermisset, genuisse Moſen. Et rursus Leuitica tribus seruans hanc naturæ legem à Deo traditam, alius numero minor ingressa est in terram promissam. Non enim facile multiplicatur genus hominum, cum viri quidem feminat, qui legitimum ineunt matrimonium. Expectant enim non solūm vteri gestationem, verūm etiam à lacte depulsionem. De qua re quoque idem differit Pædagog. lib. 2. cap. 10.

145 ¶ Iosephus autem lib. Belli Iudaici 2. cap. 1. Tradit inter Philosophos Iudæorum, ex iis, qui Esseni, siue Essæi vocabantur, cum vxores accipiebant (neque enim id omnes faciebant, vt alibi diximus in l. nona, num. 80. incipiente, idem libro decimo.) nemo tamen eorum cum prægnante cōcumbat, ostendentes se nuptias, non voluptatis, sed liberorum quærendorum causa cōtrahere. Alibi autem diximus, scilicet in dista l. 9. num. 85. incip. quid quod inter, & sequentibus, bruta animatia, præter vnum aut alterum, post conceptum minimè pati concubitum.

146 ¶ **SEX TVM**, vt ne tumulenti cum vxoribus concubamus, quod admonuit Hippocr. in lib. de superfœtatione, & Aristoxenus Pythagoricus apud Stobæum cap. 99. & Plutarchus in libro de Educandis liberis, non ita multò post princ. Quoniam, vt subdit ipse Aristoxenus, ex praua, turbulenta, & inconcinna mistione, non modò non egregia & concinna soboles, sed ne à principio quidem vilo pacto bona fieret. Addit Plutarchus, vbi supra, quia liberi hinc procreari, vini solent esse plus æquo auidi. Ex quo Diogenes ille Cynicus, vt idem refert: cum adolescentem quēpiam ex temulantia desipere cerneret, Adolescentule (inquit) ebrius te feminauit pater. Cui non ad simile est quod Diog. Laërtius tradit in Zenone Citico, illum Aristone discipulo non satis ingeniosè multa, quædam etiam temere procaciterque dicente, dixisse, possibile non esse, ita dicere, nisi ebrius te genuisset pater. Hucque referri potest illud Martialis ad Catullum lib. 6.

Non miror, quod potat aquam tua Bassa, Catulle,

Miror, quod Bassi filia potat aquam.

Quod & nos, aliud agentes, alibi retulimus.

147 ¶ **PLATO** autem lib. 2. de Legibus, ad fin. non ius facit viro aut mulieri nocte liberis operam daturis vinū bibendi. Quod & ex eo repetit, & approbat Galenus in eo lib. cui titulus est, Corporis temperaturam animi motus sequi. Sed & idem Plato eiusdem operis lib. 6. de hac re hæc scribit, Græcè quidem, sed in hanc sententiam: Maximè verò connubio iuncti sponsus & sponsa tunc mentis cōpotes esse debent, quando nō paruam ineunt vitæ mutationē, præsertim vt ex quā maximè moderatis semper generatio fiat: sermè enim incertū est, quæ nox aut dies cū Deo ipsam peragat. Quare vt solidus, stabilis, & quietus conceptus fiat, non oportet ebrietate diffusis dare operam liberis. Qui autem vino reſectus est, tam animæ, quā corporis rabie cōcitat, quouis & trahit, & trahitur. Idcirco ebrius, tanquā mēte captus, ad serendū est inutilis. Versimile est enim fœtus inæquales, instabiles, obliquos tam membris, quā moribus, procreari. Quamobrem per totam quidem vitam, sed maximè quā diu generationi vacat, abstinebit quisque, cauebitque ne faciat, vel quæ suapte natura, & spontè morbos adſciscunt, vel quæ ad petulantiam iniuriāque declinant. Hæc enim in animos, & corpora nascentium necessariò translata, illic imprimuntur, peiorēque inde nascuntur. Sed præcipue die illo ac nocte à talibus abstinentū. Principiū nanq; & numen hominibus insitū, si conuenienti sibi, à singulis munere ipsius vtētibus, honore afficiatur, omnia seruat.

148 ¶ **CÆTERUM** illud scio (vt id obiter dixerim) semen genitale ebriosorū, magna ex parte esse infœcundum: quoniā habitus corporis eorū præhumidus est. Semen autem, nō quod humidū est, sed quod constat, crassūque est, hoc vim obtinet procreandi, vt auctor est Aristote. Proble. sect. 3. ca. 4. & reperit Rasis lib. Continentis 9. c. 4. & vt idem Arist. scribit illa eadem sectio. c. 11. Vinolēti concumbere nequeunt, quoniam pars quædam corporis magis caleat, quā reliquum corpus, oportet, quod in his fieri non potest, ob nimium totius corporis feruorem. Extinguitur autem calor motionis internæ, obtentu caloris occupātis, quoniam multum in his inest, quod humidum crudūque efficiat. Præterea semen à cibo proficisci necesse est: cibus autē omnis concoquitur, quo satiati ad Venerem planè incitatur. Vnde hac de re plerique prandere largè, cœnare parçè præcipiunt, vt cruda insint, quā concocta, pauciora. Hactenus ille in eo loco, qui & in eadē quoque sectione, c. 32. idē affirmat: additque, quod in his partes corporis imas recalescere opus est. Vinum autem in sublime efferri aptum est. Itaque calorem, quemadmodum illic excitat, ita hinc auocat, atque abducit. Sed & Macrobius lib. 7. cap. 6. Hauſto (inquit) mero plurimo fiunt viri ad coitum pigriores. Sed nec idoneum conceptioni serunt, quia vini nimietas, vt frigidū, facit semen exile vel debile. Porro Athenæus lib. 10. c. 11. ad finem, tradit autoritate Theophrasti & Hieronymi in Epist. Alexandrū Magnum ob eam causam in Venerem parum fuisse strenuū, quòd esset vinoſus. Quod & ipsum tradit Plutarchus li. Problematon Symposiacion Decade 2. c. 6. Quin & idem

Ebrius coitus infalubris.

ciusdem operis Decade 3.c.5 tradit eos, qui copiosum merum ingurgitant, ad coitum reddi tardiores, semenque eorum minime generationi esse idoneum, utpote debile & inualidum: irritosque atque inutiles esse eorum congressus, cum foeminis, vitiato nimirum refrigeratoque semine prolifico.

149

Ego quoque illud constantissime affirmare ausim, id vnum, si quod aliud. obesse mulieribus ad gignendum, maxime fortes & bellicosos liberos, vel testimonio sacrarum literarum. Nam Iudicum cap. 13. Angelus Domini hac dicit ad uxorem Manitha sterilem: Sterilis es, & absque liberis: sed concipies & paries filium. Caue ergo, ne bibas vinum, nec immundum quicquam comedas. Quod cum ea fecisset, concepit, & peperit Sampsonem, omnium hominum fortissimum. Quis autem nescit, Romanas mulieres fuisse abstemias, atque inuicias (quod nos late diximus, & probauimus supra in nona lege connubiali, nu. 206. incip. ex hoc bibacitatis vitio. Et ea tamen fecundissimae fuerunt, & liberos fortissimos, & omnium gentium victores pepererunt.

150

Omnes autem rerum natura scriptores, & Philosophi, & Medici, tradunt eos, qui Venere vtuntur, cum ab omnium rerum repletione, ut supra diximus, tum vero maxime vini cauere oportere, si suae sanitati consulere volunt. ut videre licet ex Oribasio Sardoniano libr. Euporiston 1. cap. 22. & iterum compendij medicinae capit. 6. & Aetio Quaternionis 1. sermon. 3. capit. 8. & Rasi libro 4. capit. 17. & lib. Continentis 11. cap. 5. ex Rufi autoritate: & iterum lib. 12. cap. 1. & Rabbi Moysae de Regimine vitae, cap. 4.

151

Ebrii nonnunquam generant.

Verum tu ne decipiaris, Lector, non id perpetuum est, quod supra diximus, semen ebriorum infecundum esse: quandoquidem, & ebrios nonnunquam gignere. satis patet ex his, quae iam diximus supra, num. 146. incip. sextum, vt ne. & testimonio sunt sacrae literae, Genesis 19. capit. vbi Loth ebrius filias proprias impraegnavit: & adeo quidem ebrius, vt ille non senserit, nec quando concubuerit cum illis, nec quando illae surrexerunt. De quo etiam aliquid in Decretis Canonicis cap. inebriaerunt. 15. q. 1.

152

Venere moestis aut aliter affectis abstinentium.

SEPTIMUM. Cui nonnihil conuenit cum precedenti, ne quis ad uxorem moestus, aut vt aliis huiuscemodi perturbationibus male affectus, accedat: nisi & ipse liberos iisdem affectibus ac passionibus obnoxios gignere velit. Quod & nos non obscure monuit Hesiodus, paulo ante fin. lib. 2. Operum & dierum, fratrem suum Perfen alloquens:

μη δ' ἀπὸ δυσφύμοιο τὰς ἀπονοσῶντα
Σπερμάνειν γενέην, ἀλλ' ἀθανάτων ἀπὸ δαίτος.
Non serito tristi rediens de funere maestus
Progeniem, lauta sed caena Persa Deorum.

Tanquam scilicet genitura non solum prauitatem, & virtutem, sed & tristitiam, & gaudium, & his similia referat, ac suscipiat. Ideoque hilares, laetos, ac gaudio perfusos Hesiodum mittere ad filiorum procreationem. Quod & ex eo expendit Plutarchus vir in omni genere doctrinae excellentissimus, in libro De ferae numinis vindicta.

153

Veneris tempore animus ne sit alius rebus intentus. Anima non ex traduce.

OC TAVVM illud consequenter admonuerim maritos, ne in ipso actu concubitus animu aliud impense intendant, occupatumve aliis cuiuslibet sensus negotiis habeant. Sic enim fit, vt semen hac vehementi acrique cogitatione, siue occupatione abstractum ab animo, nil nisi quod animale est, terrestrisque, ac corporeum gignat, metis, animi, & ingenij prorsus expers, vacuum, & inane. Non quod anima ex traduce sit, vt Hippoc. in lib. πρὸς διαίτην, Apollinaris, & Tertullianus, & Stoici apud Laertiu in Zenone Cittico, & bona pars Orientaliu existimabant. Na his orthodoxi omnes aduersantur, nempe Gregorius Nyssenus lib. Philosophiae 2. cui tit. est, de anima. c. 6. D. Hieron. ad Pamachium, aduersus errores Ioanis Hierosolymitani, & in 2. Aduersus Rufinum Apolog. & in epist. 27. earu quae D. Aug. sunt, & ipse Aug. epist. seq. iterumque, in epist. 7. quae ad Marcellinu est, rursumque epist. 157. quae est ad Optatum, & e nostris glo. & Archid. in ca. quod verò. 32. q. 2. Sed negari non potest animum ex animo aliquid accipere, ad posterorūque deriuare, vt e nostris tradit Ioan. Faber in Rub. Instit. de nuptiis. de quo & nos late diximus in 7. leg. connub. post princip.

154

De eadem re.

Præsertim si animus in ipso generandi actu nimium sit vehementi quapiam cogitatione aut affectione occupatus: quod plerumque accidit viris prudentissimis, qui & ob id saepe filios stolidos, stupidos, & brutorum quam simillimos gignunt, & e diuerso. Quod & Alexandro Aphrodisseo placuit (si is est, quod Theodorus Gaza negat) viro certe apprime docto, & quæ Theodorus ipse dignum putauit, quem in lingua Latinam verteret. Is enim lib. 1. Problematon, c. 26. aut ex computatione aliorū, qui ex primo tria faciunt, 29. Cur, ait, plerumque stulti liberos prudentissimos procreauerunt? Quod homines stultiores in coitu, ei voluptati magnopere succumbentes, seq; totos dedentes, animu habent corpori omnino demersum, adstrictumque rei tantum veneræ. Ex quo fit, vt eorum semen quamplurimæ virtutis tum rationalis, tum naturalis particeps, prudentiores eos, qui hinc nascuntur, efficiat. At homines prudetes, & præsertim docti, semper aliquid vel honesti vel vtilis animo complectuntur, vt ne in ipso quidem venereo actu, omnino a rerum studio desistant. Itaque animo remissiori profluens semen, expers longè facultatis illius animalis, incubit. Hincque etiã (vt subiungit) deduci ratio potest, cur homines stulti, & indocti filios robustos maxime procreant: prudentes & docti, imbecillos. Porro Aristoteles lib. Problematon 10. cap. 12. non obscure sentit, animum concumbentis multum præstare ad liberorum similitudinem, vel dissimilitudinem: quod & nonnulli e nostris adstruunt in I. Gallus. in princ. ff. de liber. & posthum.

NONVM

NONVM id erit, vt meminerint eius præcepti, quod inter cetera coniugibus præstituit Plutarchus in præceptis connubialibus: Oportet (ait) congressus oblectationisque cum uxore secerè fieri. Nam & Lycurgus (vt idem in vita illius scribit) suis legibus statuit, vt ad sponfam sponfus quadam cum religione clam pergeret, & verecundus & timidus, ne quis ex intimis se intueretur. Simul enim & sponfa moliebatur agebatque, quò tempestiue & clam inuicem couenirent. Et hoc non parum temporis gerebant, ita vt etiam aliquibus filij nascerentur, priusquam interdiu suas uxores aspicerent. Huiusmodi autem congressio (vt subdit Plutarchus in eodem illo loco) non temperantiae modò atque pudicitiae exercitatio quædam erat, verum & verecundis corporibus, & perpetuo quodam amore nouos recentisque ad concubitum ducebat: neque fatietate eos capi, neque inuerecundis congressibus à mutuo affectu refrigerescere: quin potius reliquias semper aliquas, & fomentum cupidinis, & gratiae inuicem reliquere sinebat.

Hoc Lycurgi quoque institutu e nostris memorat, & probat Cardinalis Alexand. in rub. extra de spons. & matr. col. 4. versi. & hæc ratio consonat. & antè Xenophon in Laconum Republica, vbi ita scribit, ἐπεὶ γέμω γυνὴ πρὸς ἀνδρα ἔλθοι, ὁρῶν τὰς ἄλλας τὴν πρῶτην ἔχρον ἀμέτρως ταῖς γυναῖξιν συνόντας, καὶ τὸς ταύτην ἔγνω. ἔθηκε γὰρ ἀδελφὸς μὲν εἰσιόντα ὀφθῆναι, ἀδελφὰ δὲ ἐξιώντα: ὅτω δὲ συνόντων, ποθεν ὀφθῆναι μὲν ἀνάγκη σφῶν αὐτῶν ἔχειν, ἐξῶθεν δὲ γίνεσθαι, ἐπιβλάσασθαι, (alii dicunt, βλάπτειν) ὅτω μᾶλλον, ἢ εἰ δάκροισι ἀπ᾽ ἄλλων εἴη. Id est, Cum verò mulier ad virum venit, intuens ille alios primò tempore immoderatus vxoribus commisceri, sanxit, & huiusce rei contraria. Constituit nanque & ingredientem ad uxorem viru, & exeuntem, ne ab aliis videretur, pudore affici. Sic enim coeuntes necesse est, tum suauis auidiusque sese appetere, tum prole, si quam generant, validiore hoc modo reddi, potius quam si ad fatietate vsq; coiungantur.

Sed vt redeamus ad Plutarchum, is in eodẽ opere, ca. 12. & in vita Catois Censorij, illu refert e fenatu Maniliu virum clarissimu mouisse, quod vxore presente filia deosculatus fuisset: tanquam turpe esset, presentibus aliis se inuicem suauari. Nam & Clemens Alexandrinus Pædagogij libr. 3. c. 10. in prin. ius nõ facit maritis uxores suas corã famulis osculari. At multò turpius est, ceforiãque nota dignius, in propatulo inuicem comisceri. Augustinus autem de Ciuit. Dei li. 14. c. 18. Deuitat publicu etiam permilla atque impunita libido conspectu: & verecundia naturali habent prouisum Iupanaria ipsa secretu. Et paulò infra: Quid concubitus coiugalis, qui secundum matrimonialium præscripta tabularum, procreandoru fit causa liberorum? Nonne & ipse quanquam sit licitus, & honestus, remotu ab arbitris cubile coquirat? Nonne omnes famulos, atque ipsos etiam paranympnos, & quoscunque ingredi quælibet necessitudo permiserat, antè mittit foras, quam vel blandiri coniunx coniugi incipiat? Et rursum: Quis enim nescit, vt filij procreentur, quid inter se coniuges agant? quandoquidem vt id agatur, tanta celebritate ducuntur uxores: & tamen cum agitur, vnde filij nascantur, nec ipsi filij, si qui inde iam nati sunt, testes fieri permittuntur.

Apud Homerum li. Iliados 14. Iuno, cum ei concubitu offerret Iupiter in Idæ montis cacumine, tamen ei rei esset in primis auida, vt quæ se ex composito ornauerat, quò illum in id alliceret: in eo tamen loco recusauit, quoniam nimium pateret ceteris diis, qui eos concumbentes possent videre: quod (vt ibi dicitur) νεμεσσητόν esset, id est, vituperabile, siue quòd illis vitio verti posset. Verba Iunonis in eam rem, hæc sunt:

εἰ νῦν γὰρ φιλοπῆσι λιλάεαι ἐννοθήναι
ἴδης γὰρ κόρυ φῆσι, τὰ δὲ προπέφραυ' ἀπειῖα
πῶς κ' εἶσι, εἰ τις νῶϊ θεῶν αἰεγενετῶν
ἔυδον τ' ἀθρήσαι θεοῖσι δὲ πάσι μετελθῶν
πεφράδοι, δὲ καὶ ἔγωγε τέον πρὸς δῶμα νεοῖμι
ἔξ' εὐνῆς ἀστᾶσα, νεμεσσητόν δ' ἐκεῖ εἴη.

Epicurus autem ille Neoclis filius, admodum vituperatur, quòd non erubesceret publice cum petulantibus mulieribus coire, vt retulit Epiphanius ille Cyprius Episcopus, lib. 3. aduersus hæreses, tom. 2. hæresi 80. eademque vlt.

Plutarchus (vt & ad eum rursum reuertamur) in Problematibus Rom. cap. 65. tradit apud Romanos maritu sponsæ primu, non in luce, sed in tenebris, iungi solitu. Cuius rei plurimas rationes & hanc omnium postrema posuit: hæc scilicet fuisse quandam accusatione illicitæ Veneris, quòd legitimis, & iustis nuptiis pudor quidã & verecundia abhibebatur. Idem in eodem opere, cap. 111. scribit canem in Atheniesium arcem admitti fas nõ esse, nec Delu insulam attingere, eam ob causam (vt nonnulli dicunt) quòd in propatulo & passim coeat. Qua in re, inquit, aliorum animaliu dissimilis est. Nam boues, equi, sues non in propatulo ineunt. Cui adde, quantu ad canem pertinet, quod à D. Aug. scriptu est in c. nuptiarum. 27. q. 1. filioru procreationi operam dadam, nõ canino more, sed honesto ordine coiugali. Et quod Diogenes ille Cynicus ita dictus est, quòd more canum passim, publice, & nonnunquam in foro Venerem perageret. In quo non modicum ab omnibus vituperatur: quod videre licet apud alterum Diogenem Laertium, in vita illius, & Laetantium libr. 3. ca. 15. & D. Chrysostromu Homilia in Matthæum 34. & in priorẽ ad Corinthios Homilia 35. & D. Augustinum de ciuitate Dei, libr. 14. ca. 20. Et ex hoc quoque posset videri obscenos canes à Virgilio nuncupatos lib. Georg. 1. quanquam & aliò referri potest. Et immundos Horatio lib. 1. Epistolaru, ad Lolium. Et impudentissimos à sanctissimo scriptore Esaia, c. 56. quod alibi diximus. Hucque

Venere clam utendum.

Manilius fenatu motus, quod uxorem filia presente osculatus fuit.

De eadem re.

Canis in Atheniesium arcem non admittatur. Canis in propatulo coit. Diogenes Cynicus quare dicitur. Canes obsceni. Et impudentissimi.

Hucque respicere videtur illud Ecclesiastici, Quæ cōmunicatio sancto homini cum cane? Quod fit, vt non immeritò ab Acropoli, in qua erat statua Pallados ὕψιας, à Pericle posita, arcebantur canes ob coeundi impudentem animalis naturā, vt tradit Pausanias libr. 1. Et nos quoque alibi de canum impudentia diximus, videlicet suprā in 9. leg. num. 183. incip. sed & hanc.

160

Animalia
quædam seces-
sum in coitu
petunt.
Cameli.
Elephantes.
Rane.

¶ Quod autem de cæteris animantibus tradit Plutarchus, ex eo confirmatur, quod qui de natura animalium scripserunt, illud idem tradiderunt de camelis, & elephantis, vt scilicet, secessuum solitudines petant, dum coire libet. Nam id de vtrisque prodidit Aristoteles de Historia animalium lib. 5. c. 2. De elephantis quoque Plinius lib. 8. c. 5. & Aelianus lib. Historiæ animalium 8. ca. 17. Et de camelis item ipse Plinius lib. 10. c. 63. & idem Aelianus lib. Historiæ quoque animalium 6. c. 60. Quin & ipse li. 13. tradit ranas, animal alioquin foedissimum, interdum horrere venereo cōplexu se implicare: noctemque, vt Veneri dent operā, expectare. Ex quo illud quoque est, quod scribit D. Clemēs in fin. eius epistolæ, quam scripsit ad Iulium & Iulianū. Sed & illa species castimonie obseruanda est, vt ne passim cum foeminis coeat quis: quæ obseruantia cum etiam in nonnullis pecudibus inueniatur, pudoris est, si non ab hominibus rationabilibus, & Deum colentibus obseruetur. Minimè itaque in vniuersum verum est, quod scribit Ouidius de Arte amandi lib. 2.

In medio passimque coit pecus.—

Nec quod Herodotus lib. 3. tradit, Indorum coitus in propatulo esse, sicut pecorum: quod & nos alibi ex eodem tradidimus, cum eos adscripsimus, qui & ipsi more gentis palam coeunt, vt videre poteris in 7. lege connubiali, num. 54. incip. præter Massagetas.

161

Meretrices
suos concubi-
tus tegi non
lunt.

¶ Nec, quod ad id caput pertinet, omittam Valerium Martialem acriter atque asperè obiurgare Lesbiam, quod adulteros admitteret, nec clausis, nec custoditis liminibus, omni pudore reiecto. Carmen illius est huiusmodi, lib. Epigram. 1. Epigram. 91.

Incustoditis, & apertis Lesbia semper

Liminibus peccas: nec tua furta tegis.

Et plus spectator, quam te delectat adulter:

Nec sunt grata tibi gaudia, si qua latent.

At meretrix abigit testem, veloque seraque,

Raræque Summani fornice rima patet.

A Chione saltem, vel Laide disce pudorem.

Abscondunt spurcas hæc monumenta lupas.

Nunquid dura tibi nimium censura videtur?

Deprandi veto te, Lesbia, non futui.

Nostrates id dicunt vulgò, & vice Prouerbij, *Besongner à porte ouuerte*. Cicero in Oratione pro M. Cælio: Huc (ait) vnus mulieris (de Clodia propudiosissima foemina loquitur) libidinem esse prolapsam, vt ea non modò solitudinem & tenebras, atque hæc flagitiorum integumenta non querat, sed in turpissimis rebus frequentissima celebritate, & clarissima luce lætetur.

162

De eadem re.

¶ Nec ab his longè absunt, quæ suos concubitus palam profitentur: in quas est illud Ouidij libro Amor. 3. Eleg. 13.

Non ego, ne pecces, cum sis formosa, requiro:

Sed ne sit misero scire necesse mihi.

Nec te nostra tubet fieri censura pudicam:

Sed tamen, vt tentes dissimulare, rogat.

Non peccat, quæcunque potest peccasse negare:

Solæque famosam culpa professa facit.

Quis furor est, quæ nocte latent, in luce fateri?

Et quæ clam facias, facta referre palam?

Ignoto meretrice corpus iunctura Quiriti,

Opposita populum summouet ante sera:

Tu tua prostitues famæ peccata sinistra?

Commissi perages indiciumque tui?

Et reliqua, quæ sequuntur. Alibi autem docuimus, meretrices esse admodum impudètes, scilicet in 9. leg. cōnub. 153. incip. pudor autem. & seq. & iterum nu. 180. incip. sed & dicta lex. in fin. & seq.

163

Venus Melan-
is & Melan-
is.

Venus Scotia.

¶ Et huc quoque spectat cognomentum illud, quod inter alia plurima Veneri datum est, vt scilicet Melanis, & Melanis diceretur, ob eam causam, vt scribit Pausanias lib. 3. qui de Arcadicis est, quod hominibus non omnino diurni & patentes concubitus, vt belluis, sed nocturni, & abdit magis conueniant. Huius autem Veneris Melanidis templum fuit apud Corinthum, vt tradit idem Pausanias lib. 2. qui de Corinthiacis est: & item apud Thespios, vt idem prodit libro 9. qui est de Bœoticis. Græci autem μέλας nigrum vocant. Et eadem ratione ea ipsa Venus Scotia dicitur, cuius templum apud Aegyptios fuit, teste Hesychio, à tenebris scilicet, quoniam Venus in tenebris & abscondito sit peragenda.

164

Viri in opere
uenero lucē
desiderant.

¶ Scio autem, viros in opere Venero lucem, aut in nocte lucernā desiderare, tāquam scilicet plenior maiorque sit voluptas, quam luce, aut lucerna ardente, oculis quoque vsurpant, & excipiunt: quamuis foemina maxima ex parte, quantum possunt, occultare satagunt. Hinc illud Propertij libro 2.

Quam

Quam multa apposita narramus verba lucernæ
Non inuat in caco Venerem corrumpere motu.

Si nescis, oculi sunt in amore duces.

Et illud Martialis lib. Epig. 10. Epigrammate 38. ad Calenum:

O quæ prælia, quas utrinque pugnas

Felix lætulus, & lucerna vidit!

Et lib. 11. Epigram. ad vxorem Epigram. 105.

Tu tenebris gaudes: me ludere teste lucerna,

Et inuat admissa rumpere luce latus.

Quem posteriorem verum ad aliud suprā citauimus. Et in Apophoretis, Dist. 39.

Dulcis conscia lætuli lucerna

Quicquid vis facias licet, tacebo.

Nam & Apuleius lib. 5. dicit lucernam ab amatore quopiam esse prius inuentā, vt diutius cupitis etiam nocte potiretur. Et huc quoque pertinent, quæ alibi suprā diximus, nuditatem mulierum mirè gratam esse lasciuis atque libidinosis, scilicet leg. 4. num. 15. quamobrem Veneri.

165 ¶ DECI MV M illud fuerit, Vt licet maritis ius sit vxores inuitas & reluctantes comprimere, ex sententia Cy. Alb. Bal. Io. Fab. & Saly. in l. j. C. de raptu virg. cum aliis multis cōcor. à me adductis infra in glo. 2. in verbo, *en pouuoir de son mary*, nu. 23. incip. tum quoque quod in eo, tamen eos admonitos velim, ne id omnino faciant, si modò id citra periculum suæ pudicitie fieri possit. Vetus est adagium ab interprete Theocriti relatum, τὸν δέλοντα βουῖ ἐλαυε, id est, volentem bouem agito: quod videtur sumptum ex illa Theognidis sententia,

Μὴ μ' ἀέροντα βίη κενῶν ὑφ' ἀμαξῶν ἐλαυε. Id est,

Ne me inuitum vi pungens sub plaustrum adige.

Et vt scribit Plautus in Stichis, Stultitia est, venatum ducere inuitos canes. Quam sententiam inibi protulit Panegyris, patrem alloquens, qui eam inuitam nuptui dare volebat: subiungitque & hæc sententiam, Hostis est vxor, inuita quæ ad virum nuptum datur. Quamquam scio eas sententias aliò pertinere, verum & huc quoque referri posse. Nam si vt tradit Artemidorus Daldianus, lib. de Somniorum interpretatione 1. c. 80. vxori suæ in somnis misceri volenti, & appetenti, nec repugnant, omnibus ex æquo bonū sit, significetque id somnium vtilitatem: si verò vxor repugnet, aut se non exhibeat, contraria significet: quid futurum credis, si non in somnis eandem, resistentem fortè ob causam minimè irrationabilem, licet tibi incognitam, in eas? Et ego aliquando audiui à quodam familiari meo, cum semel vxorem renitentem, præterque morem à coitu refugientem compressisset, non eam postea sibi tam morigeram, atque obsequentem expertum fuisse.

166 ¶ Illud autem affirmare ausim, eandem mox pœnitentiam huiusmodi recusationis, præsertim si ea iniusta fuerit, acturam, tēque spontè, & alacriter ad pugnam prouocaturam, atque sic eam cōgregationem multo suauiore experieris. Caueat tamen vxor, ne temerè virum cōcubitum offerentem repellat. Periculum enim est, vt alienum coitum sequatur. Quod & aliquando monuit Catullus in Epithalamio Iulie & Mallij:

Nupta tu quoque, quæ tuus

Vir petet, caue ne neges,

Ne petitum aliunde eat.

Super quo vide & tu, quæ scripsi suprā, in 9. leg. connub. num. 85. in c. quid quod inter. 167 ¶ Sed & aliud quoque hac in re periculum est, ne ob id amorem viri in odium conuertat. Cui enim ignotum est, quod scribitur 2. Regum. 13. Ammō Dauid filium, Thamar sororē deperditissime primū adamasse: posteaquam verò eam inuitam, & reluctantem compressit, odio maximo habuisse, ita vt confestim eam domo exegerit? Ideo Plutarchus in Præceptis connubialibus c. 18. admonet vxorem, vt neque deuitet mariti cōcubitum, neque ipsa prior exigat. Vt enim hoc meretricis est sic & illud fastuosæ, nec virum amantis.

168 ¶ Sed cui adde, quod si vxor id exigat, aut verbo, aut etiam nutu (quod non ad eò impudens esse existimo) spontè, & alacriter, si vires suppetant, eius desiderio satisfaciat, ne & ipsa à viro spreta, aliunde etiam petitum eat, vt & de viro ex Catullo suprā diximus. Nam & in hoc vir, & vxor pares iudicantur. Quis enim nescit illud D. Pauli 1. ad Cor. 7. Vxori vir debitum reddat: similiter autem, & vxor viro. Mulier sui corporis potestatem non habet, sed vir. Similiter autem & vir sui corporis potestatem non habet, sed mulier. Nolite fraudare inuicem. Quæ & ipsa repetuntur in c. nosse. 30. q. 1. & in §. his ita respondetur. 32. q. 2. Et alibi scribitur in c. apud nos. 32. q. 5. Quod non licet foeminis, æquè non licet viris, & eadem seruitus pari cōditione censetur. Tradit Laertius auctoritate Hieronymi, Pythagorā descendisse ad inferos, vidissetque eos cruciari, qui suis vxoribus congregari nollent, cuiusque rei gratia à Crotoniatis honoratum.

169 ¶ Cæterum (vt redeam) mulier, quæ inuita & retinens comprimatur, vix concipit, vt tradit Aëtius Quaternionis 4. sermo. item 4. c. 26. Vix, autem non abs re dixi, quia interdum concipit. Legimus enim nonnullas vi compressas concepisse. Nam & Softratus lib. 2. Rerum Tuscanicarum, & eius auctoritate Plutarchus in Parallelis, c. 52. tradunt Macareum filium Aeoli regis Tuscorum, sororem vi compressisse, ex eoque illam imprægnasse. Et apud Terentium in Hecyra, Philumena à Pamphilo

Vtri uxores
inuitas ne con-
primant

Vxor liberè
uirum ad coitu-
tum recipiat.

Vir item lu-
bens uxori id
appetenti mi-
sescatur.

Viros apud
inferos cruci-
ari, qui ux-
orum concubi-
tū refugiant.

Mulier inuita
cognita vix
concepit.

philo in tenebris vi compressa, concepit, & peperit filium. Nam de ea re hæc verba sunt in eadem fabula:

Homo se fatetur vi in via virginem nescio quam compressisse.

Hincque Bald. in l. si qua illustris. post princ. C. ad S. C. Orphi. querit, an filius, qui natus est à muliere illustri per vim stuprata succedat. Nam & Aristoteles lib. i. de Generatione animalium, c. 15. tradit fœminas sæpe concipere, sine ea, quæ per coitum fit, voluptate.

170 QNESCIO AVTEM, an & illud denique dicere debeam, quod ad concubitum pertinere videtur, esse nonnulla, quibus si vantur concubitori, pulchros & bonos liberos gigni plerique autumant: quibus tamen vix crediderim. Dicam tamen, ut intelligas, quod infanti antiquorū supersticio processerit. Hermefias à Democrito illo Magorum vanissimo vocatur, non herba, sed compositio ad gignēdos huiusmodi liberos bonos & pulchros utilis, è nucleis pineæ nucis, tritis cum melle, myrrha, croco, vino palmeo, postea admisto theombrotio & lacte: quā bibere generaturos iuber, & à conceptu puerperas partū nutriendas. Ita fieri excellentes animi & forma, atque bonos. Quod post eum retulit Plin. lib. 24. c. 17. Et rursus, hanc quoque rem memorans, & tamen deridens, lib. 26. c. 4. Nam quæ (inquit) apud Democritum inuenitur compositio medicamenti, quo boni pulchrique, & fortunati gignantur liberi, cur nunquam Persarum Regi tales dedit? Mirum esset profectò, huc usque prouectam credulitatem antiquorū, & cætera, quæ sequuntur. Qui igitur huiusmodi liberos gignere voluerit, ad Dei opem precibus confugiat: & ad vxorem sobrius & temperans accedat. Et cum his hanc legem cæteris subiicio:

CONCVBITVM NEQVE NIMIS PERTIMESCENTO, NEQVE ITEM NIMIS CONCVPISCVNTO. FREQUENTEM ET IMMÖDICVM PRORSVS FVGIVNTO. RARVM ATQVE TEMPERATVM INTREPIDE EXERCENTO. FREQUENTEM AVTEM, AVT RARVM, NON TAM NVMERO, QVAM NATVRA, RATIONE AETATIS, CORPORIS TEMPERATVRAE, TEMPORIS, AESTIMANTO. TVM VERO MAXIME, CVM DISSIDIVM ALIQVOD IN MATRIMONIO INTERCESSERIT, EXERCENTO. LOCORVM, TEMPORVMQVE D.O.M. SACRORVM, RATIONEM HABENTO. MENSVRATAM OMNINO, NVTRICEM, ET QVAE RECENS CONCEPIT, QVANTVM MAXIME FIERI POTEST, CITRA PERICVLVM PVDCITIAE, NE ATTINGVNTO. NE EBRII, MOESTIVE, AVT ALIIS PERTVRBATIONIBVS AFFECTI: NE DENIQVE ALIIS REBVS INTENTI AD LIBERORVM PROCREATIONEM ACCEDVNTO. SECRETO AVTEM VXORES INEVNTO. NE INVITIS VXORIBVS VIRI CONGREDIVNTOR: NEC TAMEN VXORES VIRIS, COITVM OFFERENTIBVS RENITVNTOR: VIRI DENIQVE VXORIBVS, AVT NVTV AVT ALIAS PETENTIBVS, PRO VIRIBVS SATISFACIVNTO.

IN DECIMAMSEXTAM LEGEM CON-

NVBIALEM, GLOSSAE PRIMAE

PARS DECIMASEXTA.



ESTAT nunc, ut aliquid dicamus de zelotypia, deque ea legem quandã faciãciamus, quod ea res maximè ad matrimonium pertineat, ita ut Moses suis legibus ad rem vxoriam pertinentibus, eam non prætermiserit, quæ de zelotypia est, ut patet ex Numerorum capite 5. Nemo autem est, qui non intelligat, quid zelotypia sit, ut quæ à Tullio ita fit definita, lib. 4. Tusculan. quæst. ægritudo ex eo, quod alter quoque potiat eo quod ipse concupueris. Quæ quidem definitio latissimè patet, ut quæ de omnibus rebus amatis intelligatur. Quanquã proprie & peculiariter de formæ æmulatione intelligi debeat ex ipsius verbi etymologia. Nam Ζηλον æmulatio est, ζυλον forma. Igitur qui ita amat formam mulieris, ut sollicitus sit, ne quis ea fruatur, zelotypus est. Iuuenalis Satyra 5.

Nam Virro, ut multi, gemmas ad pocula transfert

A digitis, quas in vagina fronte solebat

Ponere zelotypo iuuenis prelatas Iarba.

Chrysiippus autem apud Laërtium in Zenone Cittico, ita distinguit zelum à zelotypia, ut zelus, id est, æmulatio, sit dolor ex eo, quod aliis eo potitur, quod quisque cupit: zelotypia, dolor ex eo quod adfir alteri, quod ipse quisque habeat. D. autem Augustinus aduersus Adimantium cap. 13. scribit prouerbij loco dici solitum, Qui non zelat, non amat: veluti zelotypiam nõ esse sine amore dicat

Zelotypia quid sit.

Quæ de omnibus rebus amatis intelligatur.

Zelus quid à zelotypia distinetur.

dicat. In sacris verò literis Deus zelotes dicitur. Exodi cap. 20. & Deuter. cap. 5. quia solus amari velit, nec patiat quicquam præter ipsum amari, nisi & propter ipsum quoque ametur.

2 ¶ Homo autem imprimis est animal zelotypum, vel Homero teste, haud multò ante finem lib. 7. Odyssæ:

Δύσζυλοι γάρ τ' εἰμὲν ἐπὶ χθονὶ φύλ' ἀνθρώπων.

Valde zelotypi enim sumus in terra genus hominum.

Inter cæteros autem homines, Persæ huic affectui in primis sunt dediti: utpote de mulierum pudicitia maximè suspitiosi, ut non modò qui coniugem, vel pellicem regis attrectarit, sed etiam qui ex itinere appropinquaret, curruq; quibus vehitur impulerit, capite punitur, ut tradit Plutarchus in Artaxerxe. Verùm mulieres vbique huic vitio sunt admodum obnoxia, si credimus Philoni, & Plutarcho, quos tibi in hoc citauimus supra in 9. lege connub. nu. 139. incip. & cum zelotypia. Vbi & illud diximus ex Galeno, eam ægritudinem in mulieribus prægnantibus debacchari.

3 ¶ Sunt quæ in id vitium astrorum vi & potentia sunt propensi. Nam Firmicus Maternus lib. 5. Astronomicõn ad Lollianum, In finibus (inquit) Venens si inuentus fuerit horoscopus, & nocturna fuerit genitura, & Mars in ipsis partibus fuerit inuentus, potentissimæ & nobilissimæ mulieris nuptias dabit, ut per ipsam illi magnificarum diuitiarū affluentia cõferatur: sed is ex nimio zelo sollicitudinis dolore cruciabitur. Et paulò post: Si autem Luna in ipsis partibus fuerit inuenta, & nocturna fuerit genitura, reddit zelotypos, sed bonitate mentis ornatos, & qui omnia cum moderamine compleant. Et lib. 8. c. 30. Secunda pars Piscium si in horoscopo fuerit inuenta, homines facit stridentis animi suspiciosos, atque zelotypos.

4 ¶ Sed adeò feruntur mulieres ipsæ in id vitium præcipites, ut plerunque sæuiant in maritos, liberos, atque adeò in seipsas, ut latè docuimus supra in 13. lege connubiali, num. 28. incip. impatientes, & sequen. usque ad 33. Sed quibus addes, hanc mulierum zelotypiam ipsismet nihil tale cogitantibus, plerunque necem afferre, ut hinc discant, etiam si nihil aliud esset, id vitij deuitare. Fuit enim Cyanippum Thessalū cum vxorem duxisset Leuconoam, propter venandi studium in syluis plerunque degere solitum. Noua autem nupra suspicans ipsum cum alia muliere conuersari, secuta est ipsius vestigia, & oculata sub quodam fruticeto euentum expectabat. Ramis verò motis repente canes indagatores accurrerunt, ipsamq; morsibus instar beluæ dilaniarunt. Cyanippus autem, id tam insperatum intuens, seipsum quoque trucidauit. Cuius rei testes sunt Parthenius Nicænsis antiquus Poëta Græcus, in Eroticis cap. 10. Softratus lib. 4. de venatione, & eorum auctoritate Plutarchus Parallelorum cap. 42. & Stobæus Collectaneorum c. 62. similemque historiam refert Plutarchus, vbi supra, cap. 43. ex Clitonymo, lib. 2. Rerum Sybaritarum, de Amylio quoque Sybarita, & eius vxore. Quinetiam ex Ouidio lib. 7. Metamorphoseos, & lib. quoque 3. de arte amandi, didicimus, Procrin suspicantem Cephalum maritū cum Aura nympa congredi solitum, clam eum in syluis secutam, ab inscio marito, putante feram esse, interfectam fuisse. Quod & retulit Seruius, enarrans eum locum Virgilij lib. 6. Aeneid.

His Phadram, Procrinque, locis, mæstamq; Eriphylen.

Cæterum Plinius lib. 25. cap. 7. tradit Nympham zelotypia erga Herculem fuisse mortuam: sed quoniam pacto, minimè declarat.

5 ¶ Quin & viri nonnunquam hoc zelotypiæ furore perciti, leguntur immerentes suas vxores interemisse. Ex quibus vnū ex multis huc attulisse satis nobis visum est. Iustina nobilissima puella Romana, puellas ætatis suæ forma longè supergressa, cum iuueni cuiusdam nupru esset à parentibus tradita, ob solam eius pulchritudinem in suspicionem marito venit, qui candidissimæ vxoris ceruicem conspicatus inclinantis se ad exuendum calcem, furore ex zelotypia accensus, teneram puellam, nouamq; coniugem, iugulauit. Cuius etiamnum extat illud epitaphium:

*Immitis ferro secuit mihi colla maritus,
Dum propero niuei soluere vincla pedis.
Durus, & ante torum, quo nuper nupta coiui,
Quo cecidit nostræ virginitatis honos.
Nec culpa meruisse necem, bona numina testor,
Sed iaceo fati sorte perempta mei.
Discite ab exemplo Iustina, discite patres,
Ne nubat fatuo filia vestra viro.*

Cotys quoque rex Thraciæ cum suæ vxoris aliquando zelotypus esset, suis ipsius manibus eam, à pudendis incipiens, dissecuit, ut ex Theopompo rerum Philippicarum i. recenset Athenæus lib. 12. cap. 14.

6 ¶ Hanc igitur tam furiosam ægritudinem imprimis fugiendam esse & viris, & mulieribus cenfeo: quia certè nulla ex animi perturbationibus vehementior est, ut quæ mentem si quid aliud perturbet, & veluti eripiat, & in furorem adigat, & in neces mutuas, & aliorum, armet, & impellat. Quod Salomon prospiciens, Prouerbiorum 6. cap. Zelus (ait) & furor non parcat in die vindictæ, nec acquiescet cuiusquam precibus, nec recipiet pro redemptione bona plurima. Ex quibus etiam verbis intelligis furorem & zelum, veluti quadam cognatione esse coniunctos, ut etiam apud Ecclesiasticum cap. 40. Sed & præterea ea affectio corpus ipsum corrumpit, labefaciat, con-

Homo animal zelotypum.

Præsertim fœmina.

Astrorum vi zelotypiæ de diti.

Mulierū zelotypia ipsis sæpe exitiosa. Cyanippus uxorem zelotypam incautus incautam necauit.

Et Amylius. Et Cephalus Procrin.

Vxores ex zelotypia virorum immerentes necate.

Zelotypia nullam ex animi perturbationibus vehementiorem. Zelotypia animi & corpus labefaciat.

uellit & ad senectutem accelerat, teste eodem autore, cap. 30. Zelus (inquit) minuit diēs & ante- tempus senectutem adducit.

Romani ad- uentus sui nū- tios prēmisse- bant.

¶ Et his fortasse rationibus apud priscos illos Romanos, cum ij ex agro, siue peregre domum re- darent, qui vxores domi reliquerant, aduentus sui nuntios prēmissebāt, vt tradit Plutarchus pro- blematum Romanorum cap. 9. Ad quem morem alludens Plautus in Amphitryone introdu- cit Sofiam hæc loquentem:

Mæque porta prēmisse domum, vt hæc nuntiem uxori suæ.
Vt scilicet mariti ex eo ostendant, se zelotypos non esse. Nam qui eo morbo vexantur, vxores in facinore depræhendere omnibus modis student: ideoq; nullo prēmisse nuntio, insperati do- mum ingrediuntur. Atque etiam vt omnem huius teterrimi affectus occasionem effugiant, no- lentes scilicet, si quid fortè vxores turpe admittant, id rescire. Quanquam Plutarchus, vbi suprâ, alias eius rei rationes afferat.

Hippocratis sententia de asseruandâ uxore.

¶ Quid ergo facient, quibus contingunt mulieres suspectæ libidinis: illasne asseruabunt, aut aliis asseruandas dabunt, siue custodes adhibebunt, si quando eos peregre proficisci necesse est: Et cer- tè Hippocrates, ad Abderitas iturus, Democriti curandi gratia, Dionysio, epistola ad eum missa, quæ & nunc extat inter opera ipsius Hippocratis, scribit vxorem interim, dum peregrinaretur, apud parentes mansuram: precatur tamen illum, vt eius mores obseruet, quod pudicè degat, nec ob viri absentiam alios cogitet. Mulieres enim semper opus habere moderatore. Habere enim à natura lasciuia innatam, quæ nisi quotidie amputetur, instar arborum, in materia multæ effusio- nem exuberare. Ego verò, inquit, amicum parentibus diligentioremi puto. custodiendâ vxori. Neque enim, velut illis, inest etiam huic beneuolentiæ affectio, per quam sæpe vmbra admonitio- ni obtenditur. In omnibus enim rebus prudentius est, quod alienum est ab affectione, vt quod minimè à beneuolentia infringatur.

Vxores an as- seruandæ.

¶ Verùm id frustra faciunt, qui ita vxores asseruari faciunt, tum quia impossibile est illas, nisi ve- lint, ita custodiri, quin peccent, illudantq; & fallant maritos, & custodes, strophis ac dolis mulie- ribus: tum quia natura comparatum est, vt in ea magis nitantur, quæ vetita sunt, vt satis diximus suprâ in 8. lege connubiali, num. 16. incip. adde quod contumax tum denique, quod id adulteros magis inuitat, prouocat, ac veluti impellit ad expugnandam mulierum custodiarum pudicitiam, in idque omnes artes ac machinas adhibent, vt postea quoque dicemus. Non immeritò igitur Aureolus Theophrastus apud D. Hieronymum in Iouinianum, dicebat vxorem impudicam ser- uari non posse, pudicam non debere. Subditq; ipse Hieronymus: Illa verè pudicâ dicenda est, cui licet peccare, si velit.

De eadem re.

¶ Et hinc quoque illud Ouidij lib. Episto. 3. Elegia 4.

*Dure vir, imposito tenera custode puella,
Nil agis: ingenio queque tuenda suo est.
Si qua metu dempto casta est, ea demique casta est:
Que quia non liceat, non facit, illa facit.
Vt iam seruari bene corpus, adultera mens est:
Nec custodiri, ni velit, vlla potest.
Nec mentem seruare potes, licet omnia claudas:
Omnibus exclusis intus adulter erit.
Cui peccare licet, peccat minus: ipsa potestas
Semina nequitie languidiora facit.
Desine, crede mihi, vitia irritare vetando.*

Et subdit:

Et cætera, quæ nos adduximus suprâ in d. 8. lege connubiali, quo loco nuper citauimus, vbi & alia in eam sententiam retulimus. Sed & paulò post subiungit idem Ouidius:

*Centum fronte oculos, centum ceruice gerebat
Argus: & hos omnes saepe sefellit amor.
In thalamo Danaë saxo ferroq; perenni,
Que fuerat virgo credita, mater erat.
Penelope mansit, quamuis custode careret,
Inter tam multos intemperata procos.
Quicquid seruatur, cupimus magis: ipsaq; furem
Cura vocat: pauci, quod sinit alter, amant.
Nec facie placet illa sua, sed amore mariti:
Nescio quid, quod te cæperit, esse putant.
Non proba sit, quam vir seruat, sed adultera cara est:
Ipse timor pretium corpore maius habet.
Indignere licet, placet inconcessa voluptas:
Sola placet, timeo dicere si qua potest.*

De eadem re.

¶ Et cætera quæ sequuntur.

¶ Cui ad stipulatur Propertius lib. 2. Elegia 6.

Quos igitur tibi custodes, que limina ponam?

Quæ nunquam supra pes inimicus erat: *Et Tuuchalis Satyra 6.*

Quam peccare pudet, Cynthia, turba sat est:

Audio, quid veteres olim moneatis amici:

Pone seram, cohibe. Sed quis custodiet ipsos

Custodes? cauta est, & ab illis incipit vxor.

Et Martialis lib. 1. ad Cæciliam. Epigram. 41.

Nullus in vrbe fuit tota, qui tangere vellet

Vxorem gratis Cæciliæ tuam,

Dum licuit: sed nunc positus custodibus, ingens

Turba fututorum est. Ingeniosus homo es.

Et Aufonius, qui in Eidylio 14. quod de vita humana est, inter humanas miserias hæc posuit:

Et grauior cautis custodia vana maritis.

Hucq; anus illa Apuleiana, lib. 9. Metamorphoseos, maritorum inefficaces diligentias appellat. Et apud eundem autorem, illo quoque libro, Philestrus hac ipsa potissimum castitate, & insignis tutelæ nimietate instinctus atque inflammatus, quiduis facere, quiduis pati paratus, ad expugnan- dam tenacem domus disciplinam, totis accingitur viribus.

¶ Nec nobis deest in eam rem Græcorum scriptorum autoritas. Nam Euripides apud Stobæum Florilegij cap. 72.

*Μοχθῶν ἄλλως θῆλυ φρεσῶν γένος,
ἢ τις γὰρ αὐτῆ μὴ τίφουκεν ἐνδίκος,
Τί δὲ Φυλάσσει, καὶ ξαμαρτῶνδ πλέους
Frustra laboramus muliebres custodientes genus.
Nam quæ non vltro iusta fuerit,
Quid opus est custodire, ac amplius delinquere?
Τὸ μὲν μέγιστον, ἔπειτ' ἀνδρα γῆ σόφου
Λίαν Φυλάσσει ἄλοχον ἢ μυχρὸς δόμων.
ἔρα γὰρ ὄψις τ' θυραθεν ἡδονῆς,
ἢ δ' ἀφθόνοισι πῖς δ' ἀναστροφόμενῃ,
βλέπτει τ' εἰς πᾶν, καὶ παρῆρα παντ' ἀχῆ,
τὴν ὄψιν ἐμπλήσει τ' ἀπὸ κἀκαίων κἀκῶν.
Τὸ τ' ἄρα αἰετ' κεκρυμμένον λίχνον,
ὅτις δὲ μοχλοῖς καὶ δῆσ φραγισμάτων
Σώζει δαίμονα (κ' αὖ ἀνὴρ δοκῶν βόρος)
Ματαίως δὲ, καὶ φρονῶν δὲν φρονεῖ.
ἢ τις γὰρ ἡμῶν καρδίαν θύρατ' ἔχει,
ὄσσορ μὲν οἷός ἐστι καὶ πῆρεθ' χωρήσει,
Λάθοι δ' ἂν ἄρα τὰς πυκνοφάλαγγας κόρας,
καὶ πρὸς κἀκείνῃ τ' ἔτο δὴ μέγας γέλως,
ἀνὴρ τ' ἄρ' ἔσται, ἢ γυνὴ διοίχεται.*

Et Menander:

Hoc quidem maximum: nunquam oportet virum sapientem

Nimis custodire vxorem in penetralibus domus.

Desiderat enim aspectus rerum externarum voluptatem

In quibus si abunde versetur

Aspiciens omnia, & presens ubique,

Aspectumq; satians, liberatur malis.

Nam & mas semper eius, quod latet, est appetens.

Quisquis autem repagulis, & per figilla

Custodit vxorem, etsi vir videatur sapiens,

Vanus est, & sapiens nihil sapit.

Si qua enim mulier animo foras spectat,

Velocius quidem sagitta & penna separatur.

Ita vt lateat Arrii multoculas pupillas.

Vnde, præter malum, ingens quoque ludibrium

Viri simul & vxor inutiliter pereunt.

¶ Nec tamè frustra vxores seruari, de Phano quopiam, cui cum vxor esset parum spectatæ pudicitia, eam quæ haberet adulterij admodum suspectam, arij fores sic occlusit, vt non nisi cum stridore ac sonitu possent aperiri, vt adulter admissus custodes non falleret. Verùm cum illa, per regulas, minimè scilicet apertis foribus, adulterum admitteret, vicini id rescientes per iocum, dicebant,

ὄρα δὲ φᾶν, Phani ostium. Verùm Eustathius lib. vlti. Odyssæ aliò refert huic non ab simile pro- uerbum ὄρα δὲ φᾶν.

De eadem re.

De eadem re.

De eadem re.

Phani histo- ria.

Proverbium.

Mulieres &

congressu alia rum impudica rum abstinent.

aliud agas, id est, ne videaris id agere metu & diffidentia impudicitiae uxoris, propter eas, quas iam diximus, rationes. Primum illud erit, ut eam ita viuere assuefacias, ut a consuetudine congressu, & familiaritate mulierum impudicissimam eam prohibeas. Nam haec non solum suo exemplo nocent, sed & plerunque alias mulieres ad impudicitiam suis sermonibus alliciunt, ac sibi similes omnes mulieres efficere student: ut verum sit, quod Hermione, aliò tamen respiciens dicit, apud Euripidem in Andromache:

Κακῶν γυναικῶν ἔβροδι μ' ἀπώλεσεν, αἰ μοι λέγασσαι τὰς δ' ἐχάρωσεν λόγος.

Malarum sceminarum introitus me perdiderunt,

Quae mihi loquentes, hos blandè persuaserunt sermones.

Quod & retulit D. Hieronymus lib. 1. in Iouinianum, & Plutarchus, aliò quoque detorquens, in Praeceptis conubialibus, cap. 41. Addit autem Hermione non multò post:

ἀλλ' ἔπειτ', ἔπειτ' (ὃ γὰρ εἰσάπαξ ἐρῶ)

ἔρημιος γὰρ ἐν ἡρώδῃ τις οἶσι γυνή,

ἔρημιος γὰρ οἶσι ἀλοχὸν εἰσφοίτῃν ἐαυ-

τῆς ἑαυτῆς, ἐνταῦθα γὰρ δὲ δ' ἀσκαλοὶ κακῶν.

ἔμειπ κερδάνεσσι συμβέβηθ' ἄλλοις.

ἔμειπ ἀπὸ κακῶν ἀγαθῶν ἐν αὐτῇ δέλει.

Πολλοὶ ἢ μαρτύρητι, κἀντιθέου δόμοι

Νοσῶσι μὲν ἀνδρῶν, πρὸς τὰ δ' εὐφύλακός τε

Κλείροισι, καὶ μοχλοῖσι δ' ὁμᾶτων πύλας,

ἔγεις γὰρ ἄδην αἰ δὴραθεν ἔβροδι

Ἀρδσιν γυναικῶν, ἀλλ' ἂ ποτὶ καὶ κακά,

Sed nunquam, nunquam, (non enim semel dicam)

Oportet sapientes, quibus est uxor;

Ad uxorem in domibus accedere sinere

Mulieres, ipse enim preceptores sunt malorum.

Illa quidem aliquid lucrificiens, corrumpit matrimonium:

Alia peccans, ut peccet cum ea, cupit,

Muliere autem ex stultitia. Hincq, domus

Virorum male habent. Aduersus hac igitur bene munite

Seris & pessulis adium fores.

Sani enim nihil introitus externi

Mulierum efficiunt, sed multa & mala.

Ex quibus & nos aliquid ad aliud attulimus supra in 10. l. connu. nu. 29. incip. ceterum.

15 Consuetudo ac familiaritas multa vim habent ad depravandos mores, & contra. Contagio morum.

Ceterum nemo nescit, quantum vitium ad corrumpendos mores habeat sceleratorum & improborum consuetudo, & familiaritas, ut proborum, ad corrigendos, vel testimonio nostrorum Iurifconsultorum, l. aediles. la j. §. Pedius. ibi, imitatione seruorum factus est aleator fortè, vel vinaris, vel erro. ff. de aedili. edic. vbi Accursius citat illud, quod Catonis esse dicitur, Cum bonis ambula. At illius tex. autoritate glo. in §. cogitandum, in authen. de monach. vbi & ad id est etià bonus text. dicit mores à coniuncto formari. Et ut scribitur in c. sed illud. 45. dist. ex vno peccatore polluitur populus, sicut ex oue morbida vniuersus grex inficitur. Et in c. saepe. xxviii. q. j. saepe malorum consortia bonos corrumpunt. Et facit l. Iulianus. §. quod autem diximus. ff. de actio. empt. & l. si plures. §. afsidua. ff. de administrat. tutor. & cap. vlti. de sta. monach. & quae nos latius in eam sententiam scripsimus supra, in §. l. conubiali, num. 19. incip. ex his illud.

16 De eadem re, ex diuinis scriptoribus.

Sed tu praeterea audi in eam rem diuinorum scriptorum sententias. Nam scribitur psal. 17. & iterum 2. Reg. 22. Cum sancto sanctus eris, & cum viro innocente innocens eris, & cum electo electus eris, & cum peruerso peruertèris. Et Prouerb. 13. Qui cum sapientibus graditur, sapiens erit, amicus stultorum, similis efficietur. Et cap. 21. Paruulus si sectetur sapientem, sumet sapientiam. Et cap. 22. Noli esse amicus homini iracundo, neque ambula cum viro furioso, ne fortè discas similitas eius. Et Ecclesiast. cap. 13. Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea: & qui communicauerit superbo, induet superbiam. Et cap. 19. Qui se iungit fornicariis, nequam erit. Propterea D. Paulus 1. ad Corinth. 5. Si quis (inquit) inter vos est fornicator, aut auarus, aut idolis seruens, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax, cum huiusmodi cibum non sumite.

17 Ex aliorum scriptorum autoritate.

Nec desunt aliorum quoque scriptorum in eam rem sententiae. Querit enim Aristoteles, (si is est, sunt enim qui ad habitant) Problematon parte. 19. cap. 10. Cur qui iusto temperantiq, ac bono viro se iungit, melior in his bonis animi euadit. Qui vero cum sano moram traxerit, nihilo sanior, neque qui cum robustiori aut pulchriori versatur, quicquam in huiusmodi habitus proficit. Quomodo (inquit) bona corporis animo imitari non possumus. Quamquam, quod ad sanitatem pertinet (ut id obiter dicam) scio nonnullos in ea fuisse opinionem, quod etiam sanorum congressus & familiaritate sanitate, ut morbosorum morbos contrahamus.

18 Mosata: lex

Eleazarus ille doctissimus Iudaeorum Pontifex, ab Aristeo, altero ex legatis Ptolemaei Regis interrogatus, quam obrem, si à Deo vniuersa creata sunt, nonnulla impura vocet scriptura, à quibus absti-

bus abstinendum esse iubeat, multas causas reddidit, quarum haec sunt praecipuae, quae ad hunc locum pertinent: Videte (inquit) quantam vim habet consuetudo. Malos enim homines, si cum improbis, probos: si cum probis conuersantur, facile facit. Itaque Deus praecipit à nonnullis immundis animalibus, quae omnia sunt rapacia, feraq, & carnibus aliorum vescuntur, abstinendū, ut hoc quoque symbolo hominum rapacium malorumq; consuetudine deterreret. Nam si animalia huiusmodi tangenda non sunt propter immunditiam, quales erunt homines, qui prauitate morū illis se similes reddunt: Item quia ceteri ferè homines, praeter Iudaeos, Deorum multitudinem colentes & omnibus cibis, nullo animantium delectu, passim vescuntur. Ne igitur illorum conuersatione atque consuetudine corrupti, ad impietatem eorū deferamur, cibi purificatione legali nos à ceteris separauit. Et haec quidem ipse Aristeas in longiora verba retulit, in eo libro, quem de ea legatione fecit, & ex eo Eusebius Caesariensis, lib. de Praeparat. Euangel. 8. cap. 3. Et similia prope scribit Clemens Alexandr. Paedagogi lib. 2. cap. 10. & Lactantius priuatim loquens de prohibitione usus carnis suillae, lib. 4. Diuinarum institutionum, cap. 17.

cur à quorundam animalium usu prohibuit.

19 Philo, quem & idem Eusebius eo. illo lib. c. 4. refert, de Esseis loquens: In ciuitatibus (inquit) non habitant, existimantes, ut contagionem aëris corporibus, sic conuersatione animo nocere. Sed & idem Philo in lib. quem de prouidentia scripsit: Non facile (inquit) potest euadere, qui degit in regione pestifera: ac veluti cum magna vis pluuia descendit, nisi sub tecto sis, necesse est, etiam si sapiens sis, imbrem perferre, cumq; frigidissimus Boreas perflat, frigore premi, & aestatis ardore calefieri eodem modo, si cum iniustis vitam agis, necesse est multa inde mala perpeti. Ipse quoque Eusebius lib. 6. illius operis, cap. 5. Illi (ait) quibuscum viuimus, voluntatem plerunque nostrā rationibus, aut quouis alio modo, ad suam conuertunt. Et aliās meliorem, aliās peiorem efficiunt. Solet enim conuersatio praua nocere, sicut è contrario bona prodesse. Bonos quippe mores mala conuersatio corrumpit, veluti etiam prauis moribus proba conuersatione corriguntur.

De eadem re.

20 Plutarchus in libro, de Liberis educandis, hanc affert veterem sententiam αὐ χωλῶ παροικησῆς ὑποσκάζει μαθησῆς. Si iuxta claudum habitaueris, discas & tu subclaudicare. Quam & ipsam Pin-

Prouerbiū.

dari interpres ex Aristarcho ita extulit:
Χωλῶ παροικῆς κἀν ἐνὶ, τκάζει μαθοῖς.
Claudo vel vni si propinquus fueris,
Disces & ipse claudicare protinus.

Id est, ex Erasmi versione:

Alibi idem Plutarchus in illo eodem lib. Generaliter (inquit) liberos nostros flagitiosorum hominum consortio segregare decebit: eorum enim malignitatem reportant. Quod & Pythagoras obscuris quibusdam praecipit sermonibus, quos hoc in loco positos explanabo, quoniam ad conquirendam virtutem non minimum videntur afferre momentum: quale est illud, μὴ γένεσθαι τῷ μελανόρω. Ne gustes ex his, quibus nigra cauda est, hoc est, cum omnibus consuetudinem non esse habendam, quos morum deprauatio ipsa denigrat. Idem quoque Plutarchus in lib. de ratione dignoscendi verum amicum ab adulatore, tradit tantam habere vim afsiduā consuetudinem, ut imprudentes etiam imitemur eorum vitia, quibuscum viuimus. Sic enim ferunt Platonis familiares expressisse contra eos illius humeros: & Aristotelis amicos eiusdem balbutiem imitatos fuisse: rursusq; Alexandri Regis familiares eius ceruicem inflexam, & in dicendo vocis asperitatem representasse.

Pythagora symbolum.

Platonis familiares eius contra tractos humeros imitabantur.

21 Seneca lib. 3. de Ira: Sumuntur à conuersantibus mores, & ut quaedam in contactu corpore, vitia transfiliunt, ita animus mala sua proximis tradit. Ebriosus conuictores in amorem vini traxit. Impudicorum cœtus fortem etiam virū emollit. Auaritia in proximos virus suum transtulit. Eadem è diuerso ratio virtutū est, ut omne quod secum habent, mitigent, nec tam valetudini profuit vitilis regio, & salubrius cœlum, quàm animis parum firmis in turba meliorum versari. Quae res quantum possit, intelliges, si videris feras quoque conuictu nostro mansuescere, nulliq; immani bestiae vim suam permanere, si hominis contubernium diu passa est. Idem in lib. de Tranquillitate vitae, monet, ut amicos vacuos (quantū fieri potest) à cupiditatibus eligamus. Serpunt enim vitia, & in proximum quenque transfiliunt, & contactu nocent. Itaque ut quod in pestilentia curandum est ne corruptis iam corporibus, & morbo flagrantibus afsideamus, quia pericula traheamus, afflatuq; ipso in proximo laborabimus: ita in amicorum legendis ingeniis dabimus operam, ut quàm minimè inquinatos assumamus. Idem autor ad Lucillum: Nulla res magis animos inducit (nisi malis legere, induit) honestos, & in prauum declinabiles erigit ad rectum, quàm bonorum virorum conuersatio. Paulatim enim descendit in peccora, & vim praceptorum obtinet, frequenter aspici, frequenter audiri. Sed & alia multa in eam sententiā videbis apud eundem, eiusdem operis Epistol. 7. & apud Clementem Alexandrinum lib. Paedagog. 3. cap. 4. ex quo decerpere poteris, quae tibi vsui videbis.

De eadem re, ex Platone.

22 Ante hos Plato lib. 2. de Legibus, eleganter admodum ostendit, quomodo tacitè & nihil tale cogitantes nos fallat cōtagium improborum hominum. ὁπότερον ἐκός, εἰ καὶ ἀναγκαῖον ἔτ' εἶναι, ὅπου ὅταν τις πονηρὸς ἴδῃσιν σιωπῶν κακῶν ἀνθρώπων, μὴ μισθῶ, χεῖρ δ' ἀπ' ἐρχόμενος, ἴδῃσιν ἢ ὡς ἂν παρ' ἑαυτοῦ μοῖρα ὀνειρώτερον αὐ ταυτῶν μοχθηρίαν, τότε ὁμοῦδ' ἴδῃσιν ἀνάγκη ἔχειν ἑαυτὸν ὁ ὁπότερος αὐ χεῖροι. Id est, Vtrum probabile, an potius necessarium hoc ipsum esse, licuti cum quis cum prauis improborum hominum moribus conuersatur, nec eorum mores odit, sed potius delectatur, & indulget:

& tamen veluti per iocum reprehendit, quasi per somnium in seipso percipiens eorum malitiam: tunc profecto necesse est, vt similis euadat illis, quibus gaudet, etiamsi laudare vereatur. Sed non omittendum quod in eam rem lege sanxit Charondas Thuriarum legislator. Nam considerata &c. Vide omnino Diodorum Siculum lib. 2. pag. 277. ad finem.

23 ¶ Suntque in eam sententiam Poetarum carmina. Menandri enim versus est:

De eadem re, ex poetis Graecis.

Σόφοις ὁμιλῶν καὶ αὐτὸς ἐκβήσῃ βρός.
Cum sapientibus conuersans & ipse euades sapiens.
Κακοῖς ὁμιλῶν καὶ αὐτὸς ἐκβήσῃ κακός.
Cum malis conuersans, & ipse euades malus.

Item ille:

Sophocles in Tragedia, quae Ajax Locrensis inscribitur:

Σοφοὶ τύραννοι ἢ βροῶν ξυνοσίαι.
Sapientes tyranni sapientum congressu.

Ex illo enim eum versus citant Zenodotus in Prouerbiis, & Aulus Gellius lib. 13. Noctium Atticarum, cap. 18. vbi miratur Platonem in Theaeteto ex Euripide citasse, cum Sophocles vetustior fuerit Euripide. Verum Platonis locus, vbi eum versus citat, non est in Theaeteto, sed in octauo lib. de Repub. ad finem, & in Theage.

24 ¶ Ex Latinis Poetis huc respicit Iuuen. Satyr. 2.

Et ex Latinis.

—Dedit hanc contagio labem,
Et dabit in plures: sicut grex totus in agris
Vnius scabie cadit, & porrigine porci,
Vnaque, conspecta liuorem ducit ab vna.

Quae vltima sententia alludit ad illud vetus Suidae adagium, βότρου πρὸς βότρου πεπαινεῖ, Botrus iuxta botrum murescit. Translatum ab vuis, quae mutuo oppositu maturitatem aut liuorem, inter sese vicissim & dant, & accipiunt: quod & recensuit Erasmus Chiliad. 3. cent. 2. Prouerb. 49. Et huc quoque spectat Ouid. lib. 2. de Remedio amoris:

Si quis amat, nec vis, facito contagia vites:
Hac etenim pecori sepe nocere solent.
Dum spectant lesos oculos, leduntur & ipsi:
Multaque, corporibus transiione nocent.
Scilicet est aliquid cum sanis viuere ventis.

Et in Epistola Canaces ad Macareum:

25 Mulieres impudice impudicas alias esse cupiunt.

¶ Nec praetermittam id, quod supra diximus, mulieres impudicas id maximè cupere, vt caeterae omnes sint sui similes. Id certè adstruit Philo senex Plautinus in Trinummò, vbi filium Lyfitelem ita monet:

—Per pietatem nolo ego cum improbis,
Gnate mi, neque in via, neque in foro, vllum sermonem exequi.
Νομι εγω hoc seculum moribus quibus sit: malus bonum malum
Esse volt, vt sui sit similis.

Proindeque alter alterum, qui cum est familiaritas & consuetudo, sollicitat, vt & id ipsum faciant, quod ipsi facere solent. Quod & affirmat noster Iuriconsultus in d. l. Iulianus. §. quod autem diximus. ibi, alios secum sollicitauit, vt fagerent. ff. de act. empti.

26 Physica horum ratio.

¶ Porro, eorum, quae diximus, est physica ratio, quam scripsit Marsilius Ficinus lib. de Triplici vita tertio, cap. 23. Memento (inquit) familiaritatem eorum inire, quibus gratiae caelestes affluant: quod ex bonis animi, fortunae, corporis pendens. Sicut enim odor ex moscho, sic ex bono boni non nihil exhalat in proximum, ac saepe perseverat infusum. Mirificus autem foret coetus trium foelicium, vel duorum inter se mirabiliter redundantium. Memento denique effrenatos, & impudentes, & malignos, ac infelices procul fugere. Hi nanque malorum pleni demonum, vel radiorum, malefici sunt, & tanquam leprosi pestilentesque: non solum tactu nocent, sed propinquitate etiam & aspectu. Sanè propinquitas ipsa corporum animatorum putatur esse contactus propter efficacem vaporum exhalationem, foris à calore, spiritu, affectu manantem. Maximè autem pestilens erit, flagitiosorum familiaritas, atque crudelium, si verum fuerit, post vegetalem vitam mense Iouis, id est, secundo, nobis infusam deinceps mense Martis, id est, tertio, sensualem animam infundi, perturbationibus mancipatam. Sic enim, qui perturbatione feruntur, Martis pleni, Martiali contagione propinquos inficiunt. Contraria verò ratione consuetudo frequens, continuumque commercium cum facinorosis, excellentibusque, vt diximus, prodesse mirificè consuevit. Apollonium Tyaneum ferunt, Ephesi deprehendisse senem, sub cuius figura lateret daemon, qui sola praesentia totam ciuitatem peste contaminabat. Quantum verò multis praesentia sola profecerit, Xenophon & Plato testantur.

27 Mulieres à congressu uirorum impudicorum caueant.

¶ S E C V N D V M, primo proximum, vt viri etiam vxores à virorum impudicorum, & matronalis pudicitiae insidiatorum congressu, & consuetudine prohibeant. Nam praeterquam quod hi, cum tales sint, nihil intentatum relinquunt, omnibusque artibus studet, & sagunt castitatem domus euertere, vt suis voluptatibus potiantur, sola ipsa consuetudo, nescio quo pacto, amorem & libidinem conciliat, & vt scribit Lucretius:

Consuetudo concinnat amorem.

Vnde

Vnde Cicero in Laelio: Auxit consuetudo benevolentiam. Id quod mouit Apuleium, vt scitissimè lib. 6. Asini aurei, Consuetudinem Veneris famulam faceret, in hac verba: Iamque fores eius dominae proximanti occurrit vna de famulatione Veneris, nomine Consuetudo. Hincque etiam Selenium Plautina, in Cistellaria dicit, Alcesimarcum in amicitia suam insinuasse se bladiis, muneribus, donis, & consuetudine. Et huc quoque alludit tex. in c. veniens. de eo qui cognò. còsanguini vxor. suae, in illis verbis, deinde ex conuersatione diutina forori puellae se coniunxit.

Consuetudo Veneris famula.

28 ¶ Nec est, quòd ea in re amico fidere debeas, quoniam vt voluptati nostrae indulgeamus, nullam plerunque habemus amicitiae, fidei, & honestatis rationem. Quod conqueritur Ouid. libro 1. de Arte amandi:

Amicis non fidendum in ea re.

Conquerar? an moneam, mixtum fas esse nefasque,
Nomen amicitiae, nomen inane fides.

Hei mihi non tutum est, quod amas, laudare sodali:
Cum tibi laudanti credidit, ille subit.

Deindeque perpaucos amicos in ea re

extitisse, sed nullos hodie tales reperiri amplius posse affirmat:

At non Aetorides lectum temeravit Achillis:

Quantum ad Pirithoam Pradra padica fuit.

Hermionem Pylades, vt Pallada Phaebus amauit,

Quodque tibi geminus Tyndari Castor, erat.

Si quis idem sperat, laturas poma myricas

Speret, & è medio flumine mella petat:

Nil nisi turpe iuuat: cura est sua cuique voluptas

Hac quoque ab alterius grata dolore venit.

Heu facinus, non est hostis metuendus amanti

Quos credis fidos, effuge, tutus eris.

Cognatum, fratremque caue, fidumque sodalem:

Præbebit veros hac tibi turba metus.

Ex quo & illud eiusdem lib. 1. de Arte amandi:

Sint etiam tua vota, viro placuisse puella,

Vtilior votis factus amicus erit.

Et paulò post:

Tuta frequensque via est, per amici fallere nomen:

Tuta frequensque licet sit via, crimen habet.

Et in eam sententiam est illud Propertij lib. 2. ad Lynceum Poëtam, Eleg. postrema:

Cur quisquam faciem domina iam credat amico?

Sic erepta mihi penè puella fuit.

Expertus dico, nemo est in amore fidelis.

Formosam raro non sibi quisque petit.

Polluit ille Deus cognatos, soluit amicos:

Et bene concordas tristia ad arma vocat.

Hospes in hospitium Menelao venit adulter:

Colchis & ignotum nonne secuta virum est?

Et Mnesilochus amator Plautinus in Bacchide:

Satin', vt quem fidelem habeas, aut cui credas, nescias?

Quis autem nescit illud Hieremiae cap. 29. Et moechati sunt in vxores amicorum suorum.

29 ¶ TERTIVM, vt inhoneftis, lasciuus, obfcenais còfabulationibus vxorè arceas, quae ad libidinè prouocant. Scitus est enim ille Menandri Senarius, à D. Paulo 1. ad Cor. c. 15. vsurpatus:

Mulieres lasciuus sermone abstinere.

Θεῖος σὺ ἦθ' ἢ καὶ ὁμιλία κακῆ.

Corrumpunt mores bonos colloquia mala.

Cuius sententiae meminit Tertullianus lib. 1. ad vxorem, paulò ante fin. inquiens, Conuictu atque commercia Deo digna sectare, memor illius versiculi sanctificati,

Bonos corrumpunt mores congressus mali.

Cui non abfimile est illud Naumachij, alterius Poëtae, apud Arsenium:

Κεδνὰ κακοὶ θεῖοςσι γυναικῶν ἡδὲα μύθοι.

Verba bonos vitiant mulierum turpia mores.

30 ¶ Quos secuti alij duo Poëtae nostri seculi, scilicet Iouius Pontanus lib. 1. de Amore coniugali ad vxorem, de liberis educandis:

De eadem re.

Corrumpunt mala dicta animum, moresque verendos.

In veros sensus saepe abiere ioci.

Lasciuos igitur sensus, lasciuaque verba

Pignoribus nostris rite cauenda vide.

Alter, Baptista Mantuanus contra impudicè scribentes:

Verba mouent animos, oris lasciuia pectus

Pulsat, & in venas semina mortis agit.

31 ¶ Aristoteles autem lib. Politicò 7. cap. 17. Omnino (inquit) obfcenitas verborum, si quicquam

Obfcenitas

uorborum e ciuitate pel- lenda. Libidinis fo- mentum ser- mo lasciuus.

aliud, per legislatorem exterminanda est de ciuitate. Ex turpiter enim loquendi licentia sequitur & turpe facere. Epictetus alter Philosophus, apud Antonium Monachum Melissam, id est apicule, tomo primo, c. 14. *ὀπίκειναιμα ἐπιθυμίας λογῆ ἐροτικός*. Id est, Fomentum libidinis, sermo amatorius siue lasciuus est. Quam & ipsam sententiam ex Chariclea repetit Abbas Maximus, Aphorismorum serm. 3, in fi. D. Hieronymus ad Demetriadem, in ea epistola cuius initium est, Inter omnes: Nunquam (ait) uerbum inhonestum audias, aut si audieris, irascaris. Perditæ mentis homines vno frequenter leuique sermone tentant claustra pudicitiae. In hanc quoque sententiam Clemens Alexandrinus lib. 2. Pædagog. cap. 10. Impudicorum (inquit) uerborum, & turpium figurarum, metreticiorumque osculorum, & huiusmodi lasciuarum nomina ne sunt quidem memoria tenenda, beatum sequentibus Apostolum, qui aperte dicit, scilicet ad Ephes. c. 5. Fornicatio autem, & omnis obscœnitas ne nominetur quidem apud uos, sicut decet sanctos.

32 Epicharmus multatus ob lasciuum uerbum. Romuli lex in eos, qui lasciuie coram fœminis loquerentur.

¶ Igitur nõ iniuria Lacedæmonij libros Archilochi de ciuitate sua exportari iusserunt, quod eorum parum uerecundam ac pudicam lectionem arbitrabantur: ut tradit Valerius Maximus lib. 6. c. 3. Nec ab similitè Hiero ille post Gelonem Syracusanorum Tyrannus, Epicharmum Poëtam Comicum multa affecit, quod vxore eius præsentè lasciuia quippiam prorulisset, ut testis est Plutarchus in Apohthegmatis Imperatorum. Nam & antè Romuli legibus (ut idem tradit in uita illius) qui coram fœminis obscœni quippiam dixisset, non secus ac homicida puniebatur. Nostris autem legibus, qui turpibus uerbis coram fœminis utitur, licet aliàs earum pudicitiam non tētet, id est, licet non id faciat causa tentandæ pudicitia, iniuriarum tenetur. Item apud Labeonem. §. qui turpibus. iunctis præcedentibus. D. de iniur.

33 Mulieres ab obscœnis pi- sturis caueat.

¶ Q V A R T V M, ut à picturis quoque impudicis, & obscœnis caueant, quæ & ipse non minùs impudicitiam incitant, ut uidere licet ex Eunucho Terentij, ubi Chærea adolēscens suspēctans tabulam in qua depingebatur Iouis & Danaes concubitus, in libidinem exatit.

Virgo in conclauj sedet.

Suspēctans tabulam quandam pictam, ubi inerat pictura hæc, Iouem Quo pacto Donæ misisse aiunt quondam in gremium imbrem aureum. Egomet quoque id spectare cepi: & quia consimilem luserat iam olim ille ludum, impendio magis animus gaudebat mihi, Deum sese in hominem conuertisse, atque per alienas tegulas Venisse clanculum per impluuium, fucum factum mulieri. A quem Deum: qui templa celi summa sonitu concutit. Ego homuncio hoc non facerem? ego illud uerò ita feci libens.

Quo in loco Donatus, Philosophicè (inquit) nunc Terentius demonstrauit, quam cladem moribus hominum & ciuitatibus afferant figmenta poetarum, cum exempla scelerum afferant peccaturis. Et eum quoque Terentij locum ad eam rem expendit D. Aug. de Ciuit. Dei lib. 2. cap. 7.

34 De eadem re.

¶ Quid quod Propertius lib. 2. Eleg. 4. impudicitia veluti originem tribuit picturis obscœnis, quibus spectantes ad libidinem incenduntur. Ita enim inquit:

Quæ manus obscœnas depinxit prima tabellas, Et posuit casta turpia uisa domo. Ille puellarum ingenuos corrumpit ocellos: Nequitiaq; sua noluit esse rudes.

Picturæ lasciuæ languen- tes libidines excitant.

Tradit autem Suetonius, Tiberium cubicula plurifariam adornasse tabellis lasciuissimarum picturarum, ut aspectu deficientes libidines excitaret. Ideo Aristoteles lib. Politicôn 7. ca. 17. prohibet aspiciere aut picturas, aut actus deformes, monētque, ut sit cura magistratibus, nullam neque picturam neque statuam esse talium rerum imitatricem. Nisi (ut subdit ironicè) apud Deos tales, quibus etiam lasciuam lex tribuit.

35 Mulieres a ludis publicis arceantur. Præsertim impudicis.

¶ Q V I N T V M, ut & à ludis, scenis, & spectaculis publicis, præsertim uerò impudicis, prohibeantur, tum propter eorum lasciuam, quæ & ad libidinem incitat: tum quia illuc multi iuuenes, cupidinei, & spectatores otiosi conueniunt, qui nil aliud quàm tendunt retia, & insidias pudicitia matronarum & puellarum, ut docet Ouid. lib. 1. de Arte amandi:

Sed tu præcipue curuis uenare theatris: Hæc loca sunt uoto fertiliora tuo. Spectatum ueniunt, ueniunt spectentur ut ipsæ; Ille locus casti damna pudoris habet.

Et rursus non multo post:

Nec te nobilium fugiat certamen equorum: Multa capax populi commoda circus habet. Ludi quoque semina præbent Nequitia.—

Tollatur circus: nam tuta licentia non est: Hic sedet ignoto iuncta puella uiro.

At tanti tibi sit non indulgere theatris, Dum bene de vacuo pectore cedat amor.

Et post pauca:

Et lib. 2. Tristium ad Augustum:

Et paulò post:

Et lib. 2. de Remedio amoris:

Eneruant

Eneruant animos cithara cantusque, hyæd; Et uox, & numeris brachia mora suis; Illic asidue facti cantantur amantes:

36 ¶ Quibus & ad stipulatur Propertius lib. 2. Elegiar. Illic te multi poterunt corrumpere ludi.

Chironomon. Ledam, molli saltante Batyllo, Tuccia vesica non imperat, Appula gannir, Sicut in amplexu.—

Et Pontanus in illo libro de liberis educandis: Penelope nunquam, nunquam Lucretia uidit, Histrio dum molli scenica uoce canit.

Nam & uiri ipsi maximè in libidinem accenduntur, cum uident mulieres lasciuè saltantes, vel testimonio ipsius Iuuenalis Satyr. 11. ubi ait,

Forssitan expectes, ut Gaditana canoro Incipiat prurire choro, plausuque probata Ad terram tremulo descendat clune puella, Irritamentum Veneris languentis.

37 ¶ Et ob hæc, ni fallor, Græcorum legibus prohibitum fuit, ne Olympicis certaminibus mulieres spectandi gratia sese insererent, ut tradit Stratijs ille doctus interpres, huc referens illud ipsius Stratijs lib. 1. Thebaidos,

— Excluseq; expectant premia matres. Quod & probat illud Valerij Max. lib. 8. c. 16. eodemque uult. Berenices, inquit, nõ vulgaris honos, cui soli omnium fœminarum gymnico spectaculo interesse permillum est, cum ad Olympia filium Euclea certamen ingressum adduxisset, Olympionico patre genita, fratribus eandem palmam affecutis latera eius cingebatur. Ex quo, & illud Menædri Rhetoris: In quibusdã Panegyricis (inquit) conuentibus non ferè uisuntur mulieres. Et ad id nõ nihil spectat, quod supra diximus in quarta lege conubiali, nu. 37. incip. sed quod de certaminibus. Plutarchus in problematis Romanorum, cap. 13. scribit Sempronium vxorem repudiasse, quod ea ludos funebres spectasset. Quod & idem retulit Valerius Maximus lib. 6. cap. 3. Qui & ipse lib. 2. cap. 1. tradit Malsilienses nullum aditum in scenam fabulis, quæ Mimi dicuntur, dedisse, quod eorum argumenta, magna ex parte, stuprorum actus continent: ne talia spectandi consuetudo etiam imitandi licentiam sumeret. Suetonius autem in Augusto cap. 44. fœminis ne gladiatores quidem, quos promiscuè spectari solenne olim erat, nisi ex superiore loco spectare concessit. Athletarum uerò spectaculo muliebrem sexum summouit. Nostris autem Iustiniani Imper. legibus, licet uiro vxorem repudiare, *καὶ ἰππικῶν, ἢ διαπρικῶν, ἢ κωμῳγίας παραγίνεσθαι τῶν θεωρῆσαι, ἀγνῶνθῶν, ἢ καὶ κωλύοντος τῶν δόξῶν*. id est, Si ad circenses, aut theatrales ludos, aut arenas uenationes spectatum prodeat, ignorante, aut etiam prohibente uiro, ut scribitur in §. quia uerò plurimas. in auth. ut liceat matri, & a uiuæ. quod & repetitum est in l. consensu. §. uir quoque. C. de repud.

38 ¶ Sed audi, benigne Lector, quid de his ludis, præsertim Floralibus, scribant Seneca, & Lactantius, ille ad Lucillium Epistola 7. Nihil (inquiens) tam danosum bonis moribus, quàm in aliquo spectaculo desiderè. Tunc enim per uoluptatem facilius uitia surrepunt. Quid me existimas dicere? Auarior redeo, ambitiosior, luxuriosior, & cætera quæ sequuntur. Lactantius autem lib. 1. c. 20. Celebrantur illi ludi cum omni lasciuia, conuenienter memoria meretricis. Nam præter uerborum lasciuam, quibus obscœnitas omnis effunditur, exuuntur etiam uestibus populo flagitante meretrices, quæ tunc mimorum funguntur officio: & in conspectu populi usque ad satietatem impudicorum hominum cum pudendis motibus detinetur. Et rursus lib. 6. c. 20. Nam & Comica fabulæ de stupris uirginum loquuntur, aut amatoribus meretricum: & quod magis sunt eloquentes, qui flagitia illa finxerunt, eò magis sententiarum elegantia persuadent, & facilius inhaerent animis audientium uersus numerosi & ornati. Item tragica historia subiciunt oculis parricidia, & incesta Regum malorum, & cothurnata scelera demonstrant. Histriorum quoque impudicissimi motus quid aliud, nisi libidines, docent, & instigant: quorum eneruata corpora & in muliebrem incessum habitumque mollita, impudicas fœminas inhonestis gestibus mentiuntur? Quid de mimis loquar corruptelarum præferentibus disciplinam? qui docent adulteria, dum fingunt, & simulatis erudiunt ueræ? Quid iuuenes, aut uirgines faciunt, cum & fieri sine pudore, & spectari libenter ab omnibus cernant? Admonentur utique, quid facere possint, & inflammantur libidine, quæ aspectu maximè concitatur: ac se quisque pro sexu in illis imaginibus præfiguratur: probantque illa dum rident, & adherentibus uitis corruptiores ad cubicula reuertuntur: nec pueri modo, quos præmatris uitis imbui non oportet, sed etiam senes, quos peccare iam non decet, in tabem uitiorum delabuntur. Et paulò post: Vitanda ergo spectacula omnia, non solum quod uitiorum peccatoribus insident, quæ sedata & pacifica esse debent, sed ne cuius nos uoluptatis consuetudo delinuat, & à Deo atque à bonis operibus auertat. Sed & audi quæ Cæcilius ille Cyprianus in eam sententiam scripsit, lib. 2. Epistol. ad Donatum eiusdè lib. 2. Epist. 2. Conuertere (ait) hinc uultus ad diuersi spectaculi non minùs peccanda contagia. In theatris quoque conspicias, quod tibi & dolori sit &

De eadem re.

Mulieres Olympicis certaminibus olim arceantur.

De eadem re.

fit & pudori. Cothurnus est Tragicus, prisca facinora carmine recenfere: de parricidis, & incestis horror antiquus, expressa ad imaginem veritatis actione, replicatur: ne seculis transeuntibus exolescat, quod aliquando commissum est. Admonetur omnis aetas auditu fieri posse, quod aliquando factum est. Nunquam aui senio delicta moriuntur, nunquam crimen temporibus obruit: nunquam scelus obliuione sepelitur. Exempla fiunt, quae iam esse facinora destiterunt. Tunc delectat in mimis turpitudinem magisterio, vel quid domi gesserit recognoscere, vel quid gerere possit, audire. Adulterium discitur, dum videtur: & lenocinante ad vitia publicae auctoritatis malo, quae pudica fortasse matrona ad spectaculum accesserit, de spectaculo reuertitur impudica. Ad haec deinde morum quanta labe! quae probrorum fomenta! quae alimenta vitiuorum histrionicis gestibus inquinari! videre contra foedus iusque nascendi patientiam incestae turpitudinis elaboratam! Euirantur mares: omnis honor & vigor sexus eneruati corporis dedecore emollitur: plusque illic placet, quisquis virum in foeminam magis fregerit. In laudem crescit ex crimine, & eo peritior, quod turpior iudicatur. Spectatur hic, pro nefas, & libenter. Quid non potest suadere, qui talis est? Mouet sensus, mulcet affectus, expugnat boni pectoris conscientiam fortioerem. Nec deest probri blandientis auctoritas, vt auditu molliore hominibus pernicies obrepat. Exprimunt impudicam Venerem, adulterum Martem, Iouem illum suum, non magis regno, quam vitius principem, in terrenos amores cum ipsis suis fulminibus ardentem, & alia plurima, quae sequuntur.

Scienter itaque ac prudenter (vt hoc caput semel finiam) Aetius Tetrabi. 3. Serm. item 3. cap. 34. monet eos, qui stomacho laborant, abstinere a spectaculis & lectionibus, quae venere rei vsu in memoriam reuocare solent: vt & nos ad aliud memorauimus in 15. leg. connubiali, nu. 32. incip. inter caetera, ne videlicet ad Venerem prouocentur, quae illis, siquid aliud, obest. Sed & illud non omiserim, quod ad haec proxime accedit, vt non solum ludos hos publicos mulieres vitent, sed & loca quoque publica, quibus frequenter conueniunt viri & foeminae, veluti spectandi confabulandique causa, vt Romae erat porticus Liua, porticus Pompeia. De quibus Ouidius, de hac ipsa re loquens, lib. 1. de Arte amandi ait:

Tu modo Pompeia lentus spatiare sub umbra,
Cum sol Herculei terga leonis adit.
Nec tibi vitetur, quae priscae sparsa tabellis
Porticus, auctoris Liua nomen habet.

Ex quo & illud Iuuenalis saty. 6. quod & ad ea quae iam diximus spectat:

Porticibusne tibi monstratur foemina voto
Digna tuos cuneis an habent spectacula totis?
Quod securus ames, quodque inde excerpere possis?
Chironomon Ledam molli saltante Baryllo
Tuccia vesica non imperat, Appula gannit
Sicut in amplexu subitum etc.

Ex quibus intelliges haec, si quid aliud incitare mulieres etiam castas in libidinem, quod & ex ipsius Aetij eo in loco sententia ostenditur, vt scilicet abstinant mulieres a lectionibus librorum impudicorum. Haec enim supra modum libidinem accendunt, & irritant. Quod & ex Mantuano illo videre est, in illis carminibus, quibus impudice scribentes arguit:

Si proba virginitati, lasciuaque pagina, multas
Efficit incestos, in Veneremque trahit.
Eloquat inuitus, teneros ne tange Poetas:
Summoueo dotes impius ipse meas.
Callimachum fugito, non est inimicus amoris:
Et cum Callimacho tu quoque Coe noces.
Me certe Sappho meliorem fecit amica,
Nec rigidos mores Teia musa dedit.
Carmina quis potuit tuto legisse Tibulli?
Vel tua, cuius opus Cynthia sola fuit?
Quis potuit lecto durus discedere Gallo?
Et mea nescio quid carmina tale sonant.

Ante illum autem Ouidius lib. 2. de Arte amandi.

Prudenter igitur Lacedaemonij, quorum res publica optime instituta est, Archilochi Poetae omnium perulantisissimi (ita enim appellat Oenomaus apud Eusebium) libros e ciuitate sua exportari iusserunt, quod earum parum verecundam ac pudicam lectionem arbitrarentur. Noluisse enim, ea liberorum suorum animos imbui, ne plus moribus noceret, quam ingenis prodesset, vt scribit Valerius libro sexto, capite tertio, quod est de Seueritate. Et ea causa plurimi censuerunt, Poetarum libros, qui adulteria Deorum impudenter describunt, reiciendos esse, & inter caeteros D. Basilium in libr. de legendis libris Gentilium: Caeterum Priapus in obsceno illo carmine Virgilij, aut cuiusdam alterius, matronas castas abigit a lectione illius carminis,

Mulieres hinc procul abite caste,
Turpe est vos legere impudica verba.

SEPTIMUM, ne vxores secretos ac nocturnos illos coetus & conuentus adeant. Hi enim admodum

39
Stomacho laborantes a spectaculis & lectionibus ueneris abstineant.

40
Mulieres a lectionibus impudicis caueant.

41
Lacedemonij libros Archilochi Poetae lasciuie eiecerunt. Poetae adulteria deorum describentes reiciendi.

42

modum suspecti sunt, vel exemplo Pompeiae uxoris Caesaris, & Clodij, qui in sacris Bonae Deae sese inuicem stupro polluerunt: vt nos alibi diximus. Nam & Euripides in Bacchis, loquens de Orgiis Bacchi, introducit Pentheum, & Dionysium ita colloquentes:

Τὰ δ' ἔρα νύκτωρ, ἢ μεθ' ἡμέραν τελέεις;
Νύκτωρ τὰ πολλὰ σεμνότης ἔρα σκότος.
Τὸτ' εἰς γυναικας δόλιον ἐστὶ, καὶ ἀβροῶν

Id est, ad verbum, quantum sermonis ratio permittit:

Haec vero sacra noctu, an interdum celebras?
Noctu plerumque, reuerentiam habent tenebrae.
Istud erga mulieres dolosum est, & vitiosum.

43 Romulus inter suas leges & hanc quoque sanxit, vt ne essent nocturnae in templo vigiliae virorum cum mulieribus, vt scribit Dionysius Halicarn. lib. 2. Originum Rom. Huius verba sunt haec, Διαπανυχιασμός ἐν ἑροῖς ἀδρῶν σὺν γυναικί, καὶ τὰς βαρχείας, καὶ τελετὰς ἀπορρήτους. Ex quo etiam postea Legibus duodecim Tabularum ita cautum fuisse scribit Cicero lib. 2. de Legib. NOCTURNA SACRIFICIA NESVNTO. Quo in loco multa adfert ipse Tullius, quibus ostendit huiusmodi Sacrificia suspectissima esse, vt tibi videre poteris. Inter caetera autem tradit, Aristophanem facetissimum Poetam veteris Comediae, novos Deos, & in his colendis nocturnas peruigilationes, sic vexasse, vt apud eum Sabazius, & quidam alij Dij de peregrinis iudicati, e ciuitate eiiciantur. Sabazius autem ille Deus (vt id obiter dicam) Bacchus erat, vt videre licet ex Amphit heo in secundo Heracleae, Strab. lib. 10. Diodoro Siculo li. 4. aut vt alij computant, 5. Eustathio, Hesychio, & alijs multis. Tradit ite Cicero vbi supra, Diagondam Thebanum in media Graecia, omnia haec nocturna sacrificia, lege perpetua sustulisse. Atque etiam inibi loquitur de Bacchanalibus, quae apud Romanos noctu celebrantur. Ideo & Nyctolia appellabantur, vt scribit Seruius li. 4. Aeneid. in eum locum, Vbi audito stimulant Trieterica Baccho Orgia etc.

Subditque ea populum Romanum exclusisse, causa turpitudinis. Nam in his (vt graphicè describit Titus Liuius libro 9. Belli Macedonici) viri per noctem foeminis, & tenerae aetati turpiter miscebantur. Qua re comperta, fure Senatusconsulto sublata: & in multos animaduersum fuit. Vnde illud Iuuenalis Saty. 2.

Qui Curios simulant, & Bacchanalia viuunt.

Has leges secutus Constantinus Imperator, hanc quoque legem tulit: Abolentur sacrificia nocturna, Magnentio autore permissa: & nepharia deinceps licentia repellatur. Quae lex est in Theodosiano Codice, li. 16. tit. 8. qui est de paganis sacrificijs, & templis. Et huius quoque meminit Eusebius in vita ipsius Constantini lib. 4. Sed & Elibertinum in Hispania Concilium vetat nocturnas mulierum peruigilationes in coemeterijs, quod eo, inquit, praetextu multa impudice & turpiter clam committerentur.

44 Eupolis Atheniensis, priscae Comediae scriptor, in ea fabula, cui Bapras nomen fecit, nocturna Atheniensium sacra, quae Coryttia vocabantur, damnauit. Demonax illustris Philosophus, Adriani Imperatoris tempore nunquam sibi permisit, vt ad sacrificia Eleusina accederet. Cuius rei nomine a populo admodum exagitatus, atque accusatus, tanquam patriae religionis contemptor, oratione in eam rem habita, id excusauit, dicens ea sacra merito sibi videri suspecta, quod clam fierent. Ea autem palam fieri debere, vt si bona essent, alios ad amplectendam colendamque religionem: si mala, ad vitandam inducerent. Cuius rei testis est Lucianus in vita ipsius Demonactis.

45 Quid, quod denique Octauius ille Augustus inter pulcherrimas ipsius constitutiones eam quoque edidit: ne secularibus ludis inueniens quicuisque sexus vllum nocturnum spectaculum frequentaret, nisi cum aliquo maiore natu propinquorum. Cuius rei testis est locupletissimus Suetonius Tranquillus in vita ipsius, c. 31. Nempe quod id tempus nocturnum suspectissimum esset & periculosissimum, his praesertim, qui ob aetatis vel sexus fragilitate facillime corrumpuntur. Vide Beroaldum ibi. Denique apud Xenophontem lib. 3. ἀπομνημ. Socrates hoc ipso nomine templam atque aras in loco eminentissimo & apertissimo extrui debere censet. Apud Plautum in Aulularia, Lyconides adolescens Phaedram virginem, Euclionis filiam in Cereris vigiliis stuprauit.

46 OCTAVVM, vt sobriè, quantum maxime fieri potest, mulieres viuere discant. Vini enim & cibi fatietas sunt vera libidinis irritamenta. De vino satis diximus supra in nona lege connub. nu. 208. incip. quanquam & hoc. Quantum ad cibum pertinet, scribitur in §. 1. 4. dist. ventris ingluuies ad luxuriam facile prouocat. Vnde ait Hierony. Venter & genitalia sibi metipsis vicina sunt, vt ex vicinitate membrorum confederatio intelligatur vitiorum. Et Ezech. ca. 16. Ecce haec fuit iniquitas Sodomae sororis tuae, superbia, saturitas panis, & caetera. Ibi enim loquitur de libidine venerea.

47 Vnde & apud Apuleium lib. 5. Asini aperi, Venus dicit sobrietatem esse suam inimicam. Petamne (inquit) auxilium ab inimica mea sobrietate. D. Hieronymus ad Furiam, de virginitate seruanda, Adolescencia (inquit) seruente tibi corpore, de castitate secura est. Neque vero haec dicens condemno cibos, quos Deus creauit, ad vtendum cum gratiarum actione: sed iuuenibus, & puellis incentiua assero voluptatum. Non Aetnei ignes, non Vulcania tellus, non Vesuuus, & Olympus tantis ardoribus aestuant, vt iuueniles medullae vino plene & dapibus inflammatae.

Crates

Mulieribus nocturni coetus vitandi.
Pen.
Dio.
Pen.

Pen.
Dio.
Pen.

Romuli lex de ea re.
Lex xij. Tabularum.

Sabazius Bacchus dicitur.
Diagonda lex Bacchanalia sublata.

Constantini lex.

Atheniensium sacra nocturna damnata. Demonactis in eam rem sententia.

Mulieres sobrias esse debere.
Ventricingluuies ad libidinem prouocat.
Sobrietatem Venneris inimica.

Amorem ce-
dat fames.

Crates Thebanus apud Laertium in vita ipsius, dicebat amore sedari fame: sin minus, tempore: eis vero si uti non vales, laqueo. Quam sententiam incertus quispiam autor in hoc epigramma non illepidè concludit:

ἔρωτα πᾶσι λιμῶσι: εἰ δὲ μὴ, χρόνῳ.
καὶ μὴ δὲ πᾶσι τῶν φλόγα σείσει
θεραπεία, σὸι τὸ λοιπὸν ἡτῆδω βροχῶ.
Fames amorem sedat: id si minus,
Tempus medetur: si nec ista extinguere
Flammam queant, tum restat ut funem pares.

Sine Cerere
& Baccho
friget Venus.
Libido gastris
marginis co-
mes.

Notum est autem illud Terentij in Eunuchis, Sine Cerere & Baccho friget Venus. Quam sententiam declarans Diuus Hieronymus alicubi: Distento (inquit) ventre, distenduntur ea, quæ ventri adhærent, per id significans (vt dicit Erasmus) libidinem esse gastrimargiæ comitem. In Græcorum autem collectaneis ita hæc sententia legitur:

Νεκρὸν ἀφροδίτη Διονύσου δίχα, καὶ Δήμητρος.
Mortua res Venus sine Baccho & Cerere.

Quam & Cynicus apud Athenæum lib. 6. Dipnosophistarum, refert his verbis,

ἐν τῇ κενῇ γὰρ γαστρὶ τῶν καλῶν ἔρωσι
δὺκ' ἐστὶ. πενῶσι γὰρ ἢ κῦπρις πικρά.
Nam ventri inani non inest formarum amor.
Amara his Venus est, dira quos premit fames.

Id est, ex ipsius Erasmi versione:

De eadem re.

Moxque subiungit idem Athenæus Carmen Euripidis, quod mutuatus sit ab Achæo Satyrico:

ὃν πλωσιμονῆντι Κύπρις, ὃν πῆνῶντι δ' ὄ.
Saturo Venus adest: famelico nunquam adest.

Sed & idem Athenæus lib. 1. eiusdem operis distichon affert eiusdem sententiæ:

ὃν πλωσιμονῆν γὰρ Κύπρις, ὃν γὰρ οἷς κακῶσι
πράττῃσιν ἄκένεσι ἀφροδίτη βροχῶσι.
Saturo Venus est: ceterum infelicibus
Miserisque nulla adest Venus mortalibus.

Mulieres ca-
ueant à cibis
Venerem pro-
nocantibus.

Præsertim verò cauere debent mulieres ab esu rerum & ciborum Venerem prouocantiū, cuiusmodi multa descripta sunt ab Ouidio, Martiali, Plinio, Galeno, & fusissimè Michaële Sauonarola, & aliis multis, quos tibi speciatim citauimus supra in 15. leg. connub. num. 2. incip. At illis equidem credo, & duob. seq. vbi videre poteris, ne hinc iterum repetamus.

Mulieres ab
otio caueant.

NONVM, vt otium, si quid aliud, mulieres deuitent, perpetuum pudicitiae aduersarium: vt latè docuimus supra in 9. lege connubiali, num. 17. 4. incip. & huius quoque rei. Nam cum otium & quies omnibus vitiis ac sceleribus viam veluti sternant, ac fenestram aperiant, vel testimonio illius vulgati auctoris, quisquis is fuerit, siue Cato, siue alius:

Nam diuturna quies vitiis alimenta ministrat.

tum verò libidini Veneræ, quæ cum inuenit ingenium atque animum aliis occupationibus vacuum & desidem, statim sese infert & titillat, & voluptatibus continuo immergit: vt non immeritò cecinerit Sophocles, nihil boni parere otium inane,

Τίτῃ γὰρ ὄδ' ἐν ἔθλῳ ἐκαῖα χολή.

Mulieres ne-
uagantur.

DECIMVM, ne mulieres passim huc atque illud vagentur. Vix enim aliud est, quod magis obster pudicitiae mulierum, vt iam satis docuimus supra in 9. lege connubiali ferè per totam eam legem, præsertim num. 34. inci. sed vt redeamus, & seq. vbi videre poteris, ne hinc iterum repetamus. Et ibi quoque intelliges, id meretricum proprium esse & peculiare.

Mulieribus
amantibus
prodeji loci
mutatio.

VNDECIMVM, vt si forte tibi suboleat, vxorem in cuiuspiam amorem propendere, eam specie alterius honestæ occasionis, ne id sentiat, aliò transferas: compertum est enim mutatione loci & absentia amati, ardoris æstus aut tolli, aut certè minui: vt etiam affirmat Cicero lib. 4. Tusculanarum quaestionum, & diximus etiam supra in 9. lege connubiali, num. 123. incip. siue id facit. Vnde etiam Propertius lib. 3. ad Cynthiam, Eleg. 21.

Magnum iter ad doctas proficisci cogor Athenas,

Vt me longa graui soluat amore via.

Crescit enim assidue spectando cura puella,

Ipsè alimenta sibi maxima præbet amor.

Vnum erit auxilium mutatis Cynthia terris:

Quantum oculis, animo tam procul ibit amor.

Et paulò post:

Ad idem.

Scribitur in ea. valet. Si. distinctio. valet interdum conuersis pro salute animæ suæ mutatio loci. Plerumque enim dum mutatur locus, mutatur mentis affectus. Congruum est ergo, inde etiam corporaliter auelli, vbi quis illecebris deseruiuit. Nā locus vbi quis prauè vixerit, in aspectu mentis apponit, quod sæpe quisque ibi cogitauit, vel gessit. Hæc ibi, quæ eadem fere sunt, quæ Ouidius cecinit lib. 2. de Remedio amoris:

Et loca sæpe nocent: fugito loca conscia vestri
Concubitus: causas illa doloris habent.

Hic fuit, hic tubuit, thalamo dormiuimus illo:

Hic mihi lasciuia gaudia nocte dedit.

56 Sed & illud scio (neque enim id prætermittendū duximus) quòd locorum mutatio ad corporis etiam, nedum animi morbos confert. Est enim, vt scribit Plin. ille togatorū doctissimus (quod alij Varroni tribuerunt) lib. 28. c. 4. longis morbis locorū mutatio vtilissima. Quod & è recentioribus Medicis tradidit Michaël Sauonarola, in eo lib. quem de ægritudinibus edidit, tracta 1. c. 3.

Locorum mu-
tatio etiā mor-
bis prodest.

57 Verum quod ad animū pertinet (vt eò redeamus) statim est illud Horat. lib. 1. Epist. ad Bullatum: Cælum, non animum, mutant, qui trans mare currunt.

Ea tamen in-
utilis nonnun-
quam est.

Ex quo & illud à Seneca scriptore sanctissimus scriptū est lib. Epist. 3. epist. omnium 28. Animum debēs mutare, non cælū. Licet vastū traieceris mare, licet (vt ait Virgilius) terræq; vrbesq; recedat, sequentur te quocunq; perueneris vitia. Hoc idem cuidam querenti Socrates ait, Quid miraris, nihil tibi peregrinationes prodesse, cum tua tecum vitia circumferas. Premit te eadem causa, quæ expulit. Hæc ille. Legitur autem in cap. fratrem. 86. distin. Dic illi, vt cum loco & mentem mutet.

58 DVODECIMVM, ne sola sit scemina cum viris, sed semper comitata ancillis, aut aliis honestis mulieribus, exemplo Penelopes (quam plerique omnes fuisse ferunt castissimam, & si nonnulli reclamarunt) quæ cum cogeret vrgente quapiam necessitate in cætum procorum descendere, ea enim in ierewā id est, editissimo domus loco habitabat (vt videre licet ex iis, quæ scripsimus supra in 10. l. connubia. nu. 24. incip. id quod conuenit) nunquam sola, sed semper aliis mulieribus eam comitantibus incedebat, vel Homero teste, lib. 18. Odyssæ:

Mulieres ne
sole sint cum
uiris.

ἀλλὰ μοι ἀντιόλω τε καὶ ἱπποδάμειαν ἀνοχθῆ
ἐλθέμεν ὄφρα καὶ μοι περσέειον ἢ μεγάροισι
ὄψῃ δ' ἔκεισ' ἔμι μετ' ἀνδρας, ἀδέομαι γὰρ.
ὡς φάμεν κατὰ βῆαν ἰατρῶν σιγαλοειῖα
ἔκ οἱσ, ἄμα τῆγε καὶ ἀμφίπολοι δν' ἐπονθ.
ἦδ' ὅτε δὴ μνηστῆρας ἀφίκετο δία γυμνακῶν, &c.
ὡς ἀπῆσ' ἀνέβαιν ἰατρῶν σιγαλοειῖα,
ἔκ οἱσ, ἄμα τῆγε καὶ ἀμφίπολοι κίον ἄλλα.

Et haud multò post:

Et iterum lib. 19. ad fin.

59 TERTIUM DECIMVM, quod ad maritos ipsos priuatim & peculiariter pertinet, vt sese castos erga externas mulieres exhibeant, si vxores ipsas castas esse velint. De qua re quia affatim diximus supra in 13. lege connubiali, num. 35. incip. caueant igitur, & tribus num. seq. hic repetendum id non duximus, locum, in quo tractauimus, designasse contenti.

Virorum casti-
tas uxores ca-
stas facit.

60 HABC OMNIA si pro virili præstiteris, & tamen vxorem impudicam nactus fueris, tamen si id inter maledictiones, & Diras facinorosorum hominū ponitur, vel testimonio sacrorum Bibliorum, Deuterono. 18. tamen reiecta omni zelotypia, patienter ferre memento (vt interim vsurpem verba vulgaris illius auctoris) nec te aliter excruties, cogitans nihil id ad tuam culpam pertinere, multosq; & maximos & laudatissimos viros in id infortunij genus decidisse. Nam & supra in 9. lege connubiali, nu. 122. incip. sed quod ad ordinem ostendimus Agamemnonem illum ποικίλα λαῶν, id est pastorem populorum, sæpe ab Homero vocatum, Syllam, Cæsarem, Pompeium, Lucullum, Q. Metellum, Lepidū (dij boni, quos viros) vxores impudicas habuisse, atque Antoninū Philosophum Imperatorem sanctissimum, qui & ipse vxoris adulteria probè illi cognita prudenter dissimulauit. Et D. Paulum Eremitam, qui nihil aliud, quàm risit, cum vxorem in adulterio comperisset, vt etiam diximus in 8. lege connubiali, num. 14. incip. ceterum multos.

Vxorum im-
pudicarum in-
fortunium pa-
tienter frenan-
dum.

Virorum ma-
gnorum uxores
impudicæ.

61 Sed & alios præterea multos, & propè infinitos huius notæ tibi recensere possemus: sed id non admodum necessarium mihi visum fuit. Sed vnum tamen silentio nō præterierim, Agidem illum celebratissimū Lacedæmoniorum Regem, cuius vxor Timæa ad eò impudica fuisse dicitur, & impudens, vt & coram ancillis filium, quem ex Alcibiade pepererat, nomine adulteri appellaret, vt testis est Iustinus lib. 5. & Plutarchus tum in vita ipsius Alcibiadis atque etiam in vita Agefilai, tum in libro de Tranquillitate animi: vbi & id scripsit Agidi non obstitisse, quò minus vir clarissimus & maximus haberetur.

Agidis Lace-
dæmoniorum
regis uxor im-
pudica.

62 Ex iis autem, quæ diximus, satis mulieres docentur, quid facere debeant, vt viri erga ipsas zelotypia non vexentur, si scilicet vitam suam ita instituant, vt sigillatim descripsimus. Quibus illud addiderimus, ne nimium sint circa cultum vestium, & ornamentorum curiosæ. Nam vt scribit D. Chrysostomus ad populum Antiochenum Homil. 21. Vis ornare faciem, non margaritis, sed modestia & honestate: sicq; vir gratiorem cernet aspectum. Ille nempe ornatus & zelotypiæ suspicionem iniicere sæpe solet, & cetera, quæ & nos ex eo retulimus supra, l. 3. connubiali, num. 6. nam vt in eadem l. diximus, num. 26. incip. nec mulieres, huiusmodi mulieres ornatus ac cultus studiofiores creduntur, licet tamen plerumque falsò, esse impudicæ.

Vxorum or-
natus nimius
uiros zeloty-
pos facit.

63 Sed quod ad mulierum zelotypiam priuatim pertinet, iam satis docuimus eam maximè perniciosam esse. Quid verò illis agendum est, vt maritos ab alienarū mulierum amore auertant, discant ex Theanū (si ea sit) Epistola consolatoria ad Nicostratam zelotypam, quam integram, vt Latina facta est à Ioanne Brechæo, huc transcripsisse non grauabor.

Vxoribus ze-
lotypis quid
agendum.

THEANU NICOSTRATAE SALVTEM.

Intellexi viri tui infaniam, quòd scilicet amasiam habet: illius verò tu zelotypia capta es. Co-

Theanus epi-
stola.

gnoui sanè non paucos eo morbo laborantes, quippe qui id genus mulierculis irretiti, ac (vt videre licet) occupati, mente omnino careant. Tu verò è contrario exanimaris, noctesq; atque dies mœroribus exigis, ac nescio quid in eum moliris. Meliora quaeso, ô Nicostrata. Vxoris etenim virtus, mariti non est obseruatio, sed opportuna atque apta quædam simulatio. Quod quidem fiet si idipsum ignorare se dissimulauerit. Quod reliquum est, voluptatis ergo, sui tantum copiam facit amasia, vxor autem vilitatis gratia. Atqui vile est, mala non permiscere malis, nec amentiam amentia prouocare. Adde etiam quædam delicta esse, quæ irritantur acrius, si criminantur arguanturque: ea tamen silentio dissimulata desinunt ac cessant protinus, non secus atque ignis, qui nõ excitatus extinguitur. Quod si illum depræhendas, qui ignorare te vehementer desiderat, iam tu fatebram, qua vitium delitescere, aperies: tum deinde palam peccabit. Nunquid autem existimas, viri tui amicitiam non in probitate esse: id verò est ipsa societatis gratia. Tu itaque persuasum habes, quandoque futurum, vt maritus ille tuus, illa tandem abstineat, tibiq; adsit, vnâ tecum vitam traducturus, & legitimo te amore prosecuturus, illam verò odio. Eius nanque velox & præceps est occasio, vt pote quæ interim fastidium fatietatemq; secum habeat. Citò quidem adest, abestq; perinde. Viro nanq; minimè malo breuissima erit ad pellicem occasio. Quid enim, quaeso, magis insanum est illa cupidine, quæ rei nephariæ illicitæq; incumbit: Qua ratione persentiet aliquando, se & rem suam exigere, & honestum proderè. Neminem enim videas, quem sanæ mentis credideris, qui sponte propriis studeat incommodis. Quò fiet, vt tuorum erga se meritorum pietate permotus, reiq; familiaris ac domesticæ detrimentum vbi perpenderit, seipsum tandem erga te restituat & respiciat. Ac tum demum suas ipsius in te contumelias, quibus grauius criminandum se iudicabit, agrè ferens, statim ille in poenitentiam adducetur. Tu verò, ô Nicostrata, dum à meretricibus alienam te præbes, cura, vt modestia apud virum, studio erga rem familiarem, benevolentia in necessarios, pietate erga liberos excellas. Quapropter ô Nicostrata, zelotypia aduersus illum nulla ratione contendes. Illas enim, in quibus virtus inest, longè pulchrius fuerit æmulari. In reuocanda autem viri tui gratia imprimis opportunam te præstes oportet. Nam morum quoq; integritas aduersarium quemuis in benevolentiam adducit: soliusq; probitatis meritum est honos. His demum rebus vxor tum mariti potestatem nanciscetur, eumq; veluti in manu nullo negotio habebit: tum verò plus honoris consequi poterit, quam si succensum illa sibi colat. Tua igitur virtus patientia, idemq; non mediocri verecundia suffusus, gratiâ tuam confestim inire, amicitiamq; reconciliare percipiet: eumq; benevolentia maiore & studio contendet. Nam erga te quam ini quæ antea se gesserit, sibi confcius, tum verò apud se cogitans, quæta vitæ constantia interim egeris, facto tandem eius rei periculo, quanto amore illum complecteris, planè intelliget. Et quemadmodum ab aduersa valetudine dignoscimus iucundam grassantis morbi liberationem, hęc & amantium itæ familiarem quandam amoris reconciliationem propius admittunt. Tu itaque aduersus illam passionem affectumq; consilio vttere. Etenim si aliquando malè habere contingat, ille quoque, animo vt dolcas inuitabit. Præterea si in his, quæ ad ornatus dignitatem pertinent, oberret, tu etiam idem in muliebri ornamento pecces. Quod si rei familiari aliquod detrimentum adferat, idem quoque facias oportet. Sic ad ipsius mores tuos quoque si composueris, dum illum castigas & cohibes, ipsam te castigare etiam videbere. Quod si ab illo relicto discesseris, scias oportet, de altero te viro periculum esse facturâ. Qui si in eodem versetur malo, alium rursus experieris. At qui iuenculæ tori expertes, nisi agrè, esse non possunt: neque satis gratus est illis coelibatus. Tu sola alioqui, viri exors, perindeq; vt innupta permanebis. At verò si rei familiaris fueris negligenter, tu & virum perdes, & vitæ tuæ doloris mœstitiæq; plena communem molestiam adferes. At de pellice vindictam fumes. Illa dum se bene cautam tuebitur, ipsam te decipiet. Egregiam verò laudem referas, cum viro quotidie iurgiis agere & rixari. Quid plura? vt rixis & conuiuiis cohiberi nequit petulantia, sic discordia supra modum crescit irritaturq;. Quid deinceps? Anne fraudis aliquid illi moliri cogitas? Caue ô Nicostrata. Tragedia etenim dramatum instructa artificio, vbi iura omnia diuina humanaq; Medea violat, vincendam esse zelotypiam edocuit. Quin potius, vt oculorum morbum manibus quidem tractari non licet, ita ab eo zelotypiæ affectu vltionem longè summoueas oportet. Hunc nanque morbum commodius extinxeris, dum perferes.

¶ Denique in hac tractatione zelotypiæ illud in mentem venit, quod minimè prætermittendum mihi visum est, Nicolaum illum ex septem, quos Apostoli Diaconos ordinauerunt, cum de zelotypia suæ vxoris pulcherrimæ culparetur, velut purgandi sui causa permisisset, vt ea qui vellet videretur. Quod eius factum in lectam turpissimam versum est, qua placet indifferens & promiscuus foeminarum vsus. Cuius rei testes sunt Clemens Alexandrinus lib. 3. Stromatôn, Eusebius libr. 3. Historiæ ecclesiast. cap. 23. Theodoritus Cyrenensis Hæreticarum fabularum libr. 3. & Diuus Augustinus in Catalogo hæreseôn, & nos quoque alibi diximus.

¶ Subiit quoque & illud ad hanc zelotypiam nonnihil pertinens, nonnullas esse foeminas impudicas, quæ vt maritos decipiant, suamq; impudentiam adumbrent, simulare se esse eorum zelotypas, cum nihil minus sint quam tales. Imò verò potius gaudeant, cupiantq; eos aliarum foeminarum concubitus sollicitate, atque etiam assequi, quo ij minus de ipsis vxoribus sint solliciti, liceatq; illis liberius & alios viros appetere. De quibus est illud satyrographi poetæ de mœcha zelotypa loquentis, vt supra. Et cum his postremam hanc legem sanciamus:

CONIV

CONIVGES ZELO TYPIAM, TANQVAM PESTEM OMNIVM TETERRI-
MAM, PERNICIOSISSIMAM, EXITIOSSIMAM EVGIUNTO.
NEC VIRI VXORES CVSTODIA ASSERVANTO.
EASDEM AVTEM AB IMPVDICARVM MVLIERVVM, ATQVE ETIAM LI-
BIDINOSORVM VIRORVM CONGRESSV PROHIBENTO.
A LASCIVIS SERMONIBVS, OBSCOENIS PICTVRIS, LVDIS PVBLI-
CIS, PRAESERTIM IMPVDICIS, OBSCOENIS ITEM LECTIIONIBVS,
NOCTVRNIS CONVENTIBVS ARGENTO.
SOBRIAS EAS ESSE DOCENTO.
OTIVM AB ILLIS PROPELLVNTO.
PEREGRINATIONES TOLLVNTO.
LOCA SVSPECTA MVNTANTO.
SOLAS CVM VIRIS NON PERMITTVNTO.
CASTOS SE EXHIBENTO.
HAEC OMNIA SI PRAESTITERIS, ET TAMEN VXOR IMPVDICA FVE-
RIT, PATIENTER FERRE MEMENTO.
VXORES VIROS AB EXTERNARVM MVLIERVVM AMORE ET CONCV-
BITV, MODESTIA, OBSEQVIO, PVDICITIA, ET DISSIMVLATIONE
REVOCANTO.

GLOSSA SECUNDA, IN EAM
PARTICVLAM TEXTVS,

En pouuoir de son mary.



ED MATVRE his relictis, ad nostram consuetudinem propius accedamus, quæ dicit vxorem esse in potestate mariti. Quæro, an id etiã intelligatur in sponsa, vt videlicet nondum consummato matrimonio sit in potestate sponsi. Et certè primùm videri potest id in sponsa procedere: quoniam appellatione vxoris venit sponsa, quemadmodum & sponsus mariti: iuraq; in vno loquentia, habent locum & in altero. l. si sponsa. ff. de iure dot. & l. lex Julia. ff. de fund. dota. & litem apud. §. sponsum. ff. de iniur. & l. si vxor. §. diuus. & §. si minor. ff. de adult. & l. non sine. C. de bon. quæ libe. & l. asiduis. §. j. C. qui potio. in pigno. hab. & l. ij. §. si sponsa. C. de priui. cred. Et quod disponitur de nuptiis, habet locum & in sponsalibus, vt est text. in l. tutor. §. j. & l. oratio. ff. de sponsali. per quos ita dicit Panorm. confi. lxx. cuius factum ita incipit, Casus, quidam Raynerius, in iij. dubio lib. 2. Et facit tex. in l. in sponsalibus. §. j. ff. eo. vbi in sponsalibus eorum consensus exigitur, quorum in nuptiis desideratur, & in l. cui fuerit. ff. de condit. & demonst. & quod voluit glos. in l. ea quæ. la. ij. ff. ad municip. & l. eum qui duas. C. de adult. & in §. patitur. in verbo, per vxorem. In situ. de iniur. & in §. iidem rescripserunt. in verbo, maritum. Instit. de excu. tut. Ex qua nor. Angel. Aret. ibi, quod statutum in vxore, habet locum in sponsa, & contra. & in c. 2. in verbo, electo. de tranla. praela. & in c. discretionem. de eo qui cogno. confan. vxor. suæ. & in c. canonica. in gloss. iij. de senten. excom. & iterum in c. si verò. in verbo, vxore. eod. titu. & Bart. in l. cum pater. vbi est bonus text. ff. de parricid. & in l. nihil interest. per illum tex. ff. rer. amor. & Bald. in l. Deo nobis. col. ij. versi. sed iuxta hoc ponit. per illum tex. C. de episc. & cleri. & in l. vlti. C. de dot. promif. & in l. j. in ij. q. C. vnde vir. & vxor. & in l. j. col. v. versi. quinto quæro. C. vnde vi. vbi dicit, quod sicut maritus potest defendere vxorem, ita sponsus sponsam: quia vtriusque est idem iudicium, per quædam ex iuribus supra allegatis, & quod latè consuluit Pano. confi. 79. Christi, eiusq; maris, versi. videtur primò, lib. 2. Hincq; etiam generi, & nurus appellatione sponsus quoque, & sponsa continentur. Sicuti & foceri, & focus sponforum parentes l. Labeo. §. & generi. ff. de gradi. affin. Et vt scribitur in l. Seruius. eo. tit. Soceri, & focus, & generi, & nurus appellatio etiam ex sponsalibus acquiritur.

¶ Facit præterea & hæc ratio, quod de proximo futurum est, id vtique pro iam facto habetur, tex. est in l. pen. & ibi Bart. & alij. ff. de mili. testa. vbi pro cincto habetur, qui proximè cingendus est, sicut etiam ibi no. glo. Et ideo Bal. ita summat illud tex. propinqua potentia actui habetur pro actu. id quod etiam ex eo tex. dicit idem Bal. in l. si impuberi, in fi. prin. ff. de tuto. & cura. dat. ab his. sed & ipse Bal. in ea ipsa l. pen. ex ea not. quod qui proximè debet consecrari, habetur pro consecrato. Sed & idem in l. j. col. pen. versi. quid si filius. ff. solu. matr. dicit per illum tex. quod Licentiatum in fauorabilibus habetur pro Doctore: quia qui est in potentia propinqua actui, videtur esse in actu: quod & ipsum voluit idem Bal. in l. qui indignus. ff. de Senato. & Soc. confi. 70. vtrum primò licentiatum, col. ij. versi. quinto principaliter, lib. 4. vbi & ex hoc dicit, priorem Licentiatum esse præferendum posteriori, qui postea doctor factus est, quod & idem voluit Ang. Aret. in §. quædã actiones. col. x. versi. quæro de quæstione contingenti, Instit. de actio. per tex. in l. j. C. de consuli. lib. 12. & Io. Lupus in repe, Rubricæ de dona. inter vir. & vxor. §. xxxviij. propè per totum illum §. De eo tamen quod diximus, Licentiatum haberi pro Doctore. vide Rom. qui contrarium tenet, confi. cccxxxij.

H h 2

Decimasexta
Lex conu-
bialis.

Sponsa an sit
in potestate
sponsi, ut ux-
or viri.
Sponsa an ue-
niat appella-
tione vxoris.

Statutum in
uxore, habet
locum in spon-
sa, & contra.

Pro facto ha-
betur, quod
proximè futu-
rum est.
Propinqua po-
tentia actui pro
actu habetur.
Licentiatum
pro Doctore
an habetur.

64
Nicolaus hæ-
resiarca ze-
lotypus.

65

quo ad primum articulum, in ij. dubio. & Alex. in addit. Bart. in l. vlti. ff. de obseq. patro. præstand. Sed & de illo tex. in d. l. pen. quantum ad id de quo tractamus pertinet, vide Vigilium Phrysius in §. sed & si quis. in glo. j. Instit. de mili. testa. qui aliter videtur eum intelligere.

3 Pro cancellato est statim cancellandus. Bannitus non est, qui verbo tantum à banno est liberatus. Bannitus an censeri debeat qui statim reuocandus est.

Tamen per illum ipsum tex. in d. l. pen. ipse Bal. consi. xxj. processus. lib. §. dicit, quod pro cancellato habendus est, qui de proximo est cancellandus. Et in simili Bart. in l. emptor. §. j. in fin. & ibi quoque Bal. & Ang. ff. de pact. quod qui verbaliter, vt ipse dicit, tantum est liberatus à banno, nō dicitur amplius bannitus, licet nōdum actualis cancellatio sit secuta. & idem voluit Ang. & Imo. in l. j. ff. de his quæ in testa. delen. & latè consuluit idem Ang. consi. cclxxxvij. viso themate, in ij. dubio. Et simile quippiam voluerūt Bal. & Pau. Cast. in l. si non fortem. §. adeo. ff. de condi. indeb. quod qui statim rebanniendus est, id est, à banno reuocandus, pro iam rebannito habetur. Quod & idem voluit ipse Bal. in l. j. §. serui. & ibi etiam Ang. ff. de S. C. Syllan. vbi dicunt per text. inibi, quem dicit Bal. ad hoc meliorem, quàm quemuis alium, quod huiusmodi rebanniendus non potest offendi. Quod propemodū voluit ipse Bal. in l. fideicommissa. §. si quis illicitè. ff. de leg. iij. & in l. si creditoris. & ibi quoque Pau. Cast. C. de fideicom. & idem Paul. Cast. in l. mulier. §. non est dubitandum, per illum textum, ibi quoque Alex. ff. ad Trebel. & Cepol. qui hoc multum cōmendat, consil. caufarum criminal. vj. veritas primi dubij, col. iij. versic. item pro hoc facit, quod iterum repetitur ferè ad verbum, consi. xxxix. incip. Baprista. Fran. Aret. in l. qui à latronibus. §. si quis in ca. col. vij. versic. & idem est dicendum. ff. de testa. Super quo tamen vide Bald. post. Iaco. Bel. & Iac. Butr. consi. cxl. hæc quæstio fuit, lib. 4. & eundem Bald. Imol. & Alex. in l. huiusmodi. §. si ita. ff. de legat. j. ipsum Bald. in l. Labeo. §. sed etiam. ad fin. ff. de pactis. & Felin. in c. eam te. col. xvj. versicu. erat iste, extrà de rescript. & Philip. Deci. consi. cccxxvij. viso casu, col. j.

4 De eisdem rebus.

Est & ad idem tex. quem Bald. in d. l. pen. allegauit, in l. qui se dicit. ff. de iudi. vbi pro liberto habetur, qui statim à seruitute liberandus est. & in l. Fulcinius. ff. qui. ad liber. pro. non licet. quam Bart. ita summat. paria sunt, aliquid in esse consistere, vel in eo statu, qui de proximo rem producit in esse, & in l. non tantum. in princip. ff. de excu. tur. cui Alberi. hanc epitomen adscripsit, Aliquid esse factum, vel de proximo faciendum, paria sunt. & in l. item legato. ff. de legat. iij. vbi pro dato habetur, quod dari paratū est. & in l. si quis cum sciret. ff. de vsucap. pro empt. vbi perditum censetur, quod statim perdendum est. & in l. qui penè. §. diuus. ff. de manu. Ex quo not. Benedict. Plumb. quod licet detentus ex causa capitali non sit fideiusforibus relaxandus, vt not. Bart. in l. j. de custo. reor. Tamen si constat de innocentia & sit conclusum in causa, ita quod proximè sit absolendus, debet relaxari. quod dictum pro singul. citat Iaf. in l. naturaliter. §. nihil commune, col. xxix. versic. ego vltra scribentes. ff. de acquir. poss. Sed & hoc quoque voluit Iac. Butr. & post eum Bald. in l. sed & si is. ff. de in ius vocand. per text. quem Bald. dicit singul. in l. nullus. ibi, donec reperierit. C. de exhib. re. & tetigit idem Bald. in l. ij. C. de custo. re. & sequitur Franc. Aret. in l. ij. §. si feruus. col. ij. ff. acquir. possel. Quibus adstipulatur, quod scribit Bart. in l. si pecuniam. §. sed etsi acceperit, in fin. & ibi Angel. qui eum §. legit cum §. si seruum etiam, in fin. ff. de condit. cauf. data. non tam diligenter custodiendum esse, qui proximè absoluendus est.

5 Pro condemnato an habeatur qui statim est condemnatus.

Sed & per text. in d. §. diuus. dicit Paul. Elea. in clem. pastoralis. de re iudic. quod pro condemnato est, qui statim condemnandus est. ad quod etiam est text. in d. l. qui penè. §. j. ff. de manu. & alius not. in l. quamuis indubitati. C. de adult. per quem decidit nota. Bald. ibi, & in l. si pro ea, in vj. qu. C. manda. quod quemadmodum agit fideiusfor condemnatus contra reum principalem, vt eum eximat, & liberet. l. Lucius. in fi. ff. eod. ita & qui de proximo condemnandus est. ad quod etiam allegat text. in auth. vt cum de appel. cog. in princ. sequitur Alex. in d. l. ij. §. si feruus quem. col. vlti. ff. de acquir. poss. Et Iafon in l. admonendi. in lectu. ij. col. xij. versicu. confirmatur ex eo, qui est in num. §. 4. & ibi quoque Fran. Purp. col. vj. versic. quintò infertur. ff. de iureiur. Idem Iafon in auth. si qua mulier. col. vij. versic. ad idem facit, quod vult. C. de sacrosanct. eccles. & in l. diuortio. §. interdum. col. vlti. ff. solu. matr. & in l. naturaliter. §. nihil commune. col. xxij. versic. ad idem bene facit. Et ob id dicit etiam Paul. Cast. in dicto §. si feruus. quod proximè banniendus, ita pro bannito habetur, vt impunè offendi possit, ex forma statuti permittentis offendere bannitos. quod tamen latè reprobant Alex. & Fran. Aret. ibi, quibus accedo fretus autoritate, præter eos, Bal. in d. l. fideicommissa. §. si quis. ff. de leg. iij. licet eum sequi videatur Iaf. consi. cxxxij. in casu ad me transmissio, col. vlt. lib. i. Sed vt cunque sit de ea re, superiora nō modicum fulcit, quod pulchrè dicit ipse Bal. in d. l. nullus. fermè ad fin. C. de exhi. re. quod quando quis est plenè conuictus & confessus, non solum in carcere detinendus est, sed & in compedibus, veluti ad pœnam proximam destinatus & deuotus. Pro quo tex. est comparans iudicatum & conuictum, in l. iij. §. lege Iulia. ff. de testib.

6 Sententiã iam latam esse, & esse conclusum in causa, paria sunt.

Et aliã semper paria sunt, iam latam esse sentienciã, & futurum vt proximè feratur, quia conclusum est in causa, vt voluit Cyn. in l. alia. C. de his qui. vt indig. Io. And. in c. 2. de in integ. rest. lib. 6. Bar. in l. si mater. §. eandè. in fi. ff. de excep. rei iud. per tex. & gl. in l. si rem. §. vlt. ff. de euct. Idè Bar. & Bal. in d. l. quãuis indubitati. in fi. C. de adul. & idem Bal. in l. error. in ij. & iij. q. C. de iur. & fact. igno. & in l. incerti. col. vj. vers. vij. quæritur. C. de interd. & in l. j. col. ij. versic. sed hic dubitatur. C. ne ex delict. defun. & Panor. in c. pastoralis. de excep. Ro. in repe. d. l. admonedi. col. iij. versic. est addendum. & ibi Pau. Cast. col. v. versic. ex his Bar. colligit. & Iaf. col. ix. versic. sum in secunda solutione. ff. de iureiur. Idem Rom. in l. si Titius. ff. de verb. oblig. Alex. in l. si mulier. ff. solu. matri. Felin. in c. cum dilectus.

dilectus, in princ. ext. de fide instr. & Philip. Dec. in l. edita. col. vj. versic. & licet Bart. C. de eden. & Steph. Bertr. consi. cclxxvij. cum iam & diu. nu. 2. lib. 2. las. consi. 8 2. visis & diligenter, col. vlt. lib. 1.

De eadem re.

Ad idem etiam tex. nō in l. vestimentum. ff. de auro & argento legato, quem dicit sing. & vnicum Barb. in tractatu de præstantia Cardinalium, in v. q. j. part. col. iij. versic. & si dicatur ad hoc, quod ea quæ sunt in fieri (vt ipse loquitur more Græcorū) censetur esse in facto. & illum tex. dicit item valde sing. idem Barb. consi. lvij. præclare scribitur, col. v. versic. item facit, quod d. pritiilegium. lib. 1. & iterum consi. xiiij. clementissimi, col. ij. lib. item 2. & in ele. caufam. char. xiiij. in paruis versic. sed dubium esset, de elect. Et alibi dicit, literis aureis scribendum ipse Barb. consi. lxxxj. præclare, & luculenter, col. ij. lib. 4. Verba autem illius l. quia vulgò in antiquioribus codicibus sunt corruptissima, libuit hic inserere emendata: Vestimentum id est, quod detextum est, etsi defectum non est. Id est, si sit consummatū, quod in tela est, nondum tamen pertextum vel detextum, vestimentum appellatur. Super qua l. Nicol. Neapo. referens Iac. Are. dicit eam esse notandã ad statutum loquès de vestimento, vt habeat locum in eo, quod in tela est. Ex quo dicto & illud notandum est, eam legem procedere in materia stricta. Statutū enim est strictè interpretandū, & propriè iuribus vulgaris. Et ita ad hoc notauit illud dictū Barb. consi. xxj. præclare dicit dominica veritas, col. ij. lib. 2.

Præcedentia procedūt, etiã in materia stricta. De eisdem rebus.

Facit etiam tex. in l. & si non sint. §. infecti. ff. eo. titu. de auro & argento legato. Per quem dicit Bart. in l. quo minus, in v. q. in princ. ff. de flumin. quod coeptum habetur pro completo. Quod & idem dicit ex eod. tex. ipse Bar. in l. cætera. §. sed si separauit. ff. de leg. j. Sed & in eam quoque rem text. est in l. j. §. sed in eo quem. ff. de Senatusconsulto Syllaniano. Ex quo not. Bart. in princ. quod illud, quod fieri debet de proximo, habetur perinde, ac si factū esset, & in l. si fundum. §. vlti. ff. de fundo dota. vbi præscriptio infra proximos dies perficienda, pro completa habetur. & in l. non tantum. in princ. ff. de excusat. tutor. vbi pupillus proximus pubertati, pro pubere habetur, quantum ad id, vt non præster excusationem suo tutori: veluti tutela eius habeatur pro finita, quæ statim finitur. Et per illum etiam textum dicit Bart. in l. si quis. §. vlti. ff. quod met. cauf. paria esse, aliquid esse proximè futurum, & iam esse productum in esse.

Præscriptio statim cōplenda, pro completa habetur.

Et etiam tex. in c. ecclesiæ. de immunit. ecclesi. per quem not. Panor. ibi in ij. no. & iterum col. ij. quod basilica nondum consecrata, proximè tamen consecranda, gaudet priuilegiis ecclesiarum, ac si iam esset consecrata, & in c. vlt. ext. de Iuda. vbi baptizatus, & mox baptizandus, eodem vtitur priuilegio. Ex quo not. ibi Pano. & Fel. quod idem priuilegium debetur rei factæ, & rei quæ est in fieri. & in c. Pisanis. ext. de restit. spol. ex quo no. Panor. ibi col. iij. versic. not. singul. & etiam consil. lxxxv. in præsentia quæstione, col. ij. versic. igitur hanc spem, lib. i. quod potentia de facili reducibilis ad actum, habetur pro actu. & text. in c. religioso. de sent. excom. lib. 6. quod qui religionem ingreditur, licet nondū sit religiosus, donec tacitè aut expressè fuerit professus, si quis tamè in eum violentas manus iniecerit, excōmunicationem nō euadit, perinde ac si religiosum percussisset, nimirū qui proximè religiosus est futurus, & ad id iã destinatus. De quo vide, quæ nos amplius diximus in nostro tractatu Retractuū, tit. j. §. j. in glo. 8. in verbo, Le parent, nu. 30. sed & hac ratione.

De eadem re.

Et quod dicit glo. not. cum qua transeunt omnes, in l. j. in princ. in glo. ij. ad medium, versicu. sed quid si non est in conspectu. ff. de acqui. pos. quæ voluit nihil interesse, an res sit in conspectu an verò proxima, vt statim conspici possit. Cui adstipulatur, quod dicit Bald. in d. l. non tantum. in princ. ff. de excus. tuto. id quod propè est, nihil distare videri. Quod sumptum est ab Aristotele, lib. 2. Physicorum, & text. in l. præsens. ff. de procur. vbi præsens habetur, & qui in hortis est, & qui in foro, & qui in vrbe, & qui in continentibus ædificiis. Et quod Homerus scribit Odyssææ i. de Vlyssè, qui terræ natalis fumum videre surgentem mirè cupiebat;

De eadem re.

ἴμβρος ἢ καπνὸν ἀφ' οὐρανοῦ νοήσαι ἢ γόαις.

Fumus patriæ.

Ex quo illud Ouidij lib. i. de Ponto, Eleg. 4. ad Rufinum: Non dubia est Ithaci prudentia: sed tamen optat Fumum de patriis posse videre focis.

Proverbium.

Ex hocque, Fumus patriæ, in prouerbio abiit, de re admodum optata. Nam Philostratus in Ariadne, δ θυσίης ἢ ἐρα μὲν, ἀλλὰ ἢ τῷ ἀδελφῷ καπνῷ. Id est, Theseus verò amat quidem, sed Athenarum fumum. Lucianus in Encomio patriæ, καὶ ὁ πατριδος αὐτῷ καπνὸς λαμπροτερος ὀφθαλμοῦ ἢ παρ' ἄλλοις πυρός. Id est, Ac patriæ fumus luculentior homini videtur, quàm ignis alibi. Igitur qui fumum patriæ in conspectu habet, is iam patriam ipsam attigisse videtur.

De eadem re. Fumus statim colligendi pro collectis habentur.

Quodq; dicit Bal. in d. l. diuortio. §. interdū. per glo. ibi. ff. solu. matri. quod fructus proximè colligendi habentur pro collectis, & sequitur Iafon ibi, col. vlti. hoc tamen limitans, & in d. l. admonendi. col. xj. versic. decimò facit, quod fructus in j. lect. & in d. l. cætera. §. sed si separauit. col. ij. versic. quartò in quantum. ff. de lega. j. & Ioan. Lup. in d. l. dicta repet. rub. de dona. inter vir. & vxor. §. xxxvij. col. j. Cui consimile est, quod à Paul. Cast. responsum est, consi. cxxxij. videtur dicendum quod dictum frumentum, col. ij. versic. breuiter ego puto, lib. i. si testator mandat distribui pro anima omnia bona sua mobilia, in id legatum venire fructus pendentes proximè colligendos: tanquã ij pro collectis, atque ita pro mobilibus habeantur, arg. d. l. penul. ff. de mili. testa. iam toties allegatæ, & l. fundi. in fi. ff. de actio. empr. vbi destinatio (inquit) ad vsum in quo fiat, habetur pro facto: & eius: quod voluit (vt ipse dicit) Barto. in l. vlt. ff. de requir. reis, quod in fructibus pendentibus, æquè ad

in separatis, cadit sequestratio, vt qui statim sperant separari. Et illud dictum Paul. Cast. sequitur Phili. Dec. consi. ccccxxij, testator legauit, col. j. Et idem quoque voluit Ias. in l. si fideiusor. §. si satisfatum, col. j. versic. secundò not. ff. qui satisf. cog. vbi erranter citat l. j. §. vlti. & ibi Bart. ff. de requi. reis, cum vellet, ni fallor, allegare dictam l. vlt. cod. tit. nec enim d. §. vlti. nec Bart. ibi quicquã dicunt, quod huc spectet. Dicta autem l. vlt. non nihil facit, vt diximus, & declarauimus in nostro tractatu Retraetuum, titu. j. in glo. vij. in verbo, *ou autres choses*, num. 4. 4. at si per se.

12 De eadem re. Vestium appellatione uenit pannus apud sartore lectus ad conscientiam uestem. Immatriculatus censetur statim immatriculandus. Magistratus statim incundus, pro inito habetur.

¶ Dicit quoque idem Bar. in l. ex facto. §. xerum. ff. de hære. instit. quòd si testator legauit vxori vestes, quas in domo habebat, uenit in huiusmodi legatum pannus apud sartorem infectus, vt ex eo vestes conficeret, tamen si nondum sint factæ, nondumq; domum delata. Quod dictum commendat, & sequitur Franc. Cremen. sing. lxxij, testator legauit. Sed & Ang. in l. ex eodem. ff. de mili. test. dicit, quòd statutum puniens offendentem scholarem immatriculatum, habet locum in offendente scholarem statim immatriculandum, quem scilicet iussit Rector immatriculati, licet nondum sit immatriculatus: quia de proximo immatriculandus, habetur pro immatriculato. Id quod dicit uoluisse Iacob. Butr. in l. si quis id quod. §. cum proponitur. vbi & hoc sequitur Alex. in princ. eius l. col. j. ff. de iurisd. omni. iud. & sequitur etiam Ias. in d. l. admonendi. col. x. versic. ad idem text. sub num. 55. & in d. §. interdum. & Feli. in d. c. eam te. vbi supra, de rescr. & Io. Lupus vbi etiam supra. Ad idem facit, quod not. Ang. in litem uenit. §. præter hæc. per tex. ibi. & glo. in verbo, consules. ff. de petit. hæred. quòd qui destinatus est ad magistratum, vt illum proximè ineat, iam & iniuisse videtur, ipsiusq; nomine appellatur. Ex quo dicit manasse consuetudinem in partibus Tuscia, quòd gubernatores ciuitatum in fine eorum magistratus, cum res graues occurrunt, faciunt conuocari ad consilium electos eorum successores, quamuis nondum sint de collegio, vt communi examine & tractatu habito, deliberent quid faciendū sit: nec propterea impugnari potest illa deliberatio, tanquam incapaces interuenerint, per illum text. & glof. quòd dictum commendat. Cacia. in repet. d. l. admonendi. col. xxj. versic. in eadem ibi distinct. ff. de iureiur. vbi & ad hoc multa adducit. & text. in clem. ne Romani, de elect.

13 De eadem re. Mulier copulata censetur quæ statim est copulanda.

¶ Et quod dicit Saly. huic nostræ quæstioni multò propius accedens, in l. cum te. in fi. C. de don. ante nup. quòd mulier pro cõiuncta & carnaliter copulata à viro habetur, quæ de proximo est copulanda. Quod dictū sequitur Ale. consi. cxxix. super primo, col. iij. versic. istis sic præmissis, lib. 7. & pro sing. refert Fel. in c. tertio loco, col. iij. versic. & reteta, de præsump. & Hip. Marsil. in l. j. col. ij. ff. de sica. & sing. cvj. qui de proximo. Idq; quod not. uoluerunt Anto. Dom. Imo. & Feli. in d. c. eam te. ille col. iij. versic. no. quòd mandatum, & iterum col. pen. Domi. in xij. not. & rursus ad fin. Imo. col. vj. versic. & idem dicit, & Feli. quo loco supra citauimus, extra de rescrip. quòd quemadmodum vicarius, siue vices gerens, non potest adimplere mandatum, subrogato principali qui mandauerat, ita & eo subrogati cõcepto, tamen non est perfectè promotus, propter spem proximæ promotionis.

14 De eadem re.

¶ Quorum sententias adstruit Domi. in c. penderet, in fi. 50. dist. quòd is qui dicit in supplicatione, quòd scribebat in registro Papæ, non dicitur mentitus, licet nondum cõcepisset scribere, ex quo erat ad id deputatus, & de proximo debebat incipere. Et idem fermè in alio casu dicit ipse Domi. in c. cum in illis. §. j. in princ. per text. in verbo, scribimus, de præben. lib. 6. de Papa, qui concesserat gratiam cuiusdam, dicendo, Tibi qui scribis, & cætera, & ille nondum scripserat, quia scribendi occasio nondum occurrerat, sed erat in id deputatus ab eo, qui eius rei potestatem habebat. & sequitur Maria. in repet. c. de multa. col. lxx. extra de præbend. & Ias. in d. authen. si qua mulier. vbi & hoc commendat, & Feli. in d. cap. eam te. vbi supra, & Ioan. Lupus, vbi supra.

15 De eadem re.

¶ Nec hinc admodum disidet, quod Nicol. Lyr. enarrans illud Matthæi i. cap. Iosias autem Hieroniam, & fratres eius in transmigratione Babylonis, ita eum locū exponit, Non quòd tunc esset transmigrationis, sed quia proximè imminebat. Et alibi, Ioannis 3. cap. in illis uerbis, Qui non credit, iam iudicatus est, id est (vt ille ipse exponit) habet in se manifestam causam condemnationis, sicut ille dicitur mortuus, qui iam habet in se manifestam causam proximæ mortis: quasi diceret, nihil referre, an aliquid iam euenerit, siue factum fuerit, an verò proximè sit futurum. Cui & simile est omnino, quod Bal. in d. cap. i. in princ. titu. qui. mod. feud. amit. no. ex illo text. qui ad hoc est optimus, quòd mortuus, & ad mortem vulneratus, æquiparantur. Quod & idem uoluit ipse Bald. in l. j. C. de nudi. & in l. bello. in fin. ff. de excu. tut. & in l. damni. la. j. Sabini. per text. ibi. ff. de dam. infect. De quo etiam est text. in l. huic scripturæ. ff. ad legem Aquil. quem ad hoc ponderat Petr. Anch. consi. ccccxxx. fuisse expediens. & alius tex. in l. ita vulneratus. eo. tit. quem Bart. no. & hinc occasione sumpta querit, an possit statim homicidij accusari, qui aliū letaliter vulnerauit. & etiam text. in l. in hac. ff. de condi. trit. per quem dicit Bald. in l. dos data. C. de dona. ante nupt. quòd qui est in articulo mortis, mortuo æquiparatur. & bene etiam facit, quod dicit glof. in l. qui Stichum. ff. de consel. & in §. j. in verbo, morientibus, Instit. de lege Ful. Ca. tol.

Mortuus an censetur, qui est letaliter vulneratus, vide infra 30.

16 An inspicitur quod euenire potest.

¶ Hanc quoque rationem, non minimùm adiuuat hæc ratio: Id scilicet, quod euenire potest, potius inspicitur, quàm quod præsens est, si ad illud ipsum præsens status tendit. l. si idem. §. vlti. & ibi Paul. Cast. ff. de iurisd. omni. iudi. & l. qui bona. §. qui inter. ff. de dam. infect. & l. si quis domum. ff. loca. & l. adeo. §. illud. ff. de acqui. rer. do. cum si. Sed sponsa proximè est vxor futura, quòd ad primam rationem attinet: ob idque duntaxat desponsata, vt vxor fiat, quòd postremæ rationis est. Ex quo & illud consequens fit, vt ea pro vxore sit habenda.

¶ Et hanc

17 ¶ Et hanc partem in specie, & in terminis nostræ consuetudinis, uidelicet quòd stante statuto vel consuetudine, vt vxor sit in potestate viri, sponsa quoque dicatur esse in sponsi potestate, nuncupatim tenet Mansuer. vir apud nostros non contemniendæ autoritatis, in tit. de dote & mari. §. item. de consuetudine. In quo tamen illud dicit interesse inter vxorem, & sponsam, quòd hæc mortuo sponso iterum reuertitur in paternam, ex qua exierat, potestatem: illa minimè, mortuo marito. De quo tamen postea dicemus in glo. seq. num. i. & §. seq.

Qui dicunt sponsam esse in potestate sponsi.

18 ¶ CONTRA TAMEN videtur sponsam non esse in potestate sponsi, ex statuto vel consuetudine disponente vxorem esse in potestate viri. Aliud enim matrimoniū est, aliud sponsalia: neque constitutio loquens in matrimonio habet locum in sponsalibus. l. in eo iure. §. hoc caput. ff. de ri. nup. cum si. Propterea contrahens sponsalia, nõ cadit in pœnam appositã contrahenti matrimonio, vt uoluit glo. not. in clem. i. in verbo, contrahere, de consang. & affin. quam sequitur & dicit sing. Panor. in c. i. col. pen. de postul. præla. & Ias. in l. cum quidam. col. j. versic. 4. ad idem. ff. de liber. & post. vbi pro eo dicit esse tex. in l. solet. ff. de his qui not. infam. vbi pœna infamiae, quã subit scemina nubens infra annum luctus, non habet locum in contrahente sponsalia. Et idem Ias. in l. 2. col. pen. in fin. ff. de iurisd. omni. iud. vbi illam dicit no. & in l. vlt. in fin. ff. de in ius voc. vbi & illa quoque dicit not. & in l. si stipuler, vt id fiat. in 4. not. ff. de verb. oblig. & in rep. l. quo minus. col. ij. versic. 9. ff. de flumi. vbi eam dicit sing. & Philip. Decian. e. quantò. in 3. not. de iud. & in c. cum in cunctis. §. vlt. in 3. not. de elect. & consil. cclvj. in causa inquisitionis, col. pe. versic. & primò quia uerba Clau. Aquen. in repe. l. vt vim. col. xvij. ff. de iusti. & iure. & Hippol. Marsil. in l. is qui cum telo. nu. 39. C. de sic. Et idem quòd illa glossa. licet illius non meminerit, uoluit Bald. in l. pen. §. docere. in vlt. qu. ff. ne quis eum, cum dicit, quòd statutū Florentiæ, disponens, quòd nullus Guelphus possit contrahere matrimonium cum aliqua ex Comitibus Albertinis sub certa pœna, non habet locum in contrahente sponsalia. Et Pe. Anc. in c. i. col. vlt. de spons. lib. 6. & consi. xxj. pro solutione dubiorum col. pen. versic. tertio ponderandū. Nam & quamuis vxor uidua infra annum luctus non possit contrahere matrimonium, alioquin puniatur. l. 2. C. de secu. nup. tamen potest impunè sponsalia contrahere. l. si quis tutor. §. quamuis. ff. de rit. nup. & l. solet. §. qui vnũ. ff. de his qui no. infam. Et si clericus in minoribus contrahat matrimoniū, perdit beneficiū: nõ etiam si sola sponsalia contrahat. c. i. & ibi Io. And. Panor. & alij, de cleri. coniu. Pano. consi. lxxij. in controuersia, in 4. dub. in fi. li. 2. cum si.

Aliud sponsalia, aliud matrimonium. Sponsalia contrahens an incidat in pœna contrahentis matrimonium.

Beneficiū nõ perdit contrahens sponsalia.

19 ¶ Aliud item maritus est, aliud sponsum: l. i. §. & primùm. ff. pro dote. Aliud quoque vxor, aliud sponsa, l. fancimus. C. de nup. nec uenit altera appellatione alterius. c. tertio loco. extra de præsump. Et in sponsa non est matrimonium. l. quòd Seruius. ff. de cond. ob. cau. Nam & sponsum, est maritus futurus, & sponsa vxor futura. l. i. cum seq. ff. de spons. At quòd est futurum, nondum est. l. & quæ nondum. ff. de pigno. Ideoque consuluit Signo. Homod. consil. cxliij. in quæstione quæ vertitur inter dominum, quòd statutum disponens, quòd maritus succedat vxori, non habet locum in sponso & sponsa. Sed & Bald. in l. vlt. col. 3. versic. sequitur uidere. C. vnde legi. dicit, quòd bonorū possessio, vnde uir & vxor, non habet locum in sponso & sponsa, allegat d. l. fancimus. & l. pe. §. Iulianus. ff. quod sal. tut. per quam idem quoque uoluit ipse Bal. in l. i. in 2. quæst. C. vnde uir & vxor, vbi etiã Saly. Rapa. Ro. Paul. Castr. Alex. Corne. & alij recenti. & idem Bald. consi. xc. maritus illius puelle: in fi. lib. 2. & Anto. Rosel. in tract. successiõnũ ab intestato, col. 88. & alibi dicit idẽ Bal. post. Pe. Cy. & Gul. Cu. in l. non sine. in princ. C. de bo. quæ libe. quòd stante statuto vel consuetudine, quòd maritus superstes lucratur certam partẽ dotis, sponsus de præsentis, nihil ex dote lucrabitur mortua sponsa. Quod & idem uoluit Bald. ipse in l. si donaturus. §. si quis indebitam. in lec. antiq. ff. de condi. ob. cau. & in l. vxores. ff. de his qui no. infam. & in l. Deo nobis. colum. i. versic. modò iuxta hoc quæro. C. de epi. & cleri. & consi. 184. si qua inquit mulier, lib. 3. & consi. 199. in causa ista considerandum est, eod. li. 3. & col. 477. factum dignoscitur esse tale, li. 4. Pet. Anch. in rep. c. i. in 16. quæst. principali, quæ est 47. chart. versic. quæro de quæstione quæ mihi occurrit de facto, extra de cõstit. Vbi & hoc generaliter dicit, quòd statutū loquens de nupta, nõ intelligitur de desponsata tantum. Et ibi dicit, se cum Anto. consuluisse, quòd stante statuto, vt filia nupta siue maritata non ueniat ad successiõnẽ, non tamen excludetur sponsa. Ad quod etiam allegat Bald. in d. l. non sine. Sed & idem (vt redeamus) tenet Pan. in d. c. tertio loco. col. 4. & seq. extra de præsump. vbi ita dicit se cõsuluisse, sicuti uerè consuluit, consi. i. facti contingentia, lib. i. & consi. 79. uidetur primò, lib. 2. & consi. cvij. quatuor sunt, in fi. eod. li. 2. & Idem Pan. in c. si inter. de sponsa. & in c. 2. de spõs. duo, & in c. ex publico. extr. de conuer. coniug. vbi etiam est bonus tex. & Rapa. Com. consi. 30. statuto cauetur, in effectu quòd maritus, col. pen. vbi loquitur de statuto permittente marito relinquere vxori pro eius arbitrio, & uoluntate: & Saly. in quodam suo consi. princ. est, Iacobus promissit Stephano. & in l. cum in te. col. ij. C. de dona. ante nup. vbi longè lateque, & subtiliter eam rem tractat & differit, & inter alia mouetur, quòd uerba statuti debet sumi in proprio & potiori significato. l. i. §. quæ in perpetuum. ff. si ager uetigal. vel emphyt. & c. si quem. de sentent. excommu.

Aliud sponsum aliud maritus.

Sponsus non succedit sponsæ, ut uir uxori.

Vnde uir & vxor, non habet locum in sponso & sponsa.

Sponsus non lucratur dote, ut uir ex statuto.

20 ¶ Et ex illis plurimi loquuntur etiam in sponsis de præsentis. Nam & huiusmodi matrimoniū etiam de præsentis sine concubitu, non dicitur matrimoniū, quò ad plenum significatū, vt est glo. quam tamen non allegat, in d. c. ex publico, & bonus tex. in c. debitū. de biga. Et dicit Theologos tenere, quòd in beata uirgine desponsata Ioseph, fuit perfectum matrimoniū, quò ad sanctificationem, sed non quantū ad significationem. Cuius rei locus est, si quis fortè scire cupiat, in 4. Sententiarum,

Matrimonium sine concubitu.

dist. 30. de quo tamen in Decretis canonicis di. 27. q. 2. §. ecce impossibilitas. vers. item si coniuges, & d. §. iuxta hanc. vers. sed obiicitur, & c. genuit, & c. priusquam. cum duob. seq.

De eadem re.

In hac quoque parte multa adducunt Ang. Aret. in §. fuerat, in pe. char. vers. quæro de quaestione quotidiana, Insti. de acti. Barb. consi. 2. elementissimum, col. 7. lib. 4. Pet. Philip. Cornæ. c. 6. §. 2. 48. in præfenti consultatione, lib. 2. Feli. & alij recentiores in d. ca. tertio loco, extr. de præsumpt. Idem Feli. in rub. ext. de sponsa. & Hippo. Marfi. sing. 106. qui de proximo, Geor. Nat. in reper. cap. quamuis. col. 28. vers. quinto quæro, de pact. lib. 6. Philip. Deci. consi. 540. quæritur in effectu, per totum, quos tu ipse videas. Non tamen prætermittendus est tex. in d. l. in eo iure. in princ. iuncto ver. hoc caput. ff. de rit. nup. vbi, licet liberta vxor patroni non possit eo invito alij nubere, potest tamen sponsa. Ex qua se duo probantur ad hanc sententiam multum accommodata: primum, quod sponsa non venit appellatione vxoris: secundum, quod sponsus non tantum potestatis habet in sponsam, quantum vir in vxorem. Et prædicta proculdubio procedunt in sponsa, de futuro, in qua nullum ius contrahitur. Ideoque etiam in fauorabilibus, statutum in vxore non trahitur ad sponsam de futuro, si verum dicit Bald. in d. l. solet. §. quæ virum. ff. de his qui non infamati.

De eadem re.

Quin specialiter & in terminis nostræ consuetudinis Io. Fab. in d. l. non sine. C. de bo. quæ liber. tenet expressè, quod sponsa non sit in potestate sponsi per tex. in l. 4. ff. de cond. & demonstr. & in l. ea quæ. ff. ad municip. Quæ sententia (vt meum tandè iudicium interponam) mihi probabilior esse videtur: tum per ea, quæ dicta sunt, & quæ Docto. in prædictis locis allegantur etiam quia ista consuetudo est contra ius commune, vt dictum est supra in prin. Ergo est strictè interpretanda, & intelligenda, vt minùs lædat ius commune, quàm fieri potest. l. 2. C. de noxâ. & c. cum dilectis, de consuet. cum concord. alibi per me traditis. Neque debet extendi etiam, ex simili ratione, vt est glo. à paucis annotata, in c. in fidei. de hæret. lib. 6. At ne ex maiori quidem, vt voluit glof. reputata sing. licet sit omnibus nota, in auth. quas actiones, & ibi latè Doct. C. de sacr. eccle. Debet quoque omnino intelligi in casu vero, & non trahi ad fictum, vt voluit Io. And. in c. vlti. de consuet. libr. 6. & Bart. in l. omnes populi. & ibi recentiores ff. de iust. & iure. & in l. hæres quandoque. ff. de acquir. hære. & Franc. Aret. consi. 164. diligenter & maturè, col. 3. cum si. Sed quod sponsa pro vxore habeatur, id ex fictione est, & non verè, per iura supra alleg. & dicemus vers. ab hinc 3.

Statutum non extendendum ex simili ratione. At nec ex maiori.

Sponsa sponsi concubitu patris non tenetur. Sponsus mortis puniatur qui sponsam inuitam committit.

Tum quoque, quod in eo maximè, in quod de iure communi vxor est in potestate viri, videlicet in coitu, sicuti diximus supra in prin. nõ est sponsa in potestate sponsi. Neque enim tenetur spõsa sponsi pati concubitu: sponsusque morte puniatur, qui spõsam reluctante rapit. l. 1. C. de rapt. virg. Ex quo not. Bal. ibi in 7. nõ quod sponsus in sponsam non habet manus iniectionem: cum tamen secus sit in viro, qui vxorè inuitam potest cõprimere, vt voluerunt Guil. Cu. & Bal. in l. raptores. in fi. C. de epi. & cleri. Et Cy. Alberi. Bal. Io. Fab. & Saly. in d. l. 1. de rap. virg. Bald. in l. 1. in addi. ff. de rei vend. vbi & hoc intelligit etiam in nondũ cognita, & idem Bal. in l. 1. in 2. lect. ff. de rei vèdi. & in c. iuravit. col. 2. ad fi. vers. item nõ. hic, ext. de prob. vbi & hoc mirabiliter limitat procedere, cum vxor est tradita in domũ viri: & fecus, si adhuc sit in domo patris: imò, vt subdit, etiam si sit in itinere. arg. l. cum in te. C. de don. ante nup. Imo. Alex. Iaf. & Fran. Rip. in l. miles. §. qui iudicati. ff. de re iud. Inibi reprehendentes, imò verius interpretantes Bar. qui videtur velle contrariũ. Pan. in c. discretionem. in 2. not. per tex. ibi, ext. de eo qui cog. cõsan. vxo. suæ. Io. Plat. in l. generali. col. 2. C. de decuri. h. to. & in §. j. & in §. si autè per vim. Insti. de pub. iud. & Cor. cõ. 80. placet mihi, post medium, vers. constat enim, li. 2. & Cepo. cõsi. causarũ criminalium 57. super quereela, col. 1. vers. & maximè: & Io. Lup. in reper. rub. de donat. inter vir. & vxor. §. 58. in princ. Et bene facit text. inc. cum causa. ad fin. ext. de raptõ. & quod ibi nõ. Io. Ana. col. 2. vers. nota aliam rationem.

Sponsa domicilium nõ mutat, nisi uxor.

Sponsi domicilium non inspiciatur ut viri.

Sponsa sponsum sequi non tenetur.

Respondet ad contraria.

Sed nec sponsa mutat domicilium, sicut vxor, quæ vt supra diximus, sequitur viri domicilium, vt est tex. in d. l. ea quæ. la. 2. & ibi glo. & Albe. ff. ad municip. & nõ. Bar. in l. vlt. §. item rescripserunt mulierem. post princ. ff. ad municip. & ipse Alberi. in l. filij in prin. ff. eo. tit. Rom. in l. si conuenerit. col. 2. vers. quid de sponsa. ff. de iudiciis. Ang. Aret. in §. 1. col. vlt. vers. quid de sponsa. Insti. de pat. pote. Et ideo sing. decidit Bald. in auth. omnes peregrini. col. 1. vers. nota quod quando princeps, C. Commun. de succes. quod si statutum disponderet de lucris inter sponsum & sponsam, si alter eorum moreretur, nondũ celebrato matrimonio, non inspiceretur domiciliũ spõsi. Quod dictum pro sing. allegat Feli. in ca. 1. col. antep. vers. limita primo, extr. de sponsa. & Iason in l. 1. col. 6. vers. in lect. Ticinensi, colum. 14. vers. pone cum statutum dicit. & sequitur etiam Philip. Deci. consi. 283. cuius superscriptio incipit, de statuto, de lucro dotis, col. 5. vers. sed his & similibus. Nec etiam sponsa, sicuti vxor, vt supra diximus, tenetur sequi sponsum, vt not. glof. Hosti. & Panorm. in cap. de illis. extr. de sponsa. per text. ibi & in l. 2. C. de repud.

NEQUE HVC, quod primo loco dictum est, appellatione viri & vxoris contineri sponsum, & sponsam, longioribus nunc verbis respondendum esse duxi. Nam præterquam quod breuiter dici potest, illud procedere in fauorẽ sponsæ, vt not. in d. l. non sine. non item in præiudiciũ ipsius, vt est tex. in l. solet. §. vlt. ff. de his qui notan. infra. vbi propter hoc not. glo. odia restringi debere. & ita hunc nodum soluit Bald. d. consi. 184. libr. 3. & Alberi. in 2. parte statutorum quæst. 109. sed retento, & Pet. Anc. in rep. d. cap. 1. de consi. quo loco supra citauimus. Et illud quoque, quod appellatione vxoris non continetur propriè sponsa, sed ex quadam interpretatione, vt probat tex. in l. oratio

oratio. ibi, vt supleatur quod orationi deest. & ibi Bal. ff. de sponsa. Ideoque non habet locum in consuetudinibus & statutis, quæ proprie intelligenda sunt. l. 3. §. hæc autem verba. ff. de neg. gest. Certè aliter satis superq; responsum est ex his, quæ supra dicta sunt, & quæ abudè scribit Salice. in d. l. cum in te. C. de dona. ante nup. & Feli. in quibus locis nuper illum citauimus.

Spes infallibilis pro reserua.

Huic autem quod diximus, pro confecto habendũ, quod proximè futurum est, cingendũ scilicet pro cincto, dandum pro dato, & alia id genus: Respondeo, id quidem procedere, cum quod futurum speratur, certum est, & euident, ac infallibile: vt not. dicit Feli. in d. ca. eam te. col. 17. vers. alia est, dummodo, extr. de rescri. dicens ita sentire Bal. in dict. l. si pro ea. C. mand. & Panor. in d. c. ecclesia. extra de immunit. eccle. & apertè voluit Ang. quem nõ citat, in l. mulier. §. 1. ff. ad S. C. Tre. vbi dicit ex eo tex. paria esse, aliquid esse in proximo infallibili, vel esse in re. & ibi quoq; Pau. Ca. loquens de bannito, qui sperat infallibiliter cancellari de banno. & post eum Cep. cons. causarum criminalium 6. veritas, col. 4. vers. 4. vers. item pro hoc. Quod repetitur consil. 39. Et in eadem propè sententia fuerunt domini à Rota deci. 231. supposito, col. 2. vers. quantum motiuum.

Spes incertissima res.

At nihil ferè tam certum sperari, neque quicquam tam vicinum, quod non repentinus aliquis casus queat inuertere. Adeoque non esse tutum venturis fidere, vt vix etiam illa sint certa, quæ manibus veluti tenemus. Idcirco Iurifconsultorum sententia est, bestiam vsque adeo letaliter vulneratam, vt proximè capi possit, nondum tamen esse vulnerantis, nisi & eam ceperit. Multa enim (inquiunt) accidere solent, vt eam non capias: vt scribitur in l. naturalem. §. 1. ff. de acqui. rer. do. & in §. illud quæsitum est. Insti. eod. Cuius rei ar. dicit nõ. Barto. post Guil. in l. sciendum. in pe. q. ff. qui satisd. cog. quod bona patris nõ releuant filiũ à satisfactione, quia multa accidere possunt, ne successio patris ad filium perueniat. & sequuntur recentiores ibi, & Alexand. in l. in suis, col. 3. vers. pro hoc facit. ff. de lib. & posth.

Filius ob bonam patris non releuatur à satisfactione.

Et bene facit ille tex. ad id quod voluit not. Bal. in c. bonæ, le 2. circa medium ext. de elect. quod iudex non potest inquirere de morte ante mortem, licet vulnus sit mortiferum: veluti non sit pro mortuo habendus, qui mortiferè vulneratus est. De quo & tu vide Alberi. in 2. parte statutorum. q. 53. item quæro si aliquis. Cui simile est, quod dicit idem Bal. in c. 1. §. iniuria. col. pen. vers. quæro nunquid possit quis, tit. de pac. iur. fir. quod non potest de homicidio puniri, qui letaliter vulnerauit, donec vulneratus ipse sit mortuus. De quo etiam per Bart. & recen. in l. damni. §. Sabini ff. de dam. infe. & per ipsum Bal. in c. 1. in princ. & ibi etiam Alua. & Car. Alex. tit. qui. mo. feud. ami. & eundem Bal. in l. 1. ante fin. C. de nund. & Flor. in l. ait lex. ff. ad leg. Aquil. & Franc. Aret. in l. ex ea parte. §. insulã. col. vlt. ff. de verb. oblig. & Feli. in c. significasti. le 2. col. 2. de homi. Est quoq; simile, quod Alber. post Dy. scribit in 2. parte statutorũ. q. 37. item si quis aliquẽ, quod si ex forma statuti pro vulnere imposta sit pœna pecuniaria, & aliquis alium mortiferè vulnerauit, potest se defendere per procuratorem, licet mors sequi speretur, per multa iura, quæ illic allegat.

Mortuus non censetur letaliter vulneratus.

Nec enim omnis, qui mortiferè vulneratus est, moritur. l. huic scriptura. §. 1. & l. ait lex. ff. ad leg. Aquil. & l. in ratione. §. si feruus. ff. ad leg. Falci. & text. omnium optimus in l. 1. §. vlt. ff. de S. C. Syl. Sicut nec omnis, cui letalis est morbus, moritur, vt videre licet apud Gale. in lib. 6. Aphori. Hippocratis, c. 18. Et vt scribit Tullius ad Atticum, lib. 9. Epist. 12. Aegrotò dum anima est, spes est. Quod sumptum videri potest ex Theocriti Idyllio 4.

Mortiferè vulneratus nõ semper moritur. Aegrotò dũ anima est, spes est.

Θαρσύνε γῆ, φίλε Βάττε, τὰχ' ἄνριον ἔσσει' ἀμύμον, ἐλπιδέσσι γ' ἰωοισι, ἀνελπισοισι δὲ θανόντες.

Id est ad verbum:

Confidere oportet, amice Batte: forsitan cras erit melius. Spes in viuis, desperati autem mortui.

Philephus autem in quadam oratione ita vertit carmine, non infelicitè: Fidere, Batte, decet: melius cras forsitan habebis. Sperandum est viuis: non est spes vlla sepultis.

Spes semper viuis.

Eobanus autem in hunc modum:

Omnibus in rebus viuis sperare relictum est: Lumine nam vitæ functis spes nulla medetur.

Aut etiam depromptum est ex illa Hecubæ ad Andromachen sententia, apud Euripidem in Tragœdia, cui Troiades nomen est:

ὁ παῖδά, ὦ παῖ, τῷ θλάσσει τὸ καθ' ἀνάγκη. τὸ μὲν γὰρ ἔδει: τῷ δ' ἐνδύσει ἐλπίδες. Non idem, ὦ filia, viuere, & mori: Hoc enim nihil est: vitæ verò insunt spes.

Et huc haud dubiè alludit Virgilius si is est, in Obsceno carmine, cum inquit ad finẽ eius operis:

Dum viuis sperare decet. — Et Alciatus noster in suis Emblematis, in simulacrum Spei:

Quid manibus mortis tela refracta geris? Quod viuos sperare decet, præcido sepultis.

Et illud quoque Clitiphonis Terentiani in Heauton.

Liceat modo viuere, est spes.

Et faciunt, quæ scripsit Io. And. in c. sine culpa. col. 3. vers. quintò multum hoc adiuvat, de reg. iur. lib. 6.

35
Damnum non patitur, qui spem perdit lucri.

Quod cum ita sit, ideo ex Iurifconsultorum legibus, non dicitur pati damnum, qui perdit spem lucri futuri. l. Proculus. ff. de dam. infec. per quam ita dicit Alex. in l. 3. §. in fideiussorem. & l. seq. ff. qui satif. cog. sed & ante eum Bal. cōf. i. 82. locata fuit quædam possessio, col. 2. lib. 1. dicit, quod qui perdit lucrum nondum factum, sed quod est tantum in fieri (vt & ipse loquitur) non dicitur pari damnum, licet esset apparatus ad lucrum. De quo dicit esse text. expressum, & no. in l. si pecuniam. in princ. ff. de condi. ob caus. Propterea cum multa (ait) accidere possint, quæ impediunt fructus prouenire ad maturitatem & effectum, puta niues, grandines, incursus hostiū, & similia. l. fistulas. §. frumenta. ff. de contrah. empt. propter quod de futuris fructibus certum non potest iudicari. l. si ea lege. C. de vsur. & facit l. si iactum retis. ff. de actio. empt. & vend. & plenissimè no. per Bar. in l. cotem. §. qui maximos. col. 4. vers. quartò quæro. ff. de publ. Ideo frumentum in herbis non pluris æstimatur, quàm in herbis valeat, considerata qualitate præsentis, non autem futura, quæ nondum apparet. ar. l. in lege. ff. de cōtrah. emp. Hæc ferme Bal. qui & idem de frumento, quod in herba est, voluit etiam, conf. 132. & quod dictus, col. vlt. lib. 3. & conf. 292. quia ex facto, col. 3. lib. 5. & in rubr. C. de vsur. col. vlt. vers. tertio quæro, cum aliis concord. à me congestis supra tit. omnium nostrarum consuetudinum 6. §. 2. in glos. 2. A qua quidem sententia non longè abest, quod ex Catonis oratione supra adnotauimus, nu. 31. incip. in quam rem.

36
Spei quando ratio habenda sit. Remissio iuris sperati quid comprehendat.

Et in eam sententiam remigrat, quod scribit Bar. in l. si post emancipationem. §. i. per illum tex. ff. de lib. leg. quod non habetur ratio spei, nisi habeat ius de præsentis. Ideoque si in contractu apponuntur huiusmodi verba, Remittit omne ius, quod habet, & habere sperat in tali re: tunc videtur remittere omne ius, quod habet de præsentis, vel sperat habere in futurum, ex causa subsistente de præsentis, aliàs non. Sicut etiã dicimus de statulibero, qui si habet spem in libertate ex iure fundato de præsentis, quia hæreditas est adita, dicitur statuliber, & non aliàs. l. 2. ff. de statulib. & idem ferme dicit idem Bar. in l. quod Seruius. ante si. per illum tex. & ibi etiam Pau. Ca. & Alex. ff. de cōd. ob cau. & idem Bar. in l. qui cum tutoribus. in prin. & ibi etiã Ang. Pau. Ca. & recēiores, & iterū in §. vlt. illius l. ff. de transac. & in l. qui Romæ. §. duo fratres. in r. oppo. iterūque in 6. q. vbi etiam Ang. & Franc. Aret. col. antep. Alex. & alij recentiores, de verb. oblig. & idem Bar. in l. si vxor. §. diuus. & ibi Ang. ff. de adult. & Bal. in l. spem. C. de dona. & in l. pactum. col. 3. & in 6. q. C. de colla. & in cap. sanè. col. vlt. in fi. de renunt. & conf. 38. super primo puncto, in 6. ratione, lib. 2. & in l. vlt. col. 1. vers. & hoc facit ad quæstionē. & ibi etiam Fran. Are. in 2. no. C. de pac. & in d. l. spem. C. de donat. Per. Anc. in c. 2. in r. no. & ibi quoque Ant. in 3. not. & iterum col. vlt. vers. infertur secūdò, & Pan. col. vlt. vers. faciunt autem prædicta, ext. de renun. & Petr. Anc. in cle. literas. & ibi etiam Barb. col. 2. de rescrip. & idem Pet. conf. 204. visis ponderatis, col. 3. vers. sextò & vltimò. & conf. 291. super pluribus, vers. nec obstat stipulatio. & Fran. Aret. conf. 6. viso instrumento diuisionis, col. 3. vers. ego autem pondero, & conf. seq. procedendum est breuiter, col. 2. & conf. 72. viso legato facto, col. pen. vers. præterea licet. & Alex. conf. pen. perspectis, col. 3. in fin. li. 5. Corn. conf. 11. & in præsentis, col. 15. vers. quia respondetur, lib. 3. & confil. 30. placet mihi, col. 2. vers. ergo nec dicta, lib. 4. Geor. Nat. in repe. c. quamuis, col. 4. vers. imò fortiùs, de pactis, lib. 6. & Soci. conf. 50. viso instrumento, col. vlt. lib. 1. & conf. 147. visa facti contingentia, col. 3. in princ. Alcia. in l. conditionales. in verbo, iniquum, post prin. C. de pactis. & Steph. Bertr. conf. omnium 1. col. 23. nu. 128. lib. 1. & cōf. 342. num. 9. lib. 2. & conf. 226. Christi, & c. viso casu, nu. 6. eod. lib. 2. & Hippol. Marfil. conf. lxxvj. largire, col. vlt. lib. 1. Math. Afflic. Deci. Neap. 350. fuit dubitatum, col. 2. D. Benedic. in rep. c. Raynuius, in verbo, si absque liberis. le. 2. nu. 112. de testa.

37
Rei nomen late patet. Rei appellatione spes non continetur. Furtū huius libri.

Superiora quoque illud haud debiliter fulcit, quod licet nomen rei multum generale sit, vt scribitur in l. 1. §. rei. ff. si cer. pet. vt pote quod latius pateat, quàm verbum pecuniæ. l. rei appellatio. ff. de verb. sign. quamuis appellatione pecuniæ omnes res significari, scriptum sit in l. vlt. C. de cōst. pecu. Tamen spes non cōprehenditur appellatione rei, vt voluit Ro. in l. is potest. col. 1. ff. de acqu. hæred. per l. spem. iuncta l. constante. C. de dona. & facit (inquit) l. nec emptio. ff. de cōtrah. empt. Miror autem huc Philippum Probum, qui mihi verè Probus à multis dictus est, hæc propè omnia, quæ in his postremis versis diximus, & propè ad verbum, vt in præcedenti editione scripsimus, exceptis his quæ nunc addidimus, trahulisse in suas Addi. ad Io. Mo. in c. si postquã. de præb. libro 6. quæ nos libenter subtracuissimus, nomini illius parentes, ni veriti fuissimus, ne quis nos cōtrahac ab eo surripuisse existimaret, ignarus fortè præcedētis illius nostræ editionis, quæ facta fuit anno 1524. quod & nos de alio alibi diximus.

38
Spes uedi, & aliàs in contractu deduci potest. Spes facit locum l. 2. C. de rescin. uendi.

Quamquam ne illud omittamus, quod ad spei mentionem pertinet, videmus quod spes & vendi, & aliàs in contractum deduci potest. l. nec emptio. ff. de contrahen. emptio. & d. l. spem. C. de donat. & ibi concord. in glos. & per Azo. in summa. C. de contrah. empt. col. 2. vers. item spem. Et id quidem vsque adeo, vt in spe vendita habeat locum remedium. l. 2. C. de rescin. vendit. habita videlicet ratione pretij, quod communiter datum fuisset pro ea spe, vt no. voluerunt Perr. Anch. Imol. in fin. & Anto. Burg. col. 7. in 8. extensione, in c. cum causa, ext. de empt. & vend. quod dicit ipse Burg. not. pro l. si iactum retis. ff. de actio. emptio. Quamquam scio Sannionem Terentianum illud dixisse in Adelphis:

—Ego spem pretio non emo.

Sed vt redeamus, propter solam spem quis mittitur in possessionem bonorū absentis. l. si filiosa. ff. qui ex

qui ex caus. in pos. eat. & ibi not. Ange. & Zazius. Sed & propter eandem, & quidem solam, datur in integrum restitutio. l. iij. §. si quid minori. ff. de minori.

39 Nec potest aliquis priuari eo iure quod in spe tantum habet, sine ipsius consensu. l. in diem. §. no. autem. ff. de aqua pluuiæ arcen. quam ad hoc allegat & dicit no. Bal. conf. ccccxxxj. ad euentiam præmittendum est, col. ij. lib. 2. cum aliis concord. à me adductis in tracta. Retractuum, titu. ij. §. j. in verbo, Seront præferere, quæ est glos. vij. nu. 20. incip. neque id quidem. Idque intantum verum est, vt ius mihi spe tantum per te quæsitum ex iuris dispositione, non possit per te mihi auferri, per tex. in l. si constante, in verbo, exceptis. C. de dona. ante nupt. quem Bal. ibi ponderat, & adducit concord. & Fran. Aret. d. consil. vij. procedendum est, col. ij. & iterum consil. lxxiij. diligenter & mature ponderatis his, col. v. vers. pro ista conclusione, vbi illum text. dicit ad hoc solennem & Alex. in ea re tamen distinguens, in l. qui Romæ. §. Flauius. col. viij. ff. de verbo. obliga. cum aliis quoque concord. à me congestis in glo. Retractuum à me nuper citata, num. 22. incip. atque vt vtrunque. Licet tamen in contrarium videatur esse tex. in l. iij. & quod ibi no. Barr. ff. de ser. expor. & in l. j. & ibi Bald. C. si man. ita fue. ali. quos tex. ad hoc ponderat Imo. in c. potuit. in vlt. char. de locat.

Spe nemo priuari potest sine eius consensu.

40 Et quod magis mirandum est, licet regulariter quis non possit experiri sine actione, l. quoties. §. si temporali. ff. de admi. tut. cum si. si tamen speratur actio in contestatione litis, potest quis agere ratione illius solius spei, tametsi actionem non habet in principio, tex. est in l. Titius. ff. de verb. oblig. quem ad hoc ibi not. Bar. & alij, inter quos Imo. facit sing. Et in actione legis Aquiliæ venit damnū spei cohærens corpori. l. proinde. §. j. & l. inde Neratius. & l. in lege Aquilia. ff. ad leg. Aquil. & voluit per ea iura Bal. d. consil. clxxxij. col. j. lib. 1. Et propter solam spem cauetur, sicut propter rem, vt est text. in l. si vsusfructus mihi. ff. vsusfructus. quemad. caue. quem ad hoc ponderat Lucas Pen. in l. j. col. iij. vers. vij. C. de priuileg. eorum, qui in sac. pal. mili.

Spei ratione agi potest.

Spes caueri facit.

41 Et facit optimè tex. in c. quamuis. de rescri. lib. 6. ex quo probatur, quod restitutio facta à principe, intelligitur sine præiudicio iuris alteri spe tantum quæsitum. Loquitur enim ille text. de eo, qui habebat literas expectatiuas ad beneficia vacatura, quæ sine dubio, priusquam beneficium vacet, non conferunt, nisi ius conditionale, quod non potest dici quæsitum, nisi spe, vt voluit Bar. in d. l. is potest. posset enim expectas præmori, & sic expiraret gratia, & ideo dicitur ius quæsitum spe, vt tradit Io. An. in c. ignorantia. de reg. iur. lib. 6. in Merc. Et facit etiam, quod no. voluit Iac. But. in sua disputatione: quam refert & sequitur Per. Anch. in c. 1. in xij. q. principali, de consti. quod sicut noua constitutio siue lex non trahitur ad ius quæsitum de præterito re ipsa: ita nec ad ius conditionale, quod, vt iam diximus, no. potest dici quæsitum, nisi spe. Adde & quod no. consuluit Domi. consil. cvij. super primo dubio, ad fin. quod ius alterius, quod in spe est tantum, debet exprimi in impetratione beneficij, per not. in c. in nostra. de rescrip. & in c. literis. eo. tit. Et quod dicit Bal. in l. cum & filiis. C. qui bo. ced. pos. post Pla. & glo. ibi, quod nihil habens, potest cedere bonis, ratione spei: non quod videatur cedere bonis futuris, per not. in l. vltim. C. quæ res pig. ob. pos. sed ne postea conueniatur, nisi in quantum facere potest. Et quod tradit idem Bald. consil. ccccxxxix. casus talis est, quædam indulgentia. col. ij. lib. 1. quod iis quæ non sunt, sed spes est ea fore, potest concedi priuilegium, per l. si seruitus. §. futuro. ff. de seruit. vrb. præd. licet aliàs secus, vt probat aliis iuribus.

Spei non præiudicatur per restitutionem principis. Lex noua non trahitur ad ius quæsitum spe.

42 Et quia fortassis quispiam diceret, ista intelligi secundum dictum Bar. in illis locis nuper allegatis, quia videlicet spes in his casibus erat ex causa de præsentis. Certè casus est, in quo habetur ratio spei, quæ non habet ius de præsentis, in l. iij. §. si quid minori. ff. de mino. vt etiam annotat Bar. in d. l. post emancipationem. §. j. in fi. ff. de libe. leg. Et alibi dicit idem Bar. in l. Gallus. §. videndum. ff. de libe. & post hu. quod spes pro veritate habetur. Quod tantum distat à veritate, quantum cum ea è diuerso illud conuenit, solam spem facere vsurarium & simoniacum: vt de primo est text. in c. 1. in verbo, expectes, & ibi gl. xiiij. q. iij. & voluit Io. Fab. in l. si ea lege. C. de vsur. Secundum autè voluerunt glo. vlt. & Doc. in c. tua nos. ext. eo. tit. Sed & aliàs spei habendam rationem, tradit tex. in l. statuliber. ff. de quæst. & in l. statuliberi à cæteris. in prin. ff. de statulib. Sed de his hætenus.

Spei ratio quæ ius non habet de præsentis. Spes pro veritate. Spes vsurariū facit & simoniacum.

43 Cæterum autem an & quando aliàs actus destinatus habeatur pro completo, vide Bart. Alex. & alios recentiores in l. cætera. §. fed & si parauerit. ff. de leg. j. Albe. in ij. parte statutorum, q. ccv. inci. item quæro duas pulchras quæstiones. Bal. & alios in l. si nondum. C. de fur. Ale. in l. à Diuo Pio. §. sic quoque. col. iij. vers. sicu. tertio not. ff. de re iudic. Barb. consil. lvij. præclare scribitur. col. v. lib. 1. & consil. lxxxj. præclare & luculenter, lib. 4. & consil. vlti. col. iij. & seq. eo. lib. 4. & Fel. in c. cum a deo. col. ij. vers. de destinato ad clerum, & col. seq. extr. de rescrip. & nouissimè Catellianum in Memoriali, cuius principium est, vestibus legatis, quæ in domo sunt.

Destinatio an pro re facta habeatur.

44 Vtrum verò, & quando inspicitur, quod euenire potest, vide abundè per gloss. Bart. & alios recentiores in l. inter stipulantem, §. sacram. ff. de verb. oblig. & Doct. in l. si diem. §. vlt. de iurisd. om. iudi. & Cy. in l. vlt. §. sin autem. C. commu. de leg. Bal. in eadem l. vlt. §. fed & in l. eadem. col. iij. C. loca. Ioan. Fab. & alios in d. §. illud quæsitum est. Insti. de rer. diu.

Inspiciturne quod euenire potest.

45 **ITEM QVÆRO SECVNDO**, Quidam Pictauiensis duxit vxorē alterius prouinciæ, quæ iure communi vitur, vt scilicet vxor non sit in potestate viri, vel diuerso: an consideranda erit vitis patria, an verò vxoris. Et sanè nemo vnquam, vt puro, dubitabit, quin viri statutū sit sequendum per text. in l. exigere. & ibi Bart. Bald. Alber. Angel. Pa. & alij. ff. de iudi. & quod voluerunt Bart. Saly. & omnes in l. cunctos populos. C. de Sum. T. ait. & fid. cathol. Bald. in authen. omnes

Statutum viri non vxoris sequendum.

dignitati concessum, nō potest torqueri, nec aliās seueriter debet cōtra eum procedi, per l. seuerā. eo. tit. ita nec etiā contra vxorē ipsius. Quod & voluit Alci. vbi suprā. Et quod tradit Mar. Afflic. in consti. Sicilia, huius inijt profequentes, col. v. versi. secundō quāro, quōd illa consti. qua cautū est, ne cōtra Comites, Barones & milites recipiantur testes ignobiles, cum agitur de causa capitis, aut status, aut maioris partis bonorum, habet etiam locum in vxoribus huiusmodi personarum.

57 De iisdem rebus.

¶ Deinde iniuria illata vxori, videtur illata viro, & ei pro illa cōpetit actio suo nomine. l. 5. §. item autem per semetipsum. & l. eum qui. §. & si nupta. & §. si iniuria. & ibi Bart. ff. de iniur. Ideoq; not. dicit Luc. Pen. in l. j. in xx. q. C. pub. l. xii. lib. 12. quōd qui pacem fecit cum altero, promisitq; eum non offendere, videtur pacem violasse, si vxorem offenderit, idq; multis rationibus cōprobat. Et facit, quod in simili no. Bal. in auth. habita. C. ne filius pro pat. quōd sicut per illā auth. inferēs iniuriā scholari, punitur pœna quadrupli, ita inferens iniuriā sorori, vel fratri, vel matri eunti ad visitandū eum. Quod magis & fortiori ratione videtur procedere in vxore, per dictas rationes. Vt interim non prætermittā ex legibus Mosaicis, Quicquid à populo sacerdotū ordini contribuebatur, ex eo quoq; vxores participes fuisse: vt annotatū est à Iosepho lib. Antiq. Judaic. 4. c. etiam 4.

58 Contra suprā dicta.

¶ CONTRARIUM tamen, cum ex facto incidisset species talis, consuluit Fran. Are. confi. cxxx. consultissime domine Collateralis, in causa istius inquisiti, & sequuntur Thomas Dotius, Lance. & Philip. Deci. & And. Alciat. in d. l. j. C. de in ius voc. & idem Deci. in l. more. col. ij. in vj. not. ff. de iuris. d. omn. iudi. & confi. 501. in ciuitate Alexandria, col. ij. versic. secundō præmittendum. Mouetur Aret. his rationib. Sicut vxor participat dignitatem viri, ita & liberi, patris, vt est tex. in l. Senatoris filius. ff. de Senato. Quinimo priuilegium concessum patri ratione dignitatis, trahitur ad filios, vt est casus in l. moris. §. ista ferē. iuxta fin. ff. de pœnis. & in l. D. Marco. C. de quæst. Et bene facit tex. & glo. in l. j. C. qua æta. lib. 10. Et tamen Bald. pulchrē decidit in l. j. col. j. in fi. C. si rector prouin. per illum text. quōd si ex forma statuti, offendens Potestatem puniri debet aliqua magna pœna, certē offendens filium Potestatis, non punitur ea pœna, quanquam, vt dictum est, participet dignitatem patris filius, quod dictum Bald. reputat singu. Aret. vbi suprā, de qua re etiam latē per eundem Aret. in l. maritum. in fin. ff. solut. matri.

59 De eadem re.

¶ Præterea dignitas, quæ vxori communicatur ex persona viri, non est dignitas principalis, sed competens in consequentiā, secundum Bart. in l. si Augustā, quam legit simul cum l. quōd principi. ff. de lega. ij. quin longē minor est dignitas, quæ viro competit. vt est tex. in l. j. ff. de Senato. Statuta autem & maxime pœnalia & exorbitantia, debent strictē & propriē intelligi in casu non ficto. l. quod verō. ff. de legi. & l. constitutionibus. ff. ad munici. & plenē per Bart. in l. omnes populi. ff. de iusti. & iure. Cum ergo statutum imponit pœnam offendenti magistratum, non potest habere locum in vxore, quæ per consequentiā improprie & fictē censetur esse in ea dignitate. l. iij. §. hæc verba. ff. de nego. gest.

60 Dignitatis appellatio.

¶ Ad hæc, in materia pœnali, appellatione dignitatis, venit dignitas, prout est principaliter in aliquo, non prout est in consequentiā & participatiuē. text. est, quem ad hoc dicit singu. Areti. vbi suprā, in d. l. moris. §. potest. ff. de pœnis. vbi prohibitus postulare apud Præsidem, non prohibetur postulare apud Legatum Præsidis. Et tamen clarum est, quōd Legato communicatur dignitas Præsidis in consequentiā, & eum repræsentat, vt clarē dicit Bart. in d. l. quōd principi. ff. de lega. ij. dum allegat l. j. & ij. ff. de offic. Præsid. quæ in Legato Præsidis loquitur: & vicarius repræsentat Potestatem, & facit idem tribunal cum ea, vt est tex. in cap. 2. de consuet. lib. 6. & plenē per Bart. in l. j. ff. quis & à quo appel.

61 Vxor clerici an gaudeat priuilegio c. si quis suadente.

¶ Denique hoc deciditur per id, quod no. voluerunt Io. An. Imo. & Do. in c. i. de cle. coniug. lib. 6. & Imo. in d. c. 2. ext. de for. comp. quōd dispositio c. si quis suadente. xvij. q. iij. quæ vult percipientem clericum esse excōmunicatum ipso iure, non habet locū in percipientē vxorem clerici, etiam si sit legitima, prout potest contingere in clerico in minoribus constituto. Et ad hoc adducit Dom. rationem, decisioni huius nostræ quæstionis bene conuenientem. Quia cum istud priuilegium sit concessum toti ordini ecclesiastico, non debet extendi ad personam non ecclesiasticam, in materia pœnali, licet vxor sequatur forum clerici, & sit exempta à iudice seculari, secundū quosdam, vt suprā diximus. Non est enim eadem ratio in materia exorbitanti & pœnali offendere vxorem positi in dignitate, & offendere in dignitate positū, & ideo non debet fieri extensio. l. Iulia. §. hoc caput. ff. de rit. nu. & c. quod Dei, de stat. mona. & c. canonica. de sent. excom. Et hanc istorum sententiam sequitur Iacobus à Canibus in tract. de iniuriis & damno dato, in ij. parte in xij. q. vbi ex hoc dicit, quōd vxores clericorum non gaudent eo priuilegio, vt sint immunes à repræsaliiis.

62 Franc. Areti. laudes.

¶ Et ita refidet Franc. Aret. vir equidem à nemine non laudatus. Iason enim in l. admonendi. col. xx. versi. adde quōd istud, qui est sub num. 98. ff. de iureiur. in j. lect. illum vocat Iurisconsultorum suæ ætatis facile principem. & Gerg. Natha in repet. cle. sæpe, in princ. col. lxxvii. versic. quinta fuit opinio, de verborum sign. celebratissimum iuris verticem. & iterum in §. quæ omnia. col. xij. versi. clarissimus, clarissimum Iurisconsultorum suæ ætatis splendorem. & Cornel. consil. xc. scrupulosa videtur, col. v. versi. ad euitandas itaque, lib. 3. eum appellat clarissimum doctorem, & Ludo. Bolo. in repet. §. Cato. in l. iij. col. x. ff. de verb. oblig. illustrem principem legum. nec eum fermē citat. sine titulo honoris, modō illustrem, modō celebrem doctorem vocans. quæ hic obiter dicere voluit, vt quisque noscat, quanta sit huius viri auctoritas.

¶ His

63 ¶ His tamen Aret. rationibus hoc quoque aduicito, quod pulchrē voluit Ioan. And. in c. frustra, de regu. iur. lib. 6. in Mercu. quōd si promitto te non offendere sub certa pœna, & postea vxorem tuā offendendo: licet possis agere iniuriarum ex iure communi, non tamen potes agere ex ea promissione siue stipulatione: vt qui te fictē videtur offendisse, non verē. l. eum qui. §. vlti. ff. de iniur. Quem ita refert & sequitur ipse Aret. in l. ij. §. j. col. pen. ff. solut. matri. vbi hoc quoque dicit voluisse. Bart. in d. l. ij. §. Cato. in vlt. char. ff. de verbo. oblig. vbi tamen de hac re nihil omnino loquitur: sed aliud non omnino dissimile ibi adscribit in col. pen. versic. certē istud non est: quōd si promiserim aliquem non offendere, & illius defuncti hæredem offenderim, non poterit agi ex ea promissione. Sed ipse Franc. Aret. ibi, col. antepen. idem quoque dictum Ioan. And. pro eleganti refert & sequitur. & rursus idem Fran. in l. si stipulatus fuero. col. j. eo quoque tit. id sing. dicit. Adde & tu denique text. in c. ne aliqui, de priui. lib. 6. ex quo Domi. ibi, in iij. not. tradit priuilegium datum Regi, non competere reginæ, nec filiis, nisi id exprimat. & sequitur Philip. Deci. in l. quoties idem. ad fin. ff. de regu. iur. Et quod etiam scribit Bald. in l. spadonem. §. iam autem. ff. de excus. tuto. priuilegium concessum marito, non videri concessum vxori, per eum text.

Vxorem offendens, an teneatur ad pœnam promissam pro viro offensa. vide num. 65.

64 ¶ NON OBSTANT autem illi decisioni Fran. Are. quæ suprā adducta sunt pro parte cōtraria: neque enim id omittendum est, quōd omnibus satisfaciam. Quod enim ad primum pertinet, licet vxor interdum gaudeat priuilegio mariti, hoc tamen nunquam procedit in dispositione pœnali, vt ex multis suprā probatum est, atque etiam per regulam positam in c. in pœnis. & in cap. odia. de regu. iur. lib. 6. & in l. cum quidam. ff. de libe. & posthu. cum infinitis similibus.

Responiones ad contraria.

65 ¶ Quod ad secundum pertinet, clara est etiam responsio. Nam iniuria illata vxori, non est, neque dicitur illata in personam mariti, sed ad eum pertinet per quandam consequentiā, vt est text. expressus in d. l. eum qui. §. vlt. ff. de iniur. Statutum autem hic loquitur de inferente iniuriam magistratui. quod intelligendum est, quādo verē & non fictē, siue in consequentiā, id est, per mediam alterius personam offenditur. l. aut qui aliter. §. vlti. & ibi Bart. ff. quod vi aut clam. & l. hæc verba. ff. de adult. & plenē per eundem Bart. in l. si vnus. §. seruus meus. ff. de iniur.

De eadem re.

66 ¶ At illud dictum Bald. in d. authen. habita, dici potest, quōd nō loquitur in materia statuti, in quo debet fieri strictior interpretatio, quā in dispositione iuris communis. Vel quōd illud ideo est, quia si consanguinei scholaris impedirentur accedere ad ipsum, multa ipsi scholari incommoda afferrentur: vnde quia eadem videtur esse causa & ratio, quæ in scholari, fortē locum habebit pœnā ipsius auth. Hic verō solum quæritur, vtrum habeat locum pœna statuti in offendente vxorem, ob id tantum, quōd mulieri communicatur dignitas viri: non etiam ob id, quōd ex iniuria illata vxori accedat viro in persona vel patrimonio ipsius aliquod incommodum. Pro qua distinctione facit optimē text. in l. sed & si paterfam. §. non solum. ff. ad S. C. Macedo. vbi exceptio senatusconsulti, quæ est odiosa, & regulariter non egreditur personam; competit fideiussori, quando fideiussor esset habiturus regressum contra filium, non aliās.

De eadem re.

67 ¶ Verū antequā aliō transeamus, illud studiosos monere volumus, quōd contrariū eius, quod tenuit Io. An. in d. c. frustra, sensisse videtur. Bar. Pau. Cast. & Ale. in l. si ita stipulatus. §. Chryfognus. ad fi. ff. de verb. oblig. dum approbantes dictū Dy. ibi afferentis nō cadere in pœnā promissam, si Titium offenderet, qui fratrem Titij offendit: quia certæ sunt (inquiunt Bar. Paul. Alex.) personæ, per quas iniuriā patimur: inter quas nō est frater. l. j. §. vlt. cum l. seq. ff. de iniu. vbi nuncupatim tex. loquitur de vxore & filio. Igitur nō obscure videtur voluisse aliud in vxore, & filio, quā in fratre. Et ex hac Bar. doctrina scribit Bald. qui eam reputat not. in c. similiter. col. ij. tit. quib. mod. feud. amit. quōd illa dicitur proprie offensa, ex qua alicui cōpetit actio iniuriarū proprio nomine: quod dicit menti tenendū. Sed & expressē Fran. Are. sibi cōtrarius in d. §. Chryfognus, in fi. tenet illū incidere in pœnā stipulationis, qui eius vxorē offendit, quem promiserat non offendere. Quod & apertē tenuit And. Alciat. vir admirabilis doctrine & ingenij in d. l. iij. §. Cato. char. vlt. in vij. q. Bar. ff. de verb. oblig. vbi nuncupatim repræhendit quod suprā diximus ex Io. An. vti etiā facit in d. l. j. in verbo, vxori. C. de in ius voc. Nam offendēs (inquit) vxorē, dicitur etiā verē maritū offendere: qui & ob id potest proprio nomine agere iniuriarum, per §. patitur. Insti. de iniur. & iuribus, suprā alle. Ex quo illud cōtinuō sequitur, quōd ego offendor, si ea offendatur: committiturq; stipulatio, quæ mihi facta est, ne offendar, ex sententiā Bar. in d. §. Chryfognus. & Bal. in d. c. similiter. Nam si id in stipulatione obtineat, quæ est stricti iuris, stricteq; & in dubio pro promissore interpretāda. l. quicquid. ff. de verb. oblig. cum si. idem quoq; & in statuto, quod recipit interpretationē à iure communi, per no. in l. vlt. §. in cōputatione. C. de iure delib. Ideō cogita. Nam si id verum est, corrui & Fran. Are. sententia. Dicit tamē Alciat. in illis locis, quōd ca Io. An. sententiā posset obtinere in promissione de nō offendendo in persona. Id quod meo iudicio minimē dubiū est, & id quoq; asserit ipse Io. An. in d. c. frustra. & Frā. Are. qui sing. reputat in d. §. Chryfognus. Quāquā & huius aduersari videtur tex. in l. iniuriarū, quæ est ij. C. de iniur. vbi maritus in vxoris iniuria propria iniuriam pati intelligitur. Nam verbū intelligitur, proprietatem rei declarat, vt multis placere video, quāuis Bar. in l. si is qui pro emptore, col. viij. versi. sed illa opin. ff. de vfucap. dicat id verbū denotare fictionē. Super quo tamen vide tex. in l. si tibi homo. §. cum seruus. ff. de leg. j. cum dicitur, ex die aditæ hæreditatis eius intelligitur, iuncta gloss. ibi, in verb. aditæ. & quod post eam voluerunt Bart. & Bald. ibi, & quæ dicam infra in glos. v. in verbo, expres. num. 174. incip. sexto modo.

De eadem re.

Intelligitur uerbum, an sit ueritatis, an fictionis.

Et n'est plus en pouuoir de son pere.

1
Vxor perma-
trimonium à
patria potesta-
te liberata, an
in eam recidat
uiro mortuo.



IGITUR ex hac nostra consuetudine femina per matrimonium liberatur à patris potestate, inciditque in mariti potestatem. Sed queritur, vtrum marito mortuo recidat sub potestatem patris? Et ego quidem aliàs in ea fui sententia, vt non reuenteretur, ea ratione motus, quòd qui semel liberatus est à patria potestate, is postea in potestatem reuerti non potest, nisi adoptione. l. qui libera tus. & l. si pater filium. & ibi glo. ff. de ado. Et inuiti filij non rediguntur in patriam potestatem. l. inuiti. ff. de his qui sui vel alie. iur. sunt. Et propterea dicit glos. in authen. constitutum quæ de dignit. §. j. verfic. generaliter, in verbo, præster, quod Patricij, aliq; qui per dignitatem liberantur à patria potestate, in eam non reuertuntur dignitate finita. Quam sequitur Albe. in authen. sed episcopalis. C. de episc. & cleric. & Ioan. Plat. in l. vlti. C. de consul. lib. 12. Et facit tex. in l. in insulam. C. de sentent. pass. vbi in insulam deportato filio, sicq; vinculo paternæ potestatis exempto, si postea reditus in patriam solum, præcedensq; dignitas restituta sit, potestas tamè patria repetita non videtur. Quin & apud nos est generalis regula, rem mutatam in pristinum statum redire non posse. l. homo liber. & ibi glo. quæ hoc not. ff. de stat. homin. & l. inter stipulan- tem. §. sacram. in fin. in illis verbis, sed si vsque ad aream. ff. de verb. oblig. & l. qui res. §. aream. ff. de solut. vbi quod semel est sublatum, restitui quidem non potest, & ibi multæ concord. in glo. & in cap. quæris. de consec. distin. iij.

2
De eadem re.

¶ Et ita in hac specie nostra, vt scilicet vxor non recidat in patriam potestatem, expressim tenuit Masue. in tit. de dot. & ma. §. item de consuetudine. ea ratione motus, quòd seruus, qui quòd con- demnatus est in metallum, liberatur à potestate domini, si à principe gratiam pœnæ obtinuit, non reuertitur in domini potestatem, per d. l. in insulam. & l. frustra. C. de sentent. pas. & l. aut damnus. §. vlti. ff. de pœnis. Et hanc quoque opinionem nouissimè secutus est Boëtius Præses laudatissi- mus, Deci. Burdegal. 197. & pro decisione: qui liber nuper post mortem illius editus est: meq; citat ex hoc loco, dicitq; hanc opin. vbiq; feruari. Estque eius rei expressa consuetudo apud Borbo- nios, cap. 166. & Marchios, cap. 298. Et facit, quod tradit Spec. in titu. de stat. mona. §. j. verficu. xij. per d. §. j. verficu. generaliter, quòd ingressus monasterium, & qui ob id perdidit patriam filiorum potestatem, si postea redeat ad seculum Pontificis indulgentia, non recuperat patriam illam pote- statem. Id quod tamen declarat, vt ibi videre poteris.

3
De eadem re.

¶ Postea verò cum legissem Commentarios, quos in consuetudines Burgundiæ edidit vir vtique doctissimus Bartol. Chasse. (ita enim illum vocabamus in priore nostra editione) illum comperi hanc quoque questionem adscripsisse in titulo, *Des droictz appartenans à gens mariez.* §. j. in verbo, *En puissance de son mary*, ad fin. vbi contrarium tenuerat duabus rationibus. Prima per tex. quem allegat, in d. §. generaliter. in authen. constit. quæ de digni. vbi dicit caueri, filium qui propter di- gnitatem exierat patris potestate, in eandem recidere, ea dignitate finita. Deinde per tex. in auth. sed quamuis. C. de rei vxor. actio. vbi dicit caueri, patrem teneri filiam viduam iterum nubentem dotare: ponderatq; ad hoc singulariter, vt dicit tex. ibi, in verbo, potestatis iure, quasi dicat text. vt vult, quòd mortuo viro, pater reassumit, aut saltem retinet potestatem.

4
De eadem re.

¶ Sed certè hæc minimè obstant primæ sententiæ. Primum enim omnino falsum est: quia tex. in d. §. generaliter, non id dicit, ad quod eum allegat Chassen. quin nihil omnino de ea re loquitur, sed glo. tantum supra alleg. quæ id voluit, ad quod supra illam citauimus. Secundum quoque nihil af- fert præiudicij, neque tex. ibi dicit, simpliciter patrè teneri iterum dotare filiã, &c. sed tantum, quòd pater dotem ad se reuerfiam iure potestatis, vel aliàs, nò potest minuere, filia ipsa denuo nubente. Et si id diceret, ad quod allegauit Chassen. nihil profus facit ad quæst. At nec illud obstat, quod ponderauit tam sing. illa verba, iure potestatis. Nam d. auth. loquitur secundum ius commune, ex quo filia nupta remanet in patris potestate, vt diximus supra in prin. huius operis: hic verò filia iam li- berata est. Allegat præterea Chasse. decisionè Bart. de Bel. in addi. ad Pan. in c. cum omnis. de testa. quòd si clericus fecit testamentum cum duobus testibus, & postea contraxit matrimonium, ob idq; omnia perdidit priuilegia clericorum, præter duo, de quibus in c. i. de cleri. coniu. lib. 6. Certè si hu- iusmodi clericus mortua vxore viuat clericaliter, & moritur, testamentum illius, quod primum vt clericus fecerat, non valet, per tex. in l. quod dicitur. §. miles testamentum. ff. de testa. milit. Sed tan- tum abest, vt hæc decisio si vera est, confirmet opinionem Chasse. vt magis illam funditus euer- tat, ostendatq; quòd semel perijt, iterum nò reuiuiscere, nec in priorem statum reuerti. Nec tamen fuit solus Chassen. in ea opin. cum & eandem tenuerit Neapodanus in quadam consuetudine regi- ni Neapoli. incip. sed & mulier: sed eum reprehendit Matthæ. Affli. priorem sententiam secutus, in conslit. Sicilia, incip. prosequentes, col. v. in ij. q. verfic. pridie fui interrogatus.

5
Chassenei ira-
minime iusta.

¶ Sed hic satis mirari nequeo, quòd ex hac reprehensione & altera seq. eò Chasseneus iracundiæ, ne furoris aut insanix dicam, processerit, vt inimicitias mihi capitales denuntiarit, nomenque meum vbiq; profciderit: tanquam scilicet is ipse esset, cui nefas sit contradicere. Quamquam nonnulli, qui hominem aliquando hac de re conuenerunt, illud mihi renuntiarint, cum non tam offensum

offensum reprehensione, quàm quòd immodestè & insolenter (vt putat) primam illius rationem omnino falsam esse dixerim. Tanquam illum scilicet de crimine falsi appellarem: quibus illud continuo respondi, id non ad eò esse insolens, aut immodestum, vt arbitratur quando & iuriscon- sulti omnium scriptorum reprehenses modestissimi, & minimè insolentes, his verbis sæpissimè, cum res exigit, sibi inuicem aduersantur vt in l. definitio. ff. de pecul. & l. si rem. ff. de eucti. & l. si debitor, de iur. doti. & l. filium. ff. de acq. hæc. & aliis sexentis locis.

¶ Illi autem sententiæ Chassenei (ne id omittam) ad stipulatur vetus lex Romuli Romanorum Regis, qua filius à patre veditus, & ita extra ipsius potestatem positus, si liber fieret, in potestatem patris iterum redibat: idque si secundo fieret, manumissusque esset, seruus tamè erat patris, vt prius. post tertiam autem auctionem, non amplius redibat in potestatem patris. Testis Dionysius Hali- carnassus. lib. 2. Antiq. Romanarum. Et altera Mosis, Leuiti. 22. Si filia (inquit) sacerdotis cui libet ex populo nupta fuerit, de his quæ sanctificata sunt & de primitiis nò vescetur. Vidua autem, vel repudiata, & ad domum patris reuerfa, sicut puella consueuerat, aletur huiusmodi cibis. Ex qua vides, filiam soluto matrimonio in ea lege, in ius & familiam patris redire. Nam & illud princi- pium ad potestatem patris refert Lyra. vt alibi diximus.

¶ ILLUD ITEM secundo loco adscribemus: quontà supra in r. l. connub. in multis locis dictum est, filiam quæ matrimonio collocatur, non iam esse in familia patris, sed mariti, & illius forum & domicilium sequi. Quid ergo, si testator prohibuerit quicumque alienari extra familiam, an poterit alienari in fœminam nuptam? Certè videtur non posse, cum non sit amplius in familia. Contra tamen decidit Bal. in l. voluntas. per illum text. C. de fideicom. & sequitur Paul. Ca. Phil. Corn. & recentiores, ibi adicientes & hanc rationem, ex qua contrarium dissoluitur: quòd filia nupta est in mariti familia, non patris, in his dicitur, quæ ad obsequia marito præstada pertinet: in aliis autem fecus: vt notatur per Bar. in l. vl. §. idem respondit. ff. ad municip. cum cõcord. supra à me adductis in r. leg. connub. nu. 37. sed cuiuscunque. Et hanc etiam decisionè sequitur Soc. inter cõsi. Franc. Curt. senioris. con. 40. cuius initium est, cum in præsentiarum, col. 2. verfi. 3. & hoc non tangunt. & ipse Curt. consi. 64. incip. antiquissima, col. 16. verfic. ad tertium.

Pro Chasse-
nei opinione.
Romuli lex.

Mosis lex.

Alienari pro-
hibita extra
familiam, an
in fœminam
nuptam possit
alienari.

GLOSSA QVARTA, IN TEXT.

Ne peut.



ICET VERBUM potest, nò sit necessitatis, l. sæpe. & ibi glo. & l. seq. ff. de offic. Præsi. & l. non quidquid. ff. de iudi. & l. i. C. quom. & quan. iud. & no. in cle. 2. ad fi. de iud. cum si. Tamen si illi iungatur dictio negatiua, præcisam necessitatè inducit, negatque potentiam, vt voluit gl. notabilis, & omnibus nota in c. j. in verbo, non potest, de regul. iuris, lib. 6. Sequitur Bart. in l. vlt. col. 2. verfi. sed quæro quid si iudex. ff. de feri. vbi etiam dicit, quòd priuat potentiam, & ibi Fulgofius Rom. Pau. Cast. Alex. & Iason post eum. & idem Bart. in l. Gallus. in prin. col. 2. verfi. extra gloss. & ibi Bald. & alij. ff. de libe. & posth. & in l. de his. col. 1. verfi. hoc præmissis, & iterum verfic. præterea ista lex. ff. de transac. vbi dicit, quòd per hæc verba resistitur actui: idèoque, quod contra factum est, ipso iure non valet. Et in repe. §. duobus. l. Mæuius. col. pe. ff. de leg. 2. & consi. 97. in questione prædicta, colum. 2. Bald. in l. i. ff. de iniust. testa. & in l. vlt. col. vlt. C. de fideicom. & in l. i. col. antep. verfic. & confirmantur prædicta. C. qui admit. vbi per hoc dicit, quòd actus aliter geri non potest. & in cap. sciscitatus. col. 2. verfi. fol. concedo, extra de rescrip. & in cap. cum contingat. col. 1. ad fin. de iure iur. Collec. in c. at si clerici. col. 2. de iudi. Panor. in c. si quis contra. col. 5. num. 15. ext. de for. compet. vbi dicit illa gloss. sing. & in c. i. in vlt. not. extra de caus. pos. & proprie. vbi per hoc dicit, quòd si Papa vel Imperator ferat sententiam contra non citatum, non valebit propter text. ibi, his verbis vtentem, nec nos contra partem inauditam aliquid possumus definire. & idem Panorm. in c. i. in 2. notab. extra. de fide instru. vbi etiam dicit per text. ibi, in verbis, ad exemplaria nihil facere possumus, & glof. supra allegata, quam dicit not. quòd Papa vel Imperator non potest dare fidem scripturæ non authenticæ. & idem quoq; Panor. in cap. quanto. & ibi quoque Felin. vterq; in prin. extra de præsump. vbi tamen hoc not. limitan. & Alex. in l. quia poterat. col. 4. verfic. limita tamen, ff. ad Senat. Tertul. vbi dicit, hæc verba, non potest, denotare præcisam necessitatem, ita vt actus aliter geri non possit. & consi. 77. visis dubitationibus, col. 1. lib. 3. Barb. consi. 9. præclarè scribitur, colum. 6. verfic. item facit, libro 1. & consi. 43. eiusdem initij, colum. 11. verfi. & ad hoc faciunt, eod. lib. 1. & consi. 38. præclarè scripsit. colum. 1. lib. 2. & consi. 117. scripsit luculenter, col. 5. verfic. & sic pondero. eo. li. 2. & in trac. de præst. Car. in 2. parte q. 3. col. 7. vbi dicit, quòd importat solennitatem. & Phil. Corn. cõsi. 216. multum diffusè, col. 2. verfi. quia negatio, li. 1. vbi per hoc dicit, quòd negatio præposita verbo potest, reddit nullum actum factum in contrarium. Soc. cõsi. 283. elegatè, col. 2. in prin. li. 2. vbi præterea dicit ex his induci formam, cuius transgressio reddit actum inutilem, per l. cum hi. §. si Prætor. ff. de transact. Iaf. in l. i. in princ. in r. not. ff. de verb. obliga. Hippo. Marsil. consi. 39. munda cor meum, col. 4. verfic. cum ergo fuerit, li. 1. & cõsi. 39. domine labia. col. 6. verfi. præterea magis specialiter, eod. lib. 1. & consi. 43. Spiritus sanctus, col. 3. eod. lib. 1. & consi. 50. gratia domini.

Verbum po-
test, non est ne-
cessitatis.
Nisi illi iun-
gatur dictio
negatiua.
Non potest,
priuat potens-
tiam.
Et restitit a-
ctui.
Et reddit a-
ctum nullum
ipso iure.

Importat so-
lennitatem.

Inducit for-
mam.

col.2.eod.li.1.& confi.57. spiritus.col.2.eod.lib.1.& confi.65.in nomine matris,col.2.eod.li.1.& cōfi.76.largire,col.3.eod.lib.1.Nec id quidem mirum, quia ubi deest potentia, ibi actus est irritus, ut dicit Bal.loquens in casu similis statuti, disponētis, quod adultus non possit legare extraneis, sine consensu proximorum, in l.vlt.colum.vlt.verfic.extrā quāro. C. de fideicom.per dictam glos.in dicto cap.1.de regul.iuris.lib.6.Et dicit alibi idem Bald.videlicet in cap.1.§.vltim.col.5.verfic.considerandum est,tit.de pact.iur fir.quod ubi lex remouet potentiam à contractu, ibi contractus est ipso iure nullus.

2. *Contractus ab uxore factus sine autoritate viri, nullus.*
¶ Ex quo illud assumitur in casu nostræ consuetudinis, quod cōtractus factus ab vxore sine consensu viri, est nullus ipso iure, nec opus est, ut aliter annulletur: sicuti etiā voluit in statuto disponente per similia verba, quod quis non possit donare. Soci.conf.93.circa primum, col.pen.lib.1.cūm dicit, quod per hæc verba, non possit, censetur statutum resistere actui ab initio, redditurque actus nullus, adeo quod non oritur neque ciuili, neque naturalis obligatio, per doctrinam Bart.in l.cūm lex.col.2.verf.his præmissis, & col.seq.verf.sed iuxta prædicta. ff. de fideiuf. vbi loquitur in statuto disponente, quod mulier non possit contrahere sine consensu consanguineorum: ad quod etiam multa iura Soci.post Bart.allegat. Et idem Soci.conf.112.libro.1.repetito in li.2.cōfi.172.multum abunde, col.6.verfic.quarta difficultas est, consuluit expressim in casu nostræ consuetudinis, videlicet, quod stante statuto, quod mulier non possit cōtrahere sine consensu viri vel mundualdi, resistit huiusmodi statuto obligationi: & consequenter inducit hoc pro solēnitare, qua non obseruata redditur actus nullus: vt decidit Bal.in d.l.in fi. C. qui admit.& traditur in l.1.& 2. ff. de lib. & posth. & in l.cūm hi. §. si Prætor. ff. de transac. Et idem quoque Soci.conf.230. viso testimonio, col.2.verf. & quantuncunque, lib.2. & Laur. Calca.conf.13. pro parte negatiua col.1.

3. *De eadem re.*
¶ Et sanè Bald.in d.l.in col. antep. verfic. extrā quæritur, C. qui admit. nostrum casum decidit, dum scribit, quod consensus, ex statuto disponēte, quod mulier non possit adire hæreditatē sine consensu duorum proximorū, est de forma. Nec aliter (vt subdit paulò post) actus geri potest l.certa. C. de iure fisci, li.10. cum aliis iuribus per eum allegatis. Quem refert & sequitur Frac. Aret. cōf.22. diligenter & maturè cōsideratis, col. vlt. verf. venio nunc ad secundum. & iterum confi.73. cuius est simile initiū, col.4. verf. his ergo præmissis. & Soc. dicto confi.112. & Iaf. in l. vniuersa, col. pen. verf. adde quod ex ea inferitur. C. de precib. Imp. offe. vbi dicunt expressè: quod talis contractus est nullus. & Barb. confi.12. scribitur apud Prophetam, col.3. verf. & si quispiā opponat, lib.1. vbi etiam dicit, hoc casu actum esse nullum ipso iure, veluti carentem forma, quæ quidē dar esse rei, vt dicit Philosophi. & est text. secundum eum, in l. si is qui §. quædam. ff. ad leg. Falc. & in cap. cūm dilecta, extra de rescri. Cui adde text. ad hoc ab omnibus passim allegatum, in l. Iulianus. §. si quis rem. ff. ad exhib. Et quod per text. in dicto §. quædam, dicit Bald. in c. vlti. col.4. verfic. quæro vtrum sit differentia. extr. de cōsuet. quod forma dat perfectionem esse. Et ibi quoque dicit, quod forma cuiuslibet rei nomen imponit. l. iuris gentium, in princ. ff. de pact.

4. *De eadem re.*
¶ Et in hanc partem, videlicet quod talis contractus sit nullus ipso iure, tenet ipse Bald. in l. si quis mihi bona. §. si coram. in fi. & ibi quoque Rom. qui eam l. legit. cum §. quid sit mandauit. & Alex. ff. de acquir. hæred. & idem Bal. in l. duobus. ff. de vulg. & pupillar. subtit. & in rub. C. de rescin. vend. verf. quandoque requiruntur quædam solennitates, in quibus locis dicit, quod si ex consuetudine vel lege municipali requiritur consensus propinquorū in contractu mulieris vel minoris, certè contractus est nullus, si desit consensus propinquorum: secus (inquit in vltimo loco) si aliquid requiretur post contractum in suo esse fundatum (ita enim loquitur) quia tunc contractus non est nullus: sed non deberet executioni demādari, per not. in d. l. vniuersa. C. de precib. Imp. offe. & hoc dictū sequitur Iaf. in ea ipsa l. vniuersa. col.3. verf. pro cōfirmatione. & idē voluit Flor. in l.1. col.3. ff. si mens. fal. mod. dix. & Franc. Aret. in c.2. in 6. not. de testib. & Soci. d. confi.112.

5. *Quid, si id statutum pœnā imponat.*
¶ Et bene facit, quod dicit Ange. confi.170. reuocatur, quod si in contractu mulieris desit cōsensus proximorum requisitus à statuto, is certè est nullus: licet statutum expressè nō annuller, licet item pœnam imponat contrahentibus. Facit quoque, quod scribit Petr. Ferra. in tit. forma libelli in actio. rea. col.6. in paruis. verf. venio ad primum, in illis verbis, si statuto cauetur, quod si statutum disponat, quod mulier, vel filiusfam. non possit contrahere, si contrahat, erit contractus inutilis, qui contra legem celebratus. l. non dubium. C. de legibus. Est enim (ait) tantæ potestatis statutum in sua ciuitate, quanta est ipsa lex communis in suo vniuerso, per no. in l. omnes populi. ff. de iustit. & iure. & in l.1. C. de sum. tri. Et certè quod actus factus cōtra legem, sit ipso iure nullus, tenet Imol. in l.1. col.4. & ibi Franc. Aret. col.4. ff. de testam. cum si.

6. *De eadem re.*
¶ Ex quibus patet restēne, an perperam, dixerit Barptol. Chassen. qui in cōmentariis in cōsuetudines Burgundiæ tenuit, in hoc casu contractum non esse nullum ipso iure, motus, quod statutum nostrum (vt ipse dicit) non loquitur prohibitiuè, sed solum non permissiuè: & ideò actus (inquit) non est nullus, nisi expressè dicatur, per no. per Salyc. in l. vltima, per text. ibi iuncta l. præcedenti C. de sen. ex breui recit. & Iafon in l.1. C. de Sum. Trin. Quod etiam tenuit ipse Chasse. cōf.39. pro decisione, in 3. dubio. Cui responderi potest, Salyc. in dicta l. vltima, illud quidē voluisse, quod cūm lex prohibitiuè loquitur, actus est nullus, qui cōtra illam conficitur, etiam si lex non adiciat pœnam nullitatis, per l. non dubium, suprā allegat. & ibi not. per Docto. Quod si lex non loquatur prohibitiuè, sed tantum non permissiuè, actus quidem contra illam gestus non est propterea nullus.

nullus. Ideo (inquit) quia d.l. pen. C. de sent. ex breui recit. non vñ fuerat verbis prohibitiuis, sed tantum verbis non permissiuis, propterea addita est dicta l. vlt. quæ vltà adiecit actus annullationem. Quod dictum pro singulari limitatione ad d.l. non dubium. refert & sequitur Alex. cōf.24. inspecto processu, col.2. li.4. & Iaf. in eadem l. non dubium. col.4. verf. limita istam regulam. & in d.l. in secūda lect. col.18. verf. ad istud ergo respondeo. C. de Sum. Trin. Sed (nisi admodū fallor) multum fallitur Chasse. tum quia ea doctrina Salyc. passim reprobatur, vt videre licet apud Alex. in l.1. ff. de liber. & posthu. tum quia consuetudo, de qua loquitur Chassen. & nostra illi similis, loquens vtraque per huiusmodi verbū, non potest, vtitur verbo prohibitiuo, vt voluit expressim Bar. in l. de his. circa mediū. ff. de transac. & præterea ipse Iafon, vbi suprā, cūm dicit, quod huiusmodi verba, minus valet, & similia, sunt prohibitiua. & rursum idem Iaf. in l. fed & si quis. §. quoniam. col.6. verf. secundò dicit. ff. si quis cautio. quod & ex suprā dictis iam satis liquet.

7. *De eadem re.*
¶ Illud tamen non prætermittendū, quod Pan. cuius non meminit Chass. quamuis eius sententiæ admodum suffragaretur, in c. ad apostolicā. col.3. verf. & per hoc posset, extrā, de regular. scribit, quod si statuto prohibeatur mulier cōtrahere sine consensu duorū agnatorum, valet tamē contractus aliter factus, cūm statuto specificè non annuller actum. Quem refert & sequitur Angel. Cla. in verbo, lex, verf. 17. Quod tamen non esse verum apertissimè constat ex his quæ diximus. Ideoque & ipse Chassenus in postrema editione prædictorū cōmentariorum, quam longè post hoc nostrum opus ipse fecit, errorem agnoscens, palinodiam cecinit, sed tacitus & cum quodam artificio, vt videtur fuisse in hac mea sententia in illis prioribus Cōmentariis, nullam interim mei mentionem faciens, quod malignè à me reprehensus videretur: quod & nos alibi ostendimus.

8. *Non potest, & non possit an differant.*
¶ Sed nec illud quoque prætereundum est, quod scribit Bart. in d.l. cūm lex. col. pen. verf. sed iuxta prædicta, multum interesse, an statutum loquatur per verba futuri tēporis. Verbi gratia, si dicat, non possit. quo casu dicit procedere, quod suprā diximus, nullam oriri obligationem, ne naturalem quidem, quia ita loquendo lex resistit obligationi, & aufert potestatem in futurum. An verò loquatur per verbum præsentis tēporis, videlicet si dicat, nō potest, & sic (inquit) declarat quod ius non asistit illi obligationi, non autem prohibet in futurum, nec aliquam facultatem aufert, & ideò non impeditur obligatio naturalis. per tex. in l. stipulatio ista. §. alteri. & ibi glos. idem Bart. & alij. ff. de verb. obl. & sequitur Soci. in d.l.1. col.2. ff. de libe. & posth. & Iaf. in l. frater à fratre, col.14. verf. tertia difficultas. ff. de condic. in deb. in 1. lect.

9. *De eadem re.*
¶ Sed hæc distinctio Bar. est omnino cōtra id quod suprā diximus in prin. negatiuā iunctā verbo, potest importare necessitatē, & priuationē potētis, ex doctrina glos. ordi. & ipsiusmet Bar. & omnium. Et expressè dicit ipse Bar. in l. de his. ff. de transac. quod verbū, non possunt, resistit actui: ob id quæ nullam obligationē nec ciuilem nec naturalem producit, quod contra factum est. Ideoque Iafon sibi cōtrarius, in d.l. Gallus, in prin. col.5. primæ lectu. verf. huic difficultati, & in 2. lect. col.4. verf. contra istam regulam, de liber. & posth. hanc Bar. distinctionē nuncupatim reprobatur, de quo ibi illum vide. Et rursum idem Iaf. in l. pacta. col. vlt. C. de pactis. dicit, quod hæc Bar. distinctio nimium subtilis est. Sed & idem in d.l. stipulatio ista. §. alteri. col.6. verf. contra istam doctrinā, sub nu.17. ff. de verb. obli. dicit, quod Bart. in hoc multum recedit ab excellentia sua. At Lancelotus Gali. in d.l.1. §. si quis ita, col.4. verf. octauò nota. ff. eo. tit. posteaquam allegauit quædam iura contra illam doctrinā Bar. distinguit, vt ibi videre poteris. Sed & ante hos Bal. in d.l. non dubium. col. vlt. verfic. secundò quæro. C. de legi. videtur huic Bar. distinctioni non assentire.

10. *De eadem re.*
¶ Si quis autē plenius scire velit de natura huius verbi potest. siue affirmatiuè, siue negatiuè prolata, an videlicet necessitatē importet, necne, legat tex. in l. nepos. Proculo & ibi Bart. & omnino Alciat. ff. de verb. signifi. gloss. Bart. & alios in l.3. C. de pigno. Bartol. & alios in dicta l.1. ff. de iniust. restam. & in l. qui Romæ. §. duo fratres, in 6. q. ff. de verb. oblig. & in l. quod Seruius. & ibi quoque alios. ff. de cond. causa dat. & in d.l. Gallus. in princ. & ibi etiam Bald. Imol. Fran. Aret. & recentiores, & inter hos Fortu. Gar. & eundem Bart. in l. statuliberos. quæ est 3. §. si quis fir. acceperit. ff. de statulb. Bald. in l.2. col.2. in 9. & iterum 11. oppo. C. quibus res iudi. non noc. & in l. eam quam. col. pen. verf. & ex hoc inferitur. C. de fideicom. & in c. sciscitatus, col.2. extrā de rescrip. & confi.334. creditor. post medium, lib.1. & confi.343. examinanda, col.1. verficu. sed notandum est, eod lib.1. & confi.69 factum tale est, quidam condidit. circa medium, lib.2. & confi.381. quæstio subtilis est, col.1. lib.3. Paul. Leaz in Commento, vt appellant, c. potuit. in princ. extr. de locat. Ang. Raph. Alex. Iaf. Phil. Deci. & alios recentiores, in l.1. ff. de iurisd. omn. iudi. Salyc. inter. confi. Perr. Anch. confi.45. in quæstione, col.1. Imol. confi.146. in causa Nannis, col.1. Raph. Co. confi.145. venerabilis vir, colum.2. verf. hoc præmissis. Rom. in d.l. stipulatio ista. §. alteri. col.3. ff. de verb. oblig. Corne. confi. clxxv. licet, col.2. lib.3. Franc. Patrit. in tra. de officio & potest. capit. sede vacan. in 4. parte præludij, col.1. Ludo. Bolo. confi.28. statuimus, quod si per viam, lib.1.

11. *De natura verbi potest, in vniuersum.*
¶ De cæteris verò hoc verbum tangentibus, vide glo. Bart. & Bald. in l. si ita quis. ff. de legat. 2. Ioan. An. in c. felicis. de pœnis, lib.6. in nouella, Bart. in l. suus quoque. §. fed si filio. ff. de hære. instit. & in l. si ita esset. non vno in loco. ff. de auro & argent. lega. & in l. si quis seruum. §. si inter duos. in fi. ff. de legat. 2. Bald. in l.1. §. huius studij. col.2. verfic. item si statutum. ff. de iustit. & iure. & in l. genero. col.2. verf. item facit. ff. de his qui not. infra. & in l. cum in secundo. in 5. oppo. ff. de iniust. testa. & Pan. cōf.67. in causa, quæ vertitur, col.2. lib.2. Barb. confi.22. Deum inuocet, col.6. verfic. secundò hoc

hoc colligitur, lib. 3. & nouissimè And. Alciat. virum nunquam satis laudatum, lib. 3. Paradoxorum, c. 4. vbi elegantissimè ostendit contra omnium sententiam, negatiuam huic verbo antepositam non excludere omnem potestatem. & ind. l. i. in princ. post Soci. & Iason. ibi. ff. de verb. obli. Sed non omiserim verbum, Nequeo, quod est eiusdem significationis, cuius, Non possum, eam quoque vim habere, vt tollat omnem potentiam siue potestatem, & iuris & facti, vt tradit Ioan. Andr. in c. cum plures, & ibi etiam Domi. col. 2. versu. vltim. col. 2. versu. in §. porrò. de offi. deleg. lib. 6. & idem Domi. in c. qui generaliter, versu. vlti. col. 2. de procura. eod. lib. 6.

Nequeo.

12 An mulier que contrahit sine autoritate viri, obligetur naturaliter.

12 **EX HIS AUTE**m, quæ dicta sunt liquidò constat, quòd mulier hoc casu contrahens sine consensu mariti, ne naturaliter quidem obligatur, vt etiam voluit Bar. loquens in simili statuto disponente, ne possit mulier contrahere sine consensu consanguineorù, in d. l. cum lex. col. 3. versu. sed iuxta prædicta. ff. de fideiuf. Nam, vt ibi dicit, disponere, quòd nõ possit contrahere, nihil aliud est, quàm auferre facultatē contrahendi. Sed quando aufertur facultas contrahendi, impeditur naturalis obligatio. l. iubemus. C. de sacro. ecclef. unctio l. non dubiù. C. de legi. loquitur tamē in terminis futuri temporis, videlicet quando statutum dicit, non possit. & idem Bar. in l. i. col. pen. in fi. versu. & ideò dico quòd si ex forma. ff. de noua. & in l. si non fortem. in princ. versu. vnde dicebam. & ibi omnino Alex. ff. de condi. indeb. & in l. de his. ff. de transact. vbi loquitur de verbo presentis temporis, non potest. & Ang. consi. 160. pro decisione. col. 2. versu. contrarium dico. Pau. Cast. consi. 124. in causa quæ vertitur, col. 1. lib. 1. & Franc. Aret. d. consi. 22. col. vlt. versu. venio nunc. & Soc. d. consi. 93. col. pen. Laur. Cal. d. consi. 13. col. 1. & Guido. Papæ consi. 238. spectabiles domini. Et facit, quod dicit Bal. in l. cum quis. col. 4. versu. 10. & vlt. C. de iuris, & fac. igno. quòd si statutum dat certam formam testandi mulieribus, vel minoribus, ommissa illa forma, non oritur obligatio naturalis.

13 De eadem re.

13 **QUANQUAM** contrarium tenet Ang. consi. 353. præmitto pro decisione, post prin. loquens de statuto disponente, quòd non valeat contractus factus à muliere, sine consensu duorum consanguineorum, Et idem videtur voluisse. Bal. in l. ad exactiõem. ante fi. C. de dot. promiss. vbi dicit, quòd præsentia consanguineorù ex statuto requisita, tum demù est de substantia, nullamque parit obligationem, cum statutum expresse annullat vtranque obligationem: quasi sentiat aliud esse, si non expresse annullaret. Verùm hoc dictum Bal. posset procedere, vbi statutum non vteretur huiusmodi verbis, non possit, aut similibus, quæ tollunt omnimodam potentiam, vt supra satis diximus.

14 An tali contractui possit accedere si deiusor.

14 **HINC DICIT** POTEST, quòd huiusmodi contractui, facto per mulierem sine consensu mariti, non potest accedere fideiusor: cum mulier ipsa ne naturaliter quidem obligetur, per text. in l. fideiusor obligari. §. fideiusor. ff. de fideiuf. Contrariù tamen in statuto disponente, quòd filiusfam. non possit obligari per contractum, tradit Alber. post Iac. Are. in prima parte statutorù, q. 182. demum quæro, vbi dicit, quòd nullum habebit hoc casu regressum ipse fideiusor. & Alex. in addit. Bart. in l. Marcellus. in princ. eo. tit. Sed vtrunque sit, illud certè videtur esse sine dubio, quòd si fideiusor suscepit in se periculum, & affirmavit non fieri contra statutum, valebit & obligabitur, vt in simili voluit Bal. in l. si. vero. §. hoc amplius. ff. mand.

15 An is contractus valeat in foro conscientie.

15 **HINC QV**QVE solui potest huiusmodi quæstio, An talis contractus factus incio, aut renitente marito, teneat in foro conscientie. Nam forum conscientie maxima ex parte respicit obligationem naturalem, vt quod debitum est naturaliter, licet non ciuilitur, obliget in foro conscientie. quod autem nec ciuilitur nec naturaliter debetur, id quoque in foro conscientie non debeat, vt latissimè patet ex no. per Doct. in c. nouit. de iudi. & Inno. Ioan. Andr. Ant. Pan. & alios in c. quia plerique. extra de immunit. eccle. & Bar. in l. si poenæ causa. in princ. ff. de cond. indeb. & in extraua. ad reprimendum, in verbo, denuntiatio, col. 2. & per Bal. in auth. ad hæc. col. 2. in fin. versu. quæro quid de eo, & col. seq. versu. sed ponamus, & col. 5. versu. procedo vltimè. C. de vsur. & in l. si post diuisionem. paulò ante finem. & ibi Fulgo. & recentiores. C. de iur. & fac. igno. & idem Bald. l. cum quis. col. 4. versu. decimò & vltimo probatur. C. eo. tit. & in l. id quod pauperibus. in 9. q. C. de epif. & cleric. & Angel. in l. quidam, C. de ser. nec. hære. insti. & Floria. in l. cum de in rem verso. colum. 2. ff. de vsur. & Cornet. consil. 298. ante omnia. col. vlt. lib. 1. & consi. 137. placet mihi, col. 2. versu. facit pro hoc dicto, lib. 2. & consi. 251. In hac consultatione, col. 2. lib. 3.

16 De eadem re.

16 **SED** aduertendum, quòd hæc quæstio habet duo capita: Primum, an mulier, quæ contraxit sine consensu mariti, obligetur in foro conscientie ad obseruationem ipsius contractus. Secundum, an is qui cum muliere taliter contraxit, & ex huiusmodi contractu rem fortè illi à muliere venditam detinet, sit tutus in foro conscientie. Quantum ad primum, videtur mulierem non teneri in foro conscientie, per ea quæ iam diximus in duobus præcedentibus versu. quoniam videlicet nulla hic sit obligatio, neque naturalis, neque ciuilitur, Et in simili dicimus, quòd mulier tuta exceptione Velleia. non obligatur in foro conscientie, secundum Bart. in d. extrauag. ad reprimendum, in verbo, denunciationem, col. 2. versu. quid de muliere. & Pan. in d. c. quia plerique. col. 10. versu. ex quo infero, quòd mulier, extra de immuni. ecclesia.

17

17 **CONTRARIUM** tamen tenet Iason, loquens in muliere contrahente sine consensu duorum proximorum, qui requirebatur ex statuto in auth. præterea, col. 9. versu. item aduerte. C. vnde vir. Pro quo optimè facit, quòd voluit Pan. in c. porrectu, paulò ante fi. de regula. quòd professio religionis facta, non seruata forma, quæ traditur à regula, tamen ligat quo ad Deum in foro conscientie. & sequitur ipse Iason in l. et si inutiliter. col. 2. versu. ad idē & tertio. C. de fidei. & in l. nemo potest.

in 1.

in 1. lect. col. 14. versu. facit quod not. & iterum in 2. lect. col. 16. versu. 4. ad idem ff. de leg. 1. & in l. si non fortem. in prin. in 4. not. ff. de condi. indeb. Sed & in hanc partem bene faciunt, quæ dicam paulò post in secundo capite huius dubij, nu. 23. & seq. vbi tamen videbis, quid super hoc dicam.

18 **SED** antequam hoc secundum caput aggrediamur, illud quærendum duximus, an mulier ipsa peccet, quæ sine consensu mariti contrahit. In qua quæstione Bar. videtur fuisse huius sententie, vt peccet mortaliter, in d. l. cum lex. col. 2. versu. pro hoc facit ff. de fideiuf. & in l. si quis pro eo col. 3. versu. aduerte tamen. eo. tit. & in d. l. i. col. vlt. ff. de noua. & in authen. sacramenta puberù. col. 2. versu. ego dico. C. si aduer. vend. in quibus locis scribit, quòd si quis lege, statuto, aut consuetudine prohibitus sit alienare, si alienet, peccat mortaliter, veluti faciens contra præceptum legis factæ ab habente auctoritatem: quoniam scriptum est, Qui non obedierit principi, morte moriatur. c. 2. extra. de maio. & obed. Et alibi (inquit) dicit Paulus: Omnis anima subdita sit principi. Et alibi quoque scribitur: Qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit. vt est rex. licet non alleger, in c. qui resistit. 11. q. 3. Et idem in effectu voluit ipse Bar. in authen. decernit ius. C. de arbi. Et sequitur Ang. d. consi. 160. & Pet. Anc. in repe. cap. 1. in fi. 11. q. principalis, versu. prædictis applico, extra de constitut. & Pau. dicto consi. 400. viso puncto, li. 2. & Alex. consi. 29. clarissimè Doctor. col. 5. versu. plus dico. quòd etiam lib. 7. & Felin. in c. nam concupiscentiam. in prin. extra de constit. vbi adducit multos concord.

An peccet uxor contrahens sine consensu mariti.

19 **VERUM** Paul. Cast. in l. legis virtus. in fin. ff. de legibus, dicit quòd si lex, vel statutum, præcepit minori, vel mulieri, ne contrahat sine certa solemnitate, si contra faciat, non peccat mortaliter: est enim, inquit, huiusmodi statutum potius consilij, quàm præcepti, cum ipsius minoris, aut mulieris tantum utilitatem concernit: ideo non ligat. vt not. glo. in c. 1. de const. Et idem voluit ipse Pau. in d. l. si quis pro eo. & in l. is cui bonis. col. 1. ff. de verb. oblig. & in d. auth. sacramenta puberù. col. vlt. vbi dicit & hoc Raph. voluisse. Et hoc quidē sequitur Iason ibi, col. 12. versu. & per hoc clarè colligitur. & idem quoque Pau. consi. 190. cum tempore, col. 2. lib. 1. & latè Philip. Corn. consi. xxxvj. videtur prima facie, col. 3. & 4. l. 1. vbi ad hoc multa adducit & consi. 35. semper mihi fuit, col. 4. versu. item contra dictum, lib. 3. vbi citat plerisque Doct. qui etiam contrarium tenuerunt. & Alex. qui & alios citat, consi. 53. visis, & consideratis, col. pe. versu. non obstat tertium, lib. 3. & Phil. Dec. in d. c. nam concupiscentiam. in 1. lect. non quidem ratione ipsius Pau. quam reprehendit, sed aliis rationibus, & argumentis ductus: de quibus latè ibi videbis. Ideo in hac re cogitabis.

De eadem re.

20 **IN VN** c vero ad secundum venio, quum quæsitum est, An sit tutus in foro conscientie, qui ex contractu inito cum muliere sine consensu viri, rem detinet. Et quidē videtur primum, quòd non sit tutus, quoniam statuta sunt seruanda in foro conscientie, secundum gloss. in c. quæ in ecclesiarum. in prin. & ibi quoque Bal. in prin. dicens eam gloss. non esse alibi, extra de costi. sed est & alia gloss. in c. 2. in verbo, sententiis, eo. tit. lib. 6. vbi est & bonus tex. cum dicit, vt animarum periculi, & c. & Ioan. Andr. in c. 2. de verb. signifi. lib. 6. & Bal. in c. in omni negotio. col. 1. extra. de testib. cum cõcor. à Fel. relatis in c. 1. col. 14. versu. extra prædictos tres casus, extra de costi. & à nobis, in tract. Retractuum in præfatione, nu. 73. incip. verum Corne. Et in hanc partem facit, quod nuper diximus, in versu. ab hunc 2. & quod dicit Inno. in d. c. quia plerique, col. 2. extra. de immuni. eccle. quòd si aliquis ex contractu, qui nõ tenet ipso iure, habet aliquid: vt si in alienatione minoris absit auctoritas tutoris, vel decretum Præsidis, tenetur in foro conscientie restituere. Ad hoc enim, vt restituere nõ cogatur. oportet adesse bonam fidem, & iustum titulum, qui hic non est, cum talis titulus pro nõ titulo habeatur.

An peccet mortaliter qui rem tenet ex huiusmodi contractu.

21 **CONTRA** videtur, quòd sit tutus in foro conscientie, qui cum muliere bona fide contraxerit, omnividelicet fraude remota, per id quod not. voluit ipse Inno. in c. quod sicut, circa medium, extra de elect. quòd in foro conscientie valet electio, in qua interuenit purus consensus eligentiù, quamuis non fuerit obseruata forma à Canonibus tradita: & tutus est electus in foro conscientie, quia illa forma est introducta propter scandala, & euirandas deceptiones. Vnde ex quo ista cessarunt, satis est. Quod dictu sequitur, & dicit sing. Pan. in dicto c. quia plerique. in fi. 9. q. & etiam in ca. 1. ante. si. extra de in integr. restit. vbi præterea dicit semper menti tenendum, extenditque ad omnem actum, in quo est prætermissa sollemnitas iuris positiui, vt in foro animæ non teneatur quis de hoc sibi facere conscientiam, ex quo non interuenit ibi aliqua deceptio, & affuit consensus habentium actum explicare. Et ob id tenet, quòd quamuis in alienatione rei ecclesiasticæ non fuerit seruata forma iuris positiui: tamen si fuerit facta in casu licito, & interuenit consensus illorù, qui consentire debent, tutus est in foro conscientie, qui huiusmodi alienatione rem detinet. Ideoq; ipse Pan. in dictis locis reprehendit illud dictu Inn. in d. c. quia plerique. in præcedenti versu. citatum, quòd & reprehenderat Anto. & ipse Pan. in eo ipso c. quia plerique. Et hoc quoque dictu Inno. in d. c. quod sicut, sequuntur Pet. Anc. in c. beneficium. col. 34. versu. septimò principaliter quæro, de reg. iur. lib. 6. & in c. possessor. col. 9. versu. sed contra hoc fortiter facit, eod. tit. & lib. Felin. & Philippus Decius. in c. 1. ille col. 11. versu. fallit, seu potius declaratur: hic, col. 8. versu. ex ista conclusione, in 1. lect. extra de constit. & Ias. in d. l. si non fortem. in prin. in 4. not. ff. de condi. indeb. & l. et si inutiliter. col. 2. versu. facit quarto. C. de fideicom. vbi hoc commendat. & in l. post diuisionem. col. 2. versu. 2. & forius. C. de iuris & facti igno. & in rub. ff. de acqu. hære. col. 3. versu. confirmatur, quia quantum, & in l. nemo. in 1. lect. nu. 78. ff. de leg. 1. & in §. sed iste. col. pen. versu. item in materia. Insti. de actio. & consi. 67. de isto secundo, col. 4. versu. restat circa prædicta, lib. 3. Aduerte tamen, quòd plerique errantèr allegant Inno. in c. quia propter, de elect. vice. d. c. quòd sicut.

De eadem re. Electus tutus in foro conscientie, non obseruata forma electionis.

Simile est,

22 *Heres institutus in testamento non solent, an sit tutus in foro conscientie.*

¶ Simile est, quod dicit Bal. in l. i. col. 2. vers. interdum est nuncupatiuū. C. de testam. quod hæres licet, & sine læsione conscientie, tenet bona ex testamento carente solennitatibus iuris positivi, habente tamen purum testatoris consensum, modò nulla sit fraus. Quod & idem voluit Per. Anch. in dicto c. possessor. in 8. col. in r. q. de reg. iur. lib. 6. & Imo. in d. l. nemo potest. & ibi Alex. col. 6. vers. item inquantū. & Iaf. col. 16. vers. subiiciunt, & col. seq. vers. non obstat ergo, in posteriore lect. in priore autem col. 12. vers. circa hæc dicta & Ioan. Mont. Ferr. in repeti. char. 8. col. vl. vers. nunc verò prosequor. ff. de lega. primo. & Paul. Cast. in l. ad testamentum. §. conditionē. col. 2. vers. extra istos casus. ff. de testa. Et Corn. qui idem dicit de legato relicto in testamēto minūis solenni, consi. 119. circa primum, col. 9. vers. nam relicto. & seq. li. 2. & latè Fel. loco nuper alleg. & Iaf. in d. l. post diuisionem. in fi. 2. col. vbi allegat Pan. egregiè. vt ipse dicit voluisse, in repet. ca. relatum. le. 1. col. 6. extrà de testa. quòd stante statuto, quòd contractus mulierum non valeat sine consensu propinquorum, certè contractus factus cum muliere non obseruata dicta forma, valet in foro conscientie, modò sit sine fraude. Et ita illum quoque allegat Iafon ipse in d. l. & si inutiliter. col. 2. vers. adde etiam. C. de fideic. & Felin. in d. c. i. col. 11. de const. & ipsum Felin. duntaxat, nulla Pan. mentione facta, ad hoc citat. & sequitur Iafon in d. §. fed iste, quem suprà adduximus. Et hoc verissimum esse puto, vt videlicet non peccet, qui rem aliquam detinet ex huiusmodi contractu factò à muliere sine consensu viri, modò absit fraus omnis atque læsio.

23 *An peccet uxor, quæ huic contractui nõ vult stare.*

¶ Sed etiam è diuerso (vt redeamus ad prius illud caput huius quæstionis) non videtur peccare mulier, quæ huic cõtractui stare non vult, propter omissam huiusmodi solennitatem: cum id faciat legis, siue statuti, aut consuetudinis autoritate, per e. qui peccat. 23. q. 4. Et ideo in simili hæres ab intestato licet, & sine læsione conscientie potest cõsequi, & retinere hæreditatē illius, qui in testamento non solēni alium heredē instituerat, atq; legata in eo testamēto facta reliquerat, vt voluit Ioan. Cald. in sua disputa. inci. Bononiensi statuto cauetur. & Bal. in d. l. si post diuisionem. paulò ante fin. & in l. cum quis. col. 4. vers. decimò, & vltimò probatur. C. de iuris & facti ignor. & cõsi. 285. si quis iure ciuili, li. 3. & Ant. in d. c. quia pleriq;. & in c. nouit. col. 9. vers. ex hoc patet, quid de hærede, de iudi. Pet. Anch. in d. c. possessor. col. 8. vers. & primò quæro de quæstione, de reg. iur. li. 6. Alex. & Iaf. in d. l. nemo potest. ff. de lega. 1. Idem Alex. consi. 210. statutis, col. 3. vers. & subdit, li. 2. Barba. in repet. c. Rainaldus, col. 46. vers. decimò facit de testam. & Iaf. consi. 67. de isto secūdo, col. pen. vers. vltra ista. lib. 3. Licet contrarium teneat Bal. sibi contrarius consi. 308. ista scriptura, lib. 3. quod repetitur consi. 266. lib. 4. & Flor. in l. cum de in rem verso. col. 2. ff. de v. furis.

24 *De eadem re.*

¶ Sed pro priori sententia facit, quod in simili tradit ipse Bald. in auth. ingressi. col. 6. vers. dubitat tamen. C. de sacrosanct. eccle. illud, scilicet, non peccare hæredes ab intestato qui retinent hæreditatem relictam fratribus minoribus. Nam cum in foro iudiciali sit illis interdictum hæreditates relinquere, consequens est, vt & in foro pœnitentiā obtinere debeat, vt dicit tenere Diuum Thomam. Et id quoque generale est, vt etiam in foro conscientie attendi debeant leges & statuta, vt diximus suprà num. 20. nunc verò ad secundum.

25 *De eadem re.*

¶ Nec obstant, quæ diximus in præcedentibus vers. quia ea procedunt, quantum ad retinendum: vt videlicet non peccet, qui retinet rem sibi cessam in contractu etiam minus solenni, vti nec is peccat, qui retinet hæreditatem, in qua fuit hæres institutus testamento etiam non solenni, vt suprà diximus: cum vterque habeat voluntatem & purum consensum, ille mulieris, hic testatoris. Hinc nec electus, qui habet consensum eligentium, vti etiam diximus. Sed nec è diuerso peccat mulier aut hæres, qui rem ipsam detinent, non obstante eo contractu, & testamento, autoritate scilicet legis vel cõsuetudinis innixi, vt pulchrè declarat Alex. in d. l. nemo potest. & clariùs Iaf. ibi in posteriori lectu. vt suprà citauimus, & ipse Iaf. d. consi. 67. col. vlt. li. 3. vbi & alios citat.

26 *An huiusmodi cõtractus cõfirmetur iuramento.*

¶ **E X H I S Q V O Q V E,** quæ diximus, ex contractu factò à muliere sine consensu mariti, nullam oriri obligationem, alia quoque solui potest quæstio, Vtrum huiusmodi cõtractus iuramento firmetur. Nam si nulla oritur obligatio, quomodo poterit iuramētum confirmationē inducere: cum nihil reperiat cõfirmabile. Et certè non poterit, vt expressim consuluit in statuto disponente, ne quis possit contrahere sine consensu propinquorū. Angel. consi. 160. cuius est initiū, pro decisione. col. 2. vers. contrarium dico. Et in simili consuluit Ro. consi. 12. incip. viso testamēto proposito, col. 2. Quòd si ex forma statuti requiritur insinuatio in cõtractibus minorū & nõ interponatur, nulla hinc oritur obligatio, nec naturalis quidem, per tex. quem dicit singu. in l. sancimus. in illis verbis, pro non scripto vel intellecto. C. de donat. Ideoque non potest hoc casu iuramētum confirmare cõtractū minorum sine insinuatione factum, cum nihil, vt diximus, reperiat cõfirmabile.

27 *Contractus pro hibitus fieri sine consensu proximorum an firmetur iuramento.*

¶ Et simile quippiam voluit Bart. in l. si quis pro eo. in 3. membro. ad fin. & rursum in 5. etiam. ante fi. ff. de fideiuss. quòd si statutū est, vt minor, vel mulier non possit aliquem cõtractū facere sine quapiam solennitate, tunc non cõfirmabitur cõtractus iuramēto, propter peccatū mortale, quòd ex tali iuramento contrahitur. Quod dicit esse menti tenendum propter multa regionū statuta. Et idem voluit ipse Bart. loquēs in statuto exigente consensum propinquorum in cõtractibus mulierum, & minorum, in l. 2. in fin. C. ne fideiuss. dot. dent. & consi. 88. in quæstione inter Franciscum, col. 2. & Bal. in l. 2. in 9. quæst. C. de rescin. vend. & in rub. ff. de iureiur. col. 2. vers. & ideo si dicit statutum, & in c. cum contingat. col. 3. vers. si autem diceret statutū, extrà de iureiur. & consi. 450. in pupillo. lib. 2. & consi. 178. ad euidentiam, lib. 3. & consi. 94. viso statuto, li. 5. Ange. consil. 160. domina

domina Catharina, col. ij. vers. contrarium dico. Petr. Ancha. in repeti. c. r. ad fin. xj. quæst. extrà de conitit. & consi. clxxx. visa diligenter narratione, col. ij. vers. itē liberatio. Paul. Cast. consi. cccclxv. viso compromisso. col. vlt. lib. 1. Pet. Ferr. in tit. forma libel. super peti. resti. in integ. in verbo tunc iuravit, col. iij. vers. dixi secundò. Barb. conf. xvj. illud in medium lib. 2. Corne. loquens de statuto, quòd subditus non possit contrahere cū extraneo, sine certa solennitate, consi. lxxvij. quanquam videatur, col. ij. vers. præterea iuramentum, lib. 1. nam huiusmodi (inquit) statutum reddit quem inhabilem, & tollit potentiam: quo casu iuramentum non dat robur actui, secundum Angel. in d. authen. sacramenta puberum. & nouissimè Ludo. Gozad. consi. xvj. in hac causa. col. ij. nu. 13.

28 ¶ Non desunt tamen, qui contrarium tenuerunt, vt Io. And. in addit. Spec. tit. de senten. prola. §. vt autem. vers. hoc autem. Bal. sibi contrarius, consil. ccccvij. super eo quod quæritur, lib. 4. Io. Lign. Anto. Imo. qui hanc dicit esse communem opin. & Panor. in d. c. cum contingat. extrà de iureiur. & ipse Panor. in c. ad apostolicam. in j. not. de regu. Imo. consi. lxxvij. in casu præmissio. Fulg. consil. ccxix. visis binis processibus. col. pen. vers. rursum posito, & vers. secunda quoque ratione. vbi ita dicit fuisse disputando publicè eo anno determinatum in studio Senensi. Paul. Cast. sibi item contrarius consi. cxc. cum tempore, col. ij. vers. item & tertio. lib. 1. Alex. consi. xvj. clarissimè Doct. col. vj. vers. quinimo. lib. 7. & Soci. consi. lxxvij. in præfenti consultatione. col. pe. lib. 1. & consi. cxlvij. visa facti contingentia. col. iij. vers. secundò responderetur, eo. lib. 1. & consi. ccxxxij. præfentis consultationis, col. ij. & consi. cclxxxix. visa donatione. col. j. vers. quibus præsuppositis. eo. lib. 2. & latè Corn. consi. xxxv. videtur prima facie, ferè per totū, lib. 1. & consi. cxxvij. licet in hac consultatione, col. j. vers. licet statutū, eo. lib. 1. & consi. xxxv. semper mihi fuit visa, col. vlt. lib. 3. & consil. 224. licet claram, lib. 3. & Fran. Are. consi. liij. in causa magistris, in primo dubio. latè Fel. in c. si quis. col. ij. vers. inquantū dicit, extrà de maio. & obed. & alij plurimi, quos longum esset sigillatim referre.


De eadem re.

29 ¶ Ideoq; & quia res hæc latius patet, quàm vt breuibus possim illam cõcludere: satis erit, si legentes veluti manibus duxerim ad ea loca, in quibus eam rem abundè tractatam comperient. Legant igitur vltra loca superius alleg. Bal. Pau. Cast. & alios post Bar. in d. l. si quis pro eo. & ibi omnino Canonem Saccum in repet. in xx. char. ff. de fideiuss. Bar. Bal. Ang. Saly. & latè recentiores, in auth. sacramenta puberū. C. si aduer. vendi. Bar. Bal. Ang. & recentiores in l. is cui bonis. ff. de verb. obli. Fed. Senen. consi. clxxij. in nomine Domini. amen. factum tale est. Bald. in l. non dubium. in xvij. oppo. C. de legib. & latissimè in repe. l. ij. char. xj. vers. sub quinta quæst. ff. de iureiur. vbi eam rem per v. aut vj. col. tract. & consi. 487. considerandum est, lib. 3. Ang. d. consi. clx. domina Catharina. in iij. membro. Pet. Anc. in rep. c. i. in xj. q. vers. quid dices, extr. de consi. Pan. consi. lxxj. in hac causa, lib. 1. & latissimè omniū in sua disputatione, cuius est prin. stante statuto, per totum. Cano. præferim Ant. in d. c. cum contingat. & ibi quoque Imo. in 3. membro prin. de iurei. Dom. consi. lj. super præmissio. per totum. Ro. consi. 437. in casu proposito, per totū. Io. Bapt. Seuer. latè in rep. l. omnes populi. char. 18. in paruis vers. tertio infert Bar. cum multis seq. ff. de iust. & iure. Alex. abundè. consi. cxxv. visis & cõsideratis, lib. 1. & consi. 39. viso statuto. lib. 4. & iterū consi. cij. cum statutū, eo. lib. 4. Fran. Are. consi. ij. intellecta diligēter, & consi. 22. diligēter & maturè, col. vlt. vers. hoc præmissio. & Phil. Corn. latè, consil. 70. quæstio est pulchra. in 2. dubio. lib. 2. & consi. 167. in hac cõsultatione: col. 2. & 3. eo. lib. 2. vbi loquitur in statuto requirente cõsensum consanguineorū in cõtractu mulierum. & consi. 188. de duobus, col. vj. vers. restat modò ad secundā, cum multis seq. vsque ad fin. consi. eodem quoq; lib. 2. & consi. 121. videtur prima facie dicendū, lib. 4. & consi. 252. quòd cõtractus, per totum, eo. lib. 4. Soci. consi. 77. in præfenti, in 2. dubio, lib. 1. & Bal. à Bart. inter consi. illius consi. seq. incip. in eandē sententiā, in ij. quoque dubio, eo. lib. 1. Fran. Cur. senior in repe. auth. sacramenta puberū, nu. 36. & seq. & iterum 55. C. si aduer. vendi. & Iafon post alios in l. qui iurato. col. pen. & vlt. ff. qui satisd. cog. & Hipp. Marfi. in l. pe. col. xij. vers. quæro vltimò, per 4. col. ff. de quæst.

De eadem re. In uniuersum.

GLOSSA QUINTA, IN TEXT.

Contracter.



HAE C ergo nostra consuetudo de contractu loquitur, nulla distractus mentio ne facta. Ideo videtur non procedere in distractu, ea potissimum ratione, quòd distractus non venit appellatione contractus, vt not. Bald. in l. vlt. C. si tuto. vel cur. interue. per tex. ibi, in princ. vbi contractus, & distractus separatim nominantur. Nam & propriè contractus dicitur, cum est vltro citroq; obligatorius. l. Labeo. §. contractum. ff. de verb. signifi. Idque maximè procedit in hoc statuto, quòd est contra ius commune, vt dicemus infra in glo. viij. in verb. de son mary. num. 5. incip. at ius nostrum. Ideoq; propriè, strictèq;, & in casu expresso sine extensione intelligi debet, vt minūis lædat ius commune, quàm fieri potest. l. ij. C. de noxali. & c. cum dilectus. extrà de consuet. cum concord. à me alibi adductis. Et hoc sanè in simili casu tenuit Bal. in l. siue apud acta. col. j. vers. vltèrius nota, quòd contractus. C. de tranfact. vbi dicit, quòd statuta disponentia non valere contractus mulierum sine insinuatione, non habent locum in simplici liberatione. & sequitur Alex. ibi, & in l. more. col. ij. ff. de acqui. hære. & Iafon consi. liij. in quæstione, circa fi. lib. 1.

An hæc consuetudo habeat locum in distractu. Distractus an ueniat appellatione contractus.

De eadem re. 2
 Statutum ut de contractu solatur gabella, non habet locum in distractu.
 ¶ Et hoc quidem confirmat, quod voluerunt Bar. Bald. & recentiores in lab. emptione. ff. de pact. quod statutum, quod de quolibet contractu solatur gabella, non habet locum in distractu. quod & idem voluit Bal. in l. j. col. ij. vers. quid est ergo, & ibi Saly. & Paul. Cast. col. vlti. C. quando lice. ab empt. disce. & Bald. in l. si donationis. in fin. C. quod met. causa. & in l. tres fratres. in ij. nota. ff. de pact. vbi loquitur de refutatione, quam negat comprehendere sub huiusmodi statuto. Idem Bal. post Cyn. in l. ij. §. contrarium. in fin. ff. de contra. iudic. tute. & Ange. consil. xciiij. pro parte affirmatiua. col. v. vers. videndum igitur restat. Idem Ange. & Imol. in l. si hominem. ff. de vsuca. Alex. in l. Pomponius. §. præterea. col. ij. & ibi etiam Franc. Aret. qui eum §. legit cum §. cum quis. in ij. notabili. & iterum in fi. ff. de acqui. poss. & rursum ipse Aret. in ea ipsa l. §. in dote. post prin. & idem Alexan. in d. l. siue apud acta. col. ij. C. de transact. & Bart. in l. si ita stipulatio. col. j. ff. de verb. obli. Fel. in c. querelam. col. j. vers. item ex hoc not. extrà de simo. Franc. Curtius senior in auth. sacramenta puberum. char. pen. nu. 42. & seq. C. si aduer. vendi.

De eadem re. 3
 ¶ Hucq; spectat, quod pulchrè consuluit Paul. Cast. consil. lxxiiij. in causa mora per dominam Dortheam, col. vlti. vers. videndum est, lib. 2. quod statutum vicinos, aut consanguineos admittens ad retractum contractus, non habet locum in distractu. De quo diximus in nostro tracta. Retractuum, tit. j. §. j. in glo. ij. in verbo, *a vendu.* num. 38. & aliis locis ibi citatis. Sed & generale est, vt statutum loquens de contractu, non habeat locum in renuntiatione, siue in refutatione, Bal. in l. j. ad fin. C. si aduersus donat. & Saly. in l. j. in v. oppo. C. de pact. & Panor. consil. cvij. hoc exordio, illud in effectu de iure quæritur. lib. 2. vbi consuluit, quod statutum disponens minorem non posse sine decreto iudicis contrahere, nõ habet locum in pace facta per minorem, cum propriè non sit contractus, sed potius quædam remissio iniuriæ per multa iura illiç allegata.

De eadem re. 4
 ¶ Sed quid diutius in huiusmodi similibus, & generalibus immoramur? cum Angel. & Alex. receptissimæ autoritatis viri, in l. si vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pact. hunc nostrum casum nominatim speciatimq; definierint, limitâtes dictum Bart. ibi, volentis in vj. col. vers. ex hoc apparet, quod stante statuto, quod mulier nõ potest se obligare sine consensu duorum consanguineorum, non poterit mulier liberare, siue facere pactum de non petendo. Quod & ibi sequitur Bal. ipse, Ang. Paul. Cast. Fulgo. Alex. & alij. & idem voluit ipse Bar. & alij post eum, in l. Mæuia. §. j. ff. solu. matri. & Fulg. consil. xxxix. ad id de quo quæritur, col. vlti. Rom. consil. cclxxx. repetito in consil. cccxciiij. præsupposito quod viua voce, post prin. & Franc. Aret. consil. liij. in causa magistri, vers. vnde dicit. & Iason d. consil. liij. in questione verrente, col. vlti. lib. 1. & Alciat. in l. Labeo. in verbo, obligationem. ff. de verb. signi. Vt videlicet huiusmodi dictum Bart. & sequacium procedat, cum statutum loquitur per verbum obligare, quo & ipse vitur. Nam faciens huiusmodi pactum de non petendo, obligatur naturaliter non petere, per not. per ipsum Bart. & alios in l. vbi pactum. C. de transact. cum si. Secus (inquit) si vteretur verbo, contrahere, puta quia disponderet quod mulier non possit contrahere sine consensu propinquorum: tunc enim posset facere pactum de non petendo, quia cum istud pactum sit stricti iuris, & exorbitans ex iure communi, debet strictè intelligi. Quod & idem voluit ipse Alex. in l. more. col. j. ff. de acqui. hære.

De eadem re. 5
 contra supra dicta.
 ¶ Contra tamen verius videtur, vt stante huiusmodi statuto non possit mulier renuntiare, aut liberare, aut distrahere, vt voluerunt Bal. in d. l. si vnus. §. pactus ne peteret. col. iij. vers. sed quid si statutum. & ibi Marti. Laud. & Iaf. ff. de pact. Idem Bald. in eadem l. §. quod in specie. col. vlti. & in rubr. C. de pact. & in l. pactum. in xxj. q. & ibi etiam Rom. col. vlti. C. de collatio. & idem Rom. in l. de tutela, in ij. nota. C. de in integ. restit. mino. & in l. mutum. §. j. ff. de acqui. hære. & d. consil. cclxxx. repetito consil. cxciiij. col. j. Fulgo. in l. contra. §. si filius. ff. de pact. Bald. à Bart. quem Bald. Nouellum vocant, Aduocatus consistorialis, Doct. egregius, in repet. rub. ff. de verbo. oblig. col. pen. Barb. in l. ij. in prin. col. ix. vers. item dico quod doctrina. ff. eo. tit. & in cle. auditor. in fi. de refcri. & conf. xvj. illud in medium afferam. col. iij. lib. 3. Franc. Aret. in l. v. in prin. col. iij. vers. in questione. ff. de verb. oblig. quæ ex qua. cont. & Socin. consil. ccxxx. viso testamento, col. ij. vers. postremò non omittero. Iaf. in d. l. siue apud acta. col. ij. vers. ego teneo. C. de transact. & in l. Barbarius. col. ij. vers. tertio facit. ff. de offi. Præt. & in auth. sacramenta puberum. col. xvij. vers. confirmo per illum. C. si aduer. vendi. & in l. Pomponius. §. præterea quæritur. ff. de acqui. poss. in ij. lect. & in d. l. more. col. vj. vers. confirmatur per illud. ff. de acqui. hære. & in l. si ego. col. j. in fi. ff. si cert. pera. dum allegat multos ex supra dictis, vt probet statutum loquens de contractu, habere locum & in distractu: & in §. omnium. col. vij. num. 39. Instit. de actio. vbi hoc reputat notab. & Ioan. Lup. in repet. rubri. de dona. inter vir. & vxor. §. lxvij. col. ij. vers. hoc etiam videtur, & iterum vers. & istud teneo. Alcia. in d. l. Labeo, in verbo, actum. ff. de verb. signi. & in lib. 2. eiusdem tit. char. xj. & Fran. Rip. in rub. ff. de acqui. poss. col. ij. nu. 10. & Arnol. Ferro. in consuetud. Burdig. tit. j. §. iij.

De eadem re. 6
 ¶ Et hanc certè partem mirum in modum fulcit, quod nonnunquam leges nostræ contractû pro distractu accipiunt, vt in l. omni. & ibi no. C. de omni ag. defer. lib. 11. Nam & vt dicit gl. not. in lib. 1. in prin. in glo. magna, in fi. ff. de acti. & oblig. omne pactum dicitur contractus. Quam gl. sequitur Bald. & post eum Iaco. à S. Georg. in d. rubr. C. de pact. vbi dicit per illam, quod omne pactum est contractus, etiam si ad distractum tendat, & idem Bal. in l. contractus, col. ij. C. de fid. instr. & in d. §. pactus ne peteret, & in l. iuris gentium. in princ. col. ij. ff. de pactis. & in c. quinta vallis. col. ij. vers. sed videtur, quod ex nudo pacto, extrà de iureiur. & consil. cij. omnis potestas, in fin. lib. 3. Barba. faciens

faciens illam gl. sing. & Bart. vbi supra, & Iason omnibus ferè locis supra citatis & præterea in l. si vnus. §. pactus ne peteret. col. vij. vers. moueor primò. ff. de pactis. vbi eam glo. dicit sing. & in d. l. iurifgentium. §. sed cum nulla. col. iij. vers. secundò principaliter. Quo fit, vt minus mirum videri debeat, quod scribit Fran. Aret. in l. si quis cum aliter. col. vj. vers. item & iuramentum. ff. de verb. oblig. quod dispositio, quantuncunque exorbitans, atque etiam correctoria, loquens in contractu, habet locum & in distractu, per d. l. de tutela. C. de in integ. restit. & in l. si maior. C. de dolo.

De eadem re. 7
 ¶ Propterea dicit alia glo. quam & ipse Fran. Aret. vbi supra, citat, in d. l. iij. §. contrariu. ff. de contr. iudi. tutel. quod dicta auth. sacramenta puberum, quæ ipsa est exorbitans à iure communi, quamuis loquatur de contractibus solùm, habet tamen locu in liberationibus, renuntiationibus, & distractibus, quam glo. sequuntur Dy. Bart. Bal. & alij ibi. & illam quoque dicit vnicam in iure Bal. in rub. extr. de iureiur. & ibi Anto. Corse. in xvij. priuilegio iuramenti. Et hoc idem voluerit Bar. col. vlt. Bal. Ange. Saly. & omnes præter Cy. in d. auth. sacramenta puberum. & ibi quoque Franc. Curt. Senior in repet. char. pen. nu. 42. & seq. vbi ad hoc dicit singul. glos. in d. §. contrarium. & ibi quoque Corn. etiam in repeti. col. vij. nu. 25. Ipse Bal. & Iac. à S. Georg. qui & eam glo. dicit sing. in d. rub. C. de pact. & idem Bal. in l. pactum quod totali. in xxj. quæst. C. de collati. & in d. §. item sacramenta. col. iij. vers. quæro nunquid ista auth. tit. de pac. iura. fir. & consil. ccccvij. super eo quod quæritur, lib. 4. vbi & ad hoc allegat not. in d. l. iij. Ange. & Imo. qui & illam glo. in dicto §. contrarium. dicit singul. in l. Pomponius. §. si quis precario. in fi. per illum tex. & ibi quoque Vincen. Hercul. col. pen. ff. de acqui. poss. & idem Angel. consil. 50. testator quidam, circa medium. Anton. in c. vlt. char. antepe. in j. fall. extra de consuet. Rom. consil. cxc. clarum est, circa medium. Barb. in l. scien dum. col. lxxx. ff. de verb. oblig. Alex. in d. l. Pomponius. §. præterea. col. ij. vers. item ex isto. ff. de acqui. poss. vbi & illam glo. dicit singul. & hanc esse communem opin. & in l. minimè. C. de legib. & conf. clxxxv. viso titulo, col. antepe. vers. bene facit, lib. 2. & consil. liij. visis & cõsideratis, post prin. lib. 3. & consil. ij. videretur pro decisione, col. ij. vers. ad idem facit, lib. 5. & Franc. Aret. in c. in præsentia, per illum tex. & ibi quoque Phil. Dec. in vlt. not. extr. de prob. Franc. Curt. Senior. & Lancelo. Deci. inter consil. ipsius Cur. consil. xliij. contingentia, col. v. Petr. Ferr. in tit. forma libel. super petit. restit. in integ. in verbo, tunc iuravit, col. ij. vers. item procedit d. regu. Firmia. in tract. gabel. in v. parte prin. q. v. vers. & adde Phil. Dec. consil. dxxxix. visa consultatione, col. j. Caro. Ruin. consil. cxxxvij. viso instrumento, col. ij. vers. sed præmissis, lib. 4. Sed est & alia glof. hoc idem volens, in d. §. item sacramenta puberum. in verbo, super contractibus, col. ij. vers. item quæro an l. ista, & ibi Iac. Aluar. qui hanc quoque dicit esse communem op. & Card. Alex. qui idem dicit, tit. de pac. tenen. & idem nouissimè voluit And. Alci. lib. 2. de verb. signi. in materia extensionis constitutionu correctoriarum, licet contrarium visus sit voluisse Cy. in d. auth. sacramenta puberum, in xiiij. q.

De eadem re. 8
 ¶ Et aliàs quoque distractus eiusdem naturæ est, vt contractus, vt quod in contractu habet locu, obtineat & in distractu, sicuti dicit Bart. in l. & ideo. ff. de condi. fur. Sicuti enim per contractum quis fortitur forum in loco, quo contrahit, vt est tex. in l. hæres absens. §. si quis tutelâ. & §. proinde. ff. de iudi. & in c. Romana. §. contrahentes. de for. comp. lib. 6. Ita quoque per distractum. l. exigere dotem. & ibi Bart. & alij. ff. de iudic. & l. qui loco. & ibi item Bar. post Guli. Cu. ff. de condi. in debi. & hoc quoque voluerunt Ang. Alex. Iaf. & Hercu. in d. l. Pomponius. §. præterea. ff. de acqui. poss. & Lopus alleg. x. incip. disputat hinc, quem refert Anton. in c. postulafti. de for. compe. dicens ibi esse casum. & Alex. in addi. Bar. in d. §. si quis tutelam. vbi dicit de hoc esse casum vnicu in iure, in l. in contractibus. §. in omni. & ibi Bart. C. de non nume. pec. & Iord. in repe. d. §. contrahentes. col. ij. vers. sed quid de distractu? vbi respondet ad quædam contraria. Et sicut, cum de contractu agitur, actor sequitur forum rei: ita & cum de distractu. l. ij. & ibi Bar. C. vbi & apud quem.

De eadem re. 9
 ¶ Et quemadmodum contractus præbet iustum titulu, iustamq; ad vsucapiendû causam, ita etiam distractus, & liberatio, per d. §. si is qui precario. & ibi Ang. Imol. & recentiores: & d. l. Pomponius. §. præterea. & ibid. Iason. ff. de acq. poss. & l. si hominem. ff. de vsucap. & l. si duo. ff. de diuer. & temporum præscri. Bal. in l. j. C. de vsucap. transfer. Et sicut dolus dans causam contractui bonæ fidei, illum reddit nullum ipso iure, ex communi op. per l. eleganter. in princ. ff. de dolo: ita & si dederit causam distractui bonæ fidei, vt probatur in d. l. de tutela. C. de in integ. restit. min. & no. doc. in l. sub prætextu. C. de transac. Bart. & Pau. Ca. in l. pe. C. de dol. mal. Bar. in l. actione. col. j. vers. oppo nitur contra hoc, C. de transac. & in d. l. eleganter. in prin. col. iij. vers. eodem modo. possemus dicere. ff. de dol. mal. & in l. & ideo. in prin. vers. quid ergo dicemus. ff. de condi. fur. & Bal. in l. aduer sus. post prin. C. de excep. & in l. j. post prin. & ibi Saly. col. ij. vers. quæro ab extra. C. quan. lice. ab empt. disce. & idem Bal. in c. audita. col. ij. vers. sed contra videtur, extrà de resti. spol. Fran. Are. in l. si seruum. in prin. col. ij. vers. potes dicere. ff. de verb. obl. Iaf. in l. si ego. col. ij. vers. secudò aduerte. ff. si cer. pe. Nam & vbi contractus est bonæ fidei, similiter & distractus, siue dissolutio illius, & è di uerso. Lab. emptione. & ibi Bar. Bal. Saly. Ang. & alij. ff. de pact. & d. l. j. C. quan. lic. ab empt. disce. & ibi etiam Bal. & Pau. Cast. Quamquam ei quod diximus, dolu dantem causam distractui, eum ipso iure nullum efficere, contradicit. Io. à Monte Sperel. & Socin. in l. cum posteaquam. C. de pactis. At Iason & Philip. Deci. ita id intelligere videntur, vt si pactum liberatorium interpositum sit super actione iudicati, quæ stricti iuris est, id certè & stricti iuris sit, ideoq; dolus ei dans causam, nõ annullat ipso iure. Sentiunt ergo, quod si interponatur super contractu bonæ fidei, fecus sit.

- 10 **De eadem re.** ¶ Et sicut in contractibus sub conditione factis inspicitur tempus contractus, ita ut conditio re-
rò trahatur. l. si filiusfa. in prin. & ibi Doct. ff. de verb. obli. & l. potior. & l. qui balneum. ff. qui poti.
in pig. habita etiam in distractibus, secundum glo. in l. si sub conditione. ff. de soluti. Angel. Imol.
Raph. Co. Per. Befur. & Iaf. in d. l. si filiusfa. Et qui habet auctoritatem legitimam in contractu, ean-
dem quoque habet in distractu. l. vlt. & ibi Bald. in epitome. C. pro socio. Et ut regulariter ex con-
tractu non transfertur dominium sine traditione. l. traditionibus. C. de pactis, cum si sic nec ex di-
stractu, ex sententia Bar. in d. l. & ideo. post prin. ff. de condi. furt. & Alex. in l. j. col. iij. vers. pro de-
cisione ista. ff. solu. matr. & Phil. Dec. in d. l. traditionibus. col. pen. vers. ij. conclusio. Et si quo ca-
su non requiratur traditio ad transferendū dominium in contractu, ut in ecclesia, & ciuitate, per
l. vlt. C. de sacros. eccles. sic nec in distractu. Iaf. in d. l. ab emptione. col. pen. vers. in vltima parte. ff.
de pact. & Carel. Cotta, qui id dicit singul. in memor. incip. venditio facta ciuitati licet contrarium
teneat Bald. in l. si tibi. §. de pignore. col. vlti. ff. de pactis. quem sequitur Iaf. sibi contrarius in d. l.
vlti. in iij. not. vers. pulchrum. C. de sacrosan. eccle. vbi illud dictum Bal. sing. dicit.
- 11 **De eadem re.** ¶ Et solennitas quæ requiritur in contractu, eadem & in distractu requiritur. l. si ad resoluendam.
C. de prædi. mino. vbi lex prohibens minorem contrahere super re immobili, sine auctoritate, &
decreto iudicis, habet locum & in distractu. quem tex. ad hoc expendit, & dicit not. Bald. in l. Præ-
ses, col. ij. vers. idem apparet. C. de transac. & in l. j. post prin. C. si aduer. transac. & consi. cccx. pro-
ponitur quod A. lib. i. vbi ex hoc dicit, quod si contractus requirit scripturam, ita & distractus. &
consil. ccccxv. illa solennitas, in prin. lib. 2. quod repetitur consi. cccclxxxj. lib. 4. & Ro. dicto consil.
cclxxx. vbi & per illum tex. dicit parem rationem habere locum in contractibus, atque in distra-
ctibus. Ideoq; dicit Bartol. in auth. eontra si filij. in ij. not. per illum tex. C. de repud. quod cuius
consensus requiritur in contrahendo, eiusdem quoque requiritur in distrahendo.
- 12 **De eadem re.** ¶ Sed per illum tex. dicit Alex. in l. centesimis. §. vlt. in fi. ff. de verb. oblig. quod eadem requiruntur
in reuocatione actus, quæ in confectioe ipsius. Quod & voluit ante illum, illo tamen text. non
citato, Bar. in l. quod insit. col. pen. vers. quæro an partibus. ff. de re iud. & in l. actor. col. pe. ff. rem
rat. hab. & Bal. in l. si ita. §. regula. ff. de lib. & posthu. & in l. si vt proponis. C. de nup. & in l. omniū.
ad fi. vers. item not. quod licet princeps. C. de test. & in l. vlti. col. vlt. C. de fideicom. & in cap. i. in
verbo, nos Ro. tit. de pace Constan. & in c. cū consuetudinis. post prin. post. tex. ibi, extr. de consu.
Card. Flor. & Imo. in c. relatum. de testa. Ro. consi. lxxv. viso themate, col. ij. vbi & ad hoc præterea
allegat l. hæredes palam. §. si quis post. ff. de test. & l. si puella. ff. de sponsa. & l. nuptia. ff. de rit. nup-
ti. Alex. consi. cxxxiiij. super præmissis dubio, in fi. lib. 7. & Feli. in c. edoceri. col. v. vers. non ob-
stat prædictis, de rescript. & ante omnes gl. in l. tria prædia. & ibi. Paul. Cast. ff. de seruit. rusti. prædi.
¶ Ex quo id consequens est, vt quot testes requiruntur ad probationē testamenti, tot quoq; requi-
rantur ad probationē reuocationis illius, vt satis probare videtur text. in d. l. hæredes palam. §. j. &
ibi no. ff. de test. & ad hoc vulgò citatur gl. quæ tamen loquitur de probatione erroris testamenti,
in l. cum proponebatur. ff. de leg. ij. Et idem in cæteris, vt eo modo, quo debent probari, eodē reuo-
catio eorum probari debeat. Bal. in l. testium. in v. no. per eum tex. C. de testib. Et illud quoq; hinc
prodit, quod sicut Prælati non potest contrahere sine consensu capituli, ita nec distrahere. c. que-
relam. extrà de simo. vbi id ex eo no. Io. Ana. Et quod tempus requiritur ad inducendā consuetu-
dinem, idem quoq; ad eam abolendam, vt tradit Ant. in c. accedentibus. col. ij. vers. quæro quanto
tempore, de priu. & Pan. in c. pro illorū. de præb. & Alex. consi. v. si vera sunt. col. iij. vers. sicut ergo
dicta, lib. 5. Et quæ solennitas requiritur in cōdendo statuto, eadē & in reuocādo. Bar. in l. omnes
populi. char. ij. vers. iuxta prædicta quæro, an in reuocando. ff. de iust. & iure. Fran. Aret. consi. 75.
diligēter & maturè, col. 4. ver. pro ista cōclusionē. Et eodē modo debet probari solutio debiti, quo
debitū ipsum probari debet: vt pulchrè respōdit Pe. Anc. consi. ccl. in quæst. prædicta. Et sequitur
Phil. Dec. in l. nihil. ff. de reg. iur. Et sicut cum Episcopus solenniter excommunicat, debent eum xij.
sacerdotes circumstare, c. debent. xj. q. iij. Ita & cum absoluit. c. cum aliquis, ead. q. & cau.
- 14 **De eadem re.** ¶ Nam & è diuerso ea tantum in reuocatione actus requiruntur, quæ in confectioe illius. Quod
ex eo videmus, quod vt donatio potest fieri nudo pacto, l. si quis argentum. C. de dona. sic & nu-
do pacto resolui potest, secundum glo. Bar. & alios in d. l. ab emptione. ff. de pactis. Et sicut pignus,
solo consensu contrahitur, sine traditione. l. j. ff. de pign. acti. ita quoque resolutur. l. pen. C. de pig-
& glo. in d. l. si tibi. §. de pignore. ff. de pactis. Et sicut quis simplici verbo excommunicatur, cap. i.
extrà de eo qui fur. ordi. recep. ita quoque absoluitur. glo. in d. c. cum aliquis. xj. q. iij. & in c. compe-
rimus. xxiiij. q. iij. Et si grauamen est verbale, sufficit reuocatio verbalis: si reale, & realis requiritur.
glo. in c. si à iudice, in verbo, cum effectu, in fin. & ibi. Archi. & Io. And. de appel. lib. 6. Et ea pec-
cata, quæ sola voluntate contrahuntur, sola quoque voluntate dimituntur, vt dicebat Bart. anti-
quus Doct. arg. d. l. ab emptione, vt eum refert glo. in c. si cui, in verbo, voluntas, de pœnit. dist. j.
quæ declarat, quomodo id sit intelligendum.
- 15 **De eadem re.** ¶ Et si iudex parte non vocata, & non legitimo tempore, & veluti quodam impetu facili fuit ad
concedendam tenentiam, quam vocant, siue bonorum possessionem, aut ad deiciendū aliquem sua
possessione de facto, & nullo iuris ordine seruato: ita facili esse debet ad id reuocandū de facto,
& sine partis citatione. Textus est intimis memoriae thesauris reconduendus, in l. j. §. hoc edictū. ff.
si mulier ven. nomi. & gl. etiam no. & omnibus nota, in l. minor. in prin. in verbo, secus. ff. de eui. &
Inno.

- Inno. in c. querelam. col. ij. vers. alij dicunt. & ibi Bal. col. vlt. extrà de ele. Oldra. consi. xij. q. j. ad fi.
primi dubij. Bal. in l. si pacto quo pœnam. col. j. in quinto not. & ibi quoque Salyc. Pau. Cast. Alex.
& Iaf. C. de pactis. Idem Bal. in l. si deferra. in fi. C. si propt. publi. penfi. & in l. j. col. vij. vers. quartò
quæro, si iudex. C. de seruit. & aqua & in l. vlt. col. ij. vers. secundo casu. C. de edic. Di. Ad. tol. & in
repetit. l. tale pactum. §. qui prouocant. in x. quæst. ff. de pac. & in l. de pupillo. §. vlti. & ibi quoque
Imo. ff. de no. ope. nunti. & ipse Bal. in l. j. ff. de serui. & in l. vlti. & ibi quoque Salyc. C. eo. vbi ipse
Bal. dicit eam glo. sing. & idem in l. j. ad fi. C. de prohi. sequestra. pec. & in l. post sententiam. in fi. &
ibi etiam Saly. vers. quartò quæro. C. de sent. vbi & Bal. ipse dicit eam glo. sing. & in l. j. circa med.
C. de excep. rei iudi. & in rub. C. de success. edic. col. ij. & in l. ab executore. C. quo. appel. non recip.
& in cap. 2. ad fin. de rescrip. & in c. ab excommunicato. col. ij. eod. titu. & in c. inter quatuor. in fin.
extrà de maio. & obed. vbi dicit cum tex. ad hoc esse sing. & in addi. Specu. tit. de pri. & secun. de-
cret. §. iam de effectu. vers. sed quid si iudex. & consi. cclix. proponitur, quod quædam tutela, in fi.
lib. 3. & consi. cclxv. quanquam super prædicto, col. pe. eo. lib. 3. & consi. cccxviiij. ista captura, col. j.
lib. 4. Io. Fab. in l. j. C. si per vim, vel alio modo. vbi hoc trahit ad dominos temporales, qui saisit
(vt ipse loquitur) parte non vocata. Ang. Imo. & Alex. in l. de vnoquoque. ff. de re iud. Ant. Pan.
& Philip. Deci. in c. cum cessante. ille, col. ij. alij col. vlt. ext. de appel. Pet. Anc. consil. vj. viso thema-
te, col. pe. vers. contrariū, & rursus ante fi. & consi. xx. viso prædicto, etiam in fi. & consi. clxxxviij.
visis consiliis, col. ij. vbi & ex hoc dicit, quod sententia à iudice laico lata in clericum, ab eodem re-
uocari potest. Imo. & Alex. in l. j. §. nuntiatio. ff. de ope. no. nunt. Rom. sing. dclxix. possessio etiam
iniusta. & consi. clviij. circa articulum, col. j. & latius consil. cccx. circa princ. col. etiam j. in duobus
locis: vbi & ad hoc dicit esse tex. multum no. in l. in fraudem. §. sicut. ff. de mili. testa. & Raph. Co.
consi. cxlvi. Simon Helias, Maria. Soci. consil. xxxij. ex his quæ superius, in fin. Alex. in l. quod ius-
sit. col. x. vers. prædicta tamen intelligas, & rursus versu. quærit etiam Bart. ff. de re iudic. & latè
consil. v. in causa & lite, col. pen. vers. item si probatum est, lib. 2. & Barb. consil. l. j. scripsit sapienter
fons, col. xxij. vers. tertio accedit, lib. i. & Feli. latè in c. qualiter & quando, le j. col. viij. vers. tertio
limita, extrà de accu. vbi etiam facit sing. tex. in d. §. & hoc edictum. & hoc postea not. limitat.
- 16 **De eadem re.** ¶ Ad idque facit, quod scribit glo. in c. primates. ij. q. j. quod depositus de facto, etiam de facto resti-
tuitur. quam in id expendit Bal. in cap. accedens, le j. in fin. extrà, vt lit. non conte. Et alia glo. in c.
excommunicatos. xj. q. iij. quod si iudex motu proprio, & nullo petente, quempiam excommuni-
care potest, & eodem quoque modo eum absolueret. Et quod item voluit Spec. in d. tit. de pri. &
secun. decreto. quo loco supra citauimus. & Io. And. in addi. ipsius Spec. tit. de senten. & quæ ipsam
sequuntur. §. species. vers. est quoque & tertia species. in additio. quæ incipit, habeo de praecepto.
Bar. in d. l. j. §. nuntiatio. col. ij. vers. quæro an ille. ff. de ope. no. nunti. Bal. in l. j. C. quan. lice. ab emp.
disce. & in c. i. §. vlt. tit. per quos fiat inue. dum quærit, qualiter fiat disuestitura & in cap. i. in j. lect.
col. pen. vers. secundò quæro, de iudici. vbi allegat l. si quis vxori. §. si fugituum. ff. de furtis.
- 17 **De eadem re.** ¶ Et his item fit, vt quæ testibus nulla interueniente scriptura probari possunt, ita quoque eorum
dissolutio, reuocatio, renuntiatio. Nam vt collatio sic probari potest, ita & illius renuntiatio. Bald.
in cap. 2. in fi. per eum tex. de resti. spoli. Phil. Dec. in d. l. cum posteaquam. in fi. C. de pac. Et sicut
testamentum ad pias causas duos tantum testes requirit, cap. cum esses, & ca. relatum. le j. extrà de
testa. sic & ipsius reuocatio. Pau. Cast. consi. cccxxvij. dubium facit, lib. i. Alex. in l. hac consultissi-
ma. §. si quis autem. col. vlt. C. de testa. & consi. cxlvi. viso themate, col. vlt. lib. 2. & consi. cvj. viso &
diligenter considerato, col. ij. vers. quinto adduco, lib. 4. Et si aliàs ex forma statuti legatū potest
probari duobus testibus, ita illius ademptio. Bald. in l. vlti. C. de fideicom. & consil. xxviij. super eo
quod quæritur, lib. 3. Card. Flor. Pet. Anch. & Imo. in d. c. relatum, de testa. Alex. Iaf. & Fran. Rip. in
rubr. ff. de acqui. poss. Ipse Alex. in l. quemadmodum. post prin. eo. tit. & in l. inter stipulantem. §. sa-
cram. col. j. vers. ex hoc infertur. & ibi Iason col. viij. vers. tu confirma, quia circa. ff. de verb. oblig.
idem Iason in l. si ex toto, in prin. in j. no. ff. de lega. j. & consi. cxlj. circa primum, post prin. lib. 4. &
Philip. Deci. in d. l. posteaquam. in fi. C. de pact. & in c. cognoscentes. in iij. no. extr. de constit.
- 18 **De eadem re.** ¶ Et id quidem perpetuum est, & generale in omnibus, vt dissolutio, siue resolutio, aut reuocatio
cuiuslibet actus vel rei, eisdem vires, naturam, qualitatem fortiantur, iisdem regulis subiiciantur,
quibus ipsius actus vel rei confectio, siue productio, aut generatio. Quod & dicebat Anaxagoras
apud Aristot. lib. i. de Generatio. & corr. c. i. inquiring generationem, & interitum esse eiusdem na-
tura. Nam & videmus, quod sicut missio in possessionē est misti imperij. l. iubere. ff. de iurisd. om.
iudi. & not. in l. j. in verbo, delegandum. ff. de dam. infect. sic quoque illius reuocatio. l. iij. §. si for-
tè. & ibi glo. in verbo, ex causa. ff. eo. tit. & Paul. Cast. & recentiores in d. l. iubere. nam & missio, &
reuocatio illius, à pari procedunt, vt dicit Bald. in l. iudex, per illum text.
- 19 **De eadem re.** ¶ His omnibus suffragatur text. in l. prout quisque. ff. de solu. cuius hæc verba sunt, Prout quisque
contractus est, ita & solui debet, veluti cum re contraximus, re solui debet, & cætera, quæ sequuntur.
& l. ferè quibuscunque. ff. de regu. iur. vbi ita scribitur, Ferè quibuscunque modis obligamur,
iisdem in contrarium, adis liberamur: cum quibus modis acquirimus, iisdem in contrarium actis
amittimus. Et in l. nihil. tam naturale. eodem titu. Nihil, inquit, tam naturale est, quam eodem ge-
nere quodque dissolueret, quo colligatum est. Et in cap. i. extrà eodem titulo, vbi dicitur, omnis res
per quascunque causas nascitur, per eandem dissoluitur. Quod sumptum est ex capit. omnis res.
K κ 3

xxvij. quæst. ij. Quæ fuit ipsius Aristotelis sententia, in eodem lib. i. de Generatione, & corruptio-

ne, quem citat è nostris Barb. consi. xlvij. præclarè, col. vj. vers. capio modò, lib. 2. ¶ Nam & qui de rerum principiis differuerunt, illud constanter affirmauerunt, res omnes in ea res-

20 ¶ Nam & qui de rerum principiis differuerunt, illud constanter affirmauerunt, res omnes in ea res-

—ὕδωρ, καὶ γαῖα γένοιθε.
—Aqua & terra reddamini.

Quod sumptum est ab Homero lib. Iliad. 7.

αὐτὰ ὑμεῖς μὲν πάντα ὕδωρ καὶ γαῖα γένοιθε.
Sed vos quidem omnes aqua & terra statis.

Quo ex loco Heraclides Ponticus in Allegoriis Homeri, & Plutarchus in vita ipsius Homeri, eorum depromptam esse sententiam scribunt, qui terram & aquam in rerum principiis posuerunt. Et Alexander quoque Aphrodisæus, si is est, lib. 1. Problematon, cap. 77. reddens causam Physi-

ἐκ γῆς γὰρ τὰ δὲ πάντα, καὶ ἐκ γῆς πάντα τελευτᾷ.

Ex terra cuncta, atque in terram cuncta recumbunt.

Nam & alibi Homerus ipse, scilicet libro 24. Iliad. vocat corpus hominis κωφὸν γῆν, id est, insensibilem terram.

22 ¶ Et eò quoque pertinet, quod ex Epicharmo citat ipse Plutarchus in Oratione consolatoria ad Apollonium, Σωκεῖσθαι καὶ διεκείσθαι, καὶ ἀπῆλθε, ὅθεν ἦλθε, πάλιν, γὰρ μὲν ἐκ γῆς, πνεῦμα δὲ ἀνο-

Χωρεῖ δ' ὀπίσω, τὰ μὲν ἐκ γαῖας φύντα, ἐκ γαῖαν.

Τὰ δ' ἀπ' αἰθέρος βλαστῶντα γονῆς, ἐκ αἰθέρα.

Retrosum eunt, tellure nata in tellurem.

Ex aethereo semine genita, fiunt aether.

Et illud item eiusdem Euripidis in Supplicibus:

ἐοικῶσι ἤδη γὰρ καλυφθῆναι νεκρὸς,

ὅθεν δ' ἐκείνου ἐκ τὸ σῶμα ἀφικέται,

ἐνταῦθα ἀπῆλθε, πνεῦμα μὲν πρὸς αἰθέρα,

τὸ σῶμα δ' ἐκ γῆς.

Simite iam terra occultari cadauera.

Nam unde unaquæque pars ad corpus venit,

illuc rediit, spiritus quidem in aethera,

Corpus vero in terram.—

Nec ab his dissentit, quod Tullius lib. 3. Tuscul. quæstion. citat ex ipso Euripide,

Reddenda terra terra.—

23 ¶ Quibus concinit quod statim post princip. sacrorum Bibliorum, nempe Genes. 3. cap. legitur, In sudore vultus tui vesceris pane, donec reuertaris in terram, de qua sumptus es: quia puluis es, & in puluerem reuertēris. Et hoc potissimum argumento Lucretius probare nititur, ex nihilo nihil posse vel diuinitus fieri. Quia si ex nihilo aliquid fieret, id quoque in nihil dissolueretur: sed nulla res ad nihilum reducitur, imò res omnes in aliquid dissoluuntur: ex quo consequens illud fit, vt omnis res ex aliquo fiat. Eius in id versus sunt lib. 2.

Dissoluat

Dissoluat natura, neque ad nihilum interimat res:

Nam si quid mortale è cunctis partibus esset,

Ex oculis res quæque repente erepta periret.

Et cætera quæ sequuntur. Et hæc quidem fuit sententia omnium Ethnicorum Philosophorum, vt videre licet ex Aristotele, lib. Physicorum 1. Hi enim meram naturæ vim considerabāt. At sacro-

24 ¶ Et hæc quidem (vt redeamus) etiam ad nostros affectus pertinent. Natura enim comparatū est, vt qui faciles & prompti sunt assumendis quibuslibet affectionibus, sint & deponendis. Et qui contrā sunt tardi recipiēdis, sint & reiciendis. Adolescentes, vt scribit Aristoteles, & quotidie videmus, citò fiunt amici, atque etiam citò desistūt. Id quod etiam videre licet in mulieribus & omnibus quoque, qui facile amicitiam induunt: nam & facile eandem exuunt. E diuerso verò videmus tardos ad recipiendas amicitias, tardos quoque esse ad deponendas. quod & de Augusto tradunt Suetonius, Aurelius Victor, & Eutropius. Ex quo est illud Propertij ad Cynthiam lib. 2.

Hoc mihi perpetuū ius est, quod solus amator,

Nec citò desisto, nec temere incipio.

Nam & Annibal apud Plutarchum in vita illius, de Gallis prudenter illud perspexit, quod vt facile in suam fidem atque amicitiam concesserant, ita etiam leui momēto eam relinquerent. Quod & ipsum non multò post contigit, vt scribit Liuius 3. decad. li. 2. in principio. Videmus item eos, qui ad iram capeffendam sunt faciles, eam quoque facillimè deponere, & è contrario. Horatius de se loquens lib. 2. Epistolarum, ad librum suum sic dicit:

Iraſci celerem, tamen vt placabilis eſſet.

Theodosius Imperator (vt refert Paulus Diaconus) irascebatur rebus indignis, sed subito fleſcebatur, & modica dilatione emolliebatur. Contrā Cato Vticēsis (vt retulit Plutarchus in vita illius) ad iram nō facile labebatur, sed cū in eam semel deuenerat, implacabilis erat. In addiscendo quoque tardus erat, sed quæ semel didicerat, memoriter retinebat. Quod in cæteris quoque, vt ille subdit, natura fit, vt qui celeri sint ingenio, non multum memoria valeant: qui verò cum labore percipiunt, hi sunt perceptorum tenaciores.

25 ¶ Horum omnium in promptu causa est: Nā corpus hominis quatuor qualitatibus cōpositum est, his scilicet, calido, sicco, humido, frigido: quæ & ipsa sunt ex quatuor elementis, igne, aëre, aqua, terra. Qui plus ignis habent & calidi, hoc est, cholericij, sunt ad quemuis affectū facilius motus, vt ignis quoque cæteris elementis est mobilior. Ideoq; quemadmodum velociter aliquem affectum suscipiunt, ita & velociter quoque relinquunt. Contrā qui terræ plus habēt, vt sunt qui atrabile, quæ frigida est & sicca, vexātur, ij haud dubiè sunt cæteris tardiores, atq; lentiores, difficiliorisque multò impresionis. Terra enim cæteris elementis immobilior est, & durior. At si quippiam semel suo animo impresserint, id quoque lentè, tardè, & non nisi multo labore, & negotio delerur.

26 ¶ Igitur, vt tandem ad nostram speciem redeamus, distractus eiusdē naturæ est, vt cōtractus ideòque statuta & disposita in hoc, in illo quoque locū habent. Quod & maximè debet procedere in hoc casu nostro, qui multum est fauorabilis, & cuius nulla ratio reddi potest, quàm fragilitas sexus & imbecillitas, vt dicit Bal. in l. 2. per illum text. C. de adop. & in l. 2. in 9. quæst. C. de rescin. vend. cum aliis concor. adductis infra in glo. seq. in fi. Ideòque ab ea potest sumi argumentū ex identitate rationis, peræquè ac si expressa esset, per tex. no. omnibus tamen notum, in l. milites agrū. ff. de re mil. & glo. Bal. & Pau. Ca. in l. quamuis. C. de fideicom. cum concor. à me quoque adductis, in nostro tractatu, cui titulus est, Cessante causa, cessat & effectus, in 21. limitatione, nu. 7. inci. intelligendū est terriò, & 2. seq. Maximèque cū sit ex stricta significatione ad laram, ex identitate rationis, gloss. no. in §. 1. in verbo, ad curationem, & ibi Ang. in Auth. vt hi qui obli. perhi. & gl. in cle. 1. in verbo, eligatur. & ibi Pau. Eliaz. Anto. Lap. & Imo. de elec. cum multis cōcord. à me collectis in eadem rep. l. si vnquam. in verbo, donatione largitus. nu. 178. incip. similiterque renūtiatio. Negari autem non potest ex suprā dictis, quin saltem ex lata, & impropria, si non ex vera & propria significatione, appellatione contractus compræhendatur distractus, & quin eadē sit omnino ratio imbecillitatis, & fragilitatis in distractu, quæ in contractu: ideòque idem esse statuendum. Neque sic facientes dicemur extendere consuetudinem hanc, sed potius interpretari, & declarare, vt latè etiam diximus in eadem repet. in verbo, libertis. nu. 45. incip. quorum sententia.

27 ¶ Et hæc quidē satis sunt pro solutione eorum, quæ adducta sunt pro cōtraria parte. Quamquàm & hoc quoque dici potest, quod licet aliàs statuta sunt strictè & propriè intelligenda, hoc tamen non procedit, vbi verisimiliter statuētes, si fuissent interrogati, de casu improprio, idem statuissent quod de proprio. Nam tunc idem iudicandum de improprio omissio à statuto, quod de proprio, ex doctrina gl. quæ omnes dicunt sing. in l. tale pactum. §. vlt. ff. de pactis, omnēsq; in id vbique expendant, & extollūt, vt latè diximus in rep. d. l. si vnquā. in præfatione, nu. 56. incip. inter tā multa. Quis autem non intelligat eos, qui hanc nostrā consuetudinē, imò verò statutū hoc nostrum (ita enim malim appellare, quàm consuetudinem, cū expresse consensu populi sancitum sit) cōstituerunt, idem intellexisse, idēque voluisse statuere de huiusmodi renuntiationibus, liberationibus, & id genus distractibus, cū eadē per omnia sit ratio? Certè nemo. Quādo & aliàs videmus

Affectus eodem modo deponuntur, ut assumuntur.

Ratio eius quod dictum est.

De eadem re.

Responsio ad contraria.

(id quod multo fortius est) solennitatem in vno contractu requisitam, trahi ad alium & diuersum contractum, in quo est eadem ratio. l. cum hi. §. si vni. ff. de transact. quam ad hoc dicit not. Franc. Are. qui & alia quaedam similia ponit in c. qualiter & quando. §. debet. col. 6. versu. nec obstat quod in accusatione, extra de accusa.

28 **Aliareffo.** Illud praeterea dici potest, text. in d. l. vlt. C. si tutor vel curat. non interuen. pro contraria parte primo loco adductum, non id velle, ad quod illum Bald. notauit: neque enim text. ibi loquitur de distractu, prout distractus est contractus dissolutio. Quin dictio, distractibus. ibi posita, accipitur pro venditibus. sicuti etiam intelligit glo. ibi & ita communiter, vt sic loquar, distrahere in iure nostro pro vendere ponitur. Quod si illic accipitur, vt Bal. intelligit, & nos hic intelligimus, certe text. ille multum faciet ad hanc partem: cum ibi ponantur huiusmodi verba, distrahentibus, vel alias contrahentibus, tanquam distractus species sit contractus. Dictio enim, abas, & similes, sunt implicatae (vt nostri loquuntur) similitudinis: vt voluit gl. in l. si fugitiu, & ibi doc. C. de seruis fugiti. & in l. quidam relegatus. in verbo, amicis. ff. de rebus dubiis. & in cap. sedes. de rescript. cum simil. Et hoc plane expressit D. Hieronymus in Apologetico aduersus Rufinum, inquit: Miror te hominem prudentissimum non intellexisse artem expositionis meae. Quando enim dico, ita tamen vt non iuxta aliam haeresim, omnes in vna aetate positi sint, id est, omnes in Angelos reformetur: ostendo, & ea de quibus disputo, esse haeretica, & ab alia haeresi discrepare.

29 **Ad statum de soluenda gabella.** Nec mirum, si in statuto disponente, quod ex quolibet contractu soluatur gabella, non comprehendatur distractus, cum illud statutum sit odiosum & stricte interpretandum, vt dicit Bald. in l. contractus. col. 1. versu. quid enim si statutum. Pan. conf. 83. disponente statuto, paulo post medium, l. 2. vbi id dicit no. in l. veltigalis. ff. de veltig. & in c. super quibusdam. de verb. sign. Alex. in rubr. ff. sol. matr. col. 6. versu. & ideo statutum, ff. solu. matr. vbi & alia ad hoc allegat. & Carolus Ruin. c. 112. circa primu dubium, col. pen. nu. 14. li. 5. Et bene facit, quod tradit Bart. in l. si pupillus. in fi. prin. ff. ad legem Falcid. in dubio inspicit, quod tollit, aut minuit gabellam. Istud autem fauorabile, vt alibi dicemus, & declarat not. Bal. a Bart. in d. rubr. de verbo. oblig. Praeterea hic alia est ratio, quare ex distractu non debet soluigiabella, quia iam videlicet soluta est pro contractu. Ideo non debet iterum solui, si contractus ipse reuoluitur: vt etiam plenè diximus in nostris Consuetud. Piætonum tit. 2. §. 1. in glo. 2. Nec tamen perpetuu est, quod de distractu vel liberatione non soluatur gabella: quando multi teneant contrarium, cum contractus ab initio valuit, & consummatus est rei traditione, & postea ex interuallo sit distractus re tradita: vt per Guliel. Cu. Ange & Paul. Cast. in d. l. ab emptione. ff. de pact. & Bal. in l. 3. §. contrarium. in fi. ff. de. cont. acti. tut. Ang. conf. 94. cum lis & quaestio, col. pen. versu. videndum igitur restat, cum concord. adduct. per Firmi. in tracta. Gabel. in 5. parte princ. q. 5. & in 3. parte 8. partis quoque princ. in 14. quaest.

30 **De eadem re.** Et idem quoque dici potest de aliis locis, in quibus comperies appellatione contractus non venire distractum: vt ea intelligas procedere in odiosis, & in quibus non eadem est ratio vtriusque. Ex quo plane constat, non esse verum, quod dicit Bald. in d. l. siue apud acta. C. de transactio. de statuto requirente insinuationem, in contractibus mulierum. Et illud etiam carpit nominatim Ias. ibi, & Bal. a Bartolinis in d. rub. de verbo. oblig. Et hic vide, quae dicemus postea in quaest. proximè seq. & rursus in 11. quaest. in qua tractabimus de quasi contractibus.

31 **Quid in re= pudiatione re rum nondum quaesitarum.** Illud igitur pro constanti, & perpetuo apud nos est, vt stante huiusmodi consuetudine, vel statuto, non possit mulier renuntiare siue repudiare, aut alias distrahere. Sed hoc primu intellige, vt procedat in renuntiatione, siue repudiatione rerum iam quaesitarum. Secus in rebus quaerendis, quas poterit repudiare sine consensu mariti, ex sententia Pauli Cast. qui consi. 171. in casu praesenti visis omnibus. l. 2. eleganter consuluit, quod mulier donatione sibi absenti facta, & nondum acceptata potest repudiare, non obseruata solennitate statuti disponentis, quod in alienationibus mulierum interfuit consanguinei: quia tale statutum debet intelligi, vbi est ius quaesitum, quod non hic est, per text. glof. & not in l. si ego. ff. de negot. gest. & in c. si tibi absenti, in verbo, vt tuum, de praeb. lib. 6. Nec obstat, inquit, tex. in l. magis puto. §. fundu. ff. de reb. eo. quia loquitur in legato, in quo ius ignorantia quaeritur, licet non irreuocabiliter. l. cum pater. §. surdo. ff. de leg. 2. quod dictum simpliciter refert, ita vt sequi videatur Corn. consi. 11. in praesenti consulatione, col. 1. lib. 3. & Socin. consi. 53. viso instrumento, col. 6. versu. vnde consuluit, lib. 4. & Fel. in c. quae in ecclesiis. eolum. 19. versu. similiter consuluit, extra de constit. & Iason, ita quidem vt nescias an sequatur, nec ne, in l. vlt. col. 8. versu. successiuè quaerunt. ff. de const. prin. sed alibi aperte sequitur idem Ias. in l. non solum. §. morte. col. 14. versu. tertio aduerte. ff. de ope. no. nunti. & in l. legatum. in fi. ff. de leg. 1. vbi hoc reputat no. & consi. 236. viso titulo, col. pen. versu. pro eadem parte, libr. 2. Io. Lup. in reper. rubr. de donat. inter vir. & vxor. §. 47. col. 2. versu. ex praedictis inferitur, & iterum §. 68. col. 3. versu. & istud teno. Sed & idem consuluit Bald. in quodam consi. incip. quidam habuit vxorem dom. Ioannam, prout illum refert, & sequitur Fel. in c. praetorum, col. pen. de accusa. sed quod inter eius consi. reperire non potui. Idem quoque respondit Imo. cuius Corn. Soc. Felin. non meminerunt, consi. 74. in casu praemisso. & sequitur Philip. Deci. consi. 624. copiosè, col. vlt. Et in hanc sententiam faciunt multa, quae late collegi in nostris Consuetudinibus Piætonum, tit. 2. in §. vlt. in glo. 4. vbi multis probaui, posse plerisque ius quaerendu repudiare, qui ius quaesitum non possunt: cum his etiam, quae dixi in reper. l. si vnquam. in verbo, donatione largitus, nu. 180. incip.

32 **De eadem re.** Sed tamen aduerte, quia Bal. vti illum Feli. retulit, & Pau. Ca. & Imo. in d. consi. loquuntur in statuto prohibente nominatim alienatione bonorum mulierum: quo casu clarum est id obtinere, quod dictu est: tum quia repudiatio donationis nondu acquisita, no est alienatio, vt probat Paul. Cast. tum quia verba statuti loquentia de bonis mulierum, adaptari non possunt, nisi iis quae sunt in dominio ipsius mulieris. Nam genitiuus casus significat dominiu. l. feruum Titij. ff. man. & l. si haeredit feruus. ff. de leg. 1. cum si. & no. per Bar. super rub. ff. de ope. no. nunt. col. 1. sed donata ante acceptationem, non sunt in dominio donatarij, per no. in d. l. si ego. & d. c. si tibi absenti. Sed ego dubitarem, an id procederet stante nostra consuetudine, ex qua vxor non habet administrationem suorum bonoru, sed maritus, in cuius est potestate: ideoque aequiparatur pupillo, aut minori curatore. n. habet, qui etiam non habet legitimam bonorum administrationem. l. si curatorem habes. C. de in integ. rest. Et propterea non solum actus continententes alienationem facere non potest, sed nec alios quoque praediciales. l. iusturandum & ad pecunias. ff. de iureiur. ideoque nec repudiare donationem potest vt dicit ipsemet Pau. Ca. d. consi. 171. versu. item ideo dixi.

33 **De eadem re.** Sed & hinc dici potest, quod verum est, posse partem facilius decipere filiam si velit, sed velle non praesumitur, per iura a Bal. alleg.

32 **De eadem re.** Sed tamen aduerte, quia Bal. vti illum Feli. retulit, & Pau. Ca. & Imo. in d. consi. loquuntur in statuto prohibente nominatim alienatione bonorum mulierum: quo casu clarum est id obtinere, quod dictu est: tum quia repudiatio donationis nondu acquisita, no est alienatio, vt probat Paul. Cast. tum quia verba statuti loquentia de bonis mulierum, adaptari non possunt, nisi iis quae sunt in dominio ipsius mulieris. Nam genitiuus casus significat dominiu. l. feruum Titij. ff. man. & l. si haeredit feruus. ff. de leg. 1. cum si. & no. per Bar. super rub. ff. de ope. no. nunt. col. 1. sed donata ante acceptationem, non sunt in dominio donatarij, per no. in d. l. si ego. & d. c. si tibi absenti. Sed ego dubitarem, an id procederet stante nostra consuetudine, ex qua vxor non habet administrationem suorum bonoru, sed maritus, in cuius est potestate: ideoque aequiparatur pupillo, aut minori curatore. n. habet, qui etiam non habet legitimam bonorum administrationem. l. si curatorem habes. C. de in integ. rest. Et propterea non solum actus continententes alienationem facere non potest, sed nec alios quoque praediciales. l. iusturandum & ad pecunias. ff. de iureiur. ideoque nec repudiare donationem potest vt dicit ipsemet Pau. Ca. d. consi. 171. versu. item ideo dixi.

33 **Quid si mulier patri renuntiat.** Sed & hinc dici potest, quod verum est, posse partem facilius decipere filiam si velit, sed velle non praesumitur, per iura a Bal. alleg.

34 **Responiones ad horum rationes.** Fuerunt tamen plurimi, & ex illismet, qui Bal. sequuti sunt, qui tamen alibi contrarium ex diametro tenuerunt, videlicet Rom. in d. l. pactu. & ibi quoque Corn. in fi. & Barb. in addi. Bal. ibi. & alij multi, quos & nos quoque collegimus in d. rep. l. si vnquam. vbi supra, nu. 27. fuerunt tamen & ex illis. Quibus praeterea addes Barb. in cle. Romani, col. 10. versu. nota ibi reuerentiam, de iureiur. Et illi quidem subnixi magnis multisque rationibus. Quarum prima depromitur ex ratione l. data. C. de dona. vbi tex. ipse extendit l. requirentem insinuationem in donationibus excedentibus fines legitimos, vt procedat etiam in donationibus factis parentibus a liberis. Si quidem clandestinis (inquit) ac domesticis fraudibus facile quiduis pro negotij opportunitate conungi potest. Sed huic rationi responderi potest, vt dicit Deci. in d. l. pactum. quod in d. l. data. agitur de fraude in praedicio alterius. Hic vero de praedicio tantum filiae: in qua re lex confidit de patre.

35 **De eadem re.** Secunda horum ratio ea est, quia ratio d. statuti est, quoniam mulieres facile seducuntur minis, atque blanditijs: & propterea acquisitissimum est huiusmodi statutum, vt dicit Bald. in l. 2. ad. fi. C. de collat. Sed nonnunquam filiae a parentibus decipiuntur. l. si superstite. C. de dolo malo. & facilius ab eis possunt decipi, quam ab alijs. Ideo ibi magis necessaria est prouisio statuti, quam alias: nam vbi maus est periculum, ibi cautius est agendum. l. 3. §. duae cause. ff. de Carb. edic. & c. vbi de elec. lib. 6. Sed & hinc dici potest, quod verum est, posse partem facilius decipere filiam si velit, sed velle non praesumitur, per iura a Bal. alleg.

36 **Metus reuerentialis an et quantum sit considerandus.** Tertia quia praesumitur metus reuerentialis in liberis erga patres, sicuti & in vxore in maritum, per not. per gloss. Barto. & alios in l. 1. §. quae oneranda. ff. quar. rer. actio non dat. Ex quo Bal. ipse in l. interpositas. col. 2. versu. adde quod id. C. de transact. dicit, quod si filia renuntiat patri, no valet renuntiatio, tanquam facta per metum praesumptu ob reuerentiam patris. Quinetiam praesumitur metus reuerentialis in fratribus atque sororibus, iunioribus erga fratrem seniore, vt not. consuluit Fran. Are. consi. 24. quatuor dubia. in fi. & Clau. Seiffel. in reper. l. vt vim. col. 15. versu. & illud quod dicitur in paruis. ff. de iure nat. gent. & ciuil. Carolus Ruinus consi. 98. visa renuntiatione, col. ante. num. 24. lib. 1. & consi. lxx. de tribus, col. 5. nu. 16. eod. lib. 1. vbi ita dicit fuisse consultu a Ioan. Bapt. Gacia. & idem Ruinus consi. 60. de re quidem, col. 6. nu. 18. li. 3. vbi & ita quoque dicit fuisse consultum a Socino, & Doctoribus Senen. & Perusinis.

37 **De eadem re.** Et huiusmodi quidem reuerentialis metus filiorum est tanti momenti (& hoc pro distincta ratione afferunt) vt etiam non tollatur ex praesentia amicorum & consanguineorum; vt fit alias, per text. & doc. in d. l. transactionem. C. de transact. quia hic metus reuerentialis ceteris omnibus praeponderat, per l. veluti. ff. de iusti. & iur. Ita expressè voluit Saly. in d. l. transactionem, quem tamen Alex. ibi impugnat leibus (vt dicit Iason in d. l. pactum) rationibus, licet ipsemet Iason in d. l. transactionem, post Alex. hoc quoque Saly. dictum impugnet, aded sibi parum in hac re constat. At hoc Saly. dictum singulare dicit, & sequitur Catel. Cotta in memoriali incip. contractus mulierum, in princip.

38 **De eadem re.** Adde & huic quoque rationi, hunc reuerentialem metum tantum habere virium, & ponderis, vt semper impediat consensum alias praesumptum, ex praesentia & taciturnitate, siue patientia vt magna autoritate affirmat Bartol. cui primas omnes vno consensu concedunt, in d. quae dotis. col. vlt.

De eadem re.

Genitiuus casus quid significat.

Quid si mulier patri renuntiat.

Responiones ad horum rationes

De eadem re.

Metus reuerentialis an et quantum sit considerandus.

col. vlt. versu. & istud quod fallit. ff. solu. matrim. & Bal. in l. si sine. C. ad Vellei. & in l. i. C. de bon. mater. & Anto. in c. nonne. extra de p̄sumpt. De quo tamen vide Panor. ibi. & Alex. in d. l. quæ dotis, col. 9. versu. item in quantum Bart.

39 ¶ Sed his dici potest, quod huiusmodi reuerētia nō facit retractari contractū, nisi aliud probetur, per d. l. interposita. C. de tranfact. & in c. causam matrimonij. de offi. deleg. & c. cum contingat. de iureiu. & c. quāuis. & ibi Philip. Franc. in 3. not. & Geor. Na. in 2. not. de pact. lib. 6. & voluit Bar. in d. l. i. §. quæ oneranda. ff. quar. rer. acti. non dat. & in l. ad inuidiam. C. quod. met. caus. Bald. consi. 62. super primo, in prin. lib. i. quod repetitur consi. 316. lib. 4. & rursus idem Bal. consil. 144. statuto ciuitatis, ante si. ibi, & prædicta sunt vera, iunctis præcedentibus, lib. i. cum si.

40 ¶ Quarta ratio, quia lex magis cōfidit de tutore, quàm de patre, vt patet ex eo, quod pupillus obligatur efficaciter cum autoritate tutoris, non etiā cum autoritate patris: vt est text. de vtroq; in §. pupillus. Insti. de inuti. stip. Nemo autem dixerit illud dictum Bal. procedere, si pupillus renūtiaret tutori: ergo nec in patre dicendū est. Sed responderi potest, quod id quod dicitur in d. §. nō ideo est, quod lex magis confidat de tutore, quàm de patre: sed quia patria potestas non est ad hoc destinata, per text. in l. vlt. §. pupillus. ff. de verb. obli. Et quod lex magis confidat de patre, quàm de tutore, patet ex eo constat, quod tutor tenetur reddere rationem administratæ tutelæ, non etiam pater suæ administrationis, per l. cum oportet. §. cum autē. C. de bo. quæ liber. Et quod licet tutor non possit alienare bona immobilia minoris, sine decreto iudicis. C. de præd. mino. per totū: potest tamen pater legitimus administrator, vt voluit Azo in Summa, C. de bonis quæ libe. circa med. versu. habet autem. Quem sequitur Bal. qui hoc dicit sin. in l. præses. & ibi etiam Fulgo. Pau. Cast. qui etiam dicit sing. & menti tenendum, & Alex. C. de tranf. cum concor. ibi congestis, per ipsum Alex. & Iaso. & Phil. Deci. consi. 209. in casu proposito, col. i. & dixi plenissimē in d. repet. l. si vnquam. in præfa. nu. 29. quorum omnium consensus. C. de reuo donat.

41 ¶ Sed & est aliud in hac parte considerandum, quod confirmat Bald. sententiam, non ea quidem ratione affectionis naturalis, cui omnes innituntur, sed alia quam nondū quispiam in hoc loco cōsiderauit. Constat enim filiam per matrimoniū non liberari à patris potestate, de iure cōmuni, vt latè diximus suprā hoc §. in prin. glos. i. Constat item donationē inter patrem & filium. de iure non valere, morte tamen confirmari, si non fuerit reuocata. l. donationes. C. de donat. inter vir. & vxor. cum si. At huiusmodi consuetudo siue statutū, ne sit superfluū, contra l. i. §. vlt. cum gl. ff. ad munici. cum concord. quas alibi superfluenter adferam, debet intelligi de cōtractibus aliis de iure validis: alioquin esset hoc statutū superuacaneum: quia quod nullum est, amplius annullari (vt verbis nostrorum vtar) non potest. l. nam etsi sub conditione. ff. de iniust. rup. & irrit. resta.

42 ¶ Et si dicatur, quod hoc saltem operabitur statutū in hoc casu, vt impediatur confirmationem per mortem, nisi interueniat consensus & autoritas mariti: huic confestim respōderi potest, quod ista confirmatio fortitur effectum vltimæ volūtatī, per ea quæ not. in auth. ex testamēto. C. de colla. in illa quæst. quam faciunt ibi Doc. an donatio facta per patrem filio, veniat conferenda fratribus: & decidunt, quod si erat nulla à principio, sed est morte cōfirmata, vt fit in simplici donatione, quæ fit à patre filio in sua potestate constituto, non cōfertur, quia habet vim prælegati. Sed istud statutum loquitur in cōtractibus, nec procedit in vltimis voluntatibus, vt dicemus infrā eod. in §. q. & per hanc rationē consuluit Paul. Cast. consi. lxxxij. in ista donatione, lib. 2. quod statutū requirens consensum propinquorū in contractibus mulierum, non habet locum in donatione, quam facit vxor marito: vt quæ sit aliàs nulla & inutilis, morte tamen confirmatur. Sed hæc ratio solum procederet in filia, quæ est in potestate patris. Tu autem cogita. Et hoc de prima quæst.

43 ¶ E T Q V O N I A M renuntiatio atque liberatio, siue remissio, de quibus iam satis loquuti sumus, vim donationis obtinet, per l. i. ff. de trāfac. & l. Modestinus. & ibi Docto ff. de dona. & l. si quis delegauerit. ff. de nouat. & latè per Alex. consi. xxj. viso instrumēto, col. pen. & vlt. libr. i. & per Socin. consi. 91. visa & diligenter ponderata, col. 3. versu. ex quibus, lib. i. & Philipp. Dec. in d. l. si quis obligatione. ff. de reg. iur. cum aliis multis concor. à me latè congestis in repet. l. si vnquam. in verbo, donatione largitus, nu. 173. incip. tamen ego contrarium. Ided & de donatione secundo loco dicendum est, an videlicet mulier prohibita per nostram consuetudinem contrahere sine consensu mariti, possit donare. Et sanè videtur, quod possit. Nam vt dicit glo. in l. contractus. in prin. C. de fid. instru. per tex. in l. Labeo. §. cōtractum. ff. de verb. signi. contractus, prout refertur ad donationem, improprie ponitur. Ex quo not. Bal. ibi, col. 2. versu. quid enim si statutum dicit, quod de quolibet contractu soluat gabella, non debet solui ex donatione. Nam verba statutorum debent proprie accipi, & intelligi: quia fiunt statuta ad instar stipulationis per interrogationē & responsionem. l. i. ff. de legib. & ideo sunt stricti iuris, quia verba se habent determinato modo. l. quicquid adstringendæ. ff. de verb. oblig. Item scriptura est de esse statuti, quæ non suscipit plus, vel minus, vt est tex. in d. l. contractus. & arg. l. item quæritur. §. qui impleto. in fi. ff. loca. & l. si verò. §. de viro. ff. solu. mar. & l. i. §. si is qui nauem. & ibi glo. ff. de exerci.

44 ¶ Hæc ferè Bald. in d. l. contractus. vbi & idem voluit Saly. & rursus idem Bal. in l. vlt. col. vlt. versu. in aliis. C. de litigio. & Ang. consi. 94. pro parte negativa, col. 3. in fine, versu. videndum igitur restat. Raph. Co. in l. quod seruus. ff. de stipul. ser. Alex. in l. si donationis. C. de his quæ vi metūve caus. fi. & consi. 76. visis dubitationibus, col. 3. versu. præterea imò talis, li. 5. Firmia. in tracta. Gabel in 3. parte

Pater non tenetur reddere rationem administrationis.

De eadem re.

De eadem re.

Secunda quæstio.

Vtrum uxor donare possit sine consensu mariti.

Scriptura est de esse statuti.

De eadem re.

parte 8. partis princ. in 12. q. Barb. consi. 13. clementissimi, col. 5. versu. & si fortè quispiam, lib. i. Laur. Calca. consi. i. viso cōsilio, col. 14. versu. ideo dicit Bal. & iterum consi. 74. quod dicitis filiabus, col. 8. versu. ad hoc facit, sub nu. 41. & Anto. Cana. in tracta. insinuationum, quæst. 53.

45 ¶ Sed & quod aliàs appellatione contractus in statutis non veniat donatio, non obscure sensisse videtur Imo. in l. 5. in prin. ff. de verb. oblig. & voluit expressè Raph. Co. cōsi. 173. Gualuanus, col. 3. versu. & dato etiam. vbi allegat Bar. in d. l. Labeo. §. contractum. vbi ipse Bar. dicit, illum text. esse notandum pro statutis. Et facit etiam, quod scribit Bal. cōsi. 139. factum tale est D. A. post mortem, ante fi. lib. 2. vbi loquitur in statuto requirente consensum patris, vel coniunctorū in contractibus minorum. Facit quoque tex. in l. interdicitum. ff. de precar. cum dicitur, Magis ad donationem & beneficij causam, quàm ad negotij contracti spectat precarij conditio.

46 ¶ Præterea ratio huius statuti, aut consuetudinis, est fragilitas mulierum, secundum Bart. & alios in l. transactionem. C. de tranfact. cum concord. à me alibi adductis: quæ quidem ratio non videtur procedere in donatione, vt probatur in l. sed si ego. ff. ad Velleia. vbi Senatus. Velleia. introductū ob fragilitatem mulierum non habet locum in donatione, quoniam mulier non facile donet, id est, quoniam mulier non sit fragilis, facilisque ad donationes, vt est ad ceteras res. Proinde quod ob fragilitatem mulierum statutum est, non procedit in donationibus. Ideoque per d. l. sed si ego, consuluit Fran. Are. consi. 54. iam sæpius allegato, col. i. versu. secunda ratio fundatur, quod mulier prohibita per statutum obligari sine consensu mariti, non videtur prohibita donare, si donatio incipiat à traditione, quia vt dicitur in d. l. sed si ego. Senatus obligatæ mulieri succurrere voluit, non donati: quia mulier facilius se obligat, quàm donet. Et idem in effectu voluit ante cum Bal. consil. 456. quæritur an filia. lib. 2.

47 ¶ Quin specialiter & expressim in statuto disponente, quod filia non possit cōtrahere sine consensu patris & duorum consanguineorum, (quod quidē proximè accedit ad casum nostræ consuetudinis, posse filiam donare non obseruata huius statuti solemnitate) respondit ex facto interrogatus Corne. vir vtique magna autoritate & iudicio, consi. 224. cuius est exordiū, licet clarum, col. 2. versu. & potest etiam addi, iuncto versu. tamen his non obstantibus, libro 3. Vt iam id minus dubium videri debeat, post tot tantorumque Doct. sententias & rationes.

48 ¶ Contrā tamen videtur, non posse mulierem donare sine consensu mariti. Nam donatio est contractus, vt est tex. in d. l. si donationis. C. quod met. caus. vbi glo. dicit illic innui, donationem vocari contractum. & ibi Alber. & omnes propè Doct. Ad idem text. in l. bene à Zenone. post princ. C. de quadr. præscript. & in d. l. contractus. vbi tex. in hæc verba, contractus venditionum, donationum, & in l. pe. C. de dona. inter vir. & vxor. vbi de donationibus loquens, contractus eas appellat, paulò ante fi. Et in l. 2. ibi, donationibus, vel emptioibus, vel quibuslibet aliis contractibus. C. de litigio. & rursus in l. vlt. post prin. ibi, ad donationes, seu ad alios cōtractus, iterumque versu. tali videlicet pœna, ibi, non solum in aliis contractibus, verum etiam in donationibus. C. eod. tit. ex quo etiam Bald. no. quod donatio est contractus. Et in l. vlt. in princip. C. de præd. decur. libr. 10. ibi, donationes, vel permutationes, vel quoslibet alios cōtractus. & in l. vlt. versu. vlt. cum dicit, neque donationes, neque alium contractum. C. de pactis. Ex quo Philip. Dec. id quoque no. in 9. not. Nam dictio, alius, denotat similitudinē, vt no. in l. 2. C. de feruis fugi. & in c. sedes. ext. de reser. Et text. denique in c. præterea, ibi, donationis titulo, aliisque contractibus, & iterum ibi, cōtractus quoque huiusmodi, iuncta glo. & ibi etiam Doct. extrā de iure patronatus.

49 ¶ Adde tamen illum tex. in l. si quis emptiois, in prin. C. de præscrip. 30. vel 40. anno. vbi no. glo. Bal. Ang. & Saly. donationem esse contractum, ideoque eam comprehendī sub Authen. sacramenta puberum. an pro cedat in donatione. C. si aduer. vend. loquente de contractibus. Quod & voluerut glo. Bar. Bal. Ang. Raph. & Pau. Ca. in ea ipsa authen. & glo. in auth. vnde illa sumitur & Docto. in d. l. si donationis. quod met. cau. Bal. consi. 331. quædam puella. col. i. lib. 3. Imo. consi. 123. in causa quæ vertitur. col. 2. ad fin. Corn. cōsi. 11. in præsentia, col. 2. li. 3. Alex. in l. Pomponius. §. præterea. col. 2. versu. ad arg. ff. de acquir. poss. & consi. liij. visis, post prin. lib. 3. & consi. 50. videretur, col. 2. li. 5. Fran. Are. in c. in præsentia, per illum tex. & ibi Fel. col. 4. versu. in tex. ibi, iuramento. & Philip. Dec. in vlt. no. extrā de proba. Pet. Ferr. in forma libel. super pet. rest. in inte. in verb. tunc iuravit, col. 2. versu. item procedit d. regula. Soci. consi. 278. visa donatione, col. i. lib. 2. & Philip. Dec. consi. 639. visa consultatione, in prin.

50 ¶ Sūntque alij Doct. qui in hac sententia fuerūt, vt in statutis, & aliàs, appellatione cōtractus veniat donatio. & in his Alb. in d. l. Labeo, statim post prin. ff. de verb. sign. Bal. consi. 108. domina Ioanna, in 5. dubio, li. 3. Pau. Cast. in d. l. si donationis. per cum tex. C. quod met. cau. & consi. 164. in præsentia causa, col. 7. versu. item non obstat quod gratia, lib. 2. Soci. consil. 130. visa contingentia, col. i. versu. 6. & vlt. lib. i. quod repetitur consi. 235. li. 2. Fab. à monte S. Sabini, in tract. de empt. & vend. in 4. parte prin. col. 20. versu. circa decimum quintum: vbi ex hoc dicit, quod prohibito cōtractu, prohibetur donatio. Ant. Canar. in d. tract. insinuationum. vbi suprā, dum dicit, quod sub statuto disponente omnes contractus minorum debere insinuari, comprehenditur & donatio.

51 ¶ Nec omittendum, quod scribit Bald. consil. 139. factum tale est, col. vlt. libr. 2. vbi loquens in casu statuti punientis contrahentes, facientes simulatam cessionem, Considerandum est (inquit) quod statutum loquitur de pœna contrahentium, sed nomine contractus proprie non intelligitur donatio, licet large vocabulo contineatur, tamen fortè in statutis pœnalis non cōtinetur: allegat

De eadem re.

De eadem re.

De eadem re.

Cōtra suprā dicta.

Alius.

Authen. sacramenta puberum. an pro cedat in donatione.

De eadem re.

An in statutis pœnalis.

allegat d.l. Labeo. §. contractum. ff. de verb. sig. & d.l. vlt. C. de prædi. decur. lib. 10. & no. in d. aucti. sacramenta puberum. Subiungit tamen, quod ista ratio posset ex cõmuni vsu loquedi impugnari. Ex quibus videri potest, Bal. illic sensisse donationem cõprehendi sub statuto loquente de contractu, nisi sit pœnale.

An in odiosis.

¶ Quin & in statutis odiosis loquentibus de contractibus. Nam in his cõprehendi donationes satis ex eo constat, quod plerique fuerunt in ea sententia, vt si ex statuto debeatur gabella ex contractu, debeatur & ex donatione. Ita enim satis apertè voluit Bar. in l. i. post prin. & ibi quoq; Ro. & Soci. ff. si ex noxa. cau. aga. & idem Bar. in l. quod seruus paulò ante ff. de stipu. fer. Bald. in d. si donationis. per eum tex. C. quod met. cau. & in d. l. vlt. etiam per eum tex. C. de litig. Corne. confi. 78. quamquam. col. vlt. versu. & ex quo. lib. 1. licet in hoc contrarium voluerit, vt supra in princip. huius quæstionis diximus. Bal. sibi contrarius in d. l. contractus. col. 2. C. de fid. instr. ob id quod, vt ipse dicit huiusmodi statuta sunt contra ius gentium: quem sequitur ipse Conc. sibi contrarius, confi. 41. videtur, col. vlt. eod. lib. 1.

53

¶ Sed vt propius accedamus ad casum nostrum, sunt multi non contemnendæ autoritatis, qui si ex statuto requiratur quæpiam solennitas in contractibus, dicunt, & in donationibus necessariò esse adhibendam. Hi sunt inter alios Bald. in l. i. versu. propterea dico. C. si aduer. dona. Alter Bald. quem Nouellum vocant, in rep. rub. ff. de verb. obli. col. antep. versu. vltius pro cõplemento: vbi ita dicit, se consuluisse Florentiæ, responderetque acute & luculenter iis, quæ supra adduximus in contrarium: quibus etiam responderi potest ex his quæ latè diximus in præcedenti quæst. Eius quoque sententiæ fuit Corne. d. confi. 41. col. 2. versu. tamen secus. vbi additur, lib. 1. & iterum cõfi. 126. licet in hac, paulò ante fin. eod. lib. 1. vbi loquitur de statuto prohibente mulieres contrahere sine consensu propinquorum, Barb. confi. 41. Deum inuocent, col. 7. versu. & si aliter diceremus, lib. 3. Anto. Cana. in tract. insinuationum, in 2. parte q. 53. loquens in statuto requirente insinuationem in contractibus minoru. Soc. in l. 2. col. 3. versu. ex quibus etiam deciditur. & ibi quoq; Franc. Rip. col. 5. versu. non recedas. ff. de lega. 1. Alcia. in l. Labeo, la 2. in gloss. r. ff. de verb. signi. vbi etiam loquitur in statuto vetante mulieres contrahere sine consensu propinquorum. Nam cum (inquit) hoc statutum factum sit, vt mulieris imbecillitati succurratur, tunc ei maximè succurrendum est, cum donare cupit. & Arnol. Ferro. in consuetud. Burg. tit. 1. §. 2.

54 Quid si uxor ei donet, a quo prius acceperat.

¶ Sed hoc singulariter limita nisi ipsa mulier ei donaret, à quo prius illud ipsum ex donatione acceperat tunc enim non requiritur cõsensus consanguineoru, quem statutum requirit in cõtractibus mulierum: quasi huiusmodi donatio plus habeat fauoris & priuilegij, quàm si facta esset alteri, quàm donatori, vel de aliis bonis, quàm donatis, arg. l. si verò nõ remuneradi. §. idem Papinianus. in fi. ff. manda. & quod not. in l. si fundum per fideicommissum. in prin. ff. de lega. 1. Ita enim sing. voluit Paul. Ca. subdubius tamen, nolensque id asseueratè affirmare, confi. 171. in casu præsentis, col. 1. lib. 2. Et illum quidem nuncupatim reprobat Iason in l. cum filiosa. col. antep. ff. de leg. 1. per tex. no. in l. 2. C. si aduer. dona. vbi minor non potest sine decreto consentire patri alienanti rem immobilem ipsius filij minoris, quam antè à patre ipso dono habuerit. Pro quo etiam facit tex. in l. litis. §. vlt. ff. de nego. gest. & in l. si ad resoluendam. C. de præd. mino.

55 Donatio rei donatæ an reuocetur per ingratitudinem.

¶ Sed op. Pau. confirmat, quod pulchrè scriptum est ab And. Pifa. in l. si tibi pecuniam. ff. si cer. per. quod si mihi dones eam rem, quam tibi antè donaueram, huiusmodi posterior donatio non reuocabitur ob ingratitudinem, sicuti ceteræ simplices donationes, per tex. in d. §. idem Papinianus. & l. sed & si lege. §. consuluit. ff. de peti. hæred. & hoc nuncupatim sequitur Iason in d. l. si tibi pecuniam, in fi. tametsi Gul. Cu. Alberi. & Bal. ibi teneant contrarium. Et quod licet aliàs, qui perdit lucrum iam quæsitum & radicatum, vt nostri dicunt non ineptè, dicatur pati damnū, & pœnam, l. 2. §. meritò. ff. ne quid in loco publi. & l. non amplius. §. vlti. & ibi gloss. & omnes. ff. de lega. 1. cum multis à me alibi adductis: hoc tamen non obinet, cum id lucrum ad eum reuertitur, à quo prius processerat. Tunc enim, qui id lucrum ita perdit, non dicitur pati damnū, aut pœnam: vt voluit glo. in l. si ita stipulatio facta fuerit. & ibi Bar. & alij, præsertim Iason in fin. qui id admodum commendat, ff. de verb. obli. Quæ & nos alibi adduximus, videlicet in repe. l. si vnquam, in verbo donatione largitus. num. 192. intellige tertio, & 2. seq.

Lucrum quæsitum perdens an quando damnū pati dicatur.

56 Antidota obligatio an quando impediatur repetitio nem indebiti.

¶ Sed quibus illud addes: quod à Plinio Iuniore iuris legumq; peritissimo, vt ex eius epistolis videri potest, scriptum est lib. eius operis octauo ad Rufinum, epist. cuius initium est, fallum est, in hæc verba: Adducit etiam, non fuisse ei liberum alio testamento mori: neque enim reliquisse opes filia, sed reddidisse, quibus auctus per filia fuerat. Et quod etiam dicimus, quod licet obligatio antidotalis non impediatur repetitio nem indebiti soluti. l. si non fortem. §. libertus. & ibi Bart. col. 2. ff. de condi. indeb. glo. in l. ex hoc iure. ad fin. ff. de iusti. & iure, id tamen intelligitur, cum aliud soluitur: secus si illud idem, quod prius datum fuerat, & ex quo nata erat obligatio, per tex. no. in l. si testamento. §. 1. versu. propterea quod creditor. & ibi Dy. & Bar. qui id declarat, & dicit eum tex. sing. ff. de fideiuf. Ang. in dicta l. ex hoc iure. ad fi. & Ias. in l. si procuratori falso. col. 3. versu. aduerte tamen. ff. de cond. cau. dat. Tu tamen cogita, quid dicendum in casu nostræ consuetudinis: neque enim video quid responderi possit ad dictam l. 2. C. si aduersus dona. & alias supra allegatas.

57 Tertia quæstio.

¶ AT ILI VD TERTIO quærimus, an hoc quoq; procedat in donatione tacita vel præsumpta, sicut in vera & expressa, vt videlicet non valeat ex huiusmodi consuetudine sine cõsensu mariti.

Et primum

Et primum videtur non procedere in huiusmodi donatione, etiam si hæc nostra consuetudo nominatim donatione prohiberet: quoniam talis consuetudo esset, vt hæc quoque est, exorbitans à iure cõmuni, quod permittit mulieribus, in sciis arque etiam inuitis maritis donare. l. velles. C. de reuoc. dona. Ideoq; restringenda. Ius singulare. & l. quod verò contra. ff. de legib. & c. quæ à iure cõmuni. de reg. iur. lib. 6. proindeq; intelligenda in vera & propria donatione, non etiam in præsumpta, siue ficta, aut aliàs impropria, per dicta iura, & l. iij. §. hæc verba. ff. de nego. gest. cum fi.

An id statutū procedat in donatione tacita & præsumpta.

58

¶ Proptereaq; cum l. si quis argentum. C. de dona. sit noua, & exorbitans, nempe quæ contra iuris regulam disponit ex nudo pacto oriri actionem: certè ea non habet locum in donatione tacita & præsumpta, ex sententia Rayn. Forli. Bal. Ange. Pau. Cast. Alex. & Ias. in liurisgentium. §. sed cum nulla. ff. de pact. Bar. post Guliel. Cu. in ea. l. §. quinimo. col. vlti. & ibi etiam Alex. col. pen. & abundè Ias. col. viij. versu. tertio videndum est, cum aliis multis concor. à me latè collectis in repeti. l. si vnquam. in verbo, donatione largitus, num. 152. incip. sicut etiam videmus. Sed quibus addere poteris Franc. Aret. in l. licet. in fin. C. de pact. & in l. si creditori. eo. tit. vbi id dicit singu. Alex. confi. cxxix. super primo dubio, in fin. lib. 7. Corn. confi. xxij. viso puncto, col. iij. versu. & per hanc rationem, lib. 1. & confi. cccxxix. ostenso, col. vlt. eo. lib. 1. & confi. cxxxv. de pluribus, col. v. in litera O, lib. 3. & confi. cxxix. visis verbis, col. ij. eo. lib. 3. & confi. cxxxvij. viso puncto, col. ij. eo. lib. 3.

L. si quis argentum, an procedat in donatione tacita.

59

¶ Vti nec l. vlt. C. de sacrosan. eccle. transferens dominium ex donatione, aut alio titulo, sine traditione, contra l. traditionibus. C. de pactis. habet locum in donatione tacita, vel præsumpta, si credimus Spec. tit. de loca. §. nunc aliqua, versu. liij. & Bal. in addi. illius versu. seq. & iterum ipsi Bald. etiam in addi. ipsius Spec. in titu. de confes. §. nunc videndum, col. ij. versu. confessio facta in iudicio. Bart. in l. si aliquam rem. col. ij. versu. habui in hac ciuitate. ff. de acquir. poss. Anto. in cap. ex parte, col. vij. de confes. vt eos allegat, præter Bal. in posteriori loco, & sequitur Ias. in d. l. vlt. in iij. not. C. de sacrosan. eccle. Nec similiter statutum, quod disponit donationem inter virum & vxor rem, non confirmari morte, contra l. j. & l. donationes. la j. C. de donat. inter vir. & vxor. procedere in donatione præsumpta & tacita, si verum dicit Soci. confi. cxxij. circa primum. col. v. versu. nec obstat statutum, lib. 3. per not. in d. §. quinimo. & in d. l. si aliquam rem. & dicit de hoc esse casum in l. seruum filij. in fi. ff. de leg. j. vt eum tex. intelligit Bar. in l. j. eo. tit. Quibus adde, quod dicit Bald. in l. ait Prætor. §. vlti. per eum tex. ff. de neg. gest. quod licet donatio expressa non possit fieri absenti, sine nuntio, vel epistola. l. absenti. & ibi not. ff. de donat. cum si. tacita tamen & præsumpta potest. Ex quo intelligis non bene concludi ab vna ad alteram.

L. vlti. C. de sacrosan. eccle. an procedat in huiusmodi donat.

Donatio tacita absenti fieri potest.

60

¶ Contrarium tamen in casu non admodum huic absimili, videlicet in statuto prohibente donationem sine consensu iudicis, consuluit. Corn. confi. clxxxv. tria principaliter, col. iij. versu. his tamen non obstantibus lib. 2. motus his quidem rationibus. Primum non potest reddi ratio, quare debeat magis valere donatio tacita & præsumpta, quàm vera, & expressa: & vbi eadem est ratio, ibi solet esse eadem iuris dispositio. l. à Titio. ff. de verbo. obligat. & l. illud. ff. ad l. Aquil. & l. iij. §. j. ff. de iniust. test. ibi, nec ratio diuersitatis reddi potest, cum si. Igitur sicut hæc consuetudo obinet in donatione vera & expressa, ita & in tacita & præsumpta obinerere debet. Item non solent plus operari tacita, quàm expressa: sed interdum idem operantur, per not. in l. cum quid. ff. si cert. pet. & in l. iij. ff. de leg. j. cum simi. Et plerunque quoque plus operantur expressa. d. l. nonnunquam. ff. de condi. & demonstr. & l. expressa. ff. de reg. iur. & latè probabimus infra in glo. seq. Ideò non debet esse efficacior donatio tacita, & præsumpta, quàm expressa. Præterea non debet plus operari præsumptio, quàm veritas, quemadmodum nec fictio, vt not. in l. si is qui pro emptore. ff. de vsucap. & in l. filio quem pater. ff. de iniust. resta. Ad hæc, qui non potest expressè contrahere, nec tacitè quoque potest: vt est tex. in l. qui ad certum. ff. de loca. Denique si posset mulier præsumptam donationem facere, nõ obstante huiusmodi statuto aut consuetudine prohibente donationem, esset parata via ad fraudandum eludendumq; dictum statutum: fraudibus autem est obuiandum. l. in fundo. ff. de rei vendi. & l. j. §. exceptiones. ff. quarum rerum actio non dat. & l. vlt. §. vlt. C. de vsur. rei iudic. & c. quantò. extra de diuort. Hæc ferè Corne.

De eadem re, contra supra dicta.

61

¶ Faciuntq; in hanc partè pleraque alia à me collecta in d. rep. l. si vnquã. C. de reuo. don. in verbo, donatione largitus, in vij. q. qua latè disputauit, an ea l. loquês simpliciter in donatione, habeat locum in donatione præsumpta, & tacita, quæ nos de industria prætermittimus, ne re iam actã, quod dicitur, agamus, quãdo & crãbe bis posita mors est, vt alio prouerbio dicitur. Sed quibus tamè addes, in eo quod ibi dixi ad fi. illius quæst. statutū ex quo maritus lucratur certã partè dotis, habere etiam locum in dote præsumpta, Alex. ad ipsum quoq; volentè, confi. cxxij. viso processu, col. j. li. 7. & Iason confi. 50. pro nobilibus, col. ij. lib. 1. Tu tamè illum vide in §. fuerat. nu. 127. Insti. de actio.

De eadem re.

62

¶ Nec obstat id quod dictum est, statuta exorbitantia, esse strictè, & in casu vero & proprio intelligenda: quia illud verum est, nisi in casu improprio sit eadem ratio. Nam iura exorbitantia à paritate rationis solent extendi. Barto. quem alij sequuntur, in l. si constante. in princ. ff. solur. matti. cum omnibus concord. collectis ab Ias. in auth. quas actiones. C. de sacrosanct. eccles. præsertim ad eum casum, qui potest cõprehendi sublata & impropria significatione. l. filium. ff. ad Senatufc. Macedo. & l. iusta. ff. de verbo. signific. cum multis à me collectis in d. repet. l. si vnquam. in d. glo. donatione largitus, nu. 178. similiterq; renuntiatio, & alibi supra diximus. Ratio autem huius statuti est, vt sapius diximus, vt consulatur mulierum fragilitati, aut etiam ne mulier marito incon-

Responso ad contraria.

sulto illum priuet iure suo, quod habet in bonis ipsius. De quo dicemus postea in glo. seq. num. 37. incip. restat igitur, & seq. Quæ quidem pariter habent locum in donatione præsumpta & tacita, vt in vera & expressa.

63
De eadem re.

¶ Neque item obstat d. l. iij. §. hæc verba. ff. de nego. gest. cum simil. quia loquitur in casu ficto, non autem in casu præsumpto. Et longè inter vtrunque interest. Fictio enim est contraria veritati, vt patet ex diffinitione illius, quam ponit Bart. in d. l. si is, qui pro emptore. ff. de vsucap. Ideoq; non recipit probationem in contrarium, etiam per confessionem partis, secundum not. per glo. & Doc. in l. si duo. ff. de acqui. hæred. & in l. conficiuntur. in prin. ff. de iure codic. & in l. vlti. ff. quod met. causa. & in l. siue possidetis. C. de probat. Præsumptio autè non aduersatur veritati, imò illi, quantum potest, innititur, & semper cedit, vbi se vndeunque exhibet: vt est text. in d. l. vltim. ff. quod met. cau. & not. in authen. sed iam necesse. C. de donat. ante nupt. Aliis autem in contrarium adductis satis nos fecimus, si non fallimur, in d. repetit. l. si vnquam. in verbo, donatione largitus, in d. vij. q. vbi qui volet, videre poterit: idè finem huic quæstioni facimus.

64
Quarta quæstio, an id statutum procedat in donatione causa mortis.

¶ SED QVARTO quærendum ducimus, an & hoc quoque procedat in donatione causa mortis. Et sanè si nostra consuetudo, quæ verbo contrahendi vtitur, vsa fuisset verbo obligandi, ita scilicet, vt vxor non posset se obligare sine consensu mariti, haud dubiè non posset mulier donare causa mortis, vt consuluit Soci. consi. cxij. lib. i. repetit. consi. clxxij. libr. 2. multum abundè, col. vj. versic. iij. difficultas. Nam ex huiusmodi donatione oritur obligatio: quod hinc satis constat, quod olim debebat in ea interuenire stipulatio. l. mortis causa donatio. & l. Senatus. §. vlti. ff. de donat. caus. mort. & no. Cy. in l. j. & vlti. C. eo. Hodie verò secundum communem opi. sufficit nudum pactum, sicut in donatione inter viuos, vt dicemus postea. Et ideo oritur obligatio, quæ inducitur ex cōsensu partium. l. Stichum. §. naturalis. ff. de sol. & l. cum amplius. §. is natura. ff. de reg. iur. Et ita nominatim loquens in donatione causa mortis, voluit Panor. consi. xl. factum in effectu sic proponitur. col. ij. lib. 2.

65
Et quid, si non-stra consuetudo vsa fuisset verbo obligandi.

¶ Verum quia nostra consuetudo vtitur verbo contrahendi, videtur ex hoc non esse prohibitum mulierem donare causa mortis, idque multis rationibus. Primum enim donatio causa mortis nō est propriè donatio. l. j. ff. de donat. & d. l. Senatus. §. sed mortis. ff. de donat. caus. mort. Ideoq; permessa simpliciter donatione, non intelligitur permessa donatio causa mortis. l. filiusfam. versicu. sed enim. vbi Ange. id not. ff. de donat. Ex quo Bart. ibi, post Iac. Aret. negat huiusmodi donationem compræhendi in statuto loquente de donatione. Quod & ipsum voluit idem Bar. in d. l. j. in fin. eo. tit. & Bal. in authen. eò decursum. ad fin. C. de donat. ante nupt. cum dicit statutum loquens de insinuatione donationum, intelligi de donationibus simplicibus, non aliis. Quod & idem consuluit, nulla Baldi mentione facta, Corne. consi. cvij. videtur hac, propè per totum. lib. 4. vbi expressim dicit, tale statutum non compræhendere donationem causa mortis. & Iason & Philip. Dec. in l. si tibi pecuniam. vterque in ij. not. ff. si cert. peta.

66
De eadem re.

¶ Alibi autem ipse Bal. scilicet in c. quia V. ad fi. ext. de iudi. dicit prohibita donatione inter viuos à ciue in extraneum, non prohiberi huiusmodi donationem causa mortis: quod dicit bene notandum, quia sæpe ex facto contingit. Quod dictū negat Iason se alibi legisse, licet dubitet in l. 2. col. pen. versic. nono. ff. de leg. ij. & in l. non dubium circa prin. C. de testa. & Catel. Corra, qui & id dicit singu. in memo. incip. donatione inter viuos. Et idem quoque Bald. consi. clxvij. ista constitutio, lib. 4. dicit, quod generalis constitutio Roma. ecclesiæ dans formam circa donationes, contractus, & alienationes rerum minorum, non compræhendit donationem causa mortis. Quod & idem consuluerat Ioan. Milutius apud eundem Bald. in præcedenti consi.

67
Due improprietates refugende.

¶ Et si hæc procedunt in statutis, vel aliis dispositionibus nominatim loquentibus de donatione, vt scilicet non compræhendatur donatio causa mortis: multò magis in dispositionibus loquentibus de contractibus sine mentione donationis, cum vt dictum est in præced. quæst. donatio non sit propriè contractus: & donatio causa mortis, non sit etiam propriè donatio. Ideo si hic intelligeremus eam donationem causa mortis, concurrerent duæ improprietates: scilicet quod sub contractu intelligeretur donatio, & ea quidem causa mortis. quod longè magis debemus refugere, quam vnica improprietatem, per ea quæ in simili not. glos. & Doct. in l. j. C. de dotis promiss. & in l. cum post diuortium. §. gener. ff. de iure dot. Bart. plenè in l. si is qui pro emptore. col. pen. ff. de vsucap. & ibi latissimè recentiores.

68
Donatio causa mortis an & in quibus accedit ultimæ voluntati. vide in nume. 69.

¶ Præterea donatio causa mortis magis videtur accedere ultimæ voluntati, quam contractui. Regulariter enim ultimæ voluntati æquiparatur. l. illud. ff. de don. cau. mor. Idq; procedit, siue respiciamus modum ineundi. l. quæ sub conditione. §. in mortis. ff. de condit. instit. & l. vlt. C. de donat. causa mort. iuncta l. vlt. C. de codici. Siue etiã respiciamus personam donantis. l. j. §. j. ff. de tut. & rat. distra. Siue denique personam donatarij. l. in omnibus. & l. Senatus. in prin. ff. de donat. caus. mort. At licet quò ad modum ineundi respectu præsentia donatarij æquiparetur contractui. l. inter mortis. ff. eodem. & propterea simpliciter dixerit Bald. in dicta l. ij. ff. de legat. j. quod comparatur contractui quò ad modum ineundi. Tamen videtur, quod in cæteris etiam quò ad modum ineundi comparatur ultimæ voluntati, vt diximus. Et id quoque satis patet ex eo, quod non possunt concipi sub impossibili conditione. l. impossibili. ff. de verbor. obliga. tamen donatio causa mortis ita concipi potest, sicuti & vltima voluntas. l. iij. ff. de condi. & demon. & l. j. ff. de condit. instit. & voluit

voluit Pet. Anc. in d. l. impossibilis. Sed mulier etiã stante huiusmodi statuto potest facere vltimam voluntatem, vt postea dicemus: ergo & donatione causa mortis. Nam & qui testari potest, & donare causa mortis potest. l. Marcellus. in prin. ff. de dona. inter vir. & vxor. sicut è diuerso qui testari non potest, nec donare quoque causa mortis potest. l. j. in prin. ff. de tutel. & rati. distra.

69 ¶ Ad hæc, si concedamus donationem causa mortis non magis accedere ultimæ voluntati, quam contractui: at saltè negari non potest, quin vtrique accedat, & sic mixta sit ex vtroque. Sed mixta ex simplicibus contrariam aut diuersam naturam habentibus, videntur constituere tertiam ac separatam speciem. vt probat tex. in l. si statulibera. §. vlt. ff. de statulib. & in l. munerum. quæ est vlti. §. mista. ff. de muneri. & hono. & in l. j. in princ. ff. de vent. in sp. & l. j. §. astatem. ff. de aqua quori. & æsti. & l. Titia textores. in ij. casu. ff. de lega. j. & l. vlt. post prin. & ibi Fran. Are. in j. not. C. de inof. testa. & in c. i. & ibi Domi. in j. not. de postul. præla. lib. 6. Signo. consi. xlviij. quæritur si petij, col. ij. versic. quarto quæro. & consi. xcvi. quæstio talis est, in portu. col. v. versic. præterea ad idem. Et id patet in materia stipulationum, vbi occurrit ista mixtura, ea certè constituit nouam speciem, & quæ stipulationes communes appellari facit. l. stipulationum alia. ff. de verb. oblig. Et nuncupatim, quod donatio causa mortis sit tertia species, distincta à contractibus, & vltimis voluntatibus, dicit Bald. in l. vlti. C. de donat. caus. mort. & in sua marg. in verbo, donatio, col. iij. versic. donatio causa mortis non est: vbi ad hoc dicit esse text. singu. in d. l. vlti. de donat. causa mortis.

Mixta tertiam speciem faciunt.

70 ¶ Et hæc maximè procedunt in statutis, in quibus sub simplicibus mixtum non continetur, vt probatur in l. quid ergo. §. j. versic. ex sententia. ff. de his qui not. inf. iuncta l. j. §. si is qui. ff. de exerci. & voluit Bar. post Iac. Bur. in l. certi. conditio. §. quoniam. ff. si cert. pet. & Bal. in l. omnes populi. col. vij. versic. item si statutum dicat. ff. de iusti. & iur. vbi tenet, statutum disponens in contractu mulierum requiri consensum propinquorum, non habere locum in mixta persona, videlicet in hermaphrodita, per tex. in l. hoc legatum. ff. de leg. ij. & idem Bal. in §. omnium. post prin. Insti. de actio. & consi. ccxxxvij. quidam magnificus, paulò ante fin. lib. 3. vbi dicit, quod statuta siue consuetudines feudorum, deferentes feudum ad descendentes masculos, non includunt hermaphroditum, per d. l. hoc legatum, & alia quæ allegat. & Ange. consi. cclvj. quia consultatio, col. ij. Corne. consi. cxxxvij. viso instrumento, col. ij. nu. 10. lib. i. & recentiores in l. ij. in prin. ff. de verb. oblig.

Mixta sub simplicibus non continentur in statutis.

71 ¶ Sed & hæc potissimum obtinent in exorbitantibus, & odiosis: cuiusmodi est hæc nostra consuetudo ex multorum op. vt diximus, & dicemus postea. In quibus nunquã mixtum continetur sub simplicibus. l. vim passam. §. præscriptione & l. mariti. §. hoc quinquenniū. ff. de adul. & l. si ita scriptum, in prin. & ibi Ang. & alij. ff. de liber. & posthu. & d. l. hoc legatum. ff. de leg. ij. Io. An. in add. Spec. in rub. qui filij sunt legi. Bar. Ange. & alij plerique in d. l. ij. in prin. ff. de verb. oblig. idem Bar. in d. l. Titia textores. ff. de legat. j. Bal. in d. l. certi conditio. §. quoniam. circa fin. versic. ij. quæro. ff. si cert. pet. Anto. in proce. Decre. Pet. Anch. in rep. cap. i. in iij. prin. q. versic. inter consilia, de consti. & consi. xxxvij. contra Ioannem, col. ij. Rom. consi. cclix. in casu proposito. & consi. ccxciiij. hæc confessio, ad fin. Io. Ana. consi. lxxij. præsupposito. Alex. consi. lxxxij. viso processu, col. antepen. versic. præterea dicti, lib. 3. & consi. lxxvj. visis dubitationibus, col. ij. lib. 5. & consi. cxi. circa primum, eo. lib. 5. Corn. consi. lxxij. licet ex pluribus, col. ij. versic. & sub simplicibus, lib. 2. Socin. consi. lxxxj. non est dubiū. col. ij. versic. iij. lib. 3. & consi. 28. fuit quidam, col. vj. versic. ix. li. 4. & Ludo. Bol. consi. xxxj. inter S. & B. col. vj. versic. ex quo ergo. Felin. in c. vlti. col. ij. versic. iij. conclusio, de simonia. Et hæc est communis opi. licet nonnulli tenuerint contrarium, vt videre licet apud Vesputiū inter consi. Cornel. consi. lxxvj. dominus, col. pen. & vlti. & quosdam recentiores in d. l. ij. de verbo. obliga. Alij item multis & non contemnendis modis id limitant & declarant, vt plenissimè videbis apud Soc. consi. cxvj. in præfenti, col. ij. versic. sed vt omnibus, lib. 4.

Mixtum nunquam sub simplicibus continetur in odiosis.

72 ¶ Denique adultus habens curatorem, non potest sine illius autoritate contrahere. l. si curatorem. C. de in integ. resti. min. cum sim. Et tamen non prohibetur liberè donare causa mortis, vel sine ea autoritate. Bal. & Alex. ibi. idem Bal. in l. j. in prin. ff. de tute. & ration. distrah. & subobscure cōsi. cvij. domina Ioanna, in vltim. dubio, lib. 3. Io. Ana. in c. quia ex omnibus, col. xv. in iij. q. de vsuris. Ias. in d. l. ij. col. iij. versic. licet omnes. ff. de leg. ij. Alciat. in d. l. ij. in prin. num. 11. de verb. oblig. & lib. 3. de verb. signifi. in quinto principali axiomate. & Anto. Rub. consi. xxvij. difficultas casus, in fin. Nam & idem quoque liberè testari potest, sine curatoris autoritate, imò & eo inuito, & reluctantè, idq; etiam in rebus immobilibus, vt multorum textuum, & Doctorum autoritate probauimus in repet. l. si vnquam. in verbo, donatione largitus, in xij. q. versic. ratio autem & sequent. Quibus tamen addes Alberi. in l. cum pater. §. curatoris. ff. de leg. ij. Bart. in l. Aurelio. §. Caius, in princ. ff. de liber. legat. Bald. in l. j. tam in lect. col. iij. versic. deinde quæro quid de prodigo, quam in repet. col. vij. versic. duodecimò quæro. C. de sacrosan. ecclesi. & in l. j. C. quando decret. opus non est. vbi ex hoc dicit, quod adultus in testamentis habet iura maioris, potestq; permittere alienationem immobilium pro executione testamenti sine decreto. & in cap. i. colum. j. titu. per quos fiat inuestit. & consi. lxxxij. an prohibita, ad fin. lib. 2. & consi. xxxvij. decreto, col. ij. versic. item alia ratione, lib. 3. & dicto consi. cvij. domina Ioanna, col. ij. versic. sextò est videndum, lib. 3. & consi. cccx. ad euidentiã, in princ. eodem lib. 3. Barb. consi. xxij. clementissimum, col. iij. lib. 4. vbi in id facit singu. text. in d. §. Caius. Iason in d. l. ij. col. iij. ff. de legat. j. & in l. quæ de legato. col. vlti. ff. eod. titu. & Philip. Deci. in cap. in præfentia. col. xj. in xij. not. de proba.

Adultus habens curatorem, liberè potest donare causa mortis. vide infra 77. Adultus liberè testari potest inuito curatore, & de rebus immobilibus.

73 *De eadem re.* Ex quo & illud sequitur, quod diximus, eundem quoque posse donare causa mortis. Nam cui illud licet, & hoc quoque licere leges permittunt, ut supra diximus. Nam & utriusque eadem est ratio, quantum ad adultum pertinet, qui ob id testari potest sine curatoris autoritate, quia nulla hinc lætio oriri potest, cum possit quodcumque libuerit, reuocare, ut dicunt Angel. Imol. Raph. Corne. & Alexan. in l. j. §. fuit quæsitum. ff. ad Senatuscon. Trebel. Ideoq; ut illi quoque dicunt, ei non competit in integrum restitutio aduersus id testamentum. Quod & repetit Philippus Deci. consil. cclxxix. placet mihi, col. j. & ij. & ante eos voluit etiam Bartol. in l. verbo contraxerunt. ff. de verbor. signific. Quæ quidem ratio in donatione causa mortis, eò magis obtinet, quòd ea facilius liberiusq; reuocatur, quam testamentum. Nempe quæ ex sola pœnitentia reuocatur. l. non omnis. in princ. ff. si cert. per. & l. mortis causa donatio etiam. & l. qui mortis. ff. de donat. caus. mort. & d. l. fenatus. §. mortis causa. eo. tit. & l. Seia. ff. de dot. præle. Testamentum autem nõ sola voluntate aut pœnitentia reuocatur, sed in id requiritur aliud testamentum, & ipsum quidem æquè solenne, ac primum. §. ex eo solo, Instit. ex quibus caus. testam. in fir. & Fed. Senen. si is est, inter consil. ipsius, consil. clxv. referunt in dubium. Bart. in l. de iure. ff. de leg. iij. & Docto. vbiq; Igitur similiter mulier, quæ sine autoritate viri contrahere non potest, non tamen per hoc prohibetur donare causa mortis, vti nec testari.

74 *Statutum prohibens contrahere, an prohibeat donare causa mortis.* Et hac ratione motus Iason in d. l. ij. col. ij. vers. prædicta communis conclusio. ff. de legat. ij. tenet etiam mulierem per statutum prohibitam contrahere, sine consensu propinquorum aut viri, non prohiberi donare causa mortis. Quod & ipsum voluit Roman. omnium primus, ibi, & post eum Socin. col. j. in quarta conclusione. & Andr. Alciat. neque enim vnquam dubitauit, quin ea lect. sit ipsius, ut plenius alibi diximus. & idem Socin. consil. cxxj. visa contingentia, col. ij. versic. facit quia iura, lib. i. & consil. cl. dominus labia, & c. & nos introducere, & c. col. xij. versic. ij. principaliter, lib. i. & Anton. Rub. dicto consil. xxvij. in fin. & Alciat. d. lib. 3. de verbor. signific. in iij. axiomate. vbi & id dicit voluisse Roma. & Socin. locum tamen non designat. Addit autem Iason in d. l. ij. totum mundum, ut ipse loquitur, tenere contrarium.

75 *Contra supra dicta. Donatio causa mortis, contractuine, an ultimæ voluntati magis accedat.* Contrarium enim, ut scilicet prohibita contrahere, nõ possit donare causa mortis, cum ex facto contigisset, consuluit Pet. Anc. consil. cclxxxiiij. dubium in ista quæstione facit mixtura, ea ratione motus, quia donatio causa mortis plus sumit ex natura contractus, quam vltimæ voluntatis, ut notat glo. & Bart. in l. ij. in princ. ff. de dot. præleg. Quod & voluerunt, ut hoc illi addas, Dy. & Bart. in l. tam is, qui. §. j. ff. de dona. causa mortis. Idem Dyn. & Cyn. in l. femi. C. qui testa. face. poss. & Bal. qui illam glo. reputat sing. in l. cum hi. ff. de transac. & in l. Labeo. in princ. ff. de pac. & cõsi. cclxviij. an cæcus, lib. 5. Bart. Bal. & recentiores in l. ij. ff. de legat. j. Ideoq; ut dicit glo. Bart. & alij in d. l. ij. ff. de dot. prælegat. non magis valet donatio causa mortis durante matrimonio, quam simplex donatio, ut est text. in l. mortis. in princ. ff. de donat. inter vir. & vxor. de quo tamen alibi dicemus plenius: quanquam valeat legatum, ut est text. in d. l. ij. Et videmus, quòd licet vltima voluntas non possit pendere ex alieno arbitrio, l. illa institutio. & l. captatorias. ff. de hæred. institu. potest tamen donatio causa mortis, ut patet in filiofamiliâs, qui potest donare causa mortis, modò cõsensu patris accedat, licet testari non possit, ne patre quidem consentiente, ut est text. in d. l. tam is qui. §. j. Magis ergo accedit donatio causa mortis contractui, quam vltimæ voluntati. At natura misti, ut subiungit Petr. Anch. est accedere ad naturam eius, cui magis accedit, l. quæritur. ff. de statu homi. & l. legatis seruis. §. si vnus. ff. de legat. iij. per quos text. voluerunt Ang. & post eum ceteri recentiores in d. l. ij. in princ. de verbor. obliga. quòd dispositio facta de aliquo simplici, comprehendit mistum, quod magis adhæret illi simplici, de quo est facta prouisio.

76 *Mistum semper continetur in simplicibus si eadem est ratio.* Cui adde, quòd in quacunque materia, siue fauorabili, siue odiosa, sub simplicibus mistum continetur, non quidem ex verbis, sed ex mente dispositionis, vbicunque est eadem vel maior ratio. Casus est notabilissimus in l. interdum. §. quod ait. ff. de his qui notantur infa. iuncta l. j. in fin. eod. tit. secundum Fran. Aret. in d. l. si ita scriptum. in princ. ff. de liber. & posthu. qui & ad hoc dicit facere text. in l. patre furioso. in fin. ff. de his qui sui vel alieni iuris sunt. & in l. sed & si per Prætor. §. ait Prætor. ff. ex quib. caus. maior. & in l. si quis in puteum. §. illud. ff. quod vi aut clam. & in l. vlti. §. hac actione. ff. nauar. caup. stab. Cui potes addere & text. in l. si ita facta sit. Vbi & hæc notat Iac. Aret. Bald. & Imo. ff. de iniust. testam. quem & ad hoc expendit, dicitq; notandum Alexan. consil. clxj. viso statuto ciuitatis, col. iij. versic. quinimo plus videtur, lib. 7. At eadem omnino est ratio in donatione causa mortis, quæ & in alia, ut patet ex his quæ diximus supra, in prima quæst. Item hæc solennitas consensus viri vel consanguineorum, requisita à statuto, est similis solennitati, de qua in d. l. tam is. §. j. Nam in vtraque hoc accidit, quòd voluntas donationis pendet à consensu & arbitrio alterius. Sicut ergo ibi donatio, quo ad huiusmodi solennitatem, accedit ad contractum, & non ad vltimam voluntatem, ita & hic similiter.

77 *Donare causa mortis nõ prohibetur, qui testari prohibetur.* Postremò (ut id quoque addas Petro Ancharano) donatio causa mortis adeò quidem magis accedit donationi inter viuos, quam vltimæ voluntati, ut si è diuerso prohibeatur quis statuto testari sine præsentia propinquorum, poterit tamen sine illa solennitate donare causa mortis, ut & donare inter viuos, ut no. consuluit Bal. consil. cxcviiij. quæritur vtrum vsurarius, lib. 2. Vbi etiam dicit, dispositionem c. quanquam. de vsuris lib. 6. prohibentem vsurarios testari sine solennitatibus illic declaratis, nõ procedere in donatione causa mortis, per multa, quæ illic allegat. Id quod etiam tenuit

tenuit ipse Bal. in l. executorem. col. iij. vers. modò vidi. C. de exec. rei iudic. vbi hoc latè disputat. & eius frater Angel. in sua disputatione incipi. Astenfis miles, col. viij. vers. sed de quo quarto dubitatur. de quo etiam tu vide Imo. in d. l. tam is. ff. de donat. causa mor. Anton. in disputatione incipien. Bononiensis quidam vsurarius, Petr. Anchar. in disputatione incip. vsurarius manifestus, Laurentium Rodolphum in tractatu vsur. q. cxxv. Sed & inter consil. ipsius Baldi, Aluifius Perufinus ipsius discipulus, consil. cclxviij. an cæcus possit, lib. 5. latè probat donationem causa mortis magis accedere contractui, quam vltimæ voluntati, siue ipsius ordinationem respicias, siue eiusdem confirmationem, siue item efficaciam & effectum.

78 *Illam autem Pet. Anc. sententiam, ut ad eam redeamus, nuncupatim sequuntur Alex. Fran. Aret. & Barb. in d. l. ij. ff. de verb. oblig. ille quidem ante finem, alter col. iij. vers. & inter multas, hic col. ix. vers. item dico. & idem Alex. in d. l. ij. col. vlt. & ibi Socin. col. iij. vers. ex quibus etiam. ff. de leg. j. & ipse Socin. consil. cxij. & multum abunde, col. vj. versic. iij. difficultas, lib. i. quod repetitur consil. clxxij. lib. 2. & Benedictus in repetitione c. Raynutius, in verbo, testamentum, le iij. nu. 35. de testa. & Iason sibi contrarius, in §. omniũ, qui est secundus, col. v. vers. sed circa ista, ibi, nec istis obstat, Instit. de action. vbi ex hoc limitat Bal. Deci. in d. l. omnes populi. dum loquitur de hermaphrodita, ut procedat cum æquè valeret in vtroque sexu: quòd si in sexu muliebri prævaleret, compræhenderetur in d. statuto requirente certam solennitatem in contractibus mulierum.*

79 *Sed & idem, quod ipse Pet. Anch. illo tamen non cõmemorato, consuluit Panor. cuius etiam illi, quos supra citauimus, non meminerunt, in dicto consil. xl. supra in princ. huius quæst. allegato, in primo dubio, lib. 2. & Philip. Corn. nullam quoque superiorum mentionem faciens, consil. xlj. cuius exordium est, videtur in hac consultatione, per totum illud consiliũ, lib. i. vbi hanc rem luculenter in vtranque partem disputat, iterumq; consil. cxxvj. licet in hac consultatione, col. v. vers. item esset probabile, eo. lib. i. Et hanc dicit esse communem opin. Ias. in d. l. ij. ff. de leg. j.*

80 *Et hoc mirum in modum confirmat, quod post Iac. Aret. tradidit Bal. in c. i. in prin. col. iij. vers. quæro si vafallo. tit. de prohib. feud. ali. per Fed. quòd si statutum prohibeat mulieres donare, ita intelligitur, ut nec ex quidem donare causa mortis possint. Idque generale esse dicit, vbi nomen donationis prohibituẽ ponitur, ut etiam censeatur prohibita donatio causa mortis. Nam à quo remouetur genus, & quælibet eius species remota esse censeatur, per dictam l. filiusfamiliâs. §. pari autem ratione. ff. de dona. Quod dicit esse notandum, & sequitur Cardin. Alex. ibi col. j. & Fran. Aret. in l. qui in potestate. post prin. ff. de testa. & Maria. Soci. consil. xix. pro decisione, col. v. versic. sed aduertendum, in j. lib. consil. Bart. Soci. eius filij, & Barb. d. consil. xxij. clementissimum, col. j. lib. iij. vbi id dicit singu. & Firmian. qui id quoque singul. dicit, in tractatu gabellarum, in tertia parte octauæ partis princ. in xij. quæst. & Franc. Rip. in d. l. ij. col. iij. nu. 10. in fin. ff. de legat. j.*

81 *Pro quo optimè facit, licet non allegent, quòd l. si quis argentum. C. de donat. loquens simpliciter de donationibus, licet sit exorbitans, ut supra diximus in præcedenti quæstio. habet tamen locum in donatione causa mortis, ex sententia glo. quæ passim sing. ab omnibus dicitur, in l. cum pater. §. Mauius, in verbo, donabat, & iterum in verbo, reuocaretur. & ibi Bart. Bal. & alij. ff. de lega. ij. cum aliis multis concor. & glo. & Doct. à me abunde & propè superfluentur collectis in d. rep. l. si vnquam. in verbo, donatione largitus, in xij. q. vers. confirmatur item ex eo: neque enim hic illos repetendos ducimus. Sed illis tamen addes Bal. in l. dedi. la. ij. quæ est vlti. in lect. antiqua, ante fin. ff. de condi. ob caus. & in repet. l. ij. col. vij. vers. tertio modo. ff. de iureiur. & in l. si donationis. C. de contra. empt. & consil. cclxxij. in causa egregiæ, col. ij. vers. quintò probatur, lib. 5. Salyc. in l. j. §. sin autem aliquid sub conditione, in fin. C. de caduc. tollend. & in l. licet inter priuatos. & ibi quoque Fran. Aret. C. de pact. Ioan. Fab. in d. l. si quis argentum. Petr. Anch. consil. lxxvj. per modum, col. ij. versic. sed ad hoc dubium. Fulgo. consil. cxxvij. viso exemplo, col. vlt. Imo. in d. l. ij. & ibi Ias. col. ij. ff. de lega. j. & Ang. Aret. in §. j. in ij. locis, Instit. de donat. & in §. in perfonam. col. iij. vers. & prædicta procedunt. & ibi Ias. col. x. vers. an autem, Instit. de acti. Petr. Corn. consil. xlj. videtur in hac, col. ij. lib. i. Ferras. in tit. for. libel. quo agit. pro donat. in glo. j. col. iij. versic. amplius quæritur. Barb. qui hoc latè disputat, in rubr. extrà de donat. col. ij. vers. secundò considero. Philip. Dec. in l. semper qui prohibet. col. j. ff. de regu. iur. & Steph. Bertran. consil. clvj. ex themate, nu. 11. & 12. lib. 4. & Viglius Phrysius in §. sed cum paulatim. in verbo, vno contextu, Instit. de testam. ordi. Et hæc haud dubiè est communis opi. ut etiam testatur Ias. in d. l. ij. ff. de lega. j. licet Signo. & alij nonnulli tenuerunt contrarium, ut in d. repet. l. si vnquam. loco supra allegato, in fin. diximus.*

82 *Faciunt quoque in hac partem omnia ferè, quæ supra adduximus in præcedentibus quæstionibus, iunctis his quæ voluerunt Imo. & Alex. in addi. Bar. in d. l. j. in fi. ff. de dona. & iterũ in l. filiusfamiliâs. eo. tit. quòd statutum loquens de donatione, procedit & in donatione impropria, vbi est eadem ratio. Nam & videmus, quòd quemadmodum pupillus contrahere non potest sine autoritate tutoris propter imbecillitatem intellectus, ita nec donare potest causa mortis, per text. qui ad hoc reputatur sing. in d. l. in princ. ff. de tutel. & ratio. dif. & facit l. distractis. vbi & hoc not. Alex. in i. not. C. qui testa. fac. pos. Ergo non absimili ratione mulier, quæ statuto prohibetur cõtrahere ob consilij infirmitatem, ut iam satis supra diximus, & dicemus postea latius, censerì debet prohibita etiam donare causa mortis. Quanquam hæc postrema ratio non admodum solida est, cum posset dici maiorem esse imbecillitatem in pupillo, quam in muliere. Ille enim testari non potest. l. qua*

Donatio causa mortis censeatur prohibita, donat. simpliciter prohibita.

L. si quis argentum, habet locum in donatione causa mortis.

Donatio impropria continetur sub donati. si eadem est ratio.

etate. ff. de testa. illa autem potest, etiam prohibita contrahere, ut dicemus in vij. quaest.

83 Adultus an possit donare causa mortis.

Ex his autem quae diximus facile responderi potest omnibus, quae pro priori parte adducta sunt: nisi quod postremo loco dictum est, num. 72. de adulto habente curatorem: qui licet contrahere non possit sine auctoritate curatoris, potest tamen donare causa mortis, sicuti & testari in scio & inconsulto curatore. Cui difficillimum est respondere, nisi neget illud verum esse. nam id dubitanter, & per verbum, forte, scriptum est à Bald. in d. l. si curatorem habens. C. de in integr. restit. m. no. & contrarium tenuit ipsemet Bald. in c. i. §. item sacramenta puberum. col. pen. versic. quæro nunquid in vltima voluntate, titu. de pac. iur. fir. quem sequitur Alex. sibi etiam contrarius in d. l. ij. in fin. & ibi quoque Franc. Ripa. vbi supra citauimus. ff. de leg. j. & Franc. Aret. in d. l. si curatorem habens. & Fran. Cre. sing. cxvij. hæres minoris, vbi hoc dicit menti esse tenendum.

84

Sed & aliud est, quod multum obstat illi posteriori sententiæ, videlicet tex. in l. vlti. C. de donat. caus. mort. vbi expressè declaratur, donationem causa mortis, in his quæ cõcernunt solennitatem extrinsecam, habere naturam contractus, non vltimæ voluntatis. Ex quo (vt ibi dicitur) in ea nõ requiritur solennitas insinuationis, quæ in aliis donationibus exigitur: nec sufficiunt duo testes, vt in cæteris, sed quinque desiderantur. Et ad hoc illum tex. expendit, & dicit sing. Rom. in d. l. ij. in prin. col. ij. versic. primò ad illam. ff. de verb. oblig. vbi posteaquam retulit illud Petr. Ancha. consil. numero tamen non designato, dicit se in illius sententiam abiturum fuisse, nisi ille tex. impediret.

85 Donatio causa mortis facta stipulanti, contractus est.

Hæc autem, quæ diximus, maximè procedunt, si donatio causa mortis fuerit facta præsentis & stipulanti. Tunc enim censetur esse contractus: ita vt statutum loquens in contractu habeat locum in ea, vt tradit Petr. Anchar. dicto consil. ccc. lxxxiiiij. Nam & talis donatio non requirit aditionem hæreditatis, quæ in legatis exigitur: vt notat Bal. in l. & si mortis. in princ. C. ad leg. Falcid. Nec pro tali donatione competit hypothecaria, quæ datur pro legatis, vt concludit Alex. in d. l. ij. col. iij. ff. de legat. j. Ex quibus apertè intelligi potest, quòd de huiusmodi donationibus idè iudicatur, quòd de contractu: vt etiam concludit Imo. in l. vt hæredibus. versic. item attende. ff. de leg. ij. & Philipp. Deci. consil. cxv. in casu proposito, col. ij.

86 An hæc donatio requirat mortem utriusque, ut confirmetur.

SED QVAERO QVINTO, Si teneamus eam partem, quæ requirit consensum viri in donatione causa mortis, vtrum si vxor donauerit causa mortis marito consentiente, requiratur mors vtriusque & viri & vxoris, vt huiusmodi donatio confirmetur, an verò vxoris sufficiat. Videtur vtriusque mortem exigere, arg. l. cum hic status. §. oratio non solum. & §. in hac. & quod ibi dicit gl. & l. si eum qui. §. ex quibus. rursum q; l. mortis suæ causa. ff. de donat. inter vir. & vxor. & l. donatio. & ibi gl. & l. si vt proponis. C. eo. vbi donatio facta inter virum & vxorem ex consensu patris donantis, in cuius erat potestate, nõ confirmatur, nisi morte vtriusque, & donantis, & patris ipsius.

87 De eadem re.

Dic tamen contrarium in hoc casu, videlicet sufficere mortem mulieris: quemadmodum & cum filiusfamilias donat causa mortis consentiente patre, sufficit mors filij ad confirmationem eius donationis, vt voluit glo. in l. nec fratris. & ibi Cy. & Bal. C. de donat. causa mort. glo. in l. qui pretio. in fi. ff. eo. tit. & ibi Bar. Imo. & Pau. Cast. ex quibus Barr. ad hoc dicit bene facere tex. in l. si aliena. §. Marcellus. ff. eo. Respondetq; ad iura in priore parte allegata, quòd loquuntur de donatione inter virum & vxorè, quæ ab initio est inualida. Hæc autem donatio causa mortis, valet iam ab initio: vt notatur per glo. & Doct. in l. vlt. §. Lucius. ff. de dona. & idem voluerunt Raph. & Corn. in l. senium. C. qui testa. facere poss. & Guido Pap. deci. Delphi. 223. item in causa, versic. sed potest.

88 De eadem re.

Et hanc partem confirmat, quòd in non longè dissimili casu scribit Barr. in l. si per epistolam. & ibi Imo. Rom. Pau. Cast. Fran. Aret. & omnes penè, qui de ea re loquuti sunt, præter Rap. ff. de acquit. hæred. quòd si pupillus constituerit procuratorem cum auctoritate tutoris, nõ finitur mandatum per mortem ipsius tutoris, sed tantum per mortem pupilli: quoniam, vt inquirunt, actus principaliter accepit substantiam ex persona pupilli: vnde ipse mandasse videtur, non tutor. Nam vt idem Bar. alibi dicit, scilicet in l. & quia. quam legit cum l. more maioru. in j. opp. ff. de iurisd. omn. iudi. confirmans, siue præstans auctoritatem actui, non dicitur actum ipsum facere, sed eum imperfectum perficere. Et vt dicit Bald. in l. si vt proponis. C. de seru. pign. dat. manu. qui consentit, non facit, sed non impedit. l. si pater. §. vlt. ff. de manum. vindi. Aliud enim est agere, aliud agentis consentire. l. aliud. ff. de reg. iur. de quo & nos latè dicemus in xij. quaest. huius gl. & aliquid quaest. seq.

89 Quid si vxor donat rem marito.

Sed & hoc tamen intellige in casu nostræ consuetudinis, cum vxor donauit rem suam: secus autem, si donaret rem viri ex consensu ipsius: tunc enim ad cõfirmationem huiusmodi donationis non sufficeret mors vxoris, sed & viri quoque exigeretur, si nondum res ipsa fuerit tradita, vt voluit Cy. in d. l. nec patris. C. de dona. causa mortis, vbi eius rei rationem reddit ex l. Papinianus. ff. de dona. inter virum & vxorem. Et vide etiam super hoc, quæ dicemus in seq. quaest.

90 An ad reuocandam hanc donationem utriusque penitentia requiratur.

ILLVD ITEM SEXTO quæri potest, quia huiusmodi donatio causa mortis, vt supra diximus, sola penitentia reuocari potest, vtrum hoc casu, cum scilicet vxor donauit causa mortis ex cõsensu mariti, requiratur vtriusque penitentia, an alterius tantum sufficiat. Dic breuiter ex sententiâ mulitoru ex his, quos in secundo seq. versic. citabimus, quòd si vxor donat rem suã, ea poterit sola reuocare, vt etiã non obscurè probat, licet illi nõ alleg. tex. loquens de donatione inter vir. & vxor. in l. donatio. C. de dona. inter vir. & vxor. vt quæ sola donare videatur, non etiã maritus, qui consentit, vt diximus in præcedenti quaest. & vt scribitur in l. aliud. ff. de reg. iur. aliud est agere, aliud agentis consentire. & dicemus infra latissimè in d. xij. quaest. Et in hac quoque opinione videtur fuisse

Guido Pap. loquens in donatione causa mortis facta à filiofa. consentiente patre. Dec. Delph. 223. item in causa, paulò antè si. Quibus cõcinit, quòd eleganter consuluit Bal. consil. 209. licet consulentes. lib. 4. quòd si sit statutum, prohibens mulierem testari sine consensu vel consilio consanguineoru, idq; ita fecerit, poterit sola sine eorum consensu vel consilio id testamentum reuocare.

De eadem re.

Solus autè maritus reuocare non potest: vt de filiofamilias, qui causa mortis donauit rem suam, voluit Bar. in l. 2. §. 1. in 4. q. ff. de dona. & Raph. & Corne. in l. seruum. C. qui test. fac. poss. Et etiam in filiofamilias, qui fecit testamentum ad pias causas ex voluntate patris, vt scilicet pater solus reuocare non possit, nec quòd ad institutionem hæredis, nec quòd ad legata, tenuit Bald. in rep. l. i. col. 5. versic. sed iuxta hoc quaeritur incidenter, filius. C. de sacro. eccle. & Alex. cõsi. 246. placet admodum, lib. 6. vbi & ex hoc consuluit in alio pulchro casu. & Philip. Fran. in rub. de testa. li. 6. char. 7. versic. decimò quaeritur. Et quòd item à Bar. differitur in l. neq;. C. de procur. & in l. actor. ff. rem rat. hab. an procurator constitutus à pupillo cum auctoritate tutoris, vel à capitulo, cum auctoritate prælati, possit à solo tutore, aut prælato reuocari. Et concludit, quòd si tutor aut prælatus potuisset solus procuratorem constituere, poterit solus reuocare: aliàs non potest. & sequuntur Alexand. Franc. Aret. & alij recentiores, qui adferunt concord. in d. l. si per epistolam. ff. de acquit. hæred.

De eadem re.

At si vxor donauit rem mariti, ex consensu ipsius mariti, quia tunc maritus donasse videtur, per l. in ædibus. §. quòd filiusfa. ff. de dona. & l. si quis hac lege. §. si filiusfa. ff. qui & à quibus: certè potest idem maritus solus reuocare. Ita voluerunt Dy. Cy. & Salyc. loquentes in illo casu filiusfa. qui ex consensu patris donauit rem patris. in d. l. nec fratris. C. de donat. inter vir. & vxor. Ioan. Andr. in addit. Spec. tit. de instr. edi. §. porrò. circa prin. in addit. incip. incidit quaestio. Bar. in d. l. 2. §. 1. vbi supra. ff. de dona. Bal. & Fulg. in d. l. senium. C. qui testam. fac. poss. Petr. Anc. consil. 76. per modum consilij, in i. dubio. Soci. consil. 114. vifo testamento dominae, col. 2. & iterum vlt. lib. 1.

An hæc consuetudo habeat locum in testamentis.

SEPTIMO ex his quæ dicta sunt in 4. q. & seq. satis superque vel cæcis apparet, hanc consuetudinem non procedere in vltimis voluntatibus, vt scilicet per huiusmodi consuetudinè, quæ prohibet contrahere vxorè sine cõsensu mariti, non ea censeatur prohibita testari sine illius consensu. Nam omnes tenentes prohibitum contrahere, prohiberi & donare causa mortis, hac potissimum ratione innituntur, quòd donatio causa mortis magis accedit contractui, quàm vltimæ voluntati: tanquã aliud esset, si vltimæ voluntati magis accederet. Quin Pan. d. consil. 40. col. 2. versic. item quando donatio, lib. 2. expressim dicit, quòd si donatio causa mortis fieret in testamento aut codicillis, tunc saperet omnino naturã vltimæ voluntatis: ideoq; essemus extra verba statuti prohibentis contrahere: pro quo tex. est, licet non alleget, in l. verba contraxerunt. ff. de verb. sign. vbi ita scribitur, verba contraxerunt, non pertinent ad ius testandi. Per quæ tex. dicit glo. in l. testamentum, in verbo, contractus. C. de testa. quòd testamentum non est cõtractus. Ex quo dicit Bal. ibi, in fi. no. quòd statuta loquentia de cõtractibus, non habent locum in testamentis. Quem sequuntur Rapha. & Corn. ibi. & Alex. in addit. & Bar. in d. l. verba contraxerunt. & Philip. Dec. in l. vlt. col. 3. versic. secundò not. C. de edic. Diui Adria. tol. & alibi Bal. consil. 349. statuto Placentiæ, li. i. cõsultuit per illum tex. quòd statutum prohibens contrahere, non comprehendit vltimam voluntatem. ad quòd etiam allegat tex. in l. pater filium. in prin. ff. de lega. 3. Et idem voluit ipse Bal. consil. 253. casus talis est, quidã de ciuitate, col. 2. versic. solutio. verba statuti, li. 3. per d. l. verba. de verb. signi. & Imol. in l. si ita quis. §. ea lege, col. pen. ff. de verb. oblig. & Alex. consil. 90. super eo quòd quaeritur. col. 2. lib. 4. Calca. consil. 74. quòd dictis filiabus, col. 6. num. 19. & seq. & Ias. loquens de statuto prohibente mulierem cõtrahere sine consensu consanguineoru, vt nihilo minus possit testari sine consensu illorum, in l. 2. col. 4. versic. secundò pro opinione mea. ff. de legat. 1. Et hinc subdit Bald. in fin. illius prioris consil. quòd prohibitus acquirere per contractum, vel alio modo, poterit tamen acquirere per viam institutionis hæredis, per multa quæ ibidem ab eo sunt allegata. Quibus adde & tex. in l. milites, in prin. iuncto §. vltimo. ff. de re mili. & in l. Decurio. ff. de Decur.

Statuta an possint prohibere testari sine consensu alterius.

Imò verò sunt, qui negat, posse statutum expressè interdicare, ne possit mulier testari sine consensu viri aut consanguineoru. Nam ita voluit Pau. Ca. qui ita dicit se consuluisse, in l. ex facto. in prin. col. 2. per rationem illius tex. & ibi quoque Fran. Aret. col. 4. in 8. no. & Alex. col. 2. ff. de vulg. & pupil. sub. & idem Alex. consil. 55. consideratis dicti statuti verbis. in fin. lib. 1. & consil. 155. visis & accuratè consideratis, col. 2. versic. ad idem, & seq. lib. 2. & latè Iason in l. stipulatio hoc modo concepta. in 1. no. ff. de verb. oblig. & in l. non idcirco. C. de codicil. vbi hoc dicit sing. & consil. 127. pro parte negatiua, col. 5. versic. moueor in primis, lib. 1. & Io. Lup. in repe. rub. extrã de donat. inter vir. & vxorem. §. Si. le. 1. sunt enim duo eius numeri, col. pen. versic. vel saltem deberet.

De eadem re.

Mouetur hi primò per tex. in d. l. ex facto. ibi, ceterum iniquum incipit fieri beneficium principis, si adhuc id valere dicamus: auferret enim testamenti factionem homini sanæ mentis. Ex quibus verbis nõ. plerique omnes, non valere statutum, tanquam iniquum, quòd homini sanæ mentis liberam auferret testamenti factionem. Secundò, non valet pactum, tanquam contra bonos mores, quòd auferret liberam testandi facultatem. d. l. stipulatio hoc modo concepta. ergo nec statutum: quia quòd per pactum fieri non potest, eò quòd sit contra bonos mores, nec etiam per statutum, vt voluit Bar. in l. omnes populi. in 3. q. 3. cõclusionis principalis. ff. de iusti. & iur. & Doct. in c. vlt. de consuet. lib. 6. Debet enim statutum esse sanctum. c. erit autem lex. 4. dist. Tertio, quia lex civilis & canonica improbant, quòd vltima voluntas p̄deat ab alieno arbitrio. l. captatorias. & l. in iusti-

turio. ff. de hære. insti. Et ideo etiã filius. cum consensu patris testari non potest, ne testamentum filij pendear à consensu patris. l. qui in potestate. & ibi not. ff. de testa. & dicemus latè alibi. Sed si istud statutum valeret, penderet testamentum vxoris à mera voluntate mariti: ergo non valer.

96
De eadem re.

¶ Quibus & tu adde hanc rationem, illam superiorem confirmantem. nam quòd testator disponat de rebus suis ex voluntate propria, est de substantia dispositionis, vt patet ex definitione testamèti, quæ scribitur in l. i. ff. de test. quæ quidem definitio ostendit qualitatem rei, l. i. §. dolum. ff. de dolo. Sed consuetudo contra substantiã dispositionis censetur irrationabilis, & non valet, vt not. gloss. in c. 2. & ibi bonus tex. de cõsuet. lib. 6. Hosti. & Io. An. in c. Romana. §. 1. de appel. lib. 6. Quæ ratione Franc. Arct. in l. 2. col. 2. in 2. not. & ibi etiam Iaf. in 2. quoque not. vbi & aliam rationem adducit. ff. de vulg. & pupi. tenent non valere statutum, vel consuetudinẽ, vt valeat dispositio captatoria: licet contrariũ voluerit Ang. Imo. & Alex. ibi & idem Ang. & Imo. in d. l. captatorias. ff. de hæred. insti. & Alex. in l. captatorias. C. de test. mili. & Carol. Ruin. consi. 21. de validitate. nu. §. lib. 2.

97
Contra supra dicta.

¶ Contrarium tamen, videlicet quòd valeat huiusmodi consuetudo vel statutum, ne vxor possit testari sine consensu viri, præsupponere videtur Bar. in d. l. non idcirco. C. de codic. & in l. si cum dotem. §. eodem autem tempore. & ibi quoque alij. ff. sol. mat. & cõsi. 10. in nomine. & c. viso statuto. in prin. & Bal. in rub. C. de contrah. empr. in 2. q. & in d. l. omnes populi. col. 7. vers. item si statutum dicat. ff. de iusti. & iur. Vbi tamen dicit huiusmodi statutum esse iniquum, idem Bal. & Saly. in l. i. C. vnd. vir & vxor. dum quærun, an stante huiusmodi stituto, possit vir vxori sibi aliquid in testamento relinquenti consensum accommodare, & alij, quos in eam rem citabimus infra, in gloss. 8. in 3. q. & ipse Bald. in l. ex duobus. §. vlt. paulo ante fi. ff. de vulg. & pupil. & consi. 208. licet consulentes. iuncta casus positione, lib. 3. & consi. 139. statuto communis Afsisij, l. 5. dum consulit, quòd stante statuto Afsisij, quòd mulier non possit testari sine præsentia viri, non valebit testamentum, omiffa ea solennitate. & Corne. consi. 241. de duobus quæritur, col. 2. lib. 2. & Berra. in tract. Gabel. in 6. parte prin. in §. q.

98
De eadem re.

¶ Et id expressè voluit Ange. loquens in statuto requirente consensum duorum consanguineorum, in §. pronũtiatum. in Auth. vt fac. no. constit. motus, quia potestas testandi introducta est de iure ciuili, vt no. Dy. in c. indultum. de reg. iuris. lib. 6. quod quidem ius tolli potest, & mutari per leges & consuetudinẽ. l. de quibus. ff. de legib. Nec obstat, inquit, quòd vltima volũtas non potest conferri in voluntatẽ alterius: quia hoc verum est, per testatorem. Nam per legem id fieri potest: vt apparet in donatione causa mortis, quæ est species vltimæ voluntatis. l. vlt. C. de donat. causa mort. & tamen potest pẽdere ex alieno arbitrio. l. filius. & l. tam is. ff. de donat. causa mortis. Et ita dicit se consuluisse, sicuti verè consuluit, consi. 88. præmitto primò, quòd solennitas: & iterũ consi. 126. testamenti factio. Sed & hoc quoque idem consuluit Bened. Cap. consi. 21. cum de duobus, col. 2. vers. sed his non obstat. & col. 3. vers. quod & primò. & ita etiam expressè renuit Socin. in l. pactum quod dotali, ad fi. C. de pactis. Nam potest (inquit) lex facere, quòd voluntas testatoris ab alio dependeat. per l. captatorias. §. Senatus prohibuit. ff. de hæred. insti.

99
De eadem re.

¶ Et idem quoque tenuit Iafon, sibi cõtrarius, in d. l. ex facto. col. 2. in 3. not. & iterum col. 4. vers. facit ista lex. & ibi quoque Claud. Seyff. col. quoque 2. ff. de vulg. & pupil. subfti. & Phil. Dec. cõsi. 612. conclusionem, post princip. & Matthæ. Afflic. in Deci. Neap. 260. nunquid mulier. Et his potissimum rationibus innitur Iaf. in d. l. ex facto. Nam quando statutum aufert liberam testandi facultatem homini sanæ mentis, verè iniquũ est, iuxta dictã l. ex facto. At in nostro casu statutum non aufert homini sanæ & integræ mētis, cum disponat de muliere, quæ propter fragilitatẽ sexus facillè decipitur. quæ quidem fragilitas, huic statuto occasionem dedit secundũ no. per Doct. in l. transactionẽ. C. de transact. cum cõcord. alibi à me adductis infra in gloss. 6. in verbo. *consentement*, nu. 37. restat igitur. Et licet Doct. ibi loquatur de contractibus mulierũ, eadẽ tamen ratio statuẽdi fuit in vltima volũtate. De quo tamen vide, quæ scripsi in mea rep. l. si vnquam. in verbo, donatione largitus, nu. 253. ratio autẽ. & quod dicã in seq. vers. Item (vt redeam ad Iaso.) istud statutum non simpliciter aufert mulieri liberam testandi facultatẽ: neque enim simpliciter disponit, ne mulier possit testari: id enim esset iniquũ, per tex. in d. l. ex facto, sed propter huiusmodi fragilitatem requirit maiorem solennitatẽ, vt facere possit: vt in statuto disponẽte, quòd in testamento interueniant decem testes, voluit Bar. in l. cunctos. in 3. q. princ. C. de Summa Trinit. Et hoc maximè debet procedere in hoc casu, in quo est maius periculum, idẽ & maior cautela est adhibenda. Quòd si quis occurrat, dicatq; tolli omnino liberam testandi facultatẽ mulieri, si maritus vel consanguineus nolit cõsentire, cum sine cõsensu illius ex huiusmodi statuto nõ possit testari, illi cõfessim respõdebitur, quòd si maritus non habeat iustam causam cõradicendi, iudex illum poterit cogere, vt consentiat: aut etiam concedere mulieri facultatẽ testandi, sine consensu illius, vt per Bar. & alios in d. l. si cum dotem. §. eo autẽ tempore. ff. solu. matr. cum multis concord. à me infra adductis in d. gloss. 8. in 15. q. Denique statutum quod habet motuũ rationis, valet, & est æquum & rationale, vt dicit Bal. in l. vlt. C. de libe. præter. & alibi sæpe. Sed hoc statutum est huiusmodi: igitur & cætera. Alias multas rationes afferunt Seyff. & Afflic. quas tu ipse videre poteris. Sed interim non prætermittam, Platonis legibus libro secundo, non licere vxori cuiuscunq; ætatis sit, testari sine autoritate mariti. Sũntque in id quædam expressæ consuetudines, videlicet Niuernensis, tit. des droicts appartenans à gens mariez. cap. 1. & Burgundiensis, tit. des siefs. cap. 9.

Vxori non licere testari si ne autor. viri, Platonis legibus.

¶ Nec

100 ¶ Nec tamen hinc prius discedam, quàm admonuerimus legẽtes, illud quod diximus prohibitum contrahere, non esse prohibitum testari, procedere, quando quis prohibetur à contractu: quod si ab alienatione prohibeatur, res multis distinctionibus indiget, vt sciamus, an, & quando videatur prohibitus à testamento, atque testamètaria alienatione. Super quo vide Alb. Bar. Bal. Ang. Raph. Co. Fran. Arct. & alios recentiores in l. si ita quis. §. ea lege. ff. de verb. oblig. Bal. & Saly. in l. ea lege. illum, col. 4. vers. secundò quæro: hunc, col. 7. vers. quæro secundò. cum multis sequenti. col. C. de condict. ob causam. & inter cætera dicit Bal. ibi, vnum quod huic loco maximè conuenit, quòd si alienatio est prohibita, ob alienantis imbecillitatem, non per hoc prohibetur testamenti factio, & institutio. Nam minor, inquit, prohibitus alienare, potest tamen testari. l. ab Aurelio. §. vlt. ff. de lib. leg. quod & idem voluit Saly. ibi, col. pen. vers. quæro quidam donauit, & alij multi, quos tibi collegi in nostris Retractibus. tit. 1. §. 26. glo. 1. num. 3. sed quod diximus, & seq. & alij item, quos addimus supra eadem glo. nu. 72. denique adultus.

Alienare prohibitus an testamento alienare possit.

101 ¶ Intellige secundò, vt licet mulier, quæ prohibetur contrahere, possit testari: tamen non poterit in ipso testamento contrahere. Nam, vt id intelligas, scire debes, contractus inter viuos posse fieri in testamentis, gloss. Bar. Bal. Angel. Imol. Pau. Cast. Franc. Arct. & alij, in l. hæredes palam. §. vlti. ff. de testib. Dyn. in cap. quod semel. ad fi. de reg. iur. lib. 6. Oldra. consi. 114. factum est tale, quædam mulier, col. 1. vbi id dicit probari ex duabus legibus simul iunctis, scilicet l. 1. §. si assignare. & l. assignare. ff. de assign. libert. Ioan. And. in c. quanquam. de vsur. lib. 6. Bar. in l. vnum ex familia. §. si de Falcid. ff. de leg. 2. & in l. cum quis decedens. §. codicillis. ff. de lega. 3. Bald. in l. sancimus in fi. C. de testa. & in l. si mulier. quæ est 3. ff. de lega. 3. & in l. si tibi. §. 1. in fi. ff. de pactis. & consi. 14. Antonius, col. 1. lib. 2. & consi. 24. præsupposito statuto, lib. 5. Ioan. Fab. in §. 1. Instit. de lega. Lap. allegat. 91. imprimis videndum, col. 2. Albe. Bal. Ang. Pau. Cast. Alex. & Iaf. in l. cum antiquitas. C. de testam. idem Alberi. in l. hac consultissima, in fi. prin. C. eod. tit. vbi loquitur de venditione, & in rubr. C. de donat. vbi loquitur de donatione inter viuos. Ant. consi. 21. viso puncto, in princ. Imol. in l. vt hæredibus, vers. item attende. ff. de leg. 2. Card. Flo. consi. 125. respondeo ad primum, in prin. Pan. consi. 95. quædam domina, colum. 1. lib. 2. Ro. qui hanc dicit communem oppo. consi. 171. prodecisione, col. vlt. Pau. Cast. consi. 330. super primo quæsito, post princ. lib. 1. & consi. 379. primò videndum est vtrum, eod. lib. 1. & consi. 381. primò videndum est qualis, col. 1. eod. lib. 1. vbi etiam dicit, eum contractum valere, etiam si testamentum non valeret.

Contractus inter viuos fuit in vltimam voluntate.

102 ¶ Et is quidẽ contractus ita factus in testamento, aut etiam cõfessio debiti inibi facta, retinet naturam confessionis, aut contractus inter viuos, nec sortitur vim testamenti, nec potest reuocari vt testamentum, vt dicunt Dy. in d. c. quod semel. in fi. Oldra. d. consi. 114. Cy. in l. 1. in vlt. q. C. de sac. eccle. Alb. in l. si quis in principio testamenti. in fi. ff. de leg. 3. Bar. in d. §. codicillis. Bal. in l. vlt. ff. de reb. eorum. vbi dicit per eum tex. irritum testamento non irritari contractum in eo factum. & in dicta l. sancimus, ad fi. C. de test. vbi tamen nutat. & in l. ex testamẽto. C. de fideic. & in l. si auia. in prin. C. de iure delib. Ro. d. consi. 171. in vlt. dubio. Barb. consi. 23. clementissimum, col. 2. lib. 4. Guido Pap. consi. 233. in causa appellationis, in fi. per tex. in d. l. vlt. ff. de reb. eorum Steph. Bertran. consi. 58. sufficienter, col. 1. iunctis seq. lib. 2. Potestque is contractus, vel confessio, duobus testibus probari, vt cæteri & contractus & confessiones, licet testamentum ipsum septem testes requirat. Imol. Alex. & Iafon in l. nemo potest. ff. de leg. 1. Philip. Deci. consi. 292. viso testamẽto. col. 2. vers. verum supra dictis. Alcia. in l. verba cõtraxerunt. de verb. signi. Nec valet donatio ita facta, excedens quingentos aureos, sine insinuatione, vt nec cæteræ donationes. Pau. Cast. d. consi. 330.

An talis contractus possit reuocari, vide num. seq.

103 ¶ Quanquam in eo, quod diximus, contractus & confessiones factas in testamẽto esse irrevocabiles, multi tenent contrariũ, quos ingenti acervo congestos videbis ab Iaf. consi. 122. in præsentii causa, col. pen. vers. non obstat aliud fundamentum. li. 4. Sed quibus addes Caro. Ruin. cõsi. 129. donatio, col. vlt. vers. nec obstat ratio, li. 1. Alb. Bru. consi. 43. circa casum, col. 3. vers. præterea licet. Quam sententiam non nihil confirmat, quod à Valerio Maximo relatũ est li. 8. c. 2. Caius (inquit) Vifellius Varro graui morbo correptus trecenta millia numũm ab Octacilia cum qua commercium libidinis habuerat, expensa fieri sibi passus est: eo cõsilio, vt si decessisset, ab hæredibus eam summam peteret, quam legati genus esse voluit, libidinofam liberalitatẽ debiti nomine colorãdo. Euasit deinde ea tempestate, aduersus vota Octaciliæ: quæ offensa, quod spem prædæ suæ morte non maturasset, ex amica obsequenti subito distracta sceneratricem agere cœpit, numos petẽdo, quos vt fronte inuerecũda, ita inani stipulatione captauerat. De qua re Caius Aquilius vir magnæ autoritatis, & scientia Iuris Ciuili excellens, iudex aditus, adhibitis in consilium principibus ciuitatis, prudentia, & religione sua, mulierem repulit.

An probari duobus testibus.

De eadem re.

104 ¶ OCTAVO QUÆRO, an per huiusmodi consuetudinem prohibentem mulierem cõtrahere sine cõsensu mariti, prohibeatur & ipsa fideiubere. Neq; enim hæc quæstio inutilis est: nam quamuis aliàs regulariter mulier nõ possit pro alio intercedere. ff. & C. ad S. C. Velle. per totũ: sunt tamẽ quidã casus, in quibus potest, annotari per gl. & Doc. in l. vlt. C. eo. tit. In qua re possem & multa adducere in vtranq; partem, vt in præcedẽtibus. Sed ne repetitionibus vtamur, dic quòd non poterit, rationibus per me supra adductis in 1. q. huius gl. Quibus hoc peculiare addiderim, quòd Bal. in Auth. sacramẽta puberũ, col. pe. vers. vltierũ quæritur. C. si aduer. vend. dicit illã Auth. loquentem de cõtractu, cõprehendere fideiusionem, licet, vt diximus, sit exorbitans. Et id quidem, quia fauorabilis

Caij Aquilij sanctissimum iudicium.

An uxor possit fideiubere.

fauorabilis, tum quia eadem ratio militat in fideiussione, quæ in aliis contractibus: quæ quidem rationes & in hoc quoque casu procedunt.

105 *Gabella an debeat ex fideiussione.*
 ¶ Quin plus dicit & sing. Bal. in l. i. col. pen. versi. extrâ quæro. ff. si cert. petat. quod statuto, vt de omni cōtractu soluatur gabella, certè debet solui ex fideiussione. nam licet fideiussio non sit propriè contractus, tamen ratio statuti ponderanda est, maximè vbi verbum potest habere strictam & largam significationem: quia ratio est mens & medulla statuti: & essentialiter (vt ipse loquitur) idem est mens statuti, quod ipsum statutum. l. nominis & rei. §. verbum ex legibus. ff. de ver. sign. & no. in l. cum tale. §. pen. ff. de cond. & demon. Cùm ergo ratio sit generalis, ergo & ipsum statutum. arg. l. in fraudem. §. vlt. ff. de mili. test. Hæc Bal. quod tamen Franc. Ripa ibi, col. 10. nu. 59. non admittit, licet sit in ea op. vt aliàs statuta loquentia de cōtractibus habeant locum in fideiussione, vbi est eadem ratio. Ad id autem, quod dicit Bal. de mente statuti, adde quæ latè diximus in repet. l. si vnquam. in verbo, libertis, nu. 45. quorum sententia. & seq.

106 *Fideiussio est contractus.*
 ¶ Quid, quod idem Bal. consi. 428. si fideiussor vnus, lib. 2. & iterum consil. 100. Petrus fideiussit, lib. 4. tradit, quod, si sit statutū, vt ex cōtractu vnus ex sociis, quilibet eorum teneatur in solidum, si quis sociorum fideiussit, alij in solidum tenentur ex huiusmodi statuto. Nam vt dicit primo loco, fideiussio contractus est largo modo, vt not. Doct. in l. i. ff. si cer. pet. Secundo autè loco dicit simpliciter, quod fideiussio contractus est. Nam cōtractus dicitur omnis conuentio: vt no in l. i. ff. de actio. & oblig. Item si non esset cōtractus, fideiussor non obligaretur: quia obligatio non nisi ex quatuor proficiscitur, cōtractu, vel quasi, delicto, vel quasi. §. sequēs. Insti de oblig. Nihil autem horum hic conuenire potest, nisi contractus. Denique fideiussor obligatur ex stipulatione, quæ quidem est contractus stricti iuris. l. §. satisfactio. ff. de verb. obli. & l. blanditus. C. de fideiussor. & l. i. §. conuentionis. ff. de pactis. hæc ille: quamuis in casu, de quo in posteriori consil. loquitur, respondeat socios non teneri, ob alias quasdam speciales rationes.

107 *Alienare prohibitus non potest fideiubere pro alienante.*
 ¶ Sed & adde, quod qui non potest rem alienare, non potest etiam in cōtractu fideiubere pro alienante: vt voluit glo. in l. exceptiones, vbi Bal. id no. C. de euictio. quæ dicit nota. Iaf. in l. si ita quis. §. ea lege. col. vlt. ff. de verb. oblig. Adde (inquam) hanc rationem, quod si mulier posset fideiubere sine consensu mariti, facile fieret fraus huic consuetudini: vt quæ non posset contrahere, contrahentem subiiceret, pro eoque intercederet. Ideoque in simili glof. in Authen. si qua mulier. C. ad Senatufc. Velleian. dicit ob id prohibitum esse vxorem intercedere pro marito, quia est prohibita inter eos donatio: tanquam scilicet de facili fieret fraus prohibitioni donationis, per viam fideiussionis, vt ibi dicunt Doct. Quæ ratio hanc sententiam admodum iuuat: licet de veritate illius ibi disputetur: & eam optimè expendit Soci. consi. 23. circa prædictum, in fi. li. 4. Et vide, quæ in simili de hac fraude plenius dicemus infra in 10. q. Et in hanc sententiam, vt scilicet in casu huius nostri statuti vel consuetudinis, non possit vxor fideiubere sine consensu mariti, est expressa lex Hispaniæ foro legū li. 3. tit. vlt. l. 14. vt etiã refert Io. Lup. in rep. rub. de do. inter vir. & vxor. §. 33. in princ.

108 *An uxor possit pignurare.*
 ¶ N O N O Q V A E R O, an possit mulier pignurare. Quod videtur per tex. in l. in quoru. ff. de pig. vbi qui prohibitus est emere, non propterea censetur esse prohibitus in pignus accipere. & ex eo dicit. glo. ibi, quod officialis, qui prohibetur contrahere cum subditis durante officio, non prohibetur pignus accipere. Sed & Bar. ibi dicit, id generale, cùm res non prohibetur alienari, sed rãtùm persona contrahere: trahitq; ad statuta prohibentia extraneos emere, vt per id non prohibeantur pignus accipere. Et propterea etiam dicit Bal. in l. vlt. col. 2. versic. secundò quæritur, & ibi etiam Saly. C. de rebus alien. non alien. quod per pactum de non acquirendo, non prohibetur pignus accipi, quia nõ est propriè acquisitio. l. si cum venditor. in prin. ff. de euc. nisi nõ esset spes luitionis. l. qui habebat. & ibi Dy. & Cy. ff. de leg. 3. cum aliis multis concord. in hoc vltimo dicto, à me collatis in tractatu Retractuum, in præfatione i. tit. nu. 36. & vt glo. relinquamus. Igitur si prohibitus emere, non prohibetur pignus accipere: consequens est, vt prohibitus vendere, non prohibeatur pignus dare, arg. illo à correlatiuis, siue reciprocis. l. vlt. & ibi Bar. Ange. & alij, C. de iudi. vidu. cum multis concord. à me cumulatis in dicto tractatu Retracta. in tit. i. §. i. glof. 9. nu. 169. verùm ego, & sequenti. Præterea habemus in l. si pupillorum. §. si Prætor, ff. de rebus eorum. quod si Prætor tutoribus permiserit vendere, non poterunt illi pignurare, nec è diuerso, tanquam scilicet vnus permissio non extendatur ad alterum: ergo nec vnus quoque prohibitio, argu. illo à contrariis, quod in iure validissimū est. Et alium text. expressiorem in l. codicillis. §. instituto. ff. de legat. 2. vbi prohibitus simpliciter vendere, non censetur prohibitus pignurare, quem ad hoc expendit Barb. in rub. de rebus eccle. non alien. col. 15. versi. sextodecimò non habet locū, ibi, ego de hoc adduco. Et ideo Bart. Chaff. super simili consuetudine, in Commen. consuetud. Burgundiæ ritul. des droit & appart. à gens mariez, §. l. in verbo, contraulex entre vifz, tenuerat in prima sua editione, mulierem posse liberè. id est, sine consensu mariti pignus dare, & accipere.

109 *De eadem re.*
 ¶ Sed ego contrarium etiam in prima mea editione tenueram, vt & nunc quoque teneo, ob id potissimū, quod vt supra, sæpius diximus, & plenius infra dicemus, statutum hoc est fauorabile. Et in fauorabilibus prohibita alienatione, & pignus quoque prohibitū dabet censerī, per tex. & glof. in d. l. vlt. de reb. alie. non alien. vbi & hoc tenet expressim Bal. & idem Bal. in l. manumissiones. ff. de iusti. & iur. & in l. voluntas. C. de fideic. & consi. 218 præsupposito statuto, in i. dubio, lib. i. cum cōcor. adductis per Fel. in c. vlt. col. antep. extrâ de accus. & Iaf. in l. vlt. col. 25. versi. & quid e contra.

cum

cum multis seq. C. de iure emphyt. Et bene facit tex. in l. i. §. eam rem. ff. quæ res pig. obli. pos. cuius hæc verba sunt: eam rem cùm quis emere non potest, iure pignori accipere non potest. Præterea, quoniam pignus, & fideiussio, in qua (vt diximus & probauimus) hæc cōsuetudo procedit, æquo iure procedunt. l. fideiussor. §. vlt. vbi hoc not. Angel. ff. de constit. pecu.

110 *De eadem re.*
 ¶ Deinde, quia pignus accedit obligationi, & contractui, ratione cuius constitutū est: idèd quem admodum prohibita est obligatio & contractus, ita & pignus eius accessoriū, videri debet prohibitum. l. non dubiū. C. de legib. cum si. Nam & hinc videmus, quod si contractus principalis non valet, nec accessoria quoq; illius, glo. in l. si patronus. §. patronū. ff. si quid in frau. patro. & diximus latissimè in nostro tract. de iure Constit. in 3. parte, in 7. limit. prope per totam eam limitationem. Item quia ratio huius cōsuetudinis, quam vnica esse iam diximus, militat in pignore, vt in contractibus: idèd; & hæc consuetudo debet procedere in pignoribus, per id, quod latè probauimus supra in 1. q. Et ad hoc bene facit, quod ab Iaf. latè scriptum est, in l. principalibus. col. 3. versi. vltra alios. ff. si cer. pet. vbi in eo dubio, de quo supra aliquid diximus, an officialis, qui prohibetur acquirere, prohibeatur & pignus accipere, post multa hinc inde allegata, tandem in hoc manet, vt non possit pignus accipere eius contractus, quem & ipse durate officio fecit, cùm sit eadem vtriusque ratio. De quo & tu vide Augu. Beroi. in c. nulli. col. 10. versi. quæro vltius. de reb. eccle. nõ alien.

111 *De eadem re.*
 ¶ Denique, quia verisimile est statuētēs, si interrogati fuissent, idèd de pignoribus fuisse statutores, quod de contractibus: idèd idem censerī debet, ac si id expressim statutū fuisset, per not. in l. tale pactū. §. vlt. ff. de pactis, cum multis si. à me adductis. in repe. l. si vnquam. in prin. nu. 56. incip. inter tam multa. C. de reuo. donat. Et ita quoque tenuit Chaff. vbi supra, nu. 19. in fi. in aliis post meam editionibus. & similiter Arnol. Ferrò. consiliarius Burdiga. in cōmentariis consuetudinū eius loci, tit. 1. §. 2. Quem librum (vt id obiter dicam) & lego & cito, si quādo locus se offert: quod & antea semper fecimus, quā potuimus honorificentissimè, aliquot locis tamen à Ferrono dissentientes, sed mitissimè pro nostra modestia, neque tam seuerè fortassè, quā oportuit, aut res ipsa expostulauit. Iterim autem cùm hanc nostram postremam editionem ad prelum adornarem, allatus est nobis libellulus cuiusdam Claudij Digni nomine inscriptus, cui titulus est, Collatio locorum, quibus Ferronus & Tiraquellus dissentiant: quemquidè cùm raptim deuorasssem, persuasimus statim nobis bona fide, ab audaculo quopiā homine emissum, eo studio, vt hinc suo nomini alioqui ignoto & obscuro, aliquid lucis & gloriæ adiceret: indignus tamè, qui de nobis & loqueretur & sententiā ferret, multo indignior ex digno postea factus. Ego verò cùm in ea opinione me obfirmassem, nihil faciens, & iam propè oblitus nugæ leuissimi hominis: ecce audio à fide dignissimis eum librū à Ferrono contextum, & falso aut certe mutuato nomine editū, ea sola occasione, quod ab eo dissensissem, quod ille in animum induxisset, meam illam contradictionē eius existimationi detrahere, aut certè ei velut tenebras offundere posse. Vix credidi fieri potuisse, Ferronū, quem ex auditu & candidū & probum sciebam, in eam versutiā, aut veriùs περιεργίαν potuisse incidere, cùm de his prima quaque occasione, aut librorum eius (si quos parturit) editione queri cōmodius & apertius potuisset. Sed & id tandem mihi sanctioribus testimoniis confirmatum est, & multò magis fidem fecit phrasis libelli, quæ Ferronum plane redoler, vt diligens Lector facile deprehendere poterit. Quam rem infensè (vt par erat) præsertim ab amico viro & graui, tulimus. Et certè nunquam in animo habueram, de Ferrono aut male aut frigide sentire, & loqui, quod etiam illæ nostræ citationes, & frequēs libri eius cōmendatio, demonstrant: ex quibus etiam (nisi blandiantur non postremæ eruditionis viri eius collegæ, quod certè faciunt) plus dignitatis & ornameti, quàm ex ipso opere, Ferrono accessit. Quod arrogatè dictū nolim. Id enim ego neque mihi tribuo, neque omnino agnosco. Sed audies præterea Lector, in hac re aliquid, quod tibi videbitur indignissimum. Nam cùm dubitaret Ferronus, ne is liber ad nos perferretur, atque in manus nostras perueniret, vt pote qui nondum è Burdigala (vbi excussus fuit, non Lemouicis, vt audio) huc fuisset allatus, scilicet tam vendibilis liber, curauit ille, imò mandauit, vt mihi offerretur: quod factum est, fortè redeunti è Senatu: sic occupato, & aliis negotiis distracto, vt neque hominè alioqui incognitū qui mihi librum obtulit, tunc videre, neque quo nomine offerretur, rescire poterim. Sic enim velociter se homo è meo cōspectu surripuit (quod nõ ferè solèt, qui aucupadè gratiæ aut cōmendationis studio aliquid offerunt) cum librū in manibus accepissem, vt facile cōiecerim, id ex composito factum à Ferrono, vt me perbelli illius libri commonefaceret. Sed fui in istis longior, quàm par fuit, pergo ad cætera, plura nominatim de omnibus dicturus, cùm dabitur.

112 *An possit uxor cōfiteri.*
 ¶ D E C I M O Q V A E R O, an poterit mulier sine cōsensu mariti cōfiteri, & an valeat eius confessio, Bar. in l. apud Iulianum. §. si pupillus. ff. ex quib. caus. in poss. eat. tenet, quod sic, quoniam per hoc propriè non contrahit, & in eadem opinione subobscurè fuit Ang. in l. i. C. de præscri. 30. an. cùm dicit quod si mulier sine mundualdo, aut consensu propinquorum, vendat, non seruata forma statuti, licet contractus sit nullus: tamen confessio de receptione pretij facta in instrumento, probat receptionem: quod dicit esse bene notādum, vt illum refert, licet in meo codice non reperi, & sequi videtur Alexand. in l. si ita stipulatus. §. Chryfogonus. col. 8. versi. item in quantum. ff. de verb. obli. & Iafon, qui & hoc reputat nota. in l. certi conditio. §. si nummos. col. 6. versi. adde quod pro confirmatione. ff. si cer. pet. vbi tamen de hoc dubitanter loquitur.

113 *De eadem re.*
 ¶ Sed & ego quoque super hoc multum dubitarem, tum propter rationes, quas adduximus in 1. q. quæ

quæ & in confessione procedunt, sicuti & in distractu, de quo ibi loquimur: tum quoque, quoniam etiam hæc consuetudo procedit in quasi contractu, ut dicemus paulò post. Tum item, quoniam per confessiones, quas quotidie faciunt mulieres, fieret facile fraus huic nostræ consuetudini, per quam, ut diximus, donare non possunt: idè nec cõfiteri, nisi saltè de causa confessionis cõstaret, per not. in l. qui testamentum. ff. de proba. & l. cum quis decedès. §. Titia honestissima. ff. de lega. 3. & per Bart. in l. si fortè. ff. de castr. pecu. cum concord. quas tibi latè concessimus in rep. d. l. si vnquam. in verbo, donatione largitus, num. 87. incip. tertia declaratio, cum multis seq. vbi confessio eius qui donare non potest, videtur facta in fraude, nec probat, etiam si iurata fuerit.

114 *Confessionem vim donationis habere.*
¶ Nam & confessio vim donationis obtinet. l. Campanus. ff. de oper. liber. & l. quidam in iure. ff. de donat. & l. voluit. ff. de interrog. act. & l. si quis delegauerit. ff. de noua. & voluit Bal. qui & alia allegat, in l. confessionibus. col. 2. vers. si autem confitetur. ff. de interrog. act. Quamquam scio plurimos in ea esse sententia, ut confessio non exigat insinuationem, ut alia donatio: quos, si libet, videre poteris in nostra repet. l. si vnquam. in verbo, donatione largitus, in 23. q. & præter illos Bal. in d. l. quidam. ff. de donat. & Petr. Ferrar. in tit. forma libelli. quo agitur pro donati. in verbo, solenniter, col. 3. vers. rursus queritur. Sed illud vix recipere, propter ea quæ diximus.

115 *De eadem re.*
¶ Nam & in hoc nostro casu, si aliter diceremus, de facili eluderetur hæc nostra consuetudo: cum tamè illa debeat interpretari, ne sit ludibrio. l. vlt. §. vbi autè puertis. C. de bonis quæ libe. & l. vlt. §. vlt. C. de vsur. rei iudic. & c. commissæ de elect. lib. 6. Quo genere argumenti vtitur Bal. cõsi. 254. in quæstione prædicta, vers. præterea cauendū, li. 4. Quod etiam procedit in constitutione pœnali, ut scilicet extèdatur, ne aliàs sit illusoria, & inutilis, ex sententia gl. in c. quamquam in verbo, aliter facta, quæ est vlt. gl. de vsur. li. 6. quæ dicit eam constitutionè reprobantem testamèta vsurariorū aliter facta, quàm ibi statuitur, trahi ad codicillos: licèt ea sit pœnalis, & codicilli propriè nõ veniāt appellatione testamètorū. l. si idem. C. de codicil. Quoniam (inquit) aliter esset facile eam constitutionem eludere. Et ibi eam sequuntur Guliel. Gar. Io. Mona. Archi. Ioan. And. & Domi. & illam quoque ad hoc expendit Ias. in l. i. in prin. col. 3. vers. secūdò quia in isto. ff. de verb. oblig. & Philip. Dec. qui illà dicit not. in l. non videtur, §. in pœnalibus. col. 2. vers. tertio regula fallit. ff. de reg. iur. & cõsi. 196. in casu proposito, col. 1. vbi etiam ex hoc dicit, quòd in materia odiosa sit lata interpretatio, ne fiat fraus legi, aut statuto, & Anton. Burg. qui illam dicit singul. in cap. ad nostram. col. 3. vers. secunda ratio, extrà de empt. & vendit. Sed est ei similis in cle. 1. in verbo, sepelire, de sepul. trahens eum text. punientem sepelientes corpora sceneratorum, ad eos qui funebri pompæ interfunt, ne ea, ut dicit, constitutio sit ludibrio. Et facit text. not. in l. i. §. pecuniam. ff. de calum. quem ad id pro not. citat. Ant. in sua disputat. incip. Bononiensis. Socin. in l. Gallus. §. videndum. col. 2. in fin. ff. de liberis & posthu. & alius text. in c. si ciuitas. de senten. excom. li. 6. quem ad hoc not. Pan. in cap. vlt. ad fin. de præbend. & Ludo. Gozad. cõsi. 5. an in quæstione, col. 2. num. 6. ad fin.

116 *Confiteri non potest qui obligari non potest.*
¶ Hincque omnes vbiq; tenet, quòd prohibitus alienare, vel se obligare, non potest alienationem aut obligationè cõfiteri, siue confitèdo ei alienationi vel obligationi causam præbere. Bal. in c. vlt. col. 2. vers. in contrariū, extrà de confes. per l. cum hi. §. sed cum his. ff. de trasact. idem Bal. cõsi. 496. tenore literarū, col. vlt. li. 1. per l. cum quis decedès. §. codicillis. ff. de leg. 3. Et quia cõfessio (ut subdit) tendit ad eundè finem: vnde sicut filiusfa. non potest se obligare in mutuo, ita nec confiteri. Et idem (inquit) de cæteris personis. & Ioan. Fab. in l. clarū. col. vlt. C. de autorit. præstan. & Card. & Flo. loquens de prælato, cõsi. 71. seriatim. col. pe. vers. dico tamè. Et id quidè admodū rationale est, ne (ut dicit Bal. in d. c. vlt.) quòd vna via prohibetur, alia via, quæ ad eundè finem tendit, permittatur. Nam & eadè ratione fieri videmus, ut creditores possint reuocare confessionè debitorum, æquè ac alienationè. l. nam posteaquam. §. sed & si quis. ff. de iureiu. & l. si cui. C. de non num. pecu. & voluit Bal. in l. qua ætate. col. pe. vers. quid de creditoribus. ff. de interro. acti. vbi & idem dicit de quocunque, qui potest adesse, ne colludatur, ut dicit no. in l. si suspecta. ff. de inoff. testam.

117 *Confessio appellatione contractus cõtinetur.*
¶ Sed quid plura: cum appellatione contractus, de quo loquitur nostra consuetudo, possit & confessio compræhendi, ut satis probatur ex tex. in c. 2. in prin. de reb. eccles. non alie. quem in id not. Domi. & Phil. Fran. vterque in princ. qui & id trahunt ad statuta, quæ disponunt, quòd de quolibet contractu soluatur gabella: ut videantur includere confessionem: quod è magis mirum est, quòd huiusmodi statuta sunt admodum odiosa, ut iam sæpius diximus, & idèd quantū maximè fieri potest, restringenda. At consuetudo nostra è contrario multum fauorabilis est, ut & sæpius quoque diximus, & dicemus postea latius.

118 *Respondet ad contraria.*
¶ Quòd autem Bart. & alij supra in priori parte huius quæstionis, dicunt mulierem prohibitam contrahere sine consensu proximorum, posse tamen sine eorum consensu confiteri, non mihi placet, propter rationes supra adductas: vti nec placuit Fran. Purpu. in d. l. certi condicatio. §. nummos. col. 11. vers. limitetis conclusionè. ff. si cert. pet. Quamquam etsi illud verum esset, tamen non posset habere locum in casu nostræ consuetudinis, quæ vxori admittit suorum bonorum administrationem, eamque omnino marito tribuit: & ita tribuit, ut suos faciat fructus eorum bonorum, possitque liberè de illis, quod libuerit, facere, vti de mobilibus. Ideoque confessio vxoris magis esset in præiudicium mariti, quàm ipsius vxoris. Propterea sumus extra casum ipsius Bar. & asseclatum: & ita quoque in nostro casu, ut scilicet vxor non possit confiteri sine autoritate mariti, tenuit Ferro. in Comment. Consuetud. Burdig. tit. 1. §. 2.

119 *Vndecimo* quæro, an mulier poterit adire hæreditatem, aut aliàs quasi contrahere. Nam qui adit hæreditatem, quasi contrahit. l. apud Iulianum. ff. ex quib. caus. in poss. eat. Et certè Bart. ibi dicit, quòd stante statuto, ut mulier non possit contrahere sine consensu consanguineorum, poterit sine illis hæreditatem adire: cum non sit propriè contrahere, & statuta debeant accipi in propria significatione. Quod & idem voluit Bal. in l. j. in prin. ff. de contra. iudi. tut. & in l. mutum. & ibi quoque Angel. Imo. Raph. Co. Alex. & Franc. Arret. ff. de acquir. hered. idem Ange. Imo. Raph. Co. Christo. Cotel. & Alex. in l. more. co. tit. ipse Ange. cõsi. cccxvij. statutum quòd mulier. Pano. in cap. qua fronte. col. j. de appel. vbi id dicit notandum. & in cap. cum ecclesia. col. ij. vers. ex quo not. de immu. eccle. & cõsi. lxxj. quinque dubia, col. ij. vers. sed his non ob. lib. 1. Fulgos. cõsil. xcviij. visis petitionibus, col. ij. vers. cum eis Mathesa. not. clxviij. nota quòd hæc differentia. Ange. Arret. in §. neque. col. ij. Instit. de autori. tut. & in §. omnium. col. iij. vers. & sic etiam facit. & ibi etiam Ludo. Gomes. col. vij. vers. sed maior est. Instit. de actio. Alex. in l. si quis mihi bona. §. vlti. ff. de acquir. hered. & cõsi. lxxvj. visis dubitationibus, col. iij. vers. præterea. imò talis contractus. lib. 5. & cõsi. ccvij. ponderatis, col. ij. lib. 6. Philip. Corn. cõsi. cccxxvij. dictos actores, col. ij. vers. videndum est. Laur. Calca. cõsi. omnium j. viso consilio, col. xiiij. vers. facit etiam ad hoc. & iterum cõsi. lxxiiij. quòd dictis filiabus, col. x. vers. & ita est in casu nostro. Ias. qui hanc dicit esse communem opi. in l. possideri. in prin. col. ij. vers. tertio ad idem. ff. de acquir. poss. Anto. Nico. in concord. contrarietatum. Bart. concor. ij. Fran. Rip. in rub. de caus. posses. & propriet. col. vij. vers. secundò infertur. & Alciat. in d. l. Labeo. in verbo, actum. ff. de verbor. signific.

120 ¶ Et generaliter, quòd statuta loquentia in contractibus, non habeant locum in quasi cõtractibus, tenet Alberi. post Dy. in j. parte statutorum, quæst. 100. incip. item quæro an statuta. vbi specialiter loquitur, & generaliter de quasi contractibus. & Ang. cõsil. cccij. visis & diligenter inspectis, col. 1. & Alex. cõsi. viij. visis subtilissimis disputationibus, in fi. lib. 3. vbi dicit, quòd statutum loquens de debito ex contractu, non procedit in debito ex quasi contractu. Quod & voluit Philip. Corn. cõsi. xx. licet in præfenti, col. j. & iterū col. vlt. lib. 1. dum dicit, quòd statutū inducens præscriptionem debiti ex contractu, nõ procedit in debito ex quasi cõtractu. & Fran. Are. in l. si tibi pecuniã. in iij. no. ff. si cer. pet. vbi per hoc dicit, quòd statutū de soluèda gabella ex quolibet cõtractu, non habet locum in quasi cõtractu. quod & idem dicit Firmia. in traè. gabellarū, in iij. q. viij. q. princ.

121 ¶ Et pro hac quidem parte facit, quòd etiam de iure communi, loquètes leges de contractu, non procedunt in quasi cõtractu. Quod planè constat ex tex. in l. j. §. omnes. ff. de iudi. iuncta l. de eo. co. tit. nam in primo loco legati domū reuocant, nisi contraxerint, vbi conueniuntur. in secundo verò non prohibentur reuocare, licèt hæreditatè adierint. Et est tex. qui nostro casui propius accedit, in l. j. §. tutores. vers. & si iure. ff. de falsis. vbi si interdicitur à lege contractus, non propterea prohibetur hæreditatis aditio. Nam appellatione contractus non venit quasi contractus, nisi largissimè, ut dicit glo. in c. vlt. in verbo, seu cõtractus, & ibi Pano. extrà de fo. compe. Et si hoc procedit in legibus, quæ si loquantur de cõtractu, non procedunt in quasi cõtractu: multò magis id obtinet in statutis, quæ strictè & propriè sunt intelligèda. l. j. §. is qui nauem. ff. de exercito. cum si.

122 ¶ Ad hæc, quasi cõtractus, dicitur esse quædam mista species: ut colligitur ex glo. in d. §. omnium. Instit. de actio. & tenent recentiores, in l. ij. ff. de verbo. oblig. & in l. ij. ff. de legat. j. per ea, quæ not. in l. j. ff. de actio. & oblig. Sed in statutis sub simplicibus mista non compræhenduntur, ex sententia Bar. in l. certi condicatio. ff. si cert. pet. & Bal. in l. omnes populi. col. vij. vers. item si statutum dicit. ff. de iusti. & iure. cum aliis multis concord. à me adductis supra in hac eadem glo. in iij. quæst. num. 70. & hæc maximè. Vnde consequens est, ut quasi contractus, veluti species mista, nõ compræhendatur sub hoc nostro statuto, seu consuetudine loquente de contractibus.

123 ¶ Nam & videmus in re nõ ab simili, quòd quasi possessio, cuiusmodi est in iuribus siue rebus incorporalibus, cum nõ sit propriè possessio, sed veluti res quæpiã distincta & separata, non cõpræhenditur in statuto loquente simpliciter de possessione. Hoc enim magna autoritate affirmat Ant. in rep. c. vlt. col. ij. vers. venio ad primum, extrà de cau. pos. & propri. & Alex. in l. possideri, in prin. in j. not. ff. de acq. pos. & ibi quoque Ias. ille recentiorū coryphæus, col. ij. & iij. hac ratione motus quã iam diximus, quòd statuta debent propriè intelligi. & Caro. Ruin. in rub. eiusdem tit. col. vlti.

124 ¶ Præterea si statutum hoc intelligimus, ut mulier sine consensu viri non teneatur ex quasi cõtractu: id futurum est, ut si indebitum receperit: ex quo & quasi contractus oritur. §. item is cui. Instit. de obli. quæ ex quasi contract. nasc. aut si quispiam mulieris negotia administrauerit, & in eã rem pecunias impenderit, vnde mulier fuerit facta locupletior: ex quo etiam oritur obligatio ex quasi cõtractu, co. tit. §. igitur cum quis. non tamen tenebitur mulier reddere: quod absurdissimū est, & propterea omnino reiiciendū. l. obseruare. §. vlt. ff. de offic. Proc. & l. nam absurdum. de bon. libe. & c. quemadmodum, extrà de iureiu. cum sim. Ex quo etiam Bal. in l. j. in prin. C. de contrar. iudi. tutel. tradit, quòd stante statuto, ut filiusfa. non obligetur sine autoritate patris, si tamen quis gessit negotia filiusfa. sine autoritate patris illius, potest agere negotiorum gestorum: quia illa autoritas (inquit) non desideratur in quasi contractibus, per illum text. quod dicit bene not.

125 ¶ Contrarium tamen, videlicet quòd mulier ex statuto prohibita contrahere sine consensu proximorum, non possit hæreditatem adire, aut aliàs quasi contrahere sine ea solennitate statuti, tenet Bart. in d. l. more. ff. de acquir. hered. & expressius in d. l. mutum, cod. tit. & ibi Paul. Castr. col. ij.

qui dicit hanc opi. vidisse se feruari de facto. & ibi quoque Rom. qui adducit rationem, quam supra adduximus de vnica ratione huius statuti. & idem Ro. consi. xij. viso facto proposito, ad fi. & consi. cclxxx. repetito consi. cccxciiij. præsupposito quod viua voce, col. j. versu. accedit quod not. vbi & eam quoque rationem adducit Raph. Co. in suo eleganti consi. clxxvj. statuto Papien. alter Raph. Fulg. consi. lxxv. ex facto proponitur, col. ij. iunctis seq. vsque ad fi. Steph. Fede. vir maximi optimiq; iudicij, in lib. de legu interpretatione, char. ij. versu. vnde inferunt Doc. Alex. in addi. Bar. in d. l. apud Iulianum. §. si pupillus. ff. qui. ex cau. in pos. eat. Ang. Aret. in §. hæres quoque, col. j. Inffit. de oblig. quæ ex qua. contract. nasc. vbi addunt alias, & quidem optimas rationes. Barb. in c. 2. col. xvj. sub num. 32. de consue. dum allegat Bar. in d. l. more. & rursus in d. c. vlt. de for. compe. & in cle. auditor, ante fi. de resc. Bal. quem Nouellum appellant, in repe. rub. ff. de verb. obli. col. pen. vbi id dicit verisimum. Laur. Calc. sibi contrarius, cons. xvij. pro parte hospitalis. col. iij. versu. vnde decimò, hoc probatur, & iterum cõsi. xxv. Titius nobilis, ad fi. Ant. Rosel. in superscriptione illius consi. etiam paulò ante fin. Iaf. latè in l. Barbarius. col. ij. ff. de offi. Præto. & in l. si vnus. §. pactus ne peteret. col. ix. versu. sextò facit. ff. de pact. & in l. siue apud acta. col. ij. versu. secundò moueor. C. de tranfact. vbi dicit quòd pluries hanc opi. defendit. & in d. l. more. col. iij. versu. nota ex isto textu. ff. de acqui. hæred. vbi dicit hanc opi. semper sibi visam fuisse veriore in puncto iuris, licet alia sit communior, sitq; durum ab ea recedere in iudicando & consulendo. & in d. §. omniũ. col. vij. versu. & per hoc infert. Insti. de acti. & Io. Campe. in tract. dotium, in v. part. q. cvij. & Io. Lup. in rep. rub. de donat. inter vir. & vxor. §. lxxvij. col. ij. versu. & hinc est, quòd stante statuto. & Ferro. in commentariis Consuet. Burdig. titu. j. §. ij. Ex quibus vides hanc opi. esse communiorem, quicquid dixerit Iaf. in d. l. possideri. ff. de acqui. poss. Videsq; etiam ipsos Bart. vtrosque Rapha. Alex. Angel. Aret. Laur. Calca. & Iaf. ipsum, & omnes quidem non vno in loco sibi in ea re contrarios fuisse.

¶ Et in hanc partem adduci possunt multi text. qui quasi contractum appellant simpliciter cõtractum, vt l. interdum. §. vlt. ff. de iudi. & l. fed. & cum aliquis. ff. de neg. gest. qui loquuntur de gestione negotiorũ, quæ haud dubie quasi contractus est. & l. vlt. ff. in quib. caus. pig. vel hypo. taci. contr. & l. ex contractibus. ff. de actio. & oblig. quæ loquuntur de tutela, quæ & ipsa quasi cõtractus est. & d. l. apud Iulianum. §. vlti. cum l. sequenti. & l. eandem rem. ff. de duob. reis, quæ loquuntur de aditione hæreditatis, in qua Doct. supra pro vtraque parte citati, maxima ex parte loquuntur.

¶ Et videmus quoque illam glo. in c. vlt. de foro compet. quæ dicit, vt supra diximus, & Pan. post eam, quasi contractum, largissimè contractum dici: trahere tamen constitutionem illius c. loquentem de foro ratione contractus ad quasi contractum. Et Barr. in authen. sacramenta puberum, C. si aduer. vendit. trahere eandem authen. (quæ alias est, vt etiam supra diximus, iuris cõmunis correctoria) loquentem de contractu, ad quasi contractum, scilicet ad iudicium: cum aliis, quos tibi adferam infra hac eadem glo. nu. 208. incip. sed & videmus. Et Petr. Anchar. in c. Romana. §. contrahentes, de for. compet. dicentem eum text. qui etiam loquitur in contractu, habere locum & in quasi contractu. In quo ei conuenit cum gloss. & Panor. in d. c. vlt. de for. compet. Et id regulare esse in omnibus casibus tradit Franc. Aret. in l. impossibilis. col. j. ff. de verb. oblig.

¶ Quòd si quispiam dicat, id verum esse, vt videlicet appellatione contractus veniat quasi contractus, sed tamen largè & impropiè, vt omnes fatentur, & ego quoque recipio: tamen id satis mihi est, vt statutum nostrũ intelligatur de quasi contractu, per rationem supra à me adductam in prima quæst. quam & in hanc rem adducit Ro. in d. l. mutum. & in d. consi. cclxxx. & in omnibus ferè locis supra citatis: quoniam videlicet vnica ratio huius statuti adduci potest, scilicet vt consulatur fragilitati mulierum, idèò pro expressa habetur, potestq; ea trahi saltem ad causam, quæ impropiè & largè continetur sub casu expresso, vt latè deduximus in d. j. q. Cui quidem rationi nititur Ale. in d. l. mutum respondere, & probare non eandem esse rationem in aditione hæreditatis, quæ in contractu: sed illius conatus alacriter refellit, hancq; postremam opi. luculenter confirmat & defendit Iason, què omnino videbis (neque enim huc omnia transferre voluimus) in d. l. Barbarius.

¶ Fateor tamen, quòd aliàs vbi non esset eadem ratio in contractu, & in quasi contractu, certè dispositio loquens in vno, nõ procederet in altero: & ob id certè dispositio d. l. ij. §. omnes. ff. de iudi. loquens in contractu, non procedit in aditione hæreditatis, vt est text. in d. l. de eo. ff. de iud. quia, vt ibi dicit Bart. post antiquiores, diuersa est in vtroque ratio. Quòd si eadem esset ratio, secus esset, vt liquidò patet ex text. in d. l. interdum. §. vlti. ff. eod. vbi dispositio dicti §. omnes. procedit in negotiorum gestione, quæ & quasi contractus est: quoniam eadem est ratio in ea, vt in ceteris contractibus, vt dicunt Doctores in d. l. de eo. Et similiter in d. l. j. §. tutores. versu. sed & si iure. ff. de falsis. prohibitus contrahere, non prohibetur hæreditatem adire: quoniam in illo casu diuersa est vtriusque ratio: vt ostendit Raph. Co. d. consi. clxxvj. in fi. & ita non obstant prima contraria.

¶ Quòd autem supra dictum est ex multorum sententia, statutũ loquens de possessione nõ procedere in quasi possessione: sunt & plurimi, nec leuioris quidem autoritatis, qui contrariũ tenent, & in his glo. quam omnes sequuntur in l. si quis in tantam. in verbo, rerum, C. vnde vi. trahens illam constitutionem pœnalem, loquentem de possessione, ad quasi possessionem iurium. & Bal. in c. licet causam. in fi. de probat. vbi dicit, quòd statutum loquens de turbante possessionem, trahitur ad turbantem quasi possessionem, per tex. quem dicit not. in l. nam. & postea. §. item si iurauero. ff. de iureiu. quo in loco Iaf. col. vlt. in v. no. id dicit multũ not. cum id statutum sit pœnale, & Fran.

126 Quasi contr. uocatur contractus.

127 De eadem re.

128 Respondet ad contraria.

De eadem re.

De eadem re.

& Fran. Aret. in rub. ff. de acq. poss. col. vlt. versu. illud autem, & consi. xxx. viso themate, col. antepe.

131 ¶ Suntque, qui has contrarias opi. ita concord. Nam si in quasi possessione obtinet eadem ratio, quæ in possessione, tunc statutum loquens de possessione, habet locum & in quasi possessione, aliàs secus. Ita enim voluit Socin. vir acerrimi iudicij, in d. l. possideri. in princ. ff. de acquir. poss. & idem propè Fran. Rip. in rub. extrà de cau. poss. & propri. col. vij. vbi supra citauimus, & Alciar. in lib. 2. de verbo. signifi. char. ix. quo loco tractat de limitatoria dispositione. Hic autem constat eandem esse rationem in vtroque, & contractu, & quasi contractu: nempe, vt succurratur mulierum imbecillitati, vt diximus: ergo idem ius statuendum est.

132 ¶ Ad absurdum verò nouissimè inductum, illud respondendum est, huiusmodi statutũ esse intelligendum in quasi cõtractu, in quo propositum mulieris principaliter, aut saltem consequenter ad obligationem tendit: vbi verò mulier nec principaliter, nec etiã consequenter se intendit obligare, sed sola naturali ratione obligatur, tunc ne cum alterius iactura locupletetur, hoc casu cessat statutũ. Nam iuris est regula, vt qui obligari non potest, teneatur tamen, siue is sit pupillus, siue alius, quatenus locupletior factus est. l. naturaliter. §. vlt. cum l. seq. ff. de condi. indeb. & l. ij. §. pupillus, & l. si pupilli. in prin. ff. de nego. gest. & l. eatenus. ff. de instir. actio. & l. j. §. an in pupillum. ff. depo. & l. furiosus. ff. de acti. & oblig. & l. pupillus. in prin. & iterum §. j. ff. de auto. tuto. & l. iij. in prin. ff. commo. & l. si pupilli. ff. de solu. & l. quamuis. §. vlt. ff. ad Senatufc. Velleia. & l. vlt. C. de vsuca. pro empr. Quod & in ecclesia quoque voluit glo. & Bar. in auth. qui res. C. de sacro. eccl. Bal. in liubemus. §. sanè. in prin. C. eo. tit. & in l. si prædium. in princ. C. de prædi. mino. Panor. in c. si quis presbyterorum, in fi. de reb. eccl. non alie. Alex. consi. iij. viso processu, col. j. lib. 3. Et ita soluit Raph. Co. in d. consi. clxxvj. in fin. vbi per hoc limitat hanc nostram conclusionem, quod imprimis notandum esse legentes moneo. Et hoc videtur intellexisse Bal. in d. l. j. in prin. ff. de cont. iudi. tutel. per tex. ibi. & Raph. in d. l. more. ff. de acqui. hære. & ibi Alex. tam in lect. quàm in addi. Bar. & rursus idem Alex. in d. l. mutum. in fi. ff. eo. tit. & in addi. Bart. in d. l. apud Iulianum. §. vlt. ff. qui. ex cau. in poss. eat. in versu. item si fieret locupletior, & Roma. consi. cccclij. visa principali constitutione.

133 ¶ Et per hoc quidem dici potest, quòd si aliquo statuto aut consuetudine mulier posset gerere tu telam filiorum, post contractas à se secundas nuprias, certè nõ posset eam assumere sine consensu mariti. Vt etiam expressim voluit in statuto requirente consensum propinquorum, in contractibus mulierum, Bal. ipse Nouellus in d. rub. de verb. oblig. col. pen. & ibi quoque Lancel. Gal. col. xxix. versu. item per hoc videtur, quod proximè accedit ad casum nostræ princ. quæst.

134 ¶ Illud postremò non prætermiserim, quod consuluit Sign. Homod. in casu magis dubio, in consi. clxiiij. statuto ciuitatis, quòd mulier prohibita se obligare sine consensu mariti, potest tamen hæreditatem adire, in qua sunt creditores, quibus ex aditione obligatur, iuxta d. l. more. & l. pupillum. & l. necessarius. ff. de acquir. hæred. & l. non enim. ff. ad Senatufc. Trebel. Quibus autem rationibus moueatur, frustra huc adscriberemus: tum quia illic omnibus videre promptum est, tum quia huc parum pertinent, vbi non de obligatione, sed cõtractu loquimur: tum postremò, quia ab omnibus fermè ea sententia non admittitur, vt plenè no. ab omnibus in d. l. more. & in d. l. mutũ. & Raph. Co. d. consi. clxxvj. Ange. Aret. in §. hæres quoque. in princ. Instir. de obligat. quæ ex qua. contract. nasc. & in d. §. omnium. & ibi Iaf. Instir. de actio. Alex. consi. cccxxxiiij. puto, col. j. versu. hoc ergo, lib. 6. & Soci. consi. cxij. multũ abundè, col. vj. in iij. dubio, lib. 1. quod reperitur consi. clxxij. lib. 2. & Mathes. d. no. clxvij. & Io. Roger. Mota. in rep. l. hæres absens. §. si quis tutelam. nu. 12. ff. de iudi.

135 ¶ Sed illud tantũ dixerim, omnes ipsius Sign. rationes in id recurrere, vt ostendat obligationem, quæ ex aditione contrahitur non esse actum principalem, sed tantũ consecutiũ, vt nostri loquuntur, quia scilicet venit in consequentiam ipsius aditionis: proindeq; non esse considerandũ, per l. j. ff. de auto. tuto. cum aliis multis si. ab eo adductis. Et in eadem sententia, ob eandem rationem, fuit in eodem quoque casu Barba. qui nullam illius mentionem facit, consil. v. bene etenim. col. v. versu. ad aliud dubium, lib. 3. & ante illum Ang. cuius etiam Barb. non meminit, vti nec ipse Ang. Sign. d. consi. cccxvij. supra citato, & in d. l. mutũ. vbi dicit ita se obtinuisse in ea causa, in qua consuluerat. Quæ ratio, si quid habet virium, posset dici & hic quoque obtinere, quasi aditio sit actus principalis, ex quo oritur quasi contractus, sicut & obligatio. Quid autè si hæreditas est opulenta, nullisq; legatis, aut debitis onerata, an tunc ad aditionem illius requiritur consensus mariti, aut alterius qui ex statuto interuenire debet: videbis ex his, quæ dicã infra in glo. viij. in verbo, De son mary, in 8. q. præsertim, nu. 59. incip. nec dissimile est. & iterũ nu. 77. inci. nec lōge abest, & seq.

136 ¶ D V O D E C I M O Q V A E R O, quid si mulier non contrahat, sed contrahenti consentiat, an id possit facere, non consentiente marito. Et nos quidem multa de hac re diximus in nostra repe. l. si vnquam. in verbo donatione largitus, in xxij. q. qua illud dissero, an ea lex habeat locũ in consentiente alienationi rei suæ: quæ nunc necesse est magna ex parte repetere, quoniã multa addituri, quæ commode ceteris detrahisti dici non possent. Videtur igitur vxor non prohiberi consentire contrahenti de re sua, licet ipsa contrahere non possit. Aliud enim est facere, aliud facienti consentire. l. si pater. §. vlt. ff. de manu. vindi. & l. si minor. la. j. eo. tit. Ex qua no. gl. quòd potest quis alij consentire, in eo quod quis per se facere non poterat. & ita illum rex. summat. vt cum nostris loquar, Bened. Plumb. qui non potest manumittere, potest manumittenti consentire. & l. aliud. ff. de reg. iur. & l. vlt. C. de pact. & l. iubemus. §. œconomus, C. de sacro. fan. eccl. & l. quidam decedens. §.

De eadem re.

De eadem re.

Pupillus, & ceteri qui obligari nõ possunt, obligantur, quatenus locupletiores facti sunt.

Vxor an possit assumere tutelam.

An mulier prohibita obligari, possit adire hæreditatem.

De eadem re.

An possit vxor alteri consentire contrahenti. Aliud facere aliud facienti consentire.

148 De eadem re.

cientibus,tit.de ali.feud.pat.& c.prætereà.& ibi Bald.& alij.tit.quib.mo.fe.u.amit. Et quod voluerunt glo.Iac.Ra.Cy.& cæteri in l.ij.C.fi quid in frau.pat.Iac.Bel.in ex.§.vlt.ad fi. & ibi Iac.Alua.in xxx.conclu.& Card.Alex.col.v.verfi.& sciendū.tit.quæ fuit pri.cau.bene.amit. Iac.Aret.Cy.& Bal.in l.dotalem fundum.ff.folu.mat.Bal.confil.xvj.facti euidencia,in fin.lib.i.& confi.cij.punctus super quo;lib.2.& confi.cccxix.matrimonium, in viij.eodemq; vlt.dubio.lib.4. Raph.Co.confil.xxxij. quidam ponamus B.& alter Raph.Fulgo.confil.ccxij.domina,col.vlt.Ro. confil.lxxxvij.circa id,de quo quæritur,col.j.& confi.cccclvij.circa propositum,col.ij.verfic.tertiò non est dubium.Pau.Caft.confil.lxxxij. quæstio ista vertitur,lib.2.& confi.cxc.vifa, col.ij.verfic. restat,co.lib.2.& confi.319.vifis & examinatis,col.vlt.co.lib.2.Ale.cõfi.184.vifo themate dicti Sylueftri,post prin.lib.2.& confi.cl.vifo themate & his,in fi.lib.7.Fran.Are.confil.ij.consultatio præmissa.Cor.cõfi.3.in præfenti,col.j.& iterū pe.lib.3.confil.xlj.videtur in hoc,col.pe.co.lib.3.& confil.144.licet in hac,col.ij.verfi.his tamē nō ob.co.lib.3.& Soc.confil.44.vifo testamēto,col.j.& iterū pe.lib.4.Iaf.in l.filiusfa.§.diui.col.x.verfi.octauò limi.ff.de leg.1.in ij.lec.Phil.Dec.confil.389.vifa longa ferie,col.4.& confil.543.in casu proposito,col.j.& Mathæ.Affl.Dec.Neap.112.inter dominā,ad fin.Albert.Bru.confil.80.circa primum,col.v.verfi. & quia considerata,& Doct.palsim & vbique.

149 Consentiens donationi rei sue, donare videtur.

Nam & videmus,quod qui consentit alij donanti,rem ipsam donare videtur.l. si liqueat. & ibi quoque Bal.in ij.no.C.de inoffi.donat.& voluit etiam Bart. per alia multa iura,in d.l. quæ dotis, col.ij.verfic.ij.pone.& ibi omnes post eum.ff.folu.matr.& in d.l.fi fundum.& ibi quoque Raph. Co.& cæteri,de legat.j.Paul.Castr.confil.cccxix.vifis & examinatis,col.vlt.lib.2.per l.in ædibus.§. quod filiusfa.ff.de dona.vbi est tex.optimus, & Mathæ.Affl.in tract.proto.col.xvij.verfi.decimò not.& alij vbique. Ex eoq; Bal.in d.l.fi liqueat.dicit insinuationem huiusmodi donationis factæ, consentiente domino,feri debere,tanquam factam ab ipso consentiente, non à donante. Quod & sequitur Fran.Aret.confil.cxxvij.eximie,col.ij.verfi.secundò hoc patet.& Alber.Bru. in reperiitorio statutorum,in verbo,insinuatio,col.ij.verfi.statutum dicit,quod insinuatio.

150 Consentiens alienationi rei sue, alienare videtur. An autē propriè.

Et semper aliàs,qui alienati consentit,& ipse alienare censetur,vt dicit Bal.in d.c.1.§.illud. verfi. quæro ergo.tit.de prohib.feud.ali.per Fede.Albe.in l.iubemus,in fi.C.ad S.C.Velleia. per text.in l.fi sic.ff.folu.mat.& d.l.in ædibus.§.quod si filiusfa.ff.de donat. & Ang.in lec.Flo.Fulg.Corne.& Iaf.in d.l.quoties ab omnibus.C.de fideicom. Et ita quidem, vt ipse id facere propriè censetur, atque si ipse fecisset,cùm consentiens est dominus rei,ex sententia Bald.in l.fi vt proponis.C.de ser.pign.dar.manu.per l.fi fundus.§.si nesciente.ff.de pig.Secus si non esset dominus,vt ipse subiungit,per d.l.fi pater.§.j.ff.de manu.vindic. Quam quidem differentiam,non obsecutè intellexit, ante eum Barto.in d.l.vlti.colum.j.C.de pactis. cùm dicit, quod qui actum per se facere non potest,nec facienti consentire potest,cùm haber plenum ius in re:aliàs secus, per illa eadem iura supra citata. Et hoc quoque voluit ipse Bart.confil.lxx.reuerendissime,vbi id dicit esse infallibile.

151 Respondet ad contraria.

Et ita possunt dilui,quæ adducta sunt pro parte contraria,vt scilicet procedant, quando consentiens nō est dominus rei,cuius alienationi consensum præstitit. Aut etiam dici potest,eadem procedere,cùm est diuersa ratio facientis & consentientis. Quod si eadem sit,eodem quoque iure procedunt,ita vt qui facere prohibetur, facienti quoque consentire prohibeatur: vt expressè voluerūt Bar.& Bal.in d.l.vlt.C.de pactis.idem Bal. qui & id trahit ad statuta,in l.filiusfa. in prin.col.j.ff.de procura.Salyc.in d.l.ij.C.fi aduer.donat. Petr.Anchar. confil.cccij. vifis & ponderatis, col.pen.verfi.non ob.secunda ratio.Soci.in d.l.Gallus.§.videndum.col.ij.verficu.circa primam. ff. de lib.& posth.& Philip.Dec.in d.l.aliud.ff.de reg.iur.& d.confil.dxlj.& Doctores vbique.

152 De eadem re.

Sed & illud quoque dici potest,quod diximus pro hac posteriori parte,vt scilicet,qui prohibeatur alienare,prohibeatur & consentire,haud dubiè id procedere,cùm quis prohibetur ratione inhabilitatis,aut etiam imbecillitatis consilij & intellectus,vt minor,& mulier:vt tenet Bart.post gl. in d.l.fi fundus.§.j.ff.de pignor.Bened.Plumb.in d.l.fi minor,cap.1.col.j.ff.de manu.vindic.Bald. confil.cccxxxj. quædam puella.col.j.verfi.tertiò præmitto,lib.3.Albert.in d.l.filiusfa. ff.ad S.C.Macedon.Fran.Aret.confil.lxvij.diligenter & maturè.col.ij.verfi.nec obstat prædictis.

153 De eadem re.

At hic in specie proposita nostræ consuetudinis omnia hæc concurrunt: nam ipsa mulier quæ consentit,est domina rei,cuius alienationi consensum præstat, estq; eadem ratio vtriusque: eadem parq; præiudicium, quantum ad iuris, & dominij amissionem: vt pote cùm ea consentiendo, æquè amittat dominium, & quoduis aliud ius, quod in ea re habet, ac alienando, vt supra latè probauimus. Et hic quidem est iuris effectus, quem vt dicit Barb. dicto confil.xlj. considerasse videtur hæc nostra consuetudo, interdicens mulieri rerum suarum alienatione sine consensu mariti, idque ob eiusdem imbecillitatem, ex multorum sentētia, vt sæpe diximus, & dicemus postea latius. Ex quo illud consequēs est, vt nec consentire possit alienationi, non magis quidē, quam alienare. Quamquam sunt & aliæ solutiones, quæ dari possunt ad contraria ex not. per Bart. & Fran.Aret.in d.l.vlti.C.de pactis. Bart.in d.l.fi fundus.§.j.de pigno.& d.confil.lxx.post prin.& Bened.Plumb.in d.l. si minor.la.j.ff.de manu.vindi.& Bal.in d.l. si vt proponis. C.de ser.pign.da.manu. & in l.ij.col.ij. verfic.secundò considerandum. C. qui accusat. poss. & d.confil.cxxxij.lib.1. & Philip.Deci.d.confil. cxxij.col.ij. verfic. quintò statutum, & ex his quæ dicam infra in glo.vij. in v. quæst.

154 An uxori potest

DECIMOTERTIO QUÆRO, an mulier poterit ex delicto se obligare, sine consensu mariti, id est, an, si deliquerit, delictum pro nullo censetur tanquam factum sine consensu mariti, vt ex

vt ex eo puniri non debeat ipsa mulier, saltem quātum ad bona ipsius vxoris. Hæc certè quæstio, nullo pacto dubia est in terminis nostræ consuetudinis, quæ de contractu loquitur. Nam aliud omnino est contractus, aliud delictū. Sed si nostra consuetudo loqueretur de obligatione, vt quia prohiberet, ne mulier obligaretur sine consensu mariti, posset satis appositè in quæstionē deduci, an si delinqueret, obligaretur. Nam ex delicto oritur obligatio. Hinc titu. Instit. de obliga. quæ ex delict. nasc. Sed tamen adhuc talis consuetudo intelligeretur in obligationibus ex contractu, vel quasi, non etiam ex delicto, vel quasi: ne delicta manerent impunita. Ita voluit Rapha. in l. more. & ibi Alex. tam in lectu. col. 5. quàm in addi. Bar. ff. de acqui. hære. & idem Alex. etiam in addi. Bar. in d.l. apud Iulianum. §. vlt. ff. quib. ex cau. in poss. eat. Mathes. qui id dicit perpetuò menti tenendum, not. 148. nota quod est differentia. in fi. & Iaf. in d.l. si vnus. §. pactus ne peteret. col. 9. verfic. sextò limita, & in d. §. omnium. col. 8. verfi. addo, quod ad hoc. Instit. de actio.

fit se ex delicto obligare sine consensu viri. Statuta de obligationi. non intelliguntur de his quæ sunt ex delicto.

Adducunt omnes, quod in simili videmus, prohibitiones legis vetantis minorem & prodigum se obligare, non trahi ad obligationem ex delicto, vel quasi, quin ipsi puniantur, si deliquerint, vt voluit gloss. in l. si quis in tantam. in 3. q. & ibi Barto. col. 3. verfic. quæro an dominus, & omnes ferè doctores. C. vnde vi. idem Bar. in l. is cui bonis. col. vlt. verfi. quæro nunquid prodigus delinquedo. & ibi quoque Pau. Castr. ad fi. Alex. col. 4. verfi. quærit etiam Iason. col. 8. verfic. secundò quærit. ff. de verb. oblig. idem Bart. in l. ad fi. & ibi Bal. col. 2. verfi. vltimò quæro. ff. de curato. furio. & Ang. in l. Fulcinius. §. aded. in fi. ff. ex quib. cau. in poss. eat. Pau. Castr. confil. 183. in causa quæ vertitur. col. vlti. verfic. nec obstat statutum, libr. 1. Alex. confil. 24. opportunè. col. 2. libr. 1. quod repetitur confil. 89. lib. 3. Philip. Dec. in l. furiosi. col. 2. verfic. & supra dicta. ff. de regu. iur. & Stepha. Bertran. confil. 248. donatio, nu. 8. verfi. etiam vt ibi dicit, libr. 1. & bene facit tex. citatus ab Alex. in d.l. apud Iulianum. & Iason in dicto §. omnium. qui illum dicit ad hoc optimum, vt certè est, in l. sed & si ex parte. §. quanquam. ff. quod cum eo.

Minor & prodigus an obligentur ex delicto.

Illud autem certum est, quod cùm alienatio prohibita est fauore alterius, tunc etiam quispiam delinquendo non alienat in præiudicium illius l. si finita. §. si de vectigalibus. & ibi Bar. col. vlt. ff. de dam. infect. & l. Statius. §. vlt. ff. de iur. fisci. & in l. quæcunque. ff. de bo. dam. & idem Bart. in d.l. si quis in tantam. vbi supra. C. vnde vi. vbi dicit se ita consuluiffe. & Bal. confil. 215. proponitur, in fi. lib. 2. Franc. Aret. confil. 14. vifo & diligenter, col. 4. verfi. sicut enim vassallus. Et id quidem optimis rationibus. Primum, quia nemo iure suo priuatur sine suo facto, aut culpa. Id quod nostrum. ff. de regu. iur. & c. quæ in ecclesiis. de constit. cum si. Deinde, quia pœna suos auctores tenet, nec ad alios progreditur. l. sancimus. C. de pœnis. & ibi concord. in gloss. Negari autem non potest, quin mulier contrahere non possit sine consensu mariti, partim fauore mariti, si non omnino: quia scilicet maritus constante matrimonio, facit fructus suos bonorum patrimonialium vxoris, potestque de eisdem, atque etiam de conquæstibus communibus, & mobilibus ad libitum disponere. Quamquam etiam negari non possit, id partim introductum fuisse, vt imbecillitati mulierum succurreretur, de quo dicemus latius infra in gloss. sequ. numer. 37. restat igitur, & sequentibus vsque ad fin. eius gloss. Et facit ad id, quod supra dictum est, id quod scribitur in l. res vxoris. C. de dona. inter vir. & vxor. virum delinquedo non præiudicare vxori, in reb. ei primum ab eo donatis, quanuis contrahendo potuiffet.

Prohibita alienatio in fauore alterius, delinques ei non præiudicat.

Et hinc potest dubitari, an mulier sine consensu viri committens delictum, quod pœnam confiscationis bonorum irrogat, confiscationi locum faciat. Nam præter ea quæ dicta sunt, qui alienare non potest, nec confiscare quoque potest, arg. illo de rebus ad personas, quod est validum. l. miles ita hæredem. in prin. ff. de testa. milit. cum simil. Bona enim, quæ alienari non possunt, nec eadem confiscari possunt. Bar. in d.l. si finita. §. si de vectigalibus, col. 2. verfi. quærit gloss. an idem, & ibi latius Alexand. qui alios citat, col. 9. verfi. & iuxta prædicta. ff. de dam. infect. & probatur in l. Imperator. in prin. ff. de fideic. lib. vbi Bar. eam ad hoc expendit. & plenè ipse Alex. confil. 23. opportunè consideratis. col. 2. verfi. fed præmissis non obstantibus, li. 1. & Carol. Ruin. confil. 24. quia copiosè, col. 4. nu. 10. lib. 1. Ego autem puto confiscationi locum esse, per ea quæ diximus de minore, & prodigo: sed fortè eam non auferre ius marito, quod in ipsis bonis habet constante matrimonio, per ea quæ diximus in præcedenti verfic.

An uxoris bona delinquentis infcio marito publicentur.

Nec illud interim omitam, quod si cui facta sit potestas alienandi, intelligitur vt alienatio fiat contrahendo, non delinquendo, vt not. voluit Bal. in c. 1. §. feudum. qui est pen. in 1. oppo. titu. si de feudo fuerit controuer. inter domi. & agna. per eum text. in quo feudum ita datum fuerat, vt ipse & hæredes, & quibus dederit, habeant, ex quo liberè poterat illud in quencunque alienare: tamen iisdem culpis id amittitur, quibus & aliud feudum: quoniam vt dicit Bal. delictū non est propriè alienatio siue datio. Et illum sequitur Mathæus Affl. ibi col. vlt. verfic. 9. & vlt. Id quod facit ad multas consuetudines Franciæ, quæ ius faciunt maritis alienandi conquæstus, & mobilia communia inter virum & vxor. Nam si maritus delictum commiserit, ob quod bona sua publicet, non putarem vxoris partem publicari. Nam & ex supra dictis constat, aliud esse simpliciter alienare, aliud delinquere, ex quo alienatio sequatur.

Alienationis permissio non trahitur ad delictum.

Et quod hanc opinionem cõfirmat, illud videmus, quod si vir vxori quippiam donauerit, licet huiusmodi donatio non valeat, nec prius vires accipiat, quàm maritus prior mortuus sit, nulla illius reuocatione facta: tamen si ipse maritus ex delicto bona sua confiscet, ea quæ vxori ante do-

CONTRACTER.

416

nauerat,manent vxori incolumbia: vt est textus expressus in l.fed si mors.ff.de dona.inter vir.& vxor. quem dicit singul. Bal. in l. executorem. col. 8. vers. quare quidam timens. C. de execu. rei iudi. & Roma. in l. post contractu. col. 3. vers. quod hoc fallit. ff. de donatio. tamē est alius similis in l. res vxoris. C. eod. tit. Idemq; dicit ipse Bald. in d. l. executorem. de donatione filios familiaris facta à patre: nam & aliās videmus has donationes æquiparari. l. pen. C. eod. tit.

160
An possit
trāsferre pos
sess. rei sue.

¶ **DECIMO QVARTO QVÆRO**, an stante huiusmodi consuetudine possit mulier sine autoritate viri transferre possessionem rei suæ? Quod minimè videtur, ex eo quod in simili dicitur, in l. is cui bonis. ff. de verb. obli. quod quemadmodum prodigus, cui bonis interdictum est, alienare non potest, ita nec tradere. Ex quo no. Ang. quod prohibitus contrahere, vel se obligare, non potest rem suam tradendo, possessionem transferre. Quod dicit esse notandum propter minores & mulieres, quæ prohibentur contrahere, aut obligari ex forma statuti. Et cum sequitur Alex. in l. r. §. si vir vxori. col. vlt. ff. de acqui. poss.

161
De eadem re.

¶ Sed Imol. Pau. Cast. Rom. Alex. Francif. Aret. & plerique omnes id d. l. is cui bonis. atque etiam Franc. Aret. in d. §. si vir vxori. col. 2. & Carol. Ruin. consi. 137. viso instrumento, col. vlt. lib. 1. illud dictum Ang. reprehendunt, moti, quod ex contractu prohibito & inutili potest trāsferri possessio, per dictum §. si vir vxori. Et quia pupillus potest perdere naturalem possessionem, quæ est facti, sicut & alius quiuis. l. possessionem pupillus. & ibi Bart. ff. eod. licet non ciuilem. l. pupillus. ff. de acquir. rer. domi. Et probatur in d. l. possessionē. à cōtrario sensu, quod licet pupillus non possit alienare rem immobilem cum autoritate tutoris, sine decreto iudicis, per totum titu. C. de prædi. mino. potest tamen cum sola autoritate tutoris, sine decreto transferre possessionem. Quod & voluit glo. in l. 2. §. si à pupillo. & ibi Imol. qui eam reputat valde not. ff. de vsucap. pro empr. Nam non alienat, qui possessionem tantum amittit. l. item si res. §. sunt & alia. ff. de alie. iud. mut. cau. fact. & l. non alienat. ff. de regu. iur.

162
De eadem re.

¶ Et ideo dicit etiam Bal. in l. 2. ad fi. ff. de iurisdic. om. iud. quod si ex forma statuti res prohibetur alienari in forense, non prohibetur tamen ipsius possessio transferri, per dictū §. si vir vxori. In quo quidē §. illum refert, & sequitur Ias. col. 3. vers. item adde. in 2. lectu. Et idem tenent ante illos Archi. in c. 2. vt lit. pend. li. 6. & Io. And. in c. vlt. in verbo, præsumitur, de resti. spo. eodē li. 6. Et hoc vsque ad eodē procedit, vt etiam si statutū procederet vltimū, diceretque, quod traditio non valeret, non propterea impediretur possessionis translatio, per text. no. in l. 3. §. sciendum. le. 2. ff. de donat. inter vir. & vxor. iuncto d. §. si vir vxori. Quod dicit Fran. Aret. in d. l. is cui bonis. semper tenendum menti ad statutum, quod prohibet fieri traditionem, dicitque, quod si fiat, non valeat.

163
De eadem re.

¶ Nec obstat, inquit, quod supra citauimus, d. l. is cui bonis. quia vt dicit Paul. Cast. ipse Aret. & Iason, loquitur de prodigo, cui non solum interdicitur cōtractus, vel obligatio, sed & bonorum administratio, per l. r. in prin. ff. de cura. furio. Quod longè plus est, quàm prohibitio obligationis, vel contractus: quia qui prohibetur administrare bona sua, nil potest de ipsis attingere. Et vt dicit text. in l. Iulianus. ff. de cura. furio. nihil potest ad alium transferre. Et lex resistit illius actibus, ita vt nec ex iis oriatur naturalis obligatio. l. r. ff. de nouatio. Aut vt alij dicunt post Dy. verbum, Tradere. quo d. l. is cui bonis. vtitur, intelligitur de translatione dominij.

164
De eadem re.

¶ Ego autem sequutus opi. Pau. & sequacium, in hoc casu nostro, puto mulierē non posse transferre possessionem, cum & illi expressè interdicitur bonorum administratio, sine cōsensu mariti, vt hic etiam dicitur. Quin licet cōsuetudo id expressè non diceret, tamen satis videtur prohibere & tollere administrationem bonorum, cum interdicit contractibus sine consensu, & autoritate mariti: vt expressè voluit in contractu disponente, quod mulier non possit contrahere sine presentia propinquorum, Bal. in c. r. colum. 2. tit. de consue. recti feu. Et facit, quod consuluit Corne. consi. 128. viso copiosissimo, col. 2. versic. & ad veritatem, libr. 1. quod prohibitus à statuto alienare rem immobilem, non potest transferre etiam possessionem eius rei, quam solam habet in ea re. Et facit etiam l. non solum, in princip. ff. de alie. iud. mut. cau. fac. & l. si mulier. §. qui possessionem. ff. quod met. cau. & quod voluit Inno. in c. Episcopi, de reb. eccle. non alie. cum siml. adductis per Felin. in rub. extrà de rescrip.

165
Quid si rem
prius uendi
derat cū au
thoritate iuri.
Cōsensus tra
hitur ad con
sequentia.

¶ Sed hoc intellige, nisi daret possessionem rei prius à se venditæ, cum consensu viri: quia in ista traditione non requiritur amplius viri consensus, per id quod in simili dicitur, quod si pater consenserit filio agenti, aut defendenti in iudicio, non est necesse in executione sententiæ nouū præstari consensum. Ita voluit glo. not. in l. 3. §. sed vtrum. in verbo, inuito patre, per illum text. ff. de mino. quam ibi sequitur, & dicit no. Bald. qui per eam dicit, quod si pater consenserit filio contrahenti in instrumento garentigato, quod habet executionem paratam, poterit huiusmodi instrumentum mitti executioni pro filio, aut contra ipsum, sine alio consensu patris. & sequitur etiam ipse Bal. in c. pastoralis. §. quia verò. col. pe. vers. & no. quod in ista executione, de offi. dele. & Barb. qui & illud dictum Bal. sequitur, consi. 86. illud referam in medium, col. 3. vers. cum ergo isti, lib. 3. vbi & illam glo. dicit no. & Alex. consi. 61. viso processu. col. 2. vers. allegatur etiam contra, lib. 5. & Carol. Ruin. consi. 63. videndum est, ad fin. lib. 5.

166
De eadem re.

¶ Est & omnino similis glo. in l. vlt. §. necessitate, in glo. magna, post medium. C. de bon. quæ lib. etiam per tex. in d. §. sed vtrum. & ibi illam sequitur Bal. col. pen. vers. quare si pater consenserit, Ange. Raph. qui hoc pulcherrimum dictum reputat, Corneus qui singulare, & fermè omnes. Et

vtranque

vtranque glo. allegat, & sequitur ipse Bal. in l. inuitus. Paulò ante fi. C. de procu. & Ang. cōf. 180. præmitto ad euentiam, col. vlt. vbi per illas eleganter consuluit, quod si pater consenserit matrimonio filie, non est amplius eius consensus requirendus, cum vxor ducitur ad domum mariti, & sequitur Alex. in addi. Bar. in d. §. sed vtrum. Sed & illas gloss. sequitur Socin. consi. 80. præfens consultatio, col. 4. vers. fed ad hoc respondetur, lib. 4. vbi & pro hoc dicit esse casum in l. si pupillorum. §. si pupillus. ff. de reb. eorum, vbi si pupillus cum decreto iudicis rem aliquam pignori dederit, poterit eam postea creditor alienare sine decreto.

167 ¶ Ex quo dicit Bald. ibi, quod decretum interpositum super vno cōtractu, trahitur ad consequentia illius. Sicuti etiam ex eodē dicit Ro. in l. si constante. in prin. in addi. ad 4. q. 3. quæst. prin. Bar. ff. solu. matr. Sed & idem Bal. vbi suprà, hoc trahit ad ecclesiā, vt si cum decreto Episcopi obligauerit prædium creditori, poterit ipse creditor postea id alienare, non obseruata solennitate Authen. hoc ius porrectū. C. de sacrosan. eccle. vbi etiam hoc voluit Bart. in col. vlti. vers. quare, pone quædam ecclesia. Et idem de minore dicit idem Bar. in l. Papinianus. §. sed nec impuberis. ff. de inoffi. test. & Alex. consi. 189. viso statuto, col. 3. nu. 14. & seq. li. 6. Philip. Dec. in l. mandata. in 3. no. ff. de offi. eius cui mand. est iurisd. vbi hoc limitat. A quo non longè abest, quod scribit ipse Bal. in d. l. vlt. §. si. autem in secunda. in fi. C. de bonis quæ liber. quod si pater consenserit in officio tutoris filij, non est necessarius alius cōsensus pro exercitio illius. & allegat gl. quam dicit sing. in l. Lucius Titius Caium. in gloss. 2. ff. de admitt. tuto. quam dicit sing. & sequitur Math. Afflig. in constit. Sicil. incip. constitutionem, col. 12. vers. decimò quæro. & ex hoc dicit, quod si in promissione vendendi feudum interuenit consensus principis, non necesse est postea, vt interueniat in venditione.

Decretū tra
hitur ad con
sequentia con
tractus.

168 ¶ Sed & ad hoc optimè facit præter illos, quod licet tutor non possit autoritatē præstare pupillo ad suum cōmodum, nec aliās res pupilli ad ad suum cōmodum tractare, per tex. in l. r. ff. de auto. tut. & in l. si in emptione §. vlt. ff. de cōtrahen. empr. cum si. tamen si is, qui nunc tutor, aliās à patre pupilli emit fundum, potest tutor ipse, ipsam venditionem exequendo, fundū sibi ipsi tradere, per tex. no. in l. si fistulas. §. fundum. ff. de contrah. empr. quem ita intelligit Bart. in l. 2. ad fin. & ibi etiam Imol. & Raph. Co. ff. de stipu. fer. Bald. in l. singularia. & ibi etiam Salyc. Rom. & Alex. col. 3. vers. præterea etiam. ff. si cer. pe. Bal. in l. bonorum. col. vlt. C. qui admit. & in l. cum ipse. in fin. C. de contrah. empr. & consi. 289. quæstio ista, col. 1. lib. 3. Ang. Aret. in §. actionū. in 17. quæstio. in materia tutelarum, in sti. de act. de quo etiam multa per Bart. Imol. Rap. Co. Roma. Alex. & Ias. in l. r. §. fuit quæsitum. ff. ad Treb. & aliquid dicemus postea.

Tutor qui à
patre pupilli
emit, potest si
bi tradere.

169 ¶ Et non nihil etiam facit tex. in l. tutor rerum. ff. de administr. tut. quæ dicit Bar. sing. & no. ad hoc, quod tutor se autore, potest veluti in consequentiam, & vt ita loquar, sequelam venditionis rei minoris alteri factæ sibi rem ipsam retinere, si emptor pretium non soluit, & tutor de suo in vtilitatem pupilli conuertit. Quem etiam tex. ad hoc ponderat, & reputat sing. Rom. in d. l. singularia. col. 5. vers. quibus adde. ff. si cer. pet. Ias. in l. r. §. item acquirimus. col. 2. ff. de acquir. pos. in vtraque lectu. Facit & quod tradit Bal. in l. iubemus. C. de eman. lib. quod si pater cōsenserit filio impetranti rescriptum, non amplius requiritur ipsius consensus in processu causæ. & sequitur Alex. consi. 59. viso processu, col. 2. vers. vnde dicit. li. 2. Et facit etiā tex. in l. si ita scripsero. ff. de condi. & demon. & in l. quem heredi. ff. de reb. dub. vbi dispositio sequens, sumit robur à præcedenti, quæ dirigitur in ipsam. Et faciunt quæ dicam infra eodem, in 8. glof. in 23. quæst.

De eadem re.

170 ¶ Secundò intellige, vt procedat in translatione rei suæ. Neque enim eam transferre posset sine autoritate mariti: secus si nudam possessionē in re quapiam haberet. potest enim eam libere tradere sine aliqua solennitate statuti exemplo minoris, qui & sine decreto & idipsum facere potest, non se aliter obligando, si credimus Bal. idipsum affirmanti in Auth. sacramenta. col. 2. vers. reuoco in dubium. C. si aduer. vendi. per l. magis puto. §. r. ff. de reb. eorum. Qui tamen tex. hoc non dicit, sed potius videtur velle contrarium. Eius enim hæc verba sunt: Si pupillus alienum fundum bona fide emptum possideat, dicendum puto, nec hunc alienare tutores posse. & subdit Accur. ibi, sine decreto, cum sit pupillus quasi dominus: habet enim publicianam. l. r. ff. de Publi. Quin & in glo. seq. ad fi. dicit, quod si etiam sine titulo rem alienam bona fide possideat, non poterit ea res alienari sine decreto. Cæterum Iacob. Aret. quem sequitur Bart. & ipse Bald. ibi tradunt aliud esse, si pupillus nudam possessionē habeat: tum quia de possessione nihil dicitur in oratione, tum quia sine tutore pupillus eam trāsferre non potest. l. possessionem. ff. de acq. pos. Ergo cum tutore potest. Ex quibus & ego in hoc nostro casu concludo, quod non potest mulier etiam nudam possessionem sine autoritate mariti tradere.

An autem
uxor possit
tradere nudā
posses.

171 ¶ **DECIMO QVINTO QVÆRO**, An poterit mulier officium procurationis suscipere & exercere. Quæ quidem quæstio pleriq; statim videbitur ridicula, quia fœmina non possit esse procuratrix. l. neq; fœmina. ff. de procu. & l. 2. ff. de reg. iur. Sed hoc certè intellexit Bar. in d. l. 2. procedere in iudicio, secus extra iudiciū, & ad negotia: & idē voluit Albe. & alij, in l. alienam. C. de procur. & ipse Alb. in l. si procuratorē. §. r. ff. mand. Bal. in l. r. §. secundo loco. ff. de postu. Pan. & Dec. in c. cum dilecta. de confir. vtili, vel inuti. Et est etiam bonus tex. in l. idemq;. §. si cui mandauero. ff. manda. & facit tex. in l. r. §. parui autem refert. ff. de exerci. & in l. fed & si quis. §. parui autē refert. ff. de instito. Quin etiam potest esse procuratrix in iudicio voluntariæ iurisdictionis, per textum in l. r. §. illud quoque. vbi & hoc not. Bald. C. com. de manu. quamuis ille text. (ne hoc silentio prætermittam) loquatur

An uxor pos
sit officium
proc. suscipe
re, & exerce
re sine consen
su iuri.
Casus, in qui
bus mulier po
test esse procu
ratrix.

loquatur in casu speciali. vt no. gl. ibi. per l. nec mulier. ff. de manu. vind. Sed & in iudicio quoq; in causa ad salutem animarū pertinere, vt in repetitione vsurarū, decimarum, & aliorū id genus, vt voluit Archi. in ca. scriptum. 6. q. 3. per c. duæ sunt. 19. q. 2. vbi scribitur non esse disputandum de apicibus iuris, cum tractatur de salute animarū. Illud autem, non posse quempiam esse procuratorem vel arbitrum, est & ex iuris apicibus. l. si fideiussor. §. quædam. & ibi gloss. ff. manda. Et hoc dictum Archidia. sequitur, & dicit singul. & Canonistis incognitum. Rom. singu. 687. tu audiuiti. Sequitur etiam Anto. ab Alexand. in d. l. alienam. C. de procurat. & Philip. Dec. in d. cap. cum dilecta. de confir. vti. vel inuti. & in d. l. 2. ff. de regul. iur. In quibus locis & alios casus ponit, in quibus mulier potest esse procuratrix, & alios quoque Specul. in titu. de procur. §. 1. colum. 1. versi. item in casibus, & multis seq.

172 **Decisio quæstionis.** ¶ Verum vt ad quæstionem propositam redeamus, Ang. post Iac. Aret. loquens in illo primo casu in l. quamuis. in princ. ff. de acquir. poss. eleganter decidit per illum tex. quod licet mulier ex forma statuti non possit obligari sine consensu mariti: potest tamen officium procuratoris extra iudicium suscipere, & tenebunt gesta per eam. & hoc modo dicit se obtinuisse Florentiæ. vbi est huiusmodi statutum. & sequuntur Roman. Alex. & Franc. Aret. ibi & pro singu. citat Philip. Deci. in d. cap. cum dilecta. col. pen. versi. & hoc procedit, extrā de confir. vti. & in d. l. 2. col. 4. de reg. iur. & consi. cclxviiij. conclusio. col. 1. & Cate. Cotta. qui & id dicit singul. & memoria dignum, memo. incip. mulier regulariter, in fin. Sed idem voluit ipse Angel. in l. mutum. vti & Alexand. in fi. ff. de acquir. hære. Franc. Aret. & Iason in l. more. eod. tit.

173 **De eadem re.** ¶ Simile est, quod voluit idem Iac. Aret. in l. moris. ff. de pœnis. quod si ex forma statuti bannitus agere non possit, poterit tamen procuratorio nomine alterius agere: & valebit quod per eum eo nomine factum fuerit. Quod dictum sequitur, & dicit ita se de facto obtinuisse Alberi. in vltima parte statutorum, q. 63. cuius est initium, item quæro si bannitus, vbi ad hoc multa allegat, quæ ibi in promptu sunt omnibus, si quis nosse desiderat.

174 **Filius familias potest esse in iudicio alieno nomine.** ¶ At similius est, quod licet filiusfam. non possit esse in iudicio sine consensu patris. l. vlt. §. necessitate. C. de bonis quæ liber. admittitur tamen procuratorio nomine: vt est text. in c. non iniuste, & ibi gloss. Hosti. Bal. & alij, extrā de procura. & tex. in l. filiusfam. §. ipse quoque. & ibi Guliel. Cu. Bar. & Bal. ff. eo. & omnium optimus in c. qui generaliter. §. 1. eod. tit. li. 6. & voluerit glo. & Bar. in l. si longius. §. si filius. ff. de iudi. & gloss. in c. vlt. in verbo, regulariter. in prin. de iudi. lib. 6. Specu. tit. de actore. versic. sed an egeat, & ibi Ioan. And. in addi. ipsius. & Bart. & alij in d. §. necessitate.

175 **Prohibitio contrahendi intelligitur nomine proprio.** ¶ Sed & propius quoque accedit, quod voluerunt Rom. Alex. Socin. & Iason in l. quæsitum. per illum tex. ff. de in ius vocan. quod si statutum disponat, quod non possit mulier, vel minor contrahere sine consensu propinquorum, tale statutum non procedit, quando contrahunt nomine alieno. Quod etiam voluit Fulg. consi. 75. ex facto proponitur, col. 2. versic. consequens est. & item col. 3. versi. deinde & si ad filiam. Pau. Ca. in l. cuiunque. §. si ab alio. in fin. ff. de instito. & Alex. in addi. Bar. in l. apud Iulianum. §. vlt. ff. ex quib. cau. in poss. eat. & Iason in l. si vnus. ex argentariis. §. pactus ne peteret. col. 9. versi. secundo intellige. ff. de pactis. & in l. exigendi. col. pen. C. de procur. & in d. l. more. col. vlt. ff. de acquir. hære. Ioan. Bapt. Cacia. in repet. l. cunctos populos, char. 16. col. 4. versic. hic inferamus. C. de Sum. Trinit. & Carol. Ruin. consi. 53. de duobus, col. 5. num. 16. lib. 2. & Hieron. Grans. consi. 46. casus satis clarus, in fin. lib. 1.

176 **Mulier prohibita contrahere, an utitur possit contrahere.** ¶ Ex quibus planè videri posset plerisque, decidi posse illud dubium, An stante illo statuto, quod prohibet mulieres contrahere sine consensu vel autoritate Mundualdi, vel propinquorum, possit mulier turtix suorum filiorum contrahere eo nomine, sine ea statuti solennitate. Quod posse videtur ex supra dictis. Verum contrariū tenuit Raph. Co. qui & ita dicit, se aliquando, cum ex facto contigisset, respondisse. & post eum Iac. à Puteo, in d. l. apud Iulianum. §. 1. Quos nuncupatim sequitur Alciat. si is est, in tract. præsumptionum, regul. prima, præsum. 52. nu. 6.

177 **Pater potest agere contra filium familias alieno nomine.** ¶ Facit etiam ad superiora, quod voluit Accurf. in l. lis nulla. ff. de iudic. limitans illum text. quo cauetur non posse quempiam agere contra eum, quem habet in potestate: vt videlicet procedat, cum ageret suo ipsius nomine: non etiam, si alieno, videlicet tanquam procurator alterius, aut aliàs, per d. l. quæsitum. & illam gl. sequitur Alex. in addi. Bar. in d. l. apud Iulianum. §. vlt. ff. ex quib. cau. in poss. eat. & Iason in d. l. quæsitum. ff. de in ius vocan.

178 **Laicus alieno nomine tractat nego. eccl. & spiritalia.** ¶ Nec longè abest, quod licet laicus nō possit tractare negotia ecclesiastica, vel spiritalia, per c. decernimus. de iud. cum si. hoc tamē intelligitur, quādo proprio nomine id faceret: secus si alieno, per tex. expressum in c. 1. de proc. lib. 6. Et idē potest laicus nomine clerici absentis acceptare beneficium, vt no. Io. And. Pan. post alios in c. accedēs. de præb. & Cald. cōsi. 1. eo. ti. de præb. & Pau. Elea. in cle. 1. eod. quoque tit. & ibi quoque Cardi. in 3. q. de renun. Potest & nomine clerici permutare, & resignare beneficium, secundum Collect. in d. c. decernimus. quem refert & sequitur Rota, deci. 104. nota quod vbi aliquis, in antiqu. & deci. 418. nota vtrum permutatio, etiam in antiq. & de hoc est gloss. ordin. in d. cle. 1. in verbo, procuratorem, & ibi pau. Elea. & Cardin. in 3. q. de renun. Potest & ex mandato Abbatis recipere monachum ad professionem, vt voluit Io. Ligna. in c. ad apostolicam, de regula. Potest & constitui procurator clerici ad eligendū certam personam: vt expressè voluit Dec. in repe. d. c. decernimus. colum. 6. versi. subsequenter Abb. hic dicit arg. c. si. Episcopus nullis, de præb. lib. 6. & c. is cui. de offic. deleg. eo. li. Secus si constitueretur procurator ad eligendū simpli

simpliciter, & ita relicto illi arbitrio, quem velle, eligendi, quia id fieri non posset: vt per Io. And. in c. quod alicui, col. vlt. de reg. iur. lib. 6. cum concord. per Dec. adductis in d. c. decernimus. 179 ¶ Postremò licet pupillus non possit obligari, sine tutoris autoritate, d. l. quamuis. ff. de acquir. poss. & l. more. ff. acquir. hære. cum si. tamen si alienum negotium eius mandato gesserit, qui mandare potuit, valebit quod ab eo gestum est alieno nomine, nec restituetur. l. cum mandato. ff. de mino. quam ita allegat Fulgo. dicto consi. 75. loco supra allegato. Sed aduerte, quod ea l. simpliciter loquitur de minore, nec de pupillo quicquam dicit, nec fortè intelligi potest, vt qui non potest esse procurator ad negotia: nam ea res exigit ætatem 17. annorū, per tex. in l. si. collactaneus ff. de manu. & in §. eadem lege. Instit. qui & quib. ex caus. manu. non poss. & in d. cap. qui generaliter. §. vlt. de proc. lib. 6. de qua retamen vide latè per Bart. Bal. & alios in l. exigendi. C. de procur. Bal. in l. minor autē. ff. eo. Quicquid sit tex. habemus, quod pupillus nomine alterius, videlicet tanquam institor, potest contrahere, & obligare dominum, in l. sed & si quis, versic. pupillus. ff. de institor. quem ipse Fulg. allegat.

180 ¶ Hæc limita primum procedere, vt videlicet minor & mulier nō obstāte prohibitione legis vel statuti possint nomine alterius cōtrahere, & obligari, quantum ad hoc vt valeat, quod fecerunt in præiudicium domini, cui imputandū est omnino, quod talem elegit, per d. l. cum mādato. & ibi concord. non etiam quantum ad id, vt ipse minor, aut mulier priuatim obligetur, nisi interueniat solennitas requisita à lege, vel statuto, vt expressim dicit Pau. Cast. in d. l. cuiunque. §. si ab alio ff. de instito. & Socin. in d. l. quæsitum. ff. de in ius vocan. Super quo vide Corn. consi. 16. in præsentia consultatione lib. 4.

181 ¶ Limita secundò, vt non procedat in mandato legis, quod exercere non potest is, qui propria negotia non potest administrare, per text. in l. vlti. C. de legit. tutel. & in l. non solum. §. si libertus. ff. de excus. tuto. quibus iuribus cauetur, quod sicut minor non potest administrare propria bona, ita nec potest esse tutor legitimus. Et ita nominatim limitat Fran. Aret. in d. l. quamuis. in princ. ff. de acquir. poss.

182 ¶ Limita tertio, vt non procedat etiam in mandato hominis, quod respicit publicam vtilitatem, vt etiam speciatim limitat Franc. Aret. vbi supra. per id quod voluit Ioan. And. in regula, quod alicui. de reg. iur. lib. 6. in Mercu. quod non potest constitui procurator ad eligendum Prælatum is, cui per indiscretionē ætatis, vel ex alia inhabilitate, quæ non potest remitti per eligentes, esset inhabilis ad eligendum nomine proprio: quod reputat sing. ipse Arc.

183 **DECIMO SEXTO** quæro, quid è diuerso? An mulier possit sine consensu mariti cōstituere procuratorem ad contrahendum? Bal. in l. 1. col. 7. versi. dicit aliquis. C. qui admit. dicit, quod si mulier secundum consuetudinem loci, non possit adire hæreditatem sine autoritate coniunctorum, ea tamen poterit ad hoc procuratorem constituere. & ita dicit voluisse Bar. in l. gerit. in pen. q. ff. de acq. hære. vbi tamen nihil de hoc dicit, nec puto simpliciter esse verum: per id quod in simili dicitur, quod sicuti minor non potest regulariter stare in iudicio sine autoritate tutoris, aut curatoris, l. 2. & 3. C. qui leg. person. ita nec etiam procuratorem ad iudicia constituere, per l. neque tutores. & l. non eò minus, & ibi Fran. Arc. C. de procu. quod quidem non alia ratione fit, quàm quod is per se sine ea solennitate agere aut defendere non potest, vt diximus. Quod hinc liquidò patet, quod in casibus, in quibus minor sine tutore, aut curatore habet legitimā personam, potest & ipse solus in id constituere procuratorem, per l. 3. in prin. & ibi glo. Bar. & Ang. ff. rem rat. hab. & l. si vnus. §. idem ait. ff. de iniur. & l. etiam. §. absens. & ibi Bar. ff. de manu. vind. & in ca. ex parte. & ibi Doct. de resti. spo. & Spec. tit. de actō. §. 1. versi. licet filiusfa. Bar. Bal. & alios in d. l. neque tutores. & Bar. in l. Diuus. quam legit cum l. 2. §. curatores. qui est vlt. ff. qui pet. tut. & in l. nullus. §. is qui. ff. de procur. & in l. si ex legati causa. ff. de verb. oblig. & in l. mutus. §. is qui. ff. de procur. & Bal. in c. vlt. de iur. cal. & Ang. consi. 143. tria videntur, in prin. & Socin. consi. 239. præsentis consultationis difficultas, col. 4. versi. probatur ratione, lib. 2. quod consi. repetitur consi. 131. lib. 4. & Iac. cōsi. 48. in casu consultationis, col. 2. versi. tertio idem confirmatur, lib. 1. Et idem dicemus de filiofa. vt possit sine autoritate patris procuratorem constituere: quibus & ipse casibus spreta patris autoritate potest agere per tex. in l. filiusfam. in prin. ff. de procur.

184 ¶ Et propterea consuluit Soci. d. consi. 239. li. 2. repetito, vt supra diximus, col. 2. versi. sed difficultas oritur: atque iterum consi. 254. visa & considerata, col. 1. eo. lib. 2. quod si statutum exigat aliquam solennitatem in factis minorum, si minor ad ea conficienda procuratorem constituat, debet interponere solennitatem statuti: aliàs non valet. Et idem ante eum voluit Fran. Aret. in l. mutū. col. vlt. ff. de acquir. hære. & sentit Barb. consi. 39. bene etenim cuncta geruntur, in 3. dubio, in princip. li. 3. Et idem quoque voluit in statuto requirente consensum propinquorum, siue mundualdi, Cæsar Lambert. in tract. de Iure patron. in 9. art. 4. quæst. princip. partis, lib. 2.

185 ¶ Quibus adde, quod & in re non admodū dissimili ex facto respondit Feder. Senen. consi. 100. Abbas subiectus monasterio maiori, quod Abbas non potest constituere economum, siue procuratorem ad alienationem cuiuspiam rei ecclesiasticæ, nisi in id interuenerint ex solennitates, quæ requiruntur ad eiusdem rei alienationem. Id quod nuncupatim refert & sequitur Lauren. Rodol. in rep. c. sine exceptione, in §. 6. q. 12. q. 2. & ipse Soci. consi. 52. viso instrumento Syndicatus, in 1. dubio, lib. 4. Et faciunt etiam scripta per Bal. consi. 417. primum dubium, per totum, lib. 2.

Pupillus an restituatur contra id, quod alterius mādato gessit.

Limitatio precedentium.

Alter.

Tertia.

An uxor libere possit constituere procuratorem ad contrahendum.

Minor qui per se potest agere, in id potest procuratorem constituere.

Et filiusfam.

Qui per se facere non potest, nec procuratorem constituere potest sine solennitate.

De eadem re.

¶ Nec

186
Rationes præcedentium.

¶ Nec id certè mirum est; quia prohibito aliquo, prohibetur & id, per quod ad illud peruenitur, per tex. no. in l. oratio. ff. de spons. & in §. quia tamen. Instit. vi. bono. rapt. & in c. nam concupiscentiam, ext. de constit. Igitur prohibita alienatione, id quidem prohibetur ex quo alienatio sequi potest. l. codicillis. §. mater. & ibi Bar. ff. de leg. 2. & l. si ad resoluendam. & ibi Bar. & Saly. C. de præd. minor. cum si. à me adductis in tracta. Retractuum, tit. i. §. i. in gloss. 2. nu. 50. & hac eadem, & iterum in gloss. 14. num. item 14. ex quo & tit. 2. in fin. num. 30. & hæc quidem. Ex quo etiam illud fit, vt cum in alienatione requiritur aliqua solennitas, eadem quoque requiritur in actu, ex quo alienatio sequi potest, iuxta no. per Bald. in l. Præses. C. de trans. & in l. 2. C. si aduer. transact. & per Pan. & alios in c. cum tempore. de arbit. Item quia qua facilitate induceretur mulier ad cōtrahendum, eadem quoque induceretur ad constituendū procuratorem. Ideo æquè nihil valere debet. l. doli mali. vers. diuersum. ff. de noua. Et vide quid dicam in seq. q.

187
An si uxor cōtrahat per procuratorem, requiratur cōsensu uiri.

¶ DECIMO SEPTIMO succediū quæro, an si mulier contrahat per procuratorem, requiratur consensus mariti. Bar. in l. apud Iulianū. §. vlt. in ff. quib. ex caus. in poss. ear. dicit primū videri quod sic, per §. præcedentē. vbi cum pupillo videtur contractum, si cum tutore illius cōtrahatur. Postea dicit in contrarium facere, quod non propriè contrahit: & subdit, & cogitabis. In quo ita se dubium ostendit, vt tamen in eam partem magis inclinare videatur, quæ posterior est, iuxta text. in l. si idem. §. vlt. & ibi Bald. Ang. & recent. qui afferunt concord. ff. de iuris. omnium. iud. Et hanc etiam posteriorem partem apertè tenuit Angel. Aret. in §. hæres quoque. col. 2. vers. quærit Bart. Instit. de oblig. quæ ex quasi contract. Et hoc cōfirmat tex. in l. licet. §. i. ff. de peculio. vbi si seruus impuberis cōtraxerit, dominus impubis obligatur de peculio. Non enim cum ipsis impuberibus contrahitur, vt tutoris autoritas requiratur.

188
De eadem re.

¶ Angel. autem in d. l. apud Iulianum. §. vlti. posteaquam retulit Bart. dicit, quod contractus initus à procuratore mulieris, est nullus: quia mulier constituendo procuratorem, verè contrahit: vnde mandatum est nullum, quia continetur sub prohibitione statuti. Et si aliud diceretur, esset aperta via fraudandi legem. Sed contractus initus à tutore, vel curatore mulieris valet, quia non includitur sub verbis statuti: quoniam pupilla vel adulta tunc non contrahit, licet cōtrahere videatur, per d. §. præced. ibi, quasi cum eo contractum sit. verba enim statuti sunt propriè accipienda, non impropiè. l. i. §. is qui nauem. ff. de de exerci. & l. 3. §. hæc verba. ff. de neg. gest. & l. cum qui veta. ff. de verb. signific. Et quia etiam vbi tutor contrahit, vel curator, cessat ratio statuti, quæ fuit, vt consuleretur fragilitati sexus. Cui satis prouisum est per interuentum tutoris, vel curatoris, qui tenetur ad rationem administrationis. Vnde cessante ratione legis, cessat eius dispositio. l. quod dictum. ff. de pact. hæc Angel.

189
Si uxor constituit procuratorem, consentiente viro, an is cōtrahens adhibere debeat consensum ipsius uiri.

¶ Post quem, Raph. Co. dicit, quod si mulier constituerit procuratorem cum solennitate statuti, quod quidem necessarium est, non opus est postea in contractu celebrato à procuratore, ipsam solennitatē adhibere, illis duabus Ang. rationibus: quia tunc mulier propriè non cōtrahit: & cessat ratio statuti, scilicet fragilitas sexus. Et idem consuluit Soci. consi. 254. visa & considerata, col. 1. lib. 1. vbi & ad primum caput addit rationem, quod qui non potest per se actum gerere, non potest per alium eius nomine gerentē, secundum Bar. in l. Aristo, in ff. quæ res pig. oblig. poss. Sed idem consi. 112. lib. 1. repetit in lib. 2. consi. 172. multum abunde. col. vlt. dicit in d. secundo casu non satis esse, constitutum fuisse procuratorem cum consensu consanguineorū, sed eandem solennitatem esse adhibendam in contractu celebrando per ipsum procuratorem. & ita consuluisse Maria. Soci. patrem ipsius, & alios plures celeberrimos Doct. id quod etiam tenuit Io. Bapt. Cacia in repet. l. cunctos populos, in 15. charta, col. 4. vers. & prædictis accedunt. C. de Summa Trinit. & in repet. Auth. sacramenta puberum, C. si aduer. vendi. vbi & hoc dicit consuluisse plures illustres Doct. & Hippoly. Marsil. sing. 255. subrogatus, vbi & hoc reputat sing.

190
Resolutio præcedentiū. Primum cum consensus nec in mandato inuenitur, nec in contractu.

¶ Ex quibus patet, hanc rem esse satis ambiguam: tamen vt eam facilius intelligas, in tria membra totam hanc tractationem diuidemus. Primum, quando mulier contrahit sine solennitate statuti, per procuratorem constitutum, etiam sine solennitate statuti: & tunc haud dubiè non valet, per ea quæ diximus in præcedenti quæstione. Quibus adde, quod in quolibet mandato subintelligitur, quod solennitates iuris & statutorum seruari debent, arg. l. missi opinatores. C. de exat. tribur. lib. 10. & quod voluit Bar. in l. i. C. si propter pub. pen. & expressè tradit Socin. d. consi. 239. præsentis, col. 3. li. 2. Propterea nisi procurator eas seruauerit, nihil egit. Et quod subrogatus tenetur seruare eandem solennitatē, quam seruare tenebatur ille, cui fuit subrogatus, vt tradit Bal. in l. vlt. C. si mæcip. ita fuer. alien. vbi dicit, quod Episcopus, qui in locum executoris per negligentiam illius fuit subrogatus, iuxta l. nulli. C. de Episco. & cleric. tenetur bona distribuere, secundum consilium Gardiani: quemadmodum executor, cui hoc testator mandauerat. Sequitur Alex. in addi. Barto. in l. i. §. hæc actio. ff. si quis test. lib. esse ius. fuer. & Bart. in c. cum dilecta, col. 18. sub num. 112. & ibi Feli. col. 16. vers. amplia 7. de rescrip. & idem Felin. in cap. cum accessissent, col. 8. vers. & ex hoc dicto, de constit. Et simile est, quod etiam voluit Ioannes Andr. in regula, contra eum, in mercuri. quod Episcopus, cui deuoluta est electio competens certis monachis, & ita in eorum locum subrogatus, tenetur, sicut illi tenebantur, eligere vnum ex gremio illorum. Pro quo facit bonus tex. quem tamen ille non allegat, in cle. i. de supplen. neglig. præla.

191

¶ Nam & semper aliàs, nedum in illis casibus, subrogatus eadem omnino habet onera, & incommoda,

moda, eademque commoda, atque is, in cuius locum subrogatus est: vt patet ex l. decernimus. & ibi ex Bart. & aliis, C. de aquæduct. lib. 11. & l. j. in fin. C. de Colleg. eo. lib. 11. & l. vnicuique. C. de prox. sacro. scrib. lib. 12. & l. ij. & ibi not. ab And. Barul. C. de Comit. rei milit. eodem lib. & voluit Steph. Bertran. qui ex hoc in pulchro casu consuluit, vt per eum videre licet, consi. lxxiiij. legatus sanctissimi, col. ij. nu. 3. lib. 4. Quibus etiam adde, quæ & nos scripsimus in Tractatu, *Le mort fait le vif*, part. ij. declar. ix. num. 18. incip. præterea substitutus.

192 ¶ Et si aliter diceretur, in hoc casu nostro, facile fieret fraus statuto, cui omnibus modis obuiandū est, iuxta l. in fundo. ff. de rei vendi. Et vt id fiat, debet iste casus intelligi in statuto, arg. l. pupillus. §. j. ff. de autor. tuto. & l. fraus. ff. de legi. cum si. Etiam si pœnale esset, aut exorbitans, vt diximus, & multis probauimus supra nu. 115. incip. nam & in hoc, & seq. Ex quo nõ obstat, quod dictum est, mulierem contrahentem per procuratorem, non propriè, sed fictè cōtrahere, & statuta debere intelligi propriè. Et quod præterea dici posset constitutionem exorbitantem, loquentem de contractu, non habere locum in contractu ficto, per text. not. in l. si quis in legatione. vbi id not. Bald. ff. de iudi. quia id debet intelligi, nisi aliàs facile fraus fieret statuto, vt diximus.

De eadem re.

193 ¶ Quamquam & his obiectionibus aliis quoque multis modis responderi posset. Primò quidem, quod illud non semper verum est, vt qui facit per alium, fictè & impropiè facere dicatur, vt videre licet ex Barto. latè in l. sed si vnus. §. feruus. ff. de iniur. & in l. ij. §. si procurator. & ibi quoque Ange. Pau. Cast. & Alex. ff. quod quisque iuris. Bart. in l. si is qui pro emptore. in materia fictionis translatiue de vna persona in aliam, & ibi quoque Imo. in vlt. char. Rom. & Iafon chart. antepen. vers. circa fictionem. & multis sequent. ff. de vscap. & Bal. in c. causam quæ. col. j. vers. item qui facit, & sequen. de elect. & in cap. qualiter. in fi. & in cap. seq. ad fi. eo. tit. & consi. xxx. præsupposito statuto, col. j. lib. 1. & consi. cccclxxxiiij. statuto ciuitatis, col. j. lib. 5. & Petr. Anchar. consi. clxxj. col. ij. vers. ij. dictum statutum. Philip. Deci. in l. is damnum dar. ff. de regu. iur. Et ex text. optimo in l. certè. §. j. ff. de prec. & l. vlti. ff. si men. fal. mod. dixit. & c. mulieres. §. vlt. extrà de senten. vbi ita scribitur, cum is committat verè, cuius mandato delictum committitur. quem ad hoc expendit Domin. consi. cxxix. circa istud dubium, col. j. in fin.

Qui per aliū facit, an propriè facere dicitur, vide in glos. seq. num. 27.

194 ¶ Secundò si etiam concedamus, non verè & propriè id ab eo fieri, cuius mandato factum est, vt satis apertè innuit alius tex. in l. aut qui aliter. §. & cum interdicit. ff. quod vi aut clam: tamen cum in hac nostra specie non valeat (vt iam satis diximus) constitutio procuratoris, siue mandatum à muliere datum sine consensu mariti, quod quidem mandatum est fundamentū contractus à procuratore initi: consequens est, nec ipsum contractum factum vi illius mandati non valere, arg. cap. cum Paulus. i. q. j. cum si. nam & destructo antecedenti, destruitur & consequens. l. si homo mortuus, & ibi Bal. ff. de verb. oblig. & no. glo. in l. eum qui. in princ. ff. de public. in rem actio.

De eadem re.

195 ¶ Denique si hic actus fictus est (vt nonnulli contendunt) tamen subrogatur loco veri: quia procurator verè contrahens repræsentat personam mulieris, cuius nomine contrahit. l. ita autem. §. gef. ff. de admin. tuto. & l. qui per alium. ff. de reg. iur. Vnde sicut dispositio facta à statuto de persona vera trahitur ad fictam, quæ veram personam repræsentat. l. postulante. in prin. & ibi Bart. ff. ad Treb. & in l. ij. ff. de leg. præst. & bene facit l. libertum. §. Senatus. ff. de ritu nup. Ita dispositio facta de vero contractu, trahitur ad fictum, qui subrogatur loco veri: & eò quidè facilius, quò facilius fit extensio de casu ad casum, quàm de persona ad personam, vt voluit Raph. Co. in l. commodissimi. ff. de libe. & posth. Fran. Are. & Iaf. in l. Gallus. §. & quid si tantum. vterque col. v. ff. de libe. & posth. & Iaf. in l. cum res. ff. de leg. j. cum aliis multis concor. à me traditis in repet. l. si vnquam, in verbo libertis, nu. 27. incip. si igitur. Propterea Bart. in l. ij. §. liberis, qui j. est. ff. de leg. præstan. dicit, quod statutum prohibens sub pœna contrahi cum bannito, habet locum in cōtrahente per procuratorem. Et ita expressim in nostro casu voluerunt Ang. & Raph. Co. in d. l. apud Iulianum. §. vlt. & Fran. Aret. in d. l. mutum. col. vlt. ff. de acquir. hæred. Soci. quoque, & Iaf. in l. j. §. item acquirimus, ille col. ij. vers. sed aduerte quia iste: hic col. ij. & ij. ff. de acquir. poss. in vlti. lect.

Consequens sequitur antecessens.

De eadem re.

196 ¶ Secundum membrum est, quando mulier contrahit per procuratorem, cum solennitate statuti constitutum, & quidem specialiter ad certum & specialem contractum faciendum: & tunc non amplius necesse est adhibere eam solennitatem, cum contractus ipse ab eo procuratore conficitur: vt in specie consuluit Fed. Senen. consi. cx. Abbas subiectus. & latius Laur. Rod. in repe. c. sine except. in x. q. & iterum in xix. q. xij. q. ij. & Raph. Co. in d. l. apud Iulia. §. vlti. & Alex. consi. clxxxix. viso statuto, col. iij. vers. est verum, lib. 7. Soci. in l. si quis nec causam. in prin. col. ij. vers. extra materiam. ff. si cer. pet. & d. consi. cclij. & Iaf. in d. §. item acquirimus. & Ioan. Camp. in tract. de dote, part. v. q. cvij. Et ad hoc faciunt, quæ collegimus supra num. 165. incip. sed hoc intellige, & seq. ad probandum, quod in executione contractus facti cum solennitate statuti, non amplius requiritur eadem solennitas. Et vide multa ad hoc quoque facientia, infra in glo. viij. in q. xxij.

Quid si procurator sit specialiter constitutus viro consentiente.

197 ¶ Tertium membrum est, quando mulier contrahit per procuratorem cum ea solennitate constitutum, non quidem specialiter, sed generaliter tantum: & hic casus est magis dubius. Et primò quidem videtur, quod sufficiat procuratorem fuisse generaliter constitutum cum solennitate statuti, vt possit postea cōtrahere sine huiusmodi solennitate, per tex. in d. l. j. §. item acquirimus. vbi consensus generaliter adhibitus, in concessione peculij, censetur etiam adhiberi in acquisitione possessionis, postea per seruum facienda ex causa peculiari, & consequenter in actibus peculiari.

Quid si generaliter.

bus, qui fiunt postea. Et propterea in simili dicimus, quod licet lex requirat consensum patris, quando filiusfam. agit in iudicio. l. vlt. §. necessitate. C. de bon. quæ liber. tamen sufficit à principio generalis cõsensu patris præstitus pro omnibus causis futuris: vt voluit Cyn. in d. §. necessitate. in iij. q. & ibi Bald. & alij. Et idem in consensu, quem debet pater præstare filio donanti causa mortis. dicit Barto. in l. tam is. §. j. in pen. q. ff. de donat. caus. mort. Et idem quoque in consensu, quem consanguinei debent interponere in contractu mulieris, dicit And. Alciat. in lib. 2. de verb. obliga. chart. x. Et si aliter diceremus, solennitas interposita in ipsa constitutione procuratoris generalis, nihil operaretur.

198
De eadem re.

¶ **Contra** videtur non sufficere cõsensum mariti fuisse adhibitum in constitutione generali procuratoris, nisi adhibeat, cum procurator postea contrahit. Primò, quia nõ sufficit hoc casu consensus generalis, sed debet esse specialis, & ad certum, specialem, & expressum casum, vt latè postea dicemus infra in vij. glo. Secundò, quia maritus debet in specie intelligere actum, cui debet præstare consensum, vt latè etiam dicemus infra, in glo. viij. in xxij. q. Et hanc partem expressè tenet Fede. Senen. dicto consil. c. Laur. Rod. in repet. d. c. sine exceptione: & Iason, qui ad hoc alia pleraque allegat, in d. §. item acquirimus. in vtraque lect. vbi & respondet illi text. quod loquitur in acquisitione possessionis, & sic in actu vtili, in quo non requiritur huiusmodi solennitas: sicut & latè dicemus infra in eadem vij. glo. in viij. q. Item loquitur in persona habili, quæ sola sibi potest in omnibus præiudicare. ideò non mirum, si ab initio sufficiat consensus generalis. Hic autem loquimur in persona inhabili, quæ non potest liberè disponere: vt & in simili dicit Bart. in l. j. §. si vir vxori. ff. de acqui. poss. respondendo ad d. l. iubemus nulli. in titu. C. de sacros. eccle. Et ita etiam (inquit) responderi potest ad aliud fundamentum ex doctrina Cyn. & aliorum in d. §. necessitate. Sed & hanc quoque partem nouissimè secutus est Alcia. in l. transactionem. C. de transact.

199
De eadem re.

¶ Et hoc quidem not. extendit ex eo, quod multis rationibus suffultus voluit Soci. in d. §. item acquirimus col. iij. vers. octaua, & vltima cõclusio. referens Maria. patrem consuluisse (& id quidem est, de quo etiam loquitur, licet non adeò clarè, in d. consil. cxij.) in quæstione facti, in qua videlicet minor constituit procuratorem cum solennitate statuti, ad renouandum societates finitas per patrem, quod nihilominus tenetur huiusmodi procurator adhibere solennitatem, dum renouat: aliàs quod agit, non valet: dicitq; huic consilio subscripsisse plures Doct. Et secundum hanc sententiam intelligi debet Pau. Pari. consil. xcviij. circa præsentem, num. 46. lib. i. vbi. & alios allegat. In qua re animadvertendum est, quod is procurator erat constitutus ad certos actus renouandos, licet non in specie ad certum actum, & hoc simpliciter refert & ponderat Ias. in d. §. item acquirimus. col. iij. in ij. lect. Quæ res euidenter ostendit, non satis esse procuratorem fuisse constitutum cum solennitate statuti ad aliquos actus, sine speciali declaratione actuum.

200
An uxor possit ludere in iussu viri.

¶ **DECIMO OCTAuo** quæro, an possit vxor ludere in iussu viri. De ludo autem permisso loquor: nam alium ne consensus quidem mariti licitum vxori potest facere. Atqui suapte natura licitus est, vxori tamè interdicitur, si fiat ob pecuniã: & si ludat & perdat, potest maritus repetere, ad quem bonorũ vxoris administratio pertinet, ex nostra consuetudine, quemadmodũ & de cæteris, qui non habent bonorũ suorum administrationem, voluerunt Cano. c. clerici. de vi. & hone. cleri. cum aliis concor. adductis per Par. Pute. in tract. de ludo, char. vij. vers. an perditum in ludo.

201

¶ **Quibus adde**, quod scribit Bal. in rub. C. de condi. ob turp. cau. per l. feruus. C. de condit. indeb. quod qui in ludo scienter lucratur pecuniam serui, aut alterius qui non sit sui iuris, furtum committit, furtiq; tenetur. Et sequitur Ias. in d. l. feruus. Quodq; tradit ipse Bal. in l. j. ad fin. C. si quid in frau. pat. quod si pater ludendo (ludis quidè illicitis) omnia bona sua dissipauerit, filij post eius mortem poterunt reuocare vsque ad legitimam. & sequitur Ange. Aret. in tract. malefi. in verbo, Metidore de mali dati, col. iij. vers. quæro an vincès. Barb. consil. lxxv. illud, col. j. lib. 3. & Pau. Pic. qui id dicit fing. in l. post contractum. col. j. ff. de dona. Ias. in l. si arrogator. col. ix. vers. secundò principaliter. ff. de ado. & in §. item si quis, le j. nu. 28. Insti. de acti. & Fab. Gioch. in rep. Aut. nouissima, in xxij. q. prin. col. ij. vers. sed nunquid perditũ. C. de inoff. test. Fran. Rip. in c. sapè, col. xvj. vers. nonò dubitatur, de resti. spol. Hinc itaque potes intelligere, minùs licere etiam his qui liberam bonorum suorum administrationem habent, ludere, quàm vendere. neque enim vendita reuocatur per filios, nec ad legitimam quidem, si fraus absuit, vt patet ex toto tit. C. de inoffi. donat.

202
An compromittere.

¶ **DECIMO NONO** quæro, an mulier poterit compromittere sine consensu mariti: Et non posse ex eo satis probatur, quod compromissum est quidem contractus transactiuus: in idque fit, vt alter alteri obligetur ad ea, quæ ab arbitris iudicata fuerunt: vt no. in §. j. in auth. vt disse. iud. & tradit Bart. in l. si societatem. §. arbitratorum. ff. pro socio. Bal. in l. j. in ij. oppo. C. si aduersus transac. Cano. in c. quinta vallis. de iureiur. Ex quo Pau. Cast. consil. cccclxv. viso compromisso, col. j. lib. i. respondit, filium à statuto prohibitũ contrahere sine consensu patris, non posse sine eius consensu compromittere: nec si fecerit, teneri stare arbitri sententiæ, Et quod propius accedit ad nostrũ casum, videlicet in statuto prohibente mulierem contrahere sine consensu propinquorum, voluit Lanfr. in tract. de arbit. in v. q. v. partis princ. qui & ad hoc alios allegat, vt ibi videre poteris.

203
De eadem re.

¶ Illud autem procul dubio verum est, alienari prohibitum, nec compromittere quoque posse, vt satis probatur in cap. peruenit. iuncta glof. & Panor. col. ij. versic. & ex hac glo. de arbitr. & in cap. cum tempore. & ibi Hostien. & Ioan. And. in verbo, licentia, Petr. Ancha. Imol. & Anto. col. vlti. & Panor.

Panor. col. ij. eo. tit. & voluit etiam Hosti. in Summa eiusdem tit. §. de qua re. versic. nunquid va- fallus. Bar. consil. clix. visa quadam constitutione, col. iij. vers. præterea ista est regula. Bal. loquès in tutore & curatore, in d. l. j. C. si aduers. transac. Ang. similiter de his loquens in l. Imperatores. ff. de pact. Pau. Cast. Alex. & alij recentiores, qui & de illis ipsis loquuntur in l. iurisdictionum. §. vlti. ff. eo. tit. Lopus alleg. cij. non potest clericus. Card. Flor. consil. xcvi. ad primum, col. vlt. vers. ad aliud. Ro. consil. clxxv. dictum vltimum, col. ij. vers. secundò principaliter, & consil. cccclxix. circa primũ, col. iij. vers. tria autem. Alex. consil. xxij. opportunè, col. j. vers. quod autem compromissio, lib. 2. Caro. Ruin. consil. xj. viso compromisso, col. j. nu. 2. & 3. lib. 4. & consil. cxxix. quod est eiusdem initij, col. j. in fi. lib. 5. & Phil. Dec. consil. xxxix. iuridicam. col. j. vers. tertio nullitas, & consil. xliij. cuius superscriptio incipit, statutũ, col. ij. vers. prædictis, & consil. cccclxv. in casu ad me transmissio, col. v. vers. & ideo ille, & consil. cccclxxv. in causa quæ Mantuæ, ad fi. & consil. cccclxxix. in cõtrouersia, col. j. & consil. 502. ex duobus, col. j. & Maria. Soc. iunior, consil. lxxvij. licet in præsentem, col. 17. nu. 76. lib. i.

¶ **Ex quo Hosti. & alij supra allegati** in d. c. cum tempore. de arbit. tenent, quod cum vasallus non possit feudum alienare, nisi consentiente domino, nec possit quoque sine illius consensu de eo compromittere. Quod & similiter voluit And. Iser. in c. i. §. finautem inter, col. ij. vers. hodie pura mus, tit. de leg. Cor. Bald. consil. cxxj. à capite inchoantes, col. iij. vers. secundò alia principali ratione, lib. 3. Marti. Laud. in tractatu de Principibus, conclu. cclxj. dux vel comes. Alex. consil. j. ponderatis his, col. pen. vers. nec ad hoc obstat, lib. 5. Ias. in l. vlt. col. xxxiiij. versic. nonò quæro. C. de iur. emphyt. Deci. d. conf. cccclxv. vbi supra, Maria. Socin. iunior, d. consil. lxxvij. nu. 77. lib. i. Et id quidem verissimum est, licet dubitet Franc. Curt. iunior in Tractatu feudor. char. xlij. versic. octauò principaliter quæro, & quamuis contrarium teneat Specu. tit. de arbit. §. restat. versic. sed nunquid vasallus. Bald. in l. vlt. §. vlti. ad fin. C. com. de legat. Rom. in l. iusurandum, quod ex conuentione. §. j. ff. de iureiur. & l. j. §. & post operis. in fin. ff. de ope. no. nuntiar. & alij nonnulli, quos retulit Iac. Aluar. in d. c. i. §. si inter duos, tit. de leg. Corn.

Vasallus non potest de feudo compromittere.

¶ **VIGESIMO** quæro, (& hæc quidem quæstio est admodum affinis præcedenti) an vxor poterit transigere sine consensu vel autoritate mariti, existente hac nostra consuetudine. Et certè non posse satis videtur ex his quæ diximus in præcedenti quæstione. Nam & in simili videmus, quod minor, qui non potest rem immobilem sine decreto alienare, aut de illa aliter contrahere, nec de illa quoque transigere potest. l. non solũ. C. de prædi. minor. glo. Bal. Salyc. & Ange. in d. l. j. C. si aduers. transac. Transactio enim species est alienationis, l. j. versic. at si transegerit. ff. si quid in frau. patron. Bal. in d. l. j. statim post principium. C. si aduers. transac. Et contractus dicitur. Bart. in l. siue apud acta, col. iij. vers. his præmissis. C. de transactio. & probat text. in l. si donationis. in fin. & ibi Bald. C. quod metus cau. cum aliis multis concord. tex. & Doct. à me adductis in tractatu Retractuum, titu. j. §. xliij. glof. j. num. 65. & quicquid supra.

An uxor possit transigere.

¶ **VIGESIMO PRIMO** quæro, an vxor poterit litigare, aut rem in iudicio deducere sine marito: Et posse videtur: quia consuetudo nostra, in his verbis, quæ commentamur, vtitur verbo, contrahendi. At in iudiciis non contrahimus, sed quasi contrahimus l. iij. §. idem scribit. ff. de peculi. quæ dictio impropriè significat ex propria vi ipsius, l. ij. & ibi Bart. ff. de inoffi. testa. & l. diuortio. §. si fundum. in princ. ff. solut. matri. cum sim. Statuta autem propriè intelligenda sunt, vt iam toties diximus. Ideoq; multi sunt in ea opi. vt statutum id nostrum aliàs locum non habeat in quasi contractibus, nec impediunt, quo minùs vxor sit in iudicio: vt Bart. in l. apud Iulianum. ff. ex quib. caus. in poss. eat. & in l. Labeo. §. contractum. de verbor. signifi. cum aliis multis concor. à me latè congestis supra hac eadem glo. in xj. quæst. in princip.

An litigare.

¶ **Ego verò** in ea sum sententia, vt vxor non possit actiones exercere, sine consensu & autoritate mariti. Nam cum ea alienare prohibeatur sine huiusmodi consensu, actiones quoq; exercere prohibetur. l. ait Prætor. §. j. ff. de iure delib. cuius hæc verba sunt: Quid sit, diminui vtetabo, videamus. His autem verbis Prætor non tantum alienationem impedit, verumetiam actiones exerceri non patitur. Est enim absurdum, ei, cui alienatio interdicitur, permitti actiones exercere. Ex quo not. Bart. quod qui non potest alienare, nec actiones quoque exercere potest: vt etiam And. Iser. in c. si vasallus de feudo. tit. si de feu. fuer. contr. inter do. & agn. & Bal. consil. ccl. viso isto processu, post princ. lib. 4. & Pau. Cast. consil. cxix. videtur dicendum, in ij. dubio, lib. 2. Philip. Deci. qui & alia ad id citat, consil. cccclxv. in casu, col. v. num. 24. & multis seq. & Doct. alibi sæpe.

De eadem re.

¶ **Sed & videmus**, quod aliàs valet argumentum à contractibus ad iudicia, cum vtrorumque eadem est ratio. Nam hinc authen. sacramenta puberum. C. si aduer. vend. quæ loquitur in contractibus, habet locum in iudiciis glo. quæ tamen non nihil nutat. in d. authen. in verbo, contractibus, in fin. & ibi asseuerantiùs Iacob. Ra. Bart. Ange. Saly. & ceteri propè omnes. Specu. titu. de actore. §. j. vers. sed quid si iurauit. Mart. Laud. in l. j. & ibi Iason col. ij. vers. secundò limita. ff. si quis in ius vocatus. & omnes penè, vt diximus. Pauci enim tenent contrarium, vt Iacob. Bald. & post eum Cyn. in d. auth. sacramenta. & Angel. sibi contrarius in d. l. j. ff. si quis in ius vocat.

Authen. sacramenta, habet locum in iudiciis.

¶ **Possimusq; hinc alios propè infinitos casus adducere**, in quibus iudicia & contractus æquiparantur. Sed nos supra in xj. quæst. multis docuimus, leges & statuta loquentia de contractibus, trahi ad quasi contractus, cuiusmodi iudicia sunt. Et Pictones nostri in eam rem, de qua tractamus, habent consuetudines expressas, quibus scilicet vxores prohibentur litigare in iudicio sine consensu

virorum nisi in certis casibus, vt patet ex tribus §. hunc nostrum sequentibus, qui sunt 194. 195. & 196. Cuiusmodi sunt & alia plurimae consuetudines, vt Parisiensis, cap. 106. Trecentis, cap. 80. Caluimontensis, cap. 66. Carnutensis, cap. 63. Santonenfis, ca. 74. Borboniensis, cap. 169. Blesensis, cap. 3. Rochellensis, cap. 23. Niuernensis, titu. des droitz appartenans à gens mariez. cap. 1. Claromon tensis, cap. 183. Bituricensis, tit. 1. cap. 1. Burgundiensis titu. des fiefs, cap. 9. Burdigalensis cap. 3. Et ita, vt scilicet vxor non possit interesse iudicis sine consensu mariti, voluit Ioan. Lup. in repe. rub. de donat. inter vir. & vxor. §. lxvij. col. iij. versu. & ex istis. vbi tamen postea distinguit. Licet indistin ctè contrarium tenuerit Nicol. Euerald. in Locis lega. col. ij. Quid autem si litigauerit, & obtinuerit, an valebit iudicium, vide in glof. vij. num. 61. 68. 69. 70. 71. 72.

Consuetudines.

210 Sed an uxor simpliciter prohibita litigare, censetur prohibita contrahere. Argumentum de quasi contractu ad 211 contractum.

¶ Sed in hac re posset quæri, quid si consuetudo quæpiam simpliciter dicat, quòd vxor non possit in iudicio litigare, sine consensu vel autoritate mariti, nec expressè dicat, quòd non possit contrahere, nec quòd vxor sit in potestate mariti: vt est in Consuetudine Syluanestensi, cap. 270. & Burdigalensi cap. 3. vtrum tunc vxor poterit cōtrahere sine consensu mariti, vt ita trahamus consuetudinem loquentem de iudicio, & sic de quasi contractu, ad contractum. Quod videtur. Nam sicut valet argumentum de contractu ad quasi contractum, vt diximus, ita è diuerso de quasi cōtractu ad contractum: vt patet ex l. de qua re §. cum absentem. ff. de iudi. & l. Paulus. ff. de sent. sine appel. resc. vt per eos tex. voluit Bal. consi. cc. verba Cyn. in lectura, col. ij. versu. item arguendo, lib. 2. ¶ Verum id non sine dubio est. Neque enim tanta ratio est, vt quasi contractus trahat ad se contractum, id est, res impropria propria, quanta, vt contractus quasi contractum, id est, res propria impropria: cum non tantum virium habeat improprietas, & imago, quantum proprietatis & veritas arg. l. filio quem pater. ff. de liber. & posthum. & l. liber homo. ff. de stipul. seruo. & l. electio. §. si is qui. ff. de noxal. cum simil.

212 Non eadè esse in hoc casu iudiciorum ratione, & contractuum.

¶ Et præsertim in hoc casu, vbi maior est ratio, vt mulieres nō interfint iudiciis sine maritis, quam vt non cōtrahant sine illis. Ipsa enim natura & pudor, ac verecundia sexus, sceminis non permit tit fora ac iudicia frequentare, nec ferendi quoque testimonij causa. c. mulieres. de iudi. lib. 6. ne sci licet vagentur, & cœtibz virorum immisceantur, vt ibi scribitur. Quod depromptum est ex l. maritus. C. de procur. vbi ita scribitur: Maritus citra mandatum vxoris intercedendi liberam ha beat facultatem, ne sceminæ persequendæ litis obtentu, in contumeliam matronalis pudoris irre uerenter irruant, nec conuentibus virorum, vel iudiciis interesse cogantur. De qua re & nos mul ta diximus suprâ in 10. leg. connubiali. nu. 31. incip. igitur non temere, & ij. seq. Sed quibus addes, Plaronis legibus lib. 2. non licuisse vxori, cuiuscunque ætatis esset, iudicio interesse sine autoritate mariti: cum tamen idem ipse alibi saepe ius faciat mulieribus cætera omnia, vt viris faciendi.

Platonis lex.

213 De eadem re.

¶ Idèd cum sit specialis quædam ratio interdictionis iudiciorum, quæ non obtinet in contracti bus, cumq; iure communi non interdiciantur mulieres contractibus, vel insciis maritis. l. velles. C. de donat. & alibi latè diximus. Cum item interdicitus iudiciis sine alicuius consensu, non inter dicatur contractibus, vt patet in filiosam. qui non potest esse in iudicio sine autoritate patris. l. si longius. §. j. ff. de iudic. & l. cum non solum. C. de bonis quæ liber. potest tamen liberè contrahere; præterquam in mutuo, vt patet ex titu. ff. & C. ad S. C. Macedon. Id tamen (ne erres) non perpe tuum est, nec generaliter concludit.

214 Ratio diuersa facit cessare argumentum à contractibus ad iudicia, & ediuerso.

¶ Sed illud indubitatum est, quòd cum non est eadem ratio cōtractuum, & iudiciorum, siue quasi contractuum, vnum ad alterum est trahendum, præsertim cum quærimus, an quasi contractus ad contractum trahi debeat, vt patet ex glof. in c. decet. in verbo, processus, & ibi Docto. de immun. ecclesi. lib. 6. Nam etsi nonnulli eorū innituntur ea ratione, quòd ea constitutio sit pœnalis: mul ti tamen hanc quoque rationem afferunt, quòd iudicia prohiberi in templis prohibentur ob illo rum strepitum: quæ in contractibus locū non habent. Propterea ea constitutio prohibens exer ceri iudicia, non procedit in contractibus.

215 Et cætera ar gumenta.

¶ Et generale est, vt cum valet argumentum de vno ad alterū, intelligatur, cum vtriusque eadem est ratio: vt videre licet in argu. de toto ad partem, in l. fed si lege. §. ad eò. & ibi glo. in verbo, dimi diam. ff. de petit. hæred. & l. cum de indebito. versu. fed hoc ita. & ibi Saly. in iij. no. ff. de proba. cum simi. à me collectis in Tractatu Retractuum, tit. j. §. j. glo. vij. in verbo, ou autres choses, nu. 46. incip tum postremò. Et in argu. ab æquiparatis, glo. j. in cap. præsentis. & ibi Domi. col. ij. versu. nota bene istam glo. de sent. excom. lib. 6. cum aliis quoque concor. à me adductis in eo. Tractatu Retractuum, titu. j. §. xv. glo. j. num. 12. incip. versu. huius contrarium. Et argumentum à correlatiuis. l. curato rem. C. de interdic. mat. & l. vlti. cum glo. vlti. C. de rescind. vend. Bart. Bal. Ange. in l. vlti. C. de indi. viduit. cum concord. ibi aggregatis ab Iafone, & à me in d. Tract. Retractuum, titu. j. §. ix. in glof. j. num. 4. incip. sed hæc postrema. Et argumentum à contractibus ad delicta, & econuerso. Saly. post Cy. l. j. C. vbi de poss. agat. Et argumèn. de milite armata militiæ, ad militem militiæ cœlestis. Doc. in l. j. C. de iur. & fact. ignor. Panor. in c. 1. de cler. agro. Alex. in l. miles. ff. de re iudic. Et argumèn tum ab alimentis ad piam causam. Roma. in repet. authent. similiter. in vj. speciali piæ causæ citca iudicia. Et cætera omnia: nam si ea sigillatim persequi vellem, dies me potius deficeret.

216 An uxor possit diuidere re communem.

¶ VIGESIMO SECVNDO quæro, an vxor poterit, sine cōsensu mariti res suas cōmunes cum sociis diuidere. Et breuiter dicas, eam non posse. Nam prohibitus vendere aut permutare censetur prohibitus diuidere. Vnde minor non potest sine decreto diuidere eas res, quas sine decreto non

non potest vendere, aut permutare. l. non solum. C. de præd. minor. & l. j. & ibi Bald. col. ij. versu. deinde opponitur. C. si aduers. transac. Diuisio enim vicem emptionis, aut permutationis obtinet: vt de primo est text. in l. j. & ibi Docto. C. com. vtriusque iudi. De secundo, in l. cum pater. §. hæ reditatem post mortem. & ibi Bart. & Bal. ff. de leg. ij. & latè diximus in nostro tractu Retractuum, titu. j. §. xxxij. glof. j. num. 88. incip. quid verò in hac specie. Dubium autem non est, quin contra hat, qui vendit & permutat: ergo & qui diuidit.

An commo dare.

217 VIGESIMOTERTIO quæro, an & vxor possit commodare inscio, siue non consentiente marito. In qua re diutius hîc immorandum esse, operæpretium non ducimus, quando habemus tex. id non obscurè definitentē in l. si constituto. §. si vxor. & ibi Doct. ff. solu. mat. & Flor. in l. pen. ff. ad leg. Aquil. ex quibus faciliè intelliges, quid hîc dicendum sit in casu nostræ consuetudinis.

218 VIGESIMO QVARTO quæro, an & vxor possit, inscio marito, eleemosynam largiri? Glof. in c. quod Deo, in verbo, hunc, & ibi Archi. xxxij. q. v. dicunt, quòd de rebus dotalibus non potest, quoniam earum dominium penes maritum est. l. doce. C. de rei vendica. Ac ne de rebus quidem paraphernalibus, vt dicit ea glo. Nam cui vxor corpus commisit, honestum est, vt res quoq; com mittat. l. hac lege. C. de pact. conuent. & c. vlt. de donat. inter vir. & vxor. Et sequitur Alber. in rub. ff. rer. amo. Hosti. autem in summa de pœni. & remis. §. quibus & qualiter. versu. quid de facientibus eleemosynam, ibi, quid de vxore, hanc rem latius tractat: quem tu omnino vide, atque Ioan. And. & Panor. in c. si quis. de furtis. Bartol. in l. j. in vlti. q. ff. rer. amo. & Bald. generaliter loquentem de prohibito alienare, in l. si sponsus. §. concessa, le ij. ff. de donat. inter vir. & vxor. Floria. in l. pen. ff. ad leg. Aquil. Card. Florentinum in Cle. ij. versu. fed tales, in vj. quæst. de vit. & honesta. cleri. Panor. in disput. incip. Sempronius clericus. col. v. versu. item vxor de bonis. Barba. in c. quod quibusdam. col. ij. de fideiuf. & in c. ceterum. col. vlti. de deci. Ioan. Lup. in repet. rub. de donat. inter vir. & vxor. §. xlviij. col. ij. versu. ex istis etiam infertur. Et è Theologis D. Thomam 2. ij. q. xxxij. arg. viij. & in 4. Sentent. dist. xv. artic. 1. 4. 7. per totum: & in opusculo 83. cap. 17. & Anto. Floren. in iij. parte suæ Summæ, titu. j. c. 24. versu. xvij. Ita vt non prætermiserim quod de muliere forti scribitur Prouer. 31. eodemq; vlti. cap. Manum suam aperuit inopi, & palmas suas extendit ad pauperem.

Quid de monacho.

219 Si autem vis scire de monacho, an scilicet inuito aut inscio Abbate, possit id facere (nam & hoc proximè accedit ad nostram quæstionem) vide glo. in cap. non dicatis, in verbo, possidere: & ibid. Archi. col. ij. versu. ita nec obstat. xij. quæst. j. & glo. in Cle. ij. §. fed & tales. in verbo, conuertendum: & ibid. Zenzel. Matth. Card. Flor. in iij. & iterum iij. & v. quæst. & Imo. col. vlti. illius Cle. in duo bus locis, de vit. & honest. cler. Hosti. in Summa, de pœnit. & remis. d. §. quibus & qualiter. versu. quid de facientibus, post princ. ibi, fed nunquid monachus. Guli. Laud. in Cle. ad nostram, de cen sib. Alberi. in authen. ingressi, col. vlti. C. de sacrosan. eccle. Henric. Boh. in cap. ad aures, per totum id cap. & ibi Aegid. Bellame. col. ij. versu. quærit & tractat, de tempo. ordi. Cardin. Flor. in Clem. etsi principalis, in xix. quæst. de rescript. & D. Thomam, vbi suprâ, in j. loco.

An promitte re facere con tractum.

220 VIGESIMO QVINTO quæro, vtrum vxor, quæ contrahere non potest sine marito ex no stra consuetudine, saltem possit promittere id ipsum facere. Cuius quidem quæstionis decisio ex his pendet, quæ longè lateq; tractauimus in nostro Tractatu Retractuum, titu. ij. in fin. in v. quæst. præsertim verò num. 30. incip. & hæc quidem & num. 45. incip. nunc ad Bal. veniamus. & nu. 52. incip. dies me deficeret. Quibus addes, hanc nostram quæstionem in specie fuisse decisam à Caro lo Ruino consi. cxlv. circa primum. col. ij. versu. sed his non obstat, lib. 1. vbi loquitur de statuto Florentino, quod interdicit mulieribus rerum suarum alienationem sine consensu mariti: dicitq; & promissionem alienandi censeri esse interdicitam, cum per eam ad ipsam perueniatur, per l. ora tio. ff. de spons. Ad quam rationem adde, quæ & nos diximus suprâ nu. 186. nec id certè. Et idem quoque in eadem specie respondit Philip. Deci. consi. ccccij. ex duobus, col. j.

An præsentare ad benefi cium.

221 VIGESIMO SEXTO quæro, an mulier patrona ecclesiæ possit præsentare, vel ad id faciendū procuratorē constituere sine consensu mariti, stante hac nostra consuetudine. Et hanc certè quæ stionem posuit Cæsar Lambert. in Tracta. de Iure patro. in ix. art. iij. q. prin. j. partis lib. 2. Et post quam in principio conclusit, prohibitum contrahere, non posse constituere procuratorem ad id faciendū: de quo & nos diximus suprâ in xvj. q. tamen postea decidit, eam posse per se sine marito præsentare, aut ad id faciendū procuratorem cōstituere, per ea, quæ, vt dicit, latè dicūt moderni, & maximè Fel. in c. eccle. S. Mariæ, col. 28. versu. quartus casus. & seq. versu. bene facit, quod no. de cōsti.

Patronus im pubis præsen tare potest.

222 Nam & aliàs videmus in fortiori, vt videtur, casu, patronum impuberem posse præsentare sine autoritate tutoris, & puberem sine autoritate curatoris, vt voluit Barth. Bixi. in sua disput. Domi. incip. tutor cuiusdam, per multa, quæ illic allegat. Et Paul. Eleaz. in sua 4. disputat. incip. patronus ecclesiæ, col. ij. Archi. in cap. decernimus. in princ. xvj. q. vij. Ioan. And. in ca. ex eo, in verbo, suffra gium, col. ij. & ibi quoque Domin. col. quoque ij. de elect. & alij plurimi, quos tibi latè cumulauimus, ad aliud tamen propositum, infra in glo. vlti. num. 6. vbi videre poteris.

Quid si uxor uerè non con trahat, sed à lege fingatur contrahere.

223 PLOSTRIMO illud quæremus, Quid, si vxor verè non cōtrahat, sed fingatur à lege cōtraxisse? Verbi gratia, mulier primo marito dotem constituit, & illo mortuo alteri nubit, nulla dote consti tuta: tamen fingit lex, eandè dotem, quæ primo constituta fuerat, huic quoque constitui, per l. do tem. & l. Diuus. ff. de iure dot. & l. cum maritus. §. Titius. ff. de pact. dot. & l. pen. §. vxor. ff. sol. matr. Cyn. in auth. fed. quamuis. in iij. q. C. de rei vxor. acti. Bart. in disputat. incip. mulier, in princ. soluti.

cum simi. Aut fac esse statutum vt mulier nupta, quæ nullam certam dotem constituit, censeatur omnia bona sua in dotem dedisse, cuiusmodi sunt quædam statuta Italix. Vtrum igitur mulier, quæ à statuto prohibita est cōtrahere, vel alienare sine consensu propinquorū, aut alterius, censebitur dotē præcedētis matrimonij ex lege, vel omnia bona sua ex illo statuto in dotē cōstituisse?

224
De eadem re.

¶ Quæ quidem species adaptari non potest huic nostræ consuetudini, requirenti consensum mariti, vt pote cūm hæc mulier secundò nubens, tunc cūm nubit, nondum maritum habeat, cuius consensus adhiberi possit, sed tantūm ad aliorum consensum pertinet. tamen si sit casus, in quo id euenire possit, respectu consensus mariti (quem nos lectoribus cogitandum relinquimus) id non erit omnino inutile, imò verò semper vtile erit in illis statutis Italix nostro similibus. Igitur Carol. Ruin. de hac re interrogatus, consi. lxxj. ex themate. col. iij. versu. tertio principaliter, lib. 3. respondit valere istam tacitam ex lege vel statuto constitutionem, non obstante statuto prohibente mulierem contrahere: nempe quod intelligi debet, cūm mulier verè contrahit, non cūm ficit, per l. iij. §. hæc verba, & ibi nota. ff. de negot. gest. & l. vlt. C. de his, qui veniam ætatis, impet. & latè per Imo. & recentiores in l. j. §. lex Falcidia. ff. ad leg. Falc. & in l. Gallus. §. quid si is. ff. de libe. & posthu. Cui adde, quod supra diximus, nu. 192. incip. et si aliter.

225
De eadem re.

¶ Et licet (inquit Carolus Ruin.) contra id facere videatur, quod scribit Paul. Castr. in l. si mulier. ff. solu. matri. quòd si ex statuto mulier quæ nupsit, censeatur omnia bona sua dedisse in dotem, si quæpiam mulier primo dotata nubat, dote aliter non constituta: id statutum intelligitur, nulla dote constituta, tacitè vel expressè, verè vel ficit. Et sic vult Paul. quòd statutum loquens de dote constituta, intelligatur etiam de hac tacita & ficit constitutione. Tamen (vt Ruin. dicit) in illo Pauli casu non derogatur iuri communi, intelligendo casum fictum, vt hic fieret, si hoc pacto statutum huiusmodi intelligeremus.

226
De eadem re.

¶ Ego verò (vt dicam quòd sentio) non admodū moueor illa Caro. Rui. ratione, qua nititur probare statutum huiusmodi intelligendum de cōtractu vero & proprio, cūm supra in prima quæst. huius glo. & aliis multis apertè ostenderimus, id nostrum statutum procedere etiam in cōtractu improprio, ficto, & præsumpto, cūm eadem est ratio. Tamen cūm hic cōtractus, de quo loquitur Rui. sit ex consequentia, & veluti quadam necessitate legis, vel statuti idem omnino cenfeo cum Ruin. per multa, quæ dicemus in gl. viij. nu. 23. quæst. præsertim verò nu. 197. inci. nec hinc longius.

GLOSSA SEXTA, IN VERBO

Consentement.



S I N O C solūm verbo, consensus, vsa fuisset nostra consuetudo, nec adiecisset verbum, autoritatis, cūm dicit, & autoritē: forsassis dici potuisset, maritum huiusmodi consensum potuisse non solūm in ipso actu, sed & antè & post adhibere. Hoc enim dicunt nostri legum interpretes inter simplicem consensum, & autoritatem interesse, quòd consensus semper, scilicet ante, & post actum, nedum in ipso actu præstari potest: autoritas autem solūm in ipso actu, aut confestim post accommodari debet. Vt de primo est tex. in l. vlt. ff. ad S. C. Maced. & in l. j. §. prodest. in 2. respons. ff. quorum lega. & in c. cūm nos. de his quæ fiunt à præla. & in c. cura. ibi, aut Episcopi postea habuerit consensum. & iterum in cap. suggestum. & vtrouque Panor. in vlti. not. de iur. patr. & voluerunt omnes, præter Raph. Co. in l. si quis mihi bona. §. iussum. ff. de acquir. hære. & Ang. consil. lxxxvij. spurius naturalis, col. ij. & plerique ex his, quos seq. versu. citabimus.

Consensus semper præstari potest.

2
Autoritas tantum in ipso actu.

¶ De secundo est etiam text. in l. obligari. §. tutor. ff. de autor. tuto. & in §. tutor. Instit. eo. tit. & sentit glo. ordi. in c. edoceri. & ibi Collect. & Bald. col. iij. versu. dico, quòd ea. & Panor. in vj. q. & Fel. col. ix. versu. sequi potest consensus, & alij, extrà de rescrip. Inno. Bal. qui de hac re adducit tres rationes, Anto. & alij, in c. cūm consuetudinis. extrà de consue. Inno. Io. And. & Domi. in c. i. de reb. eccle. non alie. lib. 6. Archi. in c. quidam. col. ij. versu. & nota quòd differentia est, xvij. q. ij. Cy. Bar. Bal. Paul. Castr. & alij in l. cūm non solūm. quæ est vlti. §. necessitate. C. de bon. quæ liber. Bart. in d. l. obligari. §. tutor. ff. de autor. tuto. & in l. tam is qui. §. j. ante fin. ff. de donat. causa mort. & in d. l. si quis mihi bona. §. iussum. vbi & alij Doctor. ff. de acquir. hæred. & in l. si autem. ff. de aqua pluui. ar. cen. Bald. in d. l. vlt. §. fin. autem. C. de bonis quæ lib. & in l. cūm ipse. col. ij. versu. extrà quæritur. C. de contrah. emp. & in l. j. col. ij. versu. tertio opponitur. C. si seru. exter. & in l. quid ergo. in secunda lectu. in prin. ff. de his qui no. infam. & in l. j. col. antepen. versu. extrà quæritur. C. qui admit. & in l. si vxorem. ante fi. C. de cond. infer. in l. ij. C. de fer. reip. ma. & in c. quia propter. col. ij. versu. & not. quòd ad capitulum, extrà de elect. & in c. quæ in ecclesiarum, col. ij. versu. in assensu. ext. de consti. & in cap. 2. extrà de pactis. & in c. i. col. j. tit. de alie. feu. pater. & consi. cccclxxv. quidam I. abbas, col. ij. lib. 1. Ange. in l. j. §. quæsitum fuit. & ibi Alex. col. iij. & iterum col. v. ff. ad Trebel. Petr. Anchar. consi. cccxxxvij. de efficacia, col. j. Gard. Flor. in Cle. j. in prin. de supplen. negli. prælat. & in Cle. j. §. verum. ad fin. & ibi Imo. col. iij. versu. sed quæritur hic, de hæret. & consi. lxxij. in ecclesia, col. ij. versu. in eo autem. Collegium Paduanum inter consil. eiusdem Cardi. qui illud dictauit, consil. xxix. in index. col. pen. versu. sic diximus, quòd item ponitur inter consi. Per. Ancha. consi. ccvij. & Anto. Imol. & Panor.

& Panor. in d. c. cūm nos. de his quæ fiunt à prælat. Anton. consi. 32. pro examinatione, col. 3. versu. in cōtrarium videtur. Pan. in sua dispu. incip. Augerio, col. 3. versu. tertio probatur, & iterum col. 7. versu. ex quibus verbis clarè innuitur, & multis seq. & iterum col. 12. versu. tertio probatur, & col. seq. versu. circa hoc distinguebant, & alibi sæpe in ea disputa. Iaco. Aluar. in cap. i. col. autep. versu. quæro an consensus, tit. de prohib. feud. alie. per Fed. Pau. Ca. consi. 406. satisfaciendo in 6. dubio, lib. 1. & consi. 253. super primo dubio, lib. 2. Rom. consi. 356. circa primū, in 2. dubio. Alex. consi. 116. quoad præsens col. 2. versu. & differentia, lib. 1. Barb. consi. 61. à Ioue principiū, l. 3. & consi. 60. præclarè scriptum est, col. 4. versu. quinimo plus dico, lib. 4. & Firmia. in tract. de Episcopo, in quarta parte, lib. 4. in 35. q. Calc. consi. 56. in causa dominæ, col. 2. versu. tertio pro ista sententiâ. & nouissimè Philip. Dec. in c. cūm accessissent. col. 7. versu. vltim. in hoc primò, de consti. & consi. 172. in causa venerabilis, post prin. & iterum col. vlt. Et in multis ex dictis locis inuenies, quid etiam in cōsilio, præsentia, decreto, conscientia, mandato, iussu, licentia, vt nostri appellant.

3 ¶ Sed hoc non semper perpetuū est, quin fallit, quando consensus requiritur pro solennitate, aut forma actus: tunc enim postea interuenire non potest, sed debet in actu ipso adhiberi, per text. in c. auditis. iuncto c. quia propter, de elect. & voluerunt Inno. & apertius Ant. Imo. & alij in d. c. cūm consuetudinis. de cōsue. Cy. & Bal. in d. l. vlt. C. ad Maced. Io. And. in d. ca. 1. de reb. eccle. non alie. Bal. d. l. i. qui admit. & in d. l. quæcunque. & in d. l. vlt. §. necessitate. C. de bo. quæ lib. & in repet. l. i. col. 5. versu. iuxta hoc quæro incidenter. C. de sacrosanct. eccles. & in d. l. i. in 3. oppos. C. si ser. exte. & in cap. 2. tit. de feud. sine cul. non amit. Ang. in l. Titius. in fi. prin. ff. quib. mod. pig. vel hypo. sol. Anto. Imo. & Pan. in d. c. cūm nos. de his quæ fiunt à Præla. Imo. Pau. Castr. Alex. Fran. Arer. in d. l. si quis mihi bona. §. iussum. ff. de acq. hære. Rom. consi. 54. visis circa id, col. j. versu. & primò, per glo. vlt. in c. quàm sit. de elect. lib. 6. Alex. d. consi. 116. lib. 1. Soc. consi. 87. in præfenti consultatione, col. 2. versu. præterea differentia magna est, lib. 1. Et facit quod voluit glof. in l. 2. C. de iure fisci, lib. 10. & in l. licet. ff. de iudi. & Inno. in c. prudentiam. de offi. delega. & Specu. in tit. de sen. §. sequitur. versu. quid si sunt duo, & versu. seq. & Bar. in l. si vni. in fi. ff. de re iudi.

Consensus formæ & solennitatis in ipso actu interponi debet.

4 ¶ Et est ratio, quia, vt pulchrè dicit Bal. in d. c. i. col. 1. tit. de alie. feu. pater indiuiduum est, quicquid ad solennitatē exigitur, id est, ab actu diuidi, & separari non potest: vt est textus, licet non alleget, in l. cūm autoritas. C. de testa. & in l. hæredes palam. in fin. ff. eod. Et actus formalis est indiuiduus, quia forma est indiuidua. l. furiosum. vbi Bart. & alij not. C. qui testa. fac. poss. cum aliis multis concordant. à me collectis in Tractatu Retrahtuū, tit. 1. §. 1. glo. 21. in verbo. *en telle quantité*. nu. 12. incip. sed & ea res. Et vt præterea dicunt Card. & Imo. in Cle. causam. §. pen. de ele. quæ sunt de forma, vel substantia, debent esse contemporanea, & simul explicari. l. cūm hi. §. si Prætor. ff. de transact. Et propterea cūm actus ex defectu solennitatis corrui, non potest postea cōfirmari ex interuētū ipsius solennitatis, vt no. Io. And. in c. 2. de vsur. lib. 6. & Bart. in l. filio præterito. ff. de iniusto testa. & in l. 1. §. sed si filius. ff. de leg. 3. Et hoc quidem verū est, quicquid conatus fuerit latè contrarium probare Maria. consi. 15. visis prædictis publicis instrumētis, col. 14. & seq. Sed videbis tamen postea, quomodo id sit intelligendum nu. ab hinc 5. & duobus seq.

Indiuiduum est quod solennitatis est. Forma indiuidua.

5 ¶ Est autem omnium fermè sententia, tum demum consensus non videri ad solennitatē requisitum, quando actus priuatim tangit cōmodum vel incommodum eius, qui debet cōsentire, nec propter aliud consensus illius requiritur. Ideoque post actum potest interponi, secundū Bar. in d. §. sed si filius. per text. in d. l. filio præterito. & l. si impubes. in fi. ff. de Carbo. edict. Et idem quoque voluerūt Imo. & Domi. in d. c. cūm consuetudinis. Pau. Ca. in l. si cūm dotem. §. eo autē tempore, col. 2. ff. sol. mar. & Rom. d. consi. 54. & Felin. in d. c. edoceri. loco supra citato, de rescript.

Consensus quoad ad solennitatem requiritur & quando non uide nu. 7.

6 ¶ Nec refert, quantum ad hoc, an dispositio vtatur verbo, cōsensus, an verò autoritatis: quia sicuti consensus pro autoritate plerumque accipitur, secundum subiectam materiam, vt apparet ex his quæ nunc diximus, & ex nota. per Pan. in c. quoties, de pactis. ita & autoritas etiam pro simplici consensu, qui potest interuenire post actum, secundum subiectam materiam sæpius accipitur, per textum in d. c. cura. de iure patro. quem textum ad hoc ponderat Antonius in d. c. cūm consuetudinis, col. vlt. & Fran. Are. in d. §. iussum. col. antepe. Sic etenim videmus, quòd verbū, iussum, quod est eius naturæ, vt procedere debeat, per not. latè in d. §. iussum. tamen propter subiectam materiam impropriatur, & capitur pro simplici consensu, qui sequi potest: vt in cap. si quis miles. & ibi Bal. qui hoc not. tit. de feud. sine culpa non amit.

Consensus & autoritatis appellatio ex subiecta materia intelligitur.

7 ¶ At si requiratur consensus eius, cuius priuatim nihil interest actum geri, videtur requiri ad integrandam (vt nostri loquuntur) & legitimandā personam illius, qui actum ipsum facit: & propterea videtur esse de forma & solennitate, & habet vim autoritatis, nec potest post actum interponi: vt voluerunt vltra dictos Docto. Bart. in l. si quis mihi bona. §. iussum. & ibi omnes recentiores. ff. de vxorem, col. 2. versu. ex quibus videtur concludi. C. de cond. infer. Antonius in d. ca. cum consuetudinis, de consuetud. Pau. Ca. in d. §. eo autem tempore. & in l. liberorum. §. notatur. ff. de his qui not. infam. Panor. in d. sua disputatione, incip. Augerio, non semel & consi. 40. factum in effectu sic proponitur, in 2. dubio, lib. 2. dubio, lib. 2. & Alex. in d. l. 1. §. fuit quæsitum. col. 4. & iterum 6. ff. ad Trebel. & Franc. Are. in l. 2. §. voluntatem. col. 1. ff. solu. matri.

Consensus eius cuius priuatim non interest, solennitatis est.

8 ¶ Ex quo plerique inferunt ad casum fermè similem nostræ consuetudini, quòd si statutū requi-

Consensus pro

pinquorū re-
quisitus in cō
tractu, debet
in ipso contra
ctu interponi.

rat consensum duorum consanguineorū, in contractibus mulierum, vel minorū, cū talis con-
sensus videatur exigi ad integrandā personam, vt ibi volunt, debet interponi in ipso cōtractu, nec
satis esset, quōd postea interueniret. Ita voluit Bal. in d. l. i. col. antep. C. qui admit. & in rubr. C. de
refc. vend. post medium. Anto. & Imol. in d. c. cum cōsuetudinis. Imol. in d. c. cum vos, de his quæ
sunt à Præla. Card. in c. vlt. de maio. & obe. Rom. in d. l. si quis mihi bona. §. iussum. & ibi etiam
Alex. col. 3. ff. de acqui. hære. & ipse Ro. in d. confi. 54. Panor. in dicta disputatione, Augerio, col. 8.
Pau. Ca. in d. l. liberorum. §. notatur. ff. de his qui not. infra. & in d. l. si cum dotem. §. eo autem tem-
pore. col. 2. vers. secūdo not. & ibi Alex. col. 1. ff. sol. matr. Idem Paul. etiā loquens in statuto, huic
nostræ consuetudini simili, in d. l. vlt. §. necessitate, col. pen. C. de bon. quæ lib. Barb. in cap. causam
matrimonij, in vlt. char. extrā de offi. deleg. & in c. cum in iure, col. 27. eo. tit. & in repe. rub. de fide
instrum. in 13. char. Alex. in d. l. i. §. fuit quæsitum. col. 5. ff. ad Trebel. & confi. 189. viso statuto. col. 3.
lib. 7. Calca. qui id dicit not. confi. 56. in causa dominæ, col. 2. vers. tertio pro ista. Franc. Curt. fe-
nior, in repe. Auth. sacramēta puberū, col. 2. C. si aduer. vend. vbi ad hoc multa citat. Io Campenf.
in tracta. dotiū, in quarta parte, las. in l. vniuersa. col. 3. in fin. & iterum col. seq. adde quōd ex ea. C.
de precibus Imper. offer. & in l. i. §. qui præsens. col. 2. vers. hinc est, quōd si ex forma. ff. de verb.
oblig. Hippoly. Marfi. in sua Practica causarū criminaliū. §. diligenter. nu. 185. Sed hoc, vt videmus,
ex eo dependet, an huiusmodi cōsensus requiratur ad legitimatiōē personæ, necne. De quo dice-
mus postea ante finem huius glo. Et hæc erunt vice primæ fal. ad ea quæ in principio huius glo.
diximus, consensum interponi posse & ante, & post actum: autoritatem, non nisi in ipso actu.

9
Autoritas ha-
bens vim con-
firmationis,
post actū in-
terponi po-
test.

¶ Fallit secūdo quando autoritas, siue consensus autoritatis interponitur vice cuiusdam confir-
mationis siue approbationis, quia tunc potest sequi actum, sicuti & confirmatio, vt dicit Bal. in d.
l. i. C. qui admit. quod & idem voluit in effectu idem Bal. in d. l. 2. C. de ser. reipubli. ma. cūm dicit,
quōd quando autoritas requiritur ad executionem, id est, approbationem, potest interponi ex in-
teruallo, per l. vlt. C. arbit. tut. & sequitur Rom. confi. 5. idem in præfata. & rursum idem Bald. in l.
quæcunq. C. de bo. quæ libe. Et propterea scribunt Dy. Cy. Bald. Imo. Rom. Alex. Fran. Aret. &
omnes, solo Ang. reclamāte, in d. l. si quis mihi bona. §. iussum. ff. de acqui. hære. quōd stante statuto,
quōd syndicus non possit creari sine autoritate Potestatis, potest sequi hæc autoritas, quia est vice
confirmationis. Sequitur Feli. in d. c. edoceri.

10
Autoritas
post actum in
terposita, præ-
sentibus par-
tibus facit eū
ualere ut ex
præsentia.
Donatio ex
interuallo in
sinuata, ua-
let à tempore
insinuatiōnis
non donatio-
nis.

¶ Imò plus dicit Bal. d. confi. 475. quidam I. abbas, col. 2. vers. quæro igitur, si celebrato, lib. 1. quōd
si celebrato contractu super re ecclesiæ, sine autoritate Episcopi, quæ interuenire debuit in ipso
contractu. ambæ partes postea coram Episcopo petant contractū confirmari, & Episcopus causa
cognita confirmet, valebit huiusmodi confirmatio, per l. i. §. solent. ff. quan. appel. sic. & l. si quis. C.
de Decur. lib. 10. & d. c. cura. de iure patron. Nam tunc partes videntur denuò contrahere in præ-
sentia Episcopi. Quia cū aliquid substāiale adiicitur contractui, videtur cōtractus denuò reno-
uari. l. pacta conuenta. §. Paulus. ff. de contrah. empt. & l. iuris gentium. §. ad eod. ff. de pact. Sicuti in
simili dicimus, de donatione, quæ vltra summā legitimam non valet, nisi insinuata fuerit coram
iudice præsentē, & autoritatem interponente, vt not. Gul. Cum. in l. illud. C. de sacrosanct. eccles.
Et tamen si præcedat donatio, & vtraque pars eam præsentat iudici, ea reconualescit, vt ex nunc.
quia retro factum trahitur ad præsens. l. obseruare. §. vlti. ff. de offi. Procon. & hoc tenet Bart. in l.
Modestinus. ff. de dona. Secus si vna pars tantūm peteret confirmationē, altera absente: quia quod
nulliter factum est, non conualescit. Hæc ille. Qui & idem propemodum voluit confi. 221. primò
quæritur, ia tertio dubio, lib. 1. & in c. 1. col. 2. vers. verūm decretū, extrā de confirm. vti. vel. inuti.
& Ludou. Bolo. confi. 59. Titius, col. 4. vers. & si diceretur. vbi respondet rationibus Imol. contra-
rium tenentis in d. c. cum vos, extrā de his quæ fiunt à Præla.

11

¶ Sed hæc velim intelligas, vt etiā satis diximus ex Bald. vbi supra, vt scilicet huiusmodi autoritas
postea interposita actum valider: non quidem vt retro trahatur ad tempus ipsius actus, sed vt va-
leat ex hoc tantum tēpore autoritatis præstitæ. Quod & nūcupatim voluit idē Bal. in d. c. edoceri,
col. 4. vers. videtur quōd si durat. C. in d. c. i. vbi supra, de confir. vti. vel. inuti. & vtrobiq. per d.
l. obseruare. §. vlt. ff. de offi. Procon. & Saly. in l. vlt. col. quoque vlti. vers. sed qui non simul. C. ad
S. C. Maced. vbi id intelligit, modò is qui priorem actum fecit, in consensu permaneat. tempore
autoritatis: aliàs nullo modo valeret. & Anto. in d. c. cum cōsuetudinis, col. 2. vers. aduerte tamen,
extrā de consuetudine. Lucas Pen. in l. 2. col. 1. vers. sciendum est etiam. C. de iure fisci. lib. 10. vbi
& alia quædam allegat. Pan. in d. c. cura. de iure patro. Franc. Aret. confi. 127. eximie domine, col. 2.
Philip. Dec. in l. semper qui non prohibet. col. 3. vers. quartò regula. ff. de regu. iur. & cōfi. 367. viso
puncto, col. 2. vers. quia responderetur. & ante hos omnes Inno. in c. 1. circa medium, de eo qui dux.
in mat. quan. pol. per. adulter. Et hæc erunt vice tertiæ fal. eius quod dictum est, autoritatem non
nisi in ipso actu interponi posse: vt scilicet is actus valeat, non à tēpore ipsius, sed à tempore auto-
ritatis interpositæ: ita vt tanquam nouus actus valeat.

12
Autoritas
post actū in-
terponi potest
si ei utilis sit,
cui præstari
debet.

¶ Fallit igitur quartò, vbi actus est utilis ei, cui debet autoritas accōmodari: quia tunc potest præ-
stari post actum, vt dicit Panor. in d. c. edoceri, quem sequuntur Barb. & Feli. ibi & Soc. d. confi. 15.
col. 14. vers. & pro prædicta sententiā. De qua re omnino nihil dubitandum est, quia etiam sine
autoritate valet contractus hoc casu, vt dicam postea latissimè, in glo. 8. in verbo, de son mary, in
8. q. Et vide etiam quæ dixi supra nu. 5. incip. est autem omnium.

¶ Fallit

13 ¶ Fallit quintò de æquitate Canonica, quæ non considerat rigorem Iuris Ciuilis, exigentis hu-
iusmodi autoritatem in ipso actu, per c. dilecti. de iudic. Et ita expressè voluit Soci. d. confi. 15. col.
14. vers. vel potest secūdo responderi. Sed an hoc sit verum, videant cæteri, quia mihi hoc vi-
detur esse contra mentem omnium text. Iuris Cano. supra allegatorum & id solus Socin. quod
nunc meminim, tenuit.

Autoritas de
æquitate Ca-
sequi potest.

14 ¶ Fallit sextò, vbi aliquis tanquā procurator eius, cui autoritas præstari debet, actum ipsum fecerit:
quia tunc licet in ipso actu confecto ab eo, qui se dicit procuratorem, non interuenit autoritas,
potest tamen is de cuius negotio actum est, postea ratificare cum autoritate, quæ ab initio inter-
uenire debuit. Verbi gratia in casu nostræ consuetudinis, aliquis nomine procuratorio mulieris
contraxit cum alio, nec in hoc contractu interuenit autoritas viri, postea tamen mulier ipsa cum
autoritate viri illum contractum ratificat: satis est, ex eoque comprobatur contractus factus à
procuratore. Ita notabiliter cōsultuit in simili fermè casu Domi. non is quidem, cui Gemi. cogno-
mentum est. sed alius inter confi. Bal. confi. 499. circa primum dubium videtur dicendum, in 2.
dubio, lib. 2. multa ad hoc allegans, quæ quisque videre potest. Cui in seq. consil. subscripsit ipse
Bal. Et idem quoque expressè voluit Bar. in l. si procurator. col. 2. vers. quæritur, & ista est pul-
chra quæstio. ff. de cond. inde. ad hoc quoque allegans l. 3. §. 1. ff. rem rat. hab. quod dicit tenendum
menti. Et sequitur Alex. in l. de pupillo. in prin. quam legit cum §. vlt. l. præcedētis. ff. de noui ope.
nunt. ad hoc etiam allegans tex. in l. si pupillus. in prin. ff. de noua.

Autoritas in
terposita in
ratificatione
actus gesti à
procu. sine au-
toritate, facit
eum ualere.

15 ¶ Fallit septimò, vbi is, qui sine autoritate actum fecit, in quo requirebatur autoritas, illum postea
iterum facit, aut ratificat, cum autoritate requisita: certè ex hoc confirmatur primus actus, vt ad
cuius tempus retrò trahitur secundus actus cum autoritate factus. Ita voluit Bar. in d. l. de pupil-
lo. in prin. & post eum Ang. & Imol. ff. de noui oper. nun. arg. §. si quis ipse Prætori, qui est in
eadem l. Quod distum licet Ro. ibi repræhendat, motus quia autoritas debet interuenire in actu,
nec retrò trahitur, per tex. in d. l. obligari. §. tutor. ff. de auto. tuto. cum concord. supra adductis: ta-
men Alex. & Iaf. sequuti partes Bar. huic statim occurrunt, dicuntque verum esse, autoritatem per
se non trahi retrò, sed cum secundo actu retrò trahi, vt videlicet per illam primus actus effectum
habeat, per d. §. si quis ipse Prætori. Sed & respondet Iaf. alteri rationi Hierony. Tort. qui conatur
tueri sententiam Ro. vt ibi videbis per eum. Ego verò multum de hac re dubito, per ea quæ supra
diximus nu. 10. & seq. Nam quod hi dicunt, hæc autoritatem non retrò trahi ad priorem actum,
sed ipsum priorem ad secundum trahi: nihil video, præterquam verborum differentiam: nam
quantum ad rei effectum, nihil hæc inter se differunt. Verū arbitror hunc secundū actum factum
cum autoritate necessaria valere, vt actum quidem per se, nulla scilicet prioris ratione habita, qui
omnino nullus erat, nec impediēbat, quin de integro res ipsa legitimè conficeretur.

Quid si inter-
ponatur in
ratifi. facta
ab eo ipso qui
actum fecit.

16 ¶ SED QUID SECUNDO, pone quōd huiusmodi cōsensus sine autoritate possit præstari, post
contractum factum ab vxore, vxor autem, quæ sine consensu mariti contraxit, postea reuocar,
antequam maritus consenserit: an poterit nihilominus ipse maritus consentire, ad hoc, vt valeat
huiusmodi contractus? Dic quōd non, per id quod in simili dicit Bar. in l. tam is. §. 1. in fin. & ibi
post eum Imol. ff. de dona. causa mor. quōd ad hoc, vt donatio, quæ fecit filius sine cōsensu patris,
accipiat robur ex sequenti consensu patris, debet filius perseuerare in eadem voluntate, per no. per
eumdem in l. in mortis. ff. eod. tit. & sequitur Pau. Cast. confi. 438. quantum ad primū quæsitum, in
1. dubio, lib. 2. & Angel. Aret. in §. 1. col. 2. Instit. quibus non est permiff. facere testa.

An uxor
quæ sine uiri
consensu con-
traxit, possit
reuocare, ut
postea uir
cōsentire non
possit.

17 ¶ Nisi diceres, quōd Bar. vbi supra, loquitur in donatione causa mortis, quæ aliàs semper potest
reuocari vsque ad mortē: quod non procedit in cōtractibus, per l. sicut. ff. de act. & obli. Nihilomi-
nus tamen ego idem sentio, etiam in cōtractibus, quia cū in hoc casu fiant contra hoc nostrum
statutum, vel consuetudinem, potest ipsa mulier nondum consensu viri interposito, liberè ab eo
recedere, per l. iubemus. §. sanè, & l. 1. & ibi Doct. C. de sacrosanct. eccle. & l. quemadmodum. C. de
agri. & cens. lib. 11. cum concord. alibi à me adductis. Et ita expressè in statuto disponente, quōd
filius non possit se obligare sine consensu vel licentia patris, tenuit Salyc. in l. vlt. col. etiam vlt. C.
ad Macedo. vbi tamen nihil allegat.

De eadem re.

18 ¶ QUID AVTEM ET TERTIO, retenta eadem opinione, si vxor quæ sine consensu mariti
contraxit, decedat antequam maritus cōsenserit, nunquid potest post mortem illius maritus con-
sentire ad hoc, vt valeat? Dic quōd non, vt in simili consuluit Pau. Castr. in d. cōfi. 438. in 1. dubio.
lib. 2. hac ratione motus, quia vxoris volūtas est iam extincta l. 4. ff. loca. ergo in ea non potest dici
perseuerasse. Et quia actus sine consensu, qui interuenire debuit, nō fuit à principio validus, sed
poterat validari ex futuro cōsensu, & ita erat interim in pendētī. Siue ergo sequuto cōsensu actus
ipse primus cōfirmetur, vt ex tunc, & sic actus trahatur ad cōsensum: siue vt ex tunc, & sic actus
trahatur ad primū actum, vt trunque fit per quandā fictionem, quæ dicitur translatiua: quia vnum
tempus transferrur, siue trahitur ad aliud, iuxta plenè no. per Bart. in l. si is qui pro emptore. ff. de
vsuc. In qua fictione requiritur habitas extremorum, id est, quōd omnia sint in eodem statu, ita
quōd actus possit de nouo, & tunc fieri, cū consensus interuenit, secundum Bar. ibidem, & pro-
batur in l. qui balneum. §. Titia prædium. ff. qui pot. in pig. hab. Ideò requiritur, quōd is qui fecit
primum actum, viuat eo tēpore, quo actus ex secuto consensu approbatur: quia tunc posset actus
de nouo fieri: non etiam cū is, qui fecit, mortuus est.

An uir post
mortē uxoris
possit cōsentire
re contractui
illius.

Adde,

- 19 **De eadem re.** **Mortuus resurgens, uxorem non recusat.** ¶ Adde, quod ad hanc nostram consuetudinem priuatim pertinet, quod mortua vxore, maritus quondam illius desinit esse maritus illius, cum matrimonium morte alterius dissoluatur, vel testimonio D. Pauli, l. ad Cor. 7. & legum nostrarum, in §. deinceps, in Auth. de nupt. cum si. Et ita quidem dissoluatur, vt etiam si resurgat, qui mortuus est, non recuperet coniugem, vt voluit glo. in c. licet. 32. q. 5. Guli. Bar. Bal. & alij in l. nam ad ea. ff. de legi. cum concord. ibi adductis per Alex. At hæc nostra consuetudo exigit consensum mariti, & per consensum sequentem non confirmatur primus actus, nisi consensus sequens eo tempore adhibeatur, quo actus primus posset explicari. l. bonorum. & ibi Bart. ff. rem rat. hab. & voluit Bal. in Auth. hodie. col. 2. versu. quæro nūquid aliud. C. de app. & Alex. confi. 78. vifo & diligenter ponderato. col. 5. versu. tertio respondeo, lib. 5. vbi ad hoc facit illum tex. sing. & iterum confi. 81. reuocatur in dubium. col. 2. eo. lib. 5. & Fran. Are. confi. 122. in causa quæ vertitur. col. 1. & Doc. sape.
- 20 **An hic viri consensus possit prestari per procuratorem.** ¶ SED QUÆRO QUARTO, an consensus mariti possit prestari per procuratorem, nuntium, vel epistolam. Et fortè multis videbitur super hoc nequaquam dubitandum, quin fieri possit. Nam regulam habemus, vt quod possum per me expedire, possum & per procuratorem. l. 1. §. vlt. ff. de procur. & licet. C. eo. & est glo. no. quam ibi no. Bart. & Ang. & alij in l. 3. in princ. ff. rem rat. hab. quæ dicit, quod illum actum, quem potest minor per se expedire, potest & per procuratorem, cum concord. supra adductis in glo. præcedenti. nu. 183. decimo sexto. Et dicit etiam Spec. in tit. de procu. §. 1. col. vlt. versu. item generaliter, quod omnia possumus expedire per procuratorem, quæ non reperiuntur prohibita.
- 21 **Consensus simplex potest prestari per procuratorem.** ¶ Verum hoc non aded expeditum, quin sit dubitandi materia. Igitur vt hanc rem omnibus obuiam præbeamus, breuiter dicendum est, quod simplex consensus, qui videlicet non adhibetur pro solennitate, aut etiam autoritas, quæ sumitur pro simplici consensu, prout supra in prima q. declarauimus, potest interponi per procuratorem, nuntium, vel epistolam. At autoritas propriè sumpta, aut etiam consensus, qui habet vim autoritatis, vt qui interponitur ad solennitatem, & integrandam personam, debet adhiberi personaliter, vt ita dixerim, nec satis est interuenire procuratorem, nuntium, vel epistolam.
- 22 **Iussus quoque.** ¶ Quantum ad primum, videlicet simplicem consensum, ita voluit Bar. in l. 3. ante fi. ff. de cōtrah. empt. & omnes in hoc vbique conueniunt ad hoc, allegantes, quod in simili dicitur de iussu, qui potest interponi per nuntium vel epistolam, per text. in l. si quis mihi bona. §. iussu. & ibi Bar. & alij. ff. de acq. hæ. & quod scribitur in l. honores. §. vlt. ff. de Decuri. quem ad hoc ponderant Ang. & Alex. post Iacob. Bel. in l. si cum dorem. §. si patri. ff. solut. matr. Ille tamen text. loquitur de consensu siue contradictione. sed text. est omnium optimus in l. 2. ff. de pact. & in Clem. 1. §. verum. vbi & hoc not. Card. Flor. de hæreti. Sed & quod aliàs contrahi possit per nuntium vel epistolam, text. habemus in d. l. i. in fin. ff. de cōtrah. empt. & in l. consensum. ff. de act. & oblig. vbi & illud optimè probatur, simplicem consensum posse per nuntium vel epistolam interponi.
- 23 **Autoritas propriè sumpta, minime.** ¶ De autoritate quoque text. est in l. obligari. §. tutor. ff. de autor. tuto. & in §. tutor. Instit. eod. tit. & voluerūt gl. Pau. Ca. Ale. Fran. Are. ac fermè omnes in d. §. iussu. Ex quibus ipse Aret. dicit etiam esse tex. no. in l. minorum. secundū vnam lec. quam Bal. ibi dicit sing. C. de præd. minor. vbi tutor non potest petere per procuratorem, vt interponatur decretum. Cuius rei (vt dicit Aret.) nulla alia est ratio, quam quia petendo interponi decretum à iudice, ipse autoritatem præstat venditioni. Et illum etiam text. in id dicit sing. idem Are. in l. singulos. ante fin. ff. de testa. & illum quoque ad hoc ponderat Ang. in l. post mortem. §. 1. de adop. & Rom. in l. 2. ff. de offic. eius. cui mand. est. iurisd. & ita eo text. non citato voluit Specul. post antiquiores in titu. de actore. §. 1. versu. sed nunquid poterit. & rursū in tit. de procur. §. 1. versu. quid ergo si constituerint.
- 24 **Ratio eius vel.** ¶ Ratio autem, quare autoritas debeat per se accommodari, est, quia debet interponi in ipso contractu, vt diximus supra in 1. quæst. At qui autoritatem præstat per procuratorem, nuntium, vel epistolam, non videtur interponere in ipso contractu, sed antè. Nisi diceret, post Pau. Cast. in d. §. iussu. col. 2. quod confertur in tempus ipsius actus. Sed vt dicit Aret. ibi, ante fi. hoc esset fingere de tempore ad tempus, quod non est in potestate hominis. l. si fortè. ff. de castren. pecu. & not. Bar. in l. si is qui pro emptore. ff. de vsucap. Tamen si quis mitteret nuntium vel procuratorem ad consentiendum, cum actus fieret, vel epistolam præsentandam tempore actus: tunc quia ille qui agit per procuratorem, nuntium, vel epistolam, per se agere videtur. l. qui autem. §. vlt. ff. de cōstit. pecu. hoc fortè posset tolerari, vt dicit Aret. vbi supra.
- 25 **Consensus solennitatis per procuratorem prestari non potest.** ¶ Sed & quod consensus, qui præstat per solennitatem, non possit adhiberi per procuratorem, nuntium, vel epistolam, tenet Pau. Ca. & Aret. in d. §. iussu. Mouetur Pau. ea ratione quam supra diximus de autoritate. Allegat Aret. text. quem dicit not. in l. post mortem. §. vlt. ibi, nec per alium huiusmodi solennitatem peragere potest. ff. de adop. Sed & tu potes addere tex. in l. sicut tribus. & ibi glo. 1. ff. de arbit. vbi non sufficit, quod vnus iudicum, siue arbitratorum, consentiat aliis iudicantibus in absentia, & per procuratorem. & tex. in l. 2. in prin. C. de his qui veni. & at. impet. vbi quādo aliquis debet quicquam facere ad solennitatem actus, debet ipse per se facere, non per procuratorem, quem ita ponderat Ang. in l. 3. ff. rem rat. hab. Et hoc etiam voluerunt Inno. Hosti. Ioan. And. Anto. & Panor. in c. cum desideres, extra de sentent. excom.
- 26 **Cuius ratio est, quia vbicumque aliquid debet fieri ad solennitatem actus, id fieri non potest per simile**

- simile, per tex. in d. l. singulos, quem ad hoc not. Aret. ibi, col. 2. versu. secūdo. not. ff. de testa. Et quod pro forma requiritur, non potest impleri per æquipollens, per not. per Bal. Ang. Imo. & recēt. in l. 1. ff. de liber. & posth. cum concord. ibi adductis per Alex. & Iaf. & per Fel. in c. cum dilecta. col. 17. versu. amplia vndecimò. de rescrip. vbi videre poteris. In casu autem statuti requirentis consensum proximorum, non posse huiusmodi consensum præstari per procuratorem, tenuit Alex. in l. vlti. & ibi quoque Iaf. vterque ad fi. C. de procu. & idem Alexan. confi. 189. vifo statuto. col. 1. lib. 7.
- 27 ¶ Et hoc quidem maximè procedit, quando ex statuto requiritur consensus alterius, sicuti in casu nostro. Nam debet huiusmodi consensus à statuto requisitus verè præstari, & proprie, non fictè, per l. 3. §. hæc verba. ff. de neg. gest. cum infinitis si. Ille autem, qui per procuratorem cōsentit, non id propriè vereque facere dicitur, sed fictè, & impropriè, vt voluit Dyn. in cap. qui per alium. de reg. iur. libro 6. & Bart. in l. si is qui pro emptore. in §. q. principali, versu. venio ad secundum. & ibi Imol. char. vlti. ff. de vsucap. Idem Bar. in l. sed si minus. §. seruus. col. 2. ff. de iniur. Bal. in l. 1. col. 2. versu. in mandante etiam. C. de seruis fugiti. & in l. non ideò minus. col. 5. in 6. q. de accusa. cum concord. adductis per Alex. confi. 65. vifa quadam constitutione, col. 2. libr. 4. Et est bonus text. in l. 1. §. deiecisse. ff. de vi & vi arma. & in l. item si obstetrix. in princ. ff. ad leg. Aquil. & in l. si pater. & ibi gloss. in verbo, ipse fecisse. ff. quæ in frau. credi. & in l. ita autem. §. gefisse. ff. de adm. tut. Nam illi text. vtuntur verbo, videtur, vt videlicet, qui per alium facit, per se fecisse videtur, quod quidem verbum fictionem importat. l. 3. §. ex contrario. & ibi doct. ff. de acqui. poss. & not. Bar. in d. l. si is qui pro emptore. ff. de vsucap. cum aliis sim.
- 28 ¶ Ex quibus videtur reddi dubia illorum decisio, qui tenent, patrem posse consentire filio agenti per procuratorem, in casu l. vlti. §. necessitate. C. de bonis quæ libe. vt ibi voluit Petr. distinguens inter maiorem filium, & minorem. Iac. Aret. Cyn. in 3. q. etiam distinguens Bar. in vlt. q. C. de bon. quæ libe. Spec. in tit. de actore. §. 2. versu. sed nunquid poterit per epistolam. Bart. in d. l. honores. §. vlt. ff. de decur. per illum tex. & in l. filius. in fi. ff. eod. tit. & in l. 1. C. eo quoque tit. li. 10. & in d. §. iussu. in fi. & ibi etiam Alexan. col. 1. Bald. distinguens, vt supra, in Auth. causa quæ. col. vlt. C. de Episc. & clerici. Alex. in d. l. si cum dorem. §. si patri. col. 2. ff. solut. matr. Quin huiusmodi decisionem expressè reprobant Pau. Cast. in d. l. si cum dorem. §. eo autem tempore. col. pen. & Fran. Are. in d. §. iussu. col. vlt. moti, quia hic consensus requiritur ad integrandam siue legitimadam personam filij, vt dicit gl. in d. §. necessitate. in illa quæstione, an filius. possit procuratorio nomine agere in iudicio, sine consensu patris. De quo tamen ibi per Bar. Paul. Cast. Iarè, & alios, quos videre poteris, quia ex hoc pendet veritas huius decisionis.
- 29 ¶ Sed si tenueris opin. Pau. & Aret. eam limita procedere, nisi pater esset relegatus, aut cui aliàs in ciuitate esse non liceret, quia tunc posset consensum adhibere per procuratorem, nuntium, vel epistolam, vt voluit glo. quam ponderat Dy. Ang. Pau. Ca. Alex. in d. l. si cum dotè. §. si patri. Et facit, quod statim dicam. Et hoc idem dicendum est in autoritate, cum autoritas & consensus, qui ad solennitatem interponitur, à pari procedant, vt iam sapius supra diximus. Et hoc quidem erit pro limitatione generali omnium casuum, in quibus cōsensus vel autoritas non potest interponi per nuntium, vel epistolam. Et ex hoc quoque intelligere potes virum relegatum, deportatum bannitum posse haud dubiè cōsentire vxori per procuratorem, etiam si aliàs non posset. Ad quod & tu vide, quæ dicam in 8. glo. in 4. q. præsertim, versu. ex quibus.
- 30 ¶ Secundo limita, vt etiam si cōsensus non possit ita præstari in cōtractibus, possit tamen in quasi contractibus, vt in hæreditatis aditione. Ita enim voluit in hac ipsa aditione hæreditatis glof. ordi. in l. si per epistolam. in 2. solu. ff. de acquir. hæred. vbi Fran. Aret. col. 1. dicit illam valde singularè, sed periculosam esse, eam tenere, quoniam id non reperiatur iure cautum. Super quo vide quæ in simili latè disputauimus supra, in glo. 5. in verbo, contracter. in 11. quæstione.
- 31 ¶ Præsentia autè si requiratur, personalis, siue corporalis, est necessaria, secūdo gl. in Cle. dudum, versu. ac deinde, in verbo præsentari, de sepult. quæ addit rationem, quia præsens dicitur, qui præbetur sensibus corporis, arg. l. 1. in prin. ff. de verb. oblig. quam glo. sequuntur Lap. Pau. Eleaz. Card. Flo. qui illam dicit sing. & Pan. ibi & idem quoque Pan. qui illam dicit not. in c. cum parati. col. 1. in fi. & ibi quoque Philip. Dec. extrà de appel. vbi Pan. & Dec. dicunt, hoc esse notandū pro statutis, & aliis dispositionibus requirentibus præsentiam alicuius, ad certum actum. Et ad hanc sententiam refert Pan. tex. ibi, quem alij in contrarium trahere conabantur. & idem Pan. in c. ea noscitur. in 2. not. extrà de his quæ fiunt à Prælat. & in c. vlt. col. 5. versu. glo. secunda quærit, de dilat. & Fel. in c. cum omnes. col. 10. versu. sed aduerte, quia istud dictum, extrà de constit. & idem voluit Fran. Aret. in d. §. iussu. col. antep. versu. ex prædictis potest inferri. Idem præterea voluit Bal. in l. 1. col. antepen. C. qui admit. vbi dicit, quod si statutum requirit præsentiam, debet interuenire præsentia corporalis: & propterea rati habitio sequens non satisfaceret statuto: quia licet repræsentaret consensum, non tamen præsentiam corporalem. Et iterum in fin. omnino d. l. 1. dicit, quod si statutum requirit præsentiam aliquorum consanguineorum in contractu mulieris, non possunt constituere procuratorem: quia statutum requirit præsentiam veram, non fictam. & Ange. in l. Titius. ff. quib. mod. pig. vel hyp. sol. & Fel. in d. c. cum omnes. col. 2. versu. quinta declaratio, extrà de constit. Et Catel. Cor. qui hoc dicit singul. in memor. statuta quod bannitus.
- 32 ¶ Sed hoc primum limitandum est procedere, vbi præsentia alicuius personæ singularis requiritur.

Solennitas per æquipollens non impletur. Nec forma.

Qui per procuratorem facit, non propriè facere videtur.

Videtur verbum fictionem importat.


Pater an possit per procuratorem consentire filio agenti.

Quid si uir esset relegatus, uel bannitus.

Quid in hæreditatis aditione.

Quid, si præsentia requireretur.

Præsens quis dicatur.



CONSENTEMENT.

432

Quid in præ-
sentia Capi-
tuli, uel alte-
rius collegij.

tur: secus si requiratur præsentia Capituli, quia poterit nihilominus Capitulum aliquos cõstitue-
re, qui nomine Capituli actum expediant, vt post Archid. in ca. Episcopus. 15. quæstione 7. voluit
Panormit. in ca. non potest. in 3. col. vers. ex quo potes inferre, de re iudi. & Phil. Deci. in d. c. cum
parati. colum. 2. vers. secundò prædicta conclusio, de appel. Ex quo & tu intelligis, id procedere in
omni vniuersitate, & collegio.

33
Quid si non
præsentia per
sonæ, sed cu-
iustiam re-
quiratur.

¶ Limita secundò, vt procedat, quando requiritur præsentia cum adiectione huius dictionis, per-
sonæ, videlicet si dicatur præsentia personæ. Secus si simpliciter requiratur præsentia alicuius: quia
tunc huiusmodi præsentia potest exhiberi per literas, vt voluit expressè Archid. in cap. 2. per illum
text. 75. dist. vt illum allegat Franc. Aret. in d. §. iustum. Sed non videtur intellexisse distinctionem
illius. Et certè ea distinctio mihi satis frigida videtur, nec quod de mentione personæ dicit pro-
batur per iura, quæ in eam partem allegat. Text. autem in dicto cap. 2. per quem videtur probari,
præsentiam posse exhiberi per literas, vt etiam ex eo not. glo. ibi, debet intelligi, secundum quartam
limitationem, quàm infra subtexemus.

34
Quid si sit in-
stum impedi-
mentum.

¶ Limita tertio, vt procedat, nisi iustum impedimentum esset, quia tunc poterit actus expediri per
procuratorè eius, cuius requiritur præsentia, vt dicit Ang. in l. Pomponius. in prin. de procu. quem
sequitur Fran. Are. in c. licet ex quadã. in 8. not. in fi. de test. & Phip. Deci. in d. c. cum parati. col. 2.
vers. sed tamen ista conclusio, dicens hoc sibi verius videri. Et bene facit, quòd supra diximus, de
relegato, num. 29. & quod in simili dicimus, quòd licet id, quod pro forma requiritur, non possit
adimpleri per æquipollens, vt supra diximus: fallit tamen, cum aliqua necessitas impediret illud
præcisè, & in forma adimpleri: quia tunc per æquipollens posset fieri, vt colligitur ex not. per Bal.
in l. 1. C. vt quæ desunt aduo. arg. l. 1. cum ibi not. per gl. C. qui & aduer. quod & multis iuribus, &
rationibus probat Rom. consi. 433. incip. quò ad primum. & Alex. in d. l. 1. col. vlt. vers. vnum etiam
non omitto. & ibi Iaf. col. 3. vers. secundò contra communem. ff. de libe. & posthu. quos omnino
vide. & Feli. in c. cum dilecta. col. 17. in 11. amplia. vers. & vnum considera. & iterum col. 21. vers.
limita septimò, de rescrip. licet Bal. sentiat contrarium in l. 1. in fin. C. qui admit.

35
Quid si re-
quiratur in
materia, quæ
non exigit
præsentiam
corporis.

¶ Limita quartò, vt procedat, quando fieret mentio præsentia in materia, quæ suapte natura non
exigit præsentiam corporalem: tunc enim poterit exerceri per procuratorem, per text. in cap. pen.
ibi, modò se conspectui præsentarent, iunctis illis verbis, quorum procuratoribus, &c. extrà de iu-
ramento calum. per quem text. dicit Pan. in d. c. cum parati. quòd secundum subiectam materiam,
præsentia improprie sumitur, non pro præsentia corporali. Id quod generale & perpetuum est in
omnibus, vt verba ex subiecta materia improprietur, vt latè diximus in repet. l. si vnquam. in
verbo, reuertatur, nu. 37. & aliàs etiam, & alibi sæpe. C. de reuocandis donationibus. Et ita vides,
Lector amantissime, in idem recidere, quòd dicimus de consensu, & præsentia, vt videlicet possit
adhiberi per procuratorem, nuntium, vel epistolam, si materia in eam rem sit subiecta. Aduerte
tamen quòd Franc. Aret. in d. §. iustum. quo loco nuper citauimus, videtur huic rei contradicere,
cum dicit, præsentiam non posse suppleri per literas, non solum si requiratur ad solennitatem, sed
etiam si ad patris obligationem, vt dicit sing. voluisse Bart. in l. 3. §. si pupillus. ff. de tutel. & in hoc
differre à consensu: ideo cogita.

36
Præsentia re-
quisita an
consensum
requirat.

¶ Illud autem non omittemus in hac mentione præsentia, quòd si simpliciter lex vel statutum re-
quirat præsentiam alicuius, satis est illum præsentem fuisse, etiam si non consentiat, vel etiam si dis-
sentiat. l. sicuti. ff. de arbit. Et si nolit interesse, sufficit vnica interpellatio. cap. vlt. eod. tit. lib. 6. Hæc
quidem Bal. in c. ex parte Episcopi. col. 1. vers. item si statutum, extrà de rescrip. Sed quantum ad
prius dictum pertinet vide quæ latius dicemus in glo. seq. num. 32. limita quartò, & 2. seq.

37
An consensus
& autoritas
hic requisita,
sit solennitatis.

¶ RESTAT Igitur, vt sciamus, vtrum consensus, & autoritas mariti, quæ hic debet interue-
nire ex nostra cõsuetudine, sit pro solennitate, & ad integrandã (vt nostri loquuntur) personam
vxoꝝ, an verò pro cõmodo vel incõmodo ipsius mariti: vt proinde etiam sciamus, an possit ad-
hiberi per procuratorè nuntium, vel literas, necne. Quod & ad alias multas quæstiones huius tra-
ctationis pertinet. Et certè sunt pleriq; omnes in ea sententia, vt in huiusmodi statutis requiren-
tibus consensum propinquoꝝ, aut mariti in contractibus mulierum requiratur huiusmodi con-
sensus illorũ, in fauorem mulierũ, & ad integrandã personam, id est, supplendã illarum imbecil-
litatem atq; fragilitatè. Ita voluerũt Bar. Bal. Pau. Ca. in l. transactione. C. de transact. Bart. in l. qui
exceptione. & ibi recentiores. ff. de condi. indeb. Bald. in l. pactũ quod dotali. in 12. q. C. de colla. &
in l. 2. circa medium. C. de adopr. & in Auth. sacramenta puberũ. C. si aduers. vendi. & in l. 2. in 9. q.
C. de rescin. ven. & in d. §. iustum. & ibi Alex. & Aret. & idem Bal. Raph. Co. Imo & Alex. in d. l. 1.
§. fuit quæstum. ff. ad Trebel. idem Bal. in c. cum contingat. col. 2. vers. sed nunquid ciuitas, extrà
de iureiur. & consi. 407. præsupponendũ est, col. 2. li. 2. & consi. 60. quædã foror. lib. 5. & cõsi. 394.
statuto cõmunis Papiæ, li. 5. Bened. Plumb. in l. 2. ff. de manu. vindi. Ang. in l. apud Iulianũ. §. vlt. in
fi. & ibi Raph. Com. ff. quib. ex cau. in poss. eat. & idem Ang. consi. 170. reuocatur in dubium, col. 2.
vers. in proposito. & cõsi. 191. super puncto, col. 1. & consi. 217. statutum quod mulier, & consi. 333.
statuto Tudertino. Per. Anc. in repe. c. 1. in 12. q. prin. vers. hic cadit quæstio disputata, de constitu.
Fulg. in l. si vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pact. Ant. in c. 2. ne fed. vac. Panor. consi. 40. factum in
effectu sic proponitur, col. 2. lib. 2. & consi. 65. Christi Iesu, col. vlt. vers. Præterea ratio, eod. lib. 2.
Pau. Cast. in d. l. vlt. §. necessitate. col. pen. C. de bon. quæ libe. & consi. 91. in casu Domini Antonij,
col.

egl. antepen. vers. ex quo autem sumus, lib. 3. Corne. consi. cclij. videtur in hac cõsultatione, col.
ij. vers. tertio respondetur, & iterum col. iij. vers. præterea consensus, lib. 1. & consi. xj. in præsentia
cõsultatione, col. vlt. lib. 3. Fran. Aret. consi. ij. intellecta diligenter, col. pen. & Iaf. in l. ij. §. volunta-
tem. col. ij. ff. solu. matr. Philip. Dec. consi. 502. ex duobus, col. ij. & consi. seq. col. ij. vers. secundò re-
spondetur, vsque ad finem: vbi dicit, quòd etsi non solum propter fragilitatem mulieris consensus
viri requiratur, sed etiam propter interesse ipsius viri: negari tamen non potest, quin fragilitas sit
principalis causa. Quibus concinunt, quæ longè lateq; congestimus, supra in prima lege conu-
biali, num. 71. sed quisaam miretur, & seq. & quæ dicemus infra glo. viij. num. 1. & duobus seq.

38 ¶ Sed Bald. in l. ij. post princip. & ibi post eum Salyc. C. vnde vir, & vxor, in ea fuerunt sententia,
vt statutum requirens consensum viri, in contractu mulieris, sit introductum in fauorem ipsius
viri, arg. l. cum pater. §. libertis. ff. de legat. ij. & sequitur Barb. in c. possessiones. col. vlti. de reb. eccle.
non alie. & Ioan. Lup. in repet. rub. de dona. inter vir. & vxor. §. lxxvij. col. j.

39 ¶ Et hanc opinionem non modicum fulcit nonnullæ consuetudines Franciæ, quæ reponunt
vxoꝝ in potestate maritorum, illisq; denegant ius contrahendi, aut in iudicio litigandi, sine con-
sensu maritorũ: id tamen nuncupatim intelligit, nisi facta fuerit bonorũ separatio: tunc enim eis
licere liberè contrahere, vel litigare sine cõsensu vel autoritate mariti. Huiusmodi enim inter cæ-
teras sunt Pariensis, cap. 105. & 106. Blesensis, ca. 3. titu. de communauté d'entre homme, & femme ma-
riées, cap. 6. & Claromontensis, cap. 183. quibus planè ostenditur, eum consensum vel autoritatem,
exigi ob id, quòd maritorum intererat ratione bonorũ, quorum administrationem habebat, ita vt
fructus bonorum vxoris suos facerent, possentq; vt libebat, disponere de bonis mobilibus, & con-
quæstibus communibus, in scia, atque etiam renitente vxore, vt illis ipsis consuetudinibus cautum
erat. Et idem in statuto requirente consensum propinquoꝝ, voluit Ang. sibi contrarius, consi. cxcj.
hoc capite, super puncto, col. ij. vers. & quia hoc nõ requiritur. Et sentit Pan. in c. cum in veteri. in
gl. j. de elec. & Ale. consi. 29. cuius hoc caput est, præclare subtiliter, col. 3. vers. cõfirmari potest, li. 3.

40 ¶ Et ego certè credo, nostram consuetudinem potius considerasse viri commodum, quàm vxoris
fragilitatem, vt pote quæ huiusmodi consensum mariti requirat in vxore maritata: nullum autem
requirit in non maritata, quamuis par. esset vtriusque ratio, si fragilitatè considerasset: neque enim
prudenter est soluta, quàm maritata. Ideò videtur solum habuisse rationem mariti, cui alibi de-
fert commodum fructuum omnium bonorum vxoris, constante matrimonio: propterea non mi-
rum, si sine consensu mariti, super illis contrahere nõ possit. Et propterea passim vtimur, vt pos-
sit vir hanc autoritatem, vel consensum interponere per procuratorem. Et id quoque posse fieri
in statuto requirente consensum consanguineorum in contractu mulieris, consuluit Bald. consi.
liij. cuius hoc caput est, statuto terræ Nursiæ, lib. 4. quem refert, loco tamen consi. non designato,
& sequitur Bapt. Seueri. qui hoc dicit esse mentum tenendum, in repet. l. omnes populi. chart. lxj. in
paruis, vers. xxvij. quæritur. ff. de iusti. & iur.

41 ¶ Quamuis, vt hoc concludam, possit etiam dici, vtrunque nostram consuetudinem considerasse,
& mariti commodum, & vxoris imbecillitatem. Nam & idem in simili statuto requirente præ-
sentiam filiorum in testamentis mulierum, voluit Ange. vtranque causam copulans, scilicet fauo-
rem filiorum, & mulieris fragilitatem, consi. lxxxvij. præmitto primò, vers. secundò præmitto. Et
ideò de hoc iudicandum est peræquè ac si fragilitas tantum in causa esset, vt pulchrè voluit Soc.
consi. xxij. circa prædictam, col. iij. vers. aliquando & tertio consideratur. lib. 4. Sed cum nostra
consuetudo, vt diximus, non loquatur vniuersaliter de foeminis, sed de maritatis tantum, non
etiam de cæteris, vt dictum est, visa est principaliter respexisse ad viri interesse.

GLOSSA SEPTIMA, IN VERBO,

Expresz.



QVANTUM glof. aliquando fuit in ea opi. vt autoritas tacitè præstari posset,
videlicet in l. quod dicimus. §. j. ff. de auto. tut. & in l. vbi non voce. ff. de reg. iur.
& videtur esse bonus text. in l. j. §. vlti. ff. de auto. tut. per quem probatur à con-
trario sensu, quòd præsentia tutoris, & eius quidem intelligentis, inducit auto-
ritatem, & ita per illum tex. voluit Iaco. Aret. ibi. Tamen contrarium voluit ali-
bi glo. requirens autoritatem verbis exprimi, in l. iij. & ibi Bart. & alij. ff. de auto.
tuto. Et ipse Bart. in d. l. j. §. vlt. eod. quoque titu. & in d. l. quod dicimus. §. j. & in l. gerit. ante fin. &
ibi Imo. Rom. & Fran. Aret. qui hanc dicit esse communem opi. ff. de acqui. hæred. Dyn. in d. l. vbi
non voce. de regu. iur. & in c. qui tacet, ad fin. eod. tit. lib. 6. Guli. Cu. & Bald. in vtraque lect. in l. si
pater filium. ff. de adopr. Signo. consi. cxc. Simonolus, col. ij. vers. venio ad secundum. Bald. in l. si
fine. col. j. vers. secundò quæro. C. ad Vellei. & in l. vlti. §. necessitate. col. pen. vers. quæro an suffi-
ciat: C. de bon. quæ libe. & in l. obseruare. §. post hæc. in fin. ff. de offic. Procon. & in l. instar. de iur.
fisc. lib. 10. & in c. cum consuetudinis. col. j. vers. quandoque requiritur, extrà de consuet. & in rub.
de rescript. col. ij. vers. an Episcopus mutus. & in c. cum in vestri. col. j. vers. pone statutum, de elec.
& in c. vlti. col. ij. de confess. & in addi. Spec. tit. de reo. ad fin. Cardi. Flor. in c. vlt. de maio. & obed.
O o

De eadem re.

De eadem re.

Autoritas ex
presz præsta-
ri debet.

Panor.in c.dilecti.col.iiij.verfi. nunquid sufficiat,extrà de arbit.Roma.in l.ij. §. voluntate. ff. solut. matrim. & confi. ccccxiij. quo ad primum, in vj. dubio. & Barb. in l. sciendum. col. xxvij. ff. de verb. oblig. & in c. possessiones. de reb. eccl. non alie. in repe. rub. C. qui admit. char. xij. col. iij. & confi. j. col. j. lib. item 1. & iterum confi. xij. scribitur apud Prophetam, col. ix. versicu. & est ponderandum, eod. lib. 1. & confi. x. illud referam, col. vij. versicu. fuit ergo opus, lib. 4. & alibi sæpe. & Iason in l. quæ dotis. col. vlti. versicu. vltra Bart. sextus casus est. ff. solut. matrim.

¶ Et ad hoc plerique omnes allegant tex. in l. j. §. mutus. ff. de tutel. vbi mutus dari tutor non potest, quia (vt ibi dicitur) autoritatem præstare nõ potest. Ex quo satis perspicuum est, autoritatem non nisi verbis posse accommodari: aliàs enim mutus quoque idipsum facere potuisset nutu, & signis, per l. mutum. ff. de acqui. hære. & in d. l. vbi non voce. ff. de reg. iuris. Et ad hoc illum text. in d. §. mutus. dicit elegantem Barb. in d. confi. xij. lib. 1. & solennem, d. confi. x. lib. 4. & meliorem de iure. idem Barb. d. confi. xx. lib. 2. & in cæteris ferè locis, sing. Et hoc videtur intellexisse Tullius in prima Oratione in Catilinam: Quid expectas autoritatem loquentiũ, quorum voluntatem tacitorum perspicis: Quibus verbis vides autoritatẽ in verbis esse, voluntatem & in mente tantum. ¶ Et adeo expressè autoritas interponi debet, vt quando ea requiritur, non sufficit simpliciter consentire, sed sicut sonat verbum, debet autoritas præstari. Ita voluit Innoc. in d. c. cum consuetudinis. & ibi post eum Bald. col. j. & Anto. & idem Bald. in d. l. vlti. §. necessitate, colum. v. versu. considera elegantia verba. C. de bon. quæ liber. & in l. quæcunque. ad fin. cod. tit. & Archi. in c. in venditionibus, col. ij. in verbo, autoritatem rei, xvij. q. iij. & iterum in c. quidam, col. ij. in verbo, destitutus, xvij. q. ij. & Angel. in l. si quis mihi bona. §. iussum. & ibi quoque Imol. circa princi. qui hoc reputat notabile. ff. de acqui. hæred. Et Barb. in c. 2. de pac. Feli. in c. cum dilecta. col. x. versu. & hinc est, de rescrip. Et Iason qui hoc commendat, in l. j. col. iij. versu. quartò not. facit. ff. de vulg. & pupil. Et iterum confi. xcviij. statutum Bononiense, col. pen. versicu. quartò facit, lib. 4. Hippol. Marfil. confi. ix. adiuuante, col. item ix. versu. nec obstat si dicatur, lib. 1.

¶ Verumtamen idem Imo. postea & Pau. Cast. Alex. & Fran. Arret. in d. §. iussum. tenent contrariũ, per text. in d. l. ij. cum glos. ff. de autor. tutor. vbi est optimus text. aperte probans satis esse, si tutor verbo probandi vtatur sine mentione autoritatis. Et quia etiam (vt illi subdunt) verba, condemnatio, & absolutio, quæ sunt de solennitate sententiæ, l. præses. & l. cum iudex. C. de sent. possunt proferri per alia verba æquippollentia. l. in summa. ff. de re iudi. & l. si quid tamen. §. si arbiter. ff. de arbit. & l. si Prætor. in princ. vbi bonus est text. de iudi. Et hanc etiam partem expressè tenet Sign. d. confi. cxc. vbi supra. Pano. in d. cap. 2. extr. de pact. per c. in venditionibus. xvij. q. iij. & c. placuit. xij. q. ij. & Ange. Arret. in §. actionum, col. xx. versu. decimoseptimò non valeret, Instit. de actioni. Iason sibi cõtrarius, in d. l. si quis mihi bona. §. iussum, versu. adde vltra scribentes. ff. de acqui. hære. vbi etiam est bonus text. in versu. fed quid si mandauit, loquẽs in iussu, qui vim habet autoritatis. Et bene facit, quod in simili voluit Bart. in l. legitimos, in prin. ff. de legi. tur. & in l. Prætor. in prin. ff. de nou. ope. nunti. Et quod etiam non obscure sentit Io. And. in d. c. qui tacet. de reg. iur. lib. 6. in Mercur. quod vbi requiritur licentia, quam vocant, sufficit eam interponi per viam consensus. id quod etiam expressè voluit Domi. in c. quorundam. §. circa. in princ. ibi quoque Philip. Franc. de elect. lib. 6.

¶ Similiter autem consensus, qui ad solennitatem actus adhibetur, videlicet qui non tangit priuatum illum, qui debet consentire, sed qui tantum adhibetur ad integrandam alterius actum conscientis personam (hic enim, vt sæpe diximus, vicem autoritatis obtinet) debet etiam expressè præstari, vt notat Dynus in d. c. qui tacet. in fi. de reg. iur. lib. 6. & Bart. in d. l. quæ dotis. col. vlti. ibi, in quarto casu. ff. sol. matr. & expressius Bal. in d. l. sine. col. j. in ij. q. C. ad Senatufcon. Velleian. & Pano. in d. c. dilecti, col. iij. versu. nunquid autem sufficiat, de arbit. & confi. xl. factum in effectu sic proponitur, lib. 2. allegans inter cætera not. in c. quia propter. de elect. iunct. not. in cap. quod sicut. & in c. ecclesia. eo. tit. & idem voluit Fran. Arret. in d. §. iussum, col. pen. & in l. ij. §. voluntatem, col. j. ff. solu. marri. Et ad quod etiam bene facit text. quem nullus illorum in illis locis allegat, in c. cum ab vno. iuncta glo. in verbo, mandantibus, & ibi Domi. in ij. notabili, de re iudi. lib. 6. vbi non habetur præsentia, & taciturnitas pro consensu, qui debet interuenire ad solennitatem actus. Quem text. dicit ad hoc singu. ipse Franc. Arret. in l. singulos, col. vlti. ff. de testa. Et idem præterea voluit Calc. confi. lvj. in causa dominæ, col. iij. versu. non obstat si dicatur.

¶ Sunt tamen etiam, qui putant (ne illud quoque omittam) consensum semper ex natura ipsius verbi eam vim habere, vt expressus esse debeat, in hocq; vno differat à voluntate, vt nuncupatum not. Franc. Arret. in d. §. voluntatem. col. ij. versu. & aduerte, per illum text. & ibi etiam Ias. colum. ij. versu. ij. & subtiliter: vbi tamen dicit, hanc verborum differentiam esse periculofam. Et hoc quoque postremò voluit Philip. Deci. confi. xxxvij. propter primum dubium, col. iij. versu. præterea & secundò. Sed ego vix huic sententiæ accederem.

¶ Illud autem minimè dubium est, Quod si lex, vel statutum exigat consensum expressum nuncupatum, tunc tacitus non sufficit: etsi huiusmodi consensus non sit ad solennitatem, sed tantum respiciat eius, qui consentire debet, commodum aut incommodum: vt in casu c. statutum. §. in nullo. de rescrip. lib. 6. voluerunt glo. Ioan. And. Archi. & alij, ibi. & Rom. decis. cccclxxx. si iudex delegatus, in nouis: vbi & hoc dicitur generale in omnibus casibus. Quamuis aliud videri potuisset, cum plus

plus sit factò cõsentire, quàm verbo, vt dicitur in d. decis. Rot. sed sufficit ita scriptum esse, vt necessariò obseruari debeat. l. prospexit. ff. qui & à quib.

¶ Porro vbi licentia requiritur, ea ex natura vocabuli expressa requiritur, vt voluit glo. in Cle. j. in verbo, obtesta, de testa. & Archi. & post eum Io. And. in c. si Abbatem. in prin. & ibi quoque Domin. etiam in prin. & Philip. Franc. qui hoc dicit sing. de elect. lib. 6. & Bald. in l. obseruare. §. proficisci. ff. de offi. Procon. & Lopus alleg. lxxxvj. in causa & quæstione, col. v. in paruis. Ro. qui & hoc reputat sing. in d. l. ij. §. voluntatem. & ibi quoque Alex. col. ij. versu. iuxta prædicta. ff. solut. marri. Fran. Arret. qui & hoc dicit notabile, & solenne, in d. §. iussum. col. antepen. Philip. Fran. in c. quàm sit. §. electus. post princ. de elect. lib. 6. Barb. d. confi. xij. col. xj. lib. 1. & in addi. Bal. in l. exceptione. C. de eui&io. Philip. Deci. d. confi. xxxvij. vbi supra allegauimus. & Lancel. Gal. in l. j. col. antepenul. versu. sextò requiruntur. ff. de verb. oblig. & Corfe. in suis sing. in verbo, licentia.

¶ Ex eo autem, quod de consensu diximus, manare potest, quòd cum filiis. non possit donare causa mortis, nisi consentiente patre. l. tam is. §. j. ff. de donat. causa mort. & ita videtur requiri talis consensus ad solennitatem, cum exigatur, non in factò proprio, sed alterius, secundum not. per Ant. in c. cum consuetudinis. extrà de consue. & sæpius supra diximus. Ideò talis consensus patris expressè est interponendus, per tex. in l. filiusfam. §. pari autem ratione, versu. sed enim meminisse, in verbo, specialiter. ff. de donat. per quem ita tenet glo. in l. qui in potestate. & ibi latè Fran. Arret. ff. de testa. & Specu. tit. de instru. edi. §. compendiosè. versu. quòd si filius, & ibi Ioan. And. qui ad hoc allegat Alber. Gal. & ibi item Bal. Idem quoque tenent Dyn. Cy. & latè Bald. reprobans Guli. Cu. contrarium tenentem, in l. senium. C. qui testa. face. pos. Bar. & Ro. in d. l. tam is. §. j. ff. de don. caus. mort. Bal. in l. Labeo. ff. de pac. Ang. in d. l. vlti. §. filius autem. C. de bon. quæ libe. vbi dicit ita fuisse decisum Perusij. & Panorm. d. confi. xl. in ij. dubio. Socin. latè confi. cxij. lib. 1. repetito confi. clxxij. lib. 2. cuius initium est, multum abundè, in ij. dubio, vbi dicit, quòd nullus contradicit, & Angel. Arret. in §. j. col. ij. Instit. qui non est permis. facere testa.

¶ Ex hoc etiam fit, vt cum consensus, quem debet præstare pater filio agenti in iudicio, sit de solennitate, & ad integrandam personam filij, secundum gl. in d. l. vlt. §. necessitate. C. de bon. quæ lib. & Bal. confi. ccccxcij. incip. in causa vertente, col. ij. versu. propterea secundum dicta, lib. 3. de quo tamen per alios in d. §. necessitate. Ideò talis cõsensus debet expressè interponi, nec satis esset, quòd pater esset præsens, & non cõtradiceret, vt not. gl. in l. si cum dotem. §. j. in prin. ff. sol. mar. Io. And. in c. vlt. ad fi. de iud. lib. 6. Bar. in l. nõ solum. in prin. col. ij. versu. sed cõtra hoc facit. ff. sol. mar. & Pau. Cast. in l. ij. §. voluntatè col. pen. versu. item nota quòd licet, & ibi Ias. col. ij. versu. ego addo. ff. eo. tit.

¶ Sed & ex hoc quoque fit, vt cum cõsensus, quem debet accommodare dominus vasallo alienanti feudum, sit de solennitate, vt dicit Ro. sing. 715. de solennitate. Ideo etiã talis consensus debet esse expressus, nec sufficit præsentia & taciturnitas domini, quod ipse Ro. dicit voluisse glo. sing. in c. i. in verbo, permissione, tit. de probi. feu. alie. per Lotha. vbi & id tenent And. Iser. & Bal. vterque tamen subobscure, & clarius Bertr. Capri. etiam ibi, & iterũ in c. i. & ibi quoq; Card. Alex. post prin. & Io. Ray. in §. habito. col. xxv. in paruis, versu. quæro, dicitur hic prohiberi, tit. de prohib. feud. alie. per Fed. Fel. in d. c. ratione, col. iij. versu. & per istam regulã, de præcri. & Iac. à S. Geor. in trac. feu. in verbo, & cum pacto de non alienãdo, col. vj. versu. sed hic cadit. Pro quibus facit, quòd etiã hic cõsensus debet adhiberi in ipso actu alienationis, nec potest sequi ex interuallo, si credimus And. Iser. in d. c. i. in prin. & ibi Iac. Alua. col. vij. versu. quæro an consensus, & Mart. Laud. col. pen. versu. vtrum autem consensus, tit. de prohib. feud. alie. per Fed. & Phil. Dec. conf. cxliij. quoniam ex sancto, & Fran. Curt. iunior. in trac. feud. char. xvij. 4. partis, versu. secundò cadit necessaria dubitatio.

¶ Sed aduerte, quia hic consensus domini nõ videtur exigi ad solennitatem, sed quia interest domini rem non alienari, nisi consentiat. Nec etiam dicit d. glos. id, ad quod eam allegat Rom. imò potius contrarium, videlicet dominum præsentem, & non contradicentem videri consentire alienationi, per multa iura ibi allegata: modo (inquit) intelligat, quid agatur: aliàs enim eum videri errare, per l. ij. ff. de iudic. & ita illam glos. intelligit, & sequuntur And. Iser. Iac. Bel. Bal. Alua. Mart. Laud. & Card. Alex. ibi. & alij plurimi, quos tibi congesi in nostro tractatu Retractuum, tit. j. glo. ix. in verbo, ou lignagier, num. 115. & simile quippiam.

¶ Item cum inter cæteras solennitates, quæ in alienatione rerum ecclesiasticarum requiruntur, sit & consensus capituli, per cap. sine exceptione. xij. q. ij. certè is consensus in perpetua alienatione expressus esse debet, nec sufficit tacitus, vt voluit glo. in c. 2. & ibi Inno. Host. & Pano. qui semper not. dicit, & alij, ext. de his quæ fiunt à Prælat. & glo. in c. i. in verbo, perpetuis, & ibi Dom. de reb. eccl. non alie. lib. 6. & Archid. in d. c. sine exceptione, ante fin.

¶ Ex eo denique fit, vt cum consensus mariti, aut consanguineorum requisitus ex statuto, in contractibus mulierum, sit de solennitate ex multorum sententia (vt iam supra sæpius diximus) is etiam sit expressè interponendus, nec satis sit, maritum esse præsentem, & non contradicentem. Sicuti in specie voluit Bald. in l. si sine, in ij. q. C. ad Velleian. & in d. l. ij. §. voluntatem. ff. solu. mar. licet non ea ratione, quòd talis consensus sit de solennitate, sed quia cum præsens, & non contradicens habetur pro consentiente, id ex quadam fictione est, & improprietate, per illum text. in verbo, videri consentire: nam hoc verbum, videtur, denotat fictionem, & improprietatem. l. j. §. de iecisse. ff. de vi arma. & l. ij. §. ex contrario, in fi. ff. de acq. poss. & no. Bart. in l. si is qui pro emptore.

De eadem re.

Autoritas cum requiritur: an & autoritatis verbo expressum utendum sit.

De eadem re.

Iussum.

Licentia.

Consensus solennitatis an expressè interponi debeat.

Quid in simplici consensu.

Quid si expressus consensus requiratur.

Licentia expressa esse debet.

Consensus patris in donat. causa mortis filiisfam. debet esse expressus.

An & consensus quem præstet pater sit iosa. agentis.

Consensus domini in alienatione feudi, an debeat esse expressus.

De eadem re.

Consensus prælati in alie. rei. eccl. expressus esse debet.

Consensus iuri hic requisitus, expressus esse debet.

col.iii. ff. de vſucap. Præterea tacendo non dicitur propriè velle. e. is qui tacet. de regul. iur. lib. 6. Ergo statutum huiusmodi conſenſum requirens, non habet locum in tacente, quia intelligi debet in caſu vero, non ficto. l. vlti. C. de his qui veni. æta. impet. & l. ij. §. hæc verba. cum gloſ. in verbo, hæredis. ff. de nego. geſt. & c. in noſtra. de iureiur. cum ſimi.

¶ Quam Bal. deciſionem ſequuntur Ang. Imo. Raph. Co. Pau. Ro. Alex. Fran. Are. & Iaſ. in d. §. voluntatem, inter quos Aret. addit illam rationem, quia talis conſenſus eſt de ſolennitate, & obtinet vim autoritatis. Et Pano. latè d. confi. iij. in ij. dubio, lib. 2. & Alex. confi. cxvij. viſa ſcripturaru, col. ij. verſi. tamè verius videtur, lib. 5. & confi. ccxviiij. ponderatis narratis, col. j. lib. 6. Et Soci. confi. 80. præſens cõſultatio, col. iij. verſi. ſed poſſet iteru inſtari, lib. 4. Iaſ. in l. quæ dotis, col. vlt. verſi. quartus caſus eſt. ff. ſol. mat. & Fel. in d. c. nõnne. col. ij. verſi. per iſtam regulã inferri poteſt, ext. de præſum. Alcia. in l. tranſactione, ante fi. C. de tranſact. tamenſi Fran. Rip. in d. §. voluntatè, ſubobſcurè dicat contrariu. Et ita licèt hæc noſtra conſuetudo nõ expreſſiſſet hoc verbum, *expres.* fuiſſet tamè inſtellectu, ſi tamen hic cõſenſus (de quo in præſentiaru ſermo habetur) ad ſolennitatem requiratur; de quo alibi latiſſimè diximus, ſcilicet in gl. præced. nu. 37. reſtat igitur, & ſeq. vſque ad fi. eius glo.

¶ SVNT TAMEN IſTA multis modis declarãda, atque limitanda. Primum, vt videlicet conſenſus, qui pro ſolennitate adhibendus eſt, poſſit tacitè, videlicet nutu, & ſignis adhiberi, cum iſtius cuius conſenſus requiritur, loqui non poteſt. Ita voluit expreſſè Franciſ. Aret. in d. l. ſi quis mihi bona. §. iuſſum. col. pen. ff. de acqui. hære. ad hoc allegans tex. in l. ſi pater naturalis. ff. de adopt. vbi etiam dicit Ang. per illum tex. quod ſi pater nõ poſſit expreſſè conſentire filio agenti, quia loqui non poſſit, ſatis eſt vt nutu & ſignis conſentiat, quia tunc lex fingit verba, per tex. quem dicit notabilem, in l. cum oſtendimus. §. vlt. ff. de fideiuf. tuto. qui tamen non loquitur de eo, qui loqui nõ poteſt. Et idem dicit Ang. de autoritate tutoris, vt videlicet ſatis ſit, ſi loqui non poſſit, vt autoritatem nutu & ſignis interponat. Quod tamen videtur eſſe directè contra tex. in d. l. §. mutus. ff. de tutel. vbi dicitur, quod mutus non poteſt præſtare autoritatem, & ideo tutor eſſe non poteſt.

¶ Facitq; ad id, quod in ſimili dicimus, quod licèt verba ſint ad matrimonium cõtrahendum neceſſaria, vt dicit gloſ. in l. cum notiſſimi. in princ. C. de præſer. 30. vel 40. an. & in c. tua. de ſponſa. illud tamen intelligitur in his, qui loqui poſſunt. Mutus autem ſignis & nutu poteſt contrahere, vt & in d. c. tua. dicitur, & in c. cum apud. eo. tit. & vtrouique glo. & Doct. & not. etiam glo. in c. ſit rector. in verbo, opera. in fin. xliij. diſt. & Hoſtien. in Summa, de ſponſal. §. qualiter contrahatur. & Zenzel. in extrauag. Ioan. 22. cuius caput eſt, execrabilis, verſi. ſtatuiſimus, in verbo, verbaliter, vbi & hoc generale dicit in omnibus Lapus alleg. lvij. viſiſ perlectis, ac diligenter examinatis, col. iij. & iterum alleg. iro. in ciuitate Florentiæ, col. xvj. in paruis. Bald. in l. j. in fin. ff. de ſponſali. & in c. r. §. vlti. titu. de ſucceſ. feud. & è Theologis D. Thomas, in iij. ſenten. diſt. xxvj. q. ij. artic. iij. Id quod multum facit ad hanc limitationem, quia certa eſt verborum forma matrimonio contrahendo ſtatuta, per text. in c. ſi inter. eod. item titu. de ſponſal. & in c. licèt. extra, de ſponſa duo. Sed tu tamen vide latiùs Lapum ipſum d. alleg. lvij. ſerme per totum.

¶ Similiter licèt iuramentum verba requirat, per tex. in §. ſed neque. in auth. de mand. prin. & in c. pen. & ibi Anto. Imo. & Pano. ext. de iureiur. & not. glo. in l. & per iuſiurandum, in prin. in verſi. verius eſt, ibi Bart. ff. de accep. Guli. Cu. Bald. & Salyc. in l. qui iuraſſe. in princ. ff. de iureiur. hoc tamen intelligitur in his, qui loqui poſſunt, vt dicit Alex. in l. j. in princ. col. iij. verſi. & an mutus poſſit. ff. de verbo. oblig. & propterea mutus iurare poteſt nutu, aut ſignis, aut ſcriptura, vt voluit Bal. in rub. ff. de iureiur. & Anto. in d. cum apud, de ſponſa. & Pau. Caſt. in d. l. qui iuraſſe.

¶ Nec abſimiliter mutus teſtificari poteſt, dummodo ſciat ſcribere, vt not. glo. in c. teſtes. iij. q. ix. & Specu. in tit. de teſtib. §. nunc tractandum, verſi. quid de muto. & Doct. in c. teſtibus, extra de teſti. cum tamen teſtis iurare debeat l. iurifurandi. C. de teſtib. & c. fraternitatis. extra eo. tit. Ex quibus facile poteſt videri, malè dixiſſe gloſ. not. in litem quia mutus. ff. de pactis. quod illud dicitur expreſſum, non tantum quando verbis exprimitur, ſed etiam, quando euidentibus ſignis. quam glo. ad hoc no. Bal. ibi, niſi eam intelligas ſecundum ea quæ diximus, in iis ſcilicet, qui loqui non poſſunt. Sed vide quid & de ea glo. dicam infra nu. 160. quintum genus expreſſi.

¶ Secundò limita, vt videlicet autoritas, & conſenſus ſolennitatis debeant expreſſè adhiberi in actibus expreſſis, ſecus in actibus tacitis, qui videlicet fiunt per actum facti: quo caſu ſufficit tacita etiam tutoris autoritas ſine verbis, arg. l. fiſtulas. §. fundum. ff. de contrah. empt. & ita expreſſè voluit Bald. loquens de autoritate præſtata ad continuãdam ſocietatem, quæ tacitè per actus ſcilicet ſociales contrahitur, in l. ſi patruus. col. penult. C. commun. vtriuſque iudic. & in l. mandatum. col. ij. in ij. oppo. C. mandat. & ſequitur Paul. Caſt. confi. cccclxvj. omnipotentis Dei, lib. 2. & Barba. in l. j. in princip. col. xxx. & iterum in l. ſciendum. col. xxvij. ff. de verbo. obliga. vbi dicit, hanc diſtinctionem eſſe mirabilem. & confi. xxxj. ſapienter ſcribitur, colum. iij. verſi. & ſi dicas, tutor, lib. 1. & dicto confi. xx. illud afferam in medium. col. xvj. verſi. & adduco quod voluit. lib. 2. & confi. lx. illud in medium afferam, col. vj. in tertio dubio, lib. 3. & confi. j. col. item vj. verſi. & ſi quiſpiam dixerit, lib. 4. & Iaſ. in l. j. col. ij. verſi. primò limita. C. qui teſtam. face. poſſ. & Lancelot. Gal. in l. j. in princ. col. antepen. verſi. ſextò requiruntur. ff. de verb. oblig.

¶ Et idem quoque voluit ipſe Bal. quem ſuperiores Doct. non allegant, in l. ij. col. vlt. C. de iure ſiſci. lib. 10. vbi etiam loquitur de autoritate tutoris, & in l. potuit. in vlt. q. C. de iure delib. cum dicit, quod

quod ſi pupillus maior infante, vnà cum tutore poſſeſſionem hæreditariam eſt ingreſſus, videtur per hoc hæreditas legitimè, & cum autoritate tutoris apprehenſa, licèt tutor nihil ſit loquutus, quia hic actus aditionis ſiue apprehenſionis eſt tacitus, & circa actus tacitos tacitè loquimur rebus ipſis, & factis, arg. l. de quibus. §. nam cum ipſe. ff. de legibus. & litem quia. ff. de pactis. & d. l. ſi pater naturalis. ff. de adoptio. & l. cum oſtendimus. §. vlti. ff. de autoritate tuto. Quam deciſionem ſequitur Roma. ibi. & Soci. confi. clij. pulchra & ſubtilis, col. j. lib. 2. & eſt i. eius vol. & Barb. confi. iij. bene etenim cuncta geruntur, col. iij. verſi. præterea iſtam quæſt. lib. 3.

¶ Verum Franc. Aret. in l. gerit. col. vlti. ff. de acqui. hære. dicit hanc differentiam Bal. iure nõ probari. Nam d. l. fiſtulas. §. fundum. non loquitur in actu per pupillum faciendo, in quo requiratur autoritas, ſed de executione prioris contractus facti cum patre pupilli, quam tutor ipſe exequi poteſt, etiam ad commodum ſuum, ſicut illam ponderat Bald. ipſe in l. cum ipſe. in fi. C. de contrah. emp. & in l. bonorum. col. vlt. C. qui admit. & ſuprà alibi diximus, videlicet in glo. iij. in xliij. q. nu. 68. ſed & ad hoc. Ideo tibi ampliùs cogitandum eſſe cenſeo.

¶ Limita tertio, vt ita procedat, quod videlicet ſola præſentia & patientia nõ habeatur pro autoritate, licentia, aut conſenſu, qui debet adhiberi ad legitimandam perſonam: ſed ſi præter præſentiam ante actum, vel etiam in ipſo actu quicquam dictum factumve fuerit ab eo, qui debet interponere autoritatem vel conſenſum, quod illum denotet velle conſentire, aut autoritatem præſtare, licèt expreſſè non dicat, quod conſentit, vel autoritatem præſtat: ſatis tamen eſt, vt autoritas, vel conſenſus præſtitus videatur. Quantum ad primum pertinet, text. eſt not. in c. dilecti. extr. de arbit. vbi conſilium priùs datum ab eo, cuius in actu autoritas requirebatur, deinde illius præſentia in ipſo actu pro autoritate habetur. & ita ibi not. Panor. col. iij. verſi. Epifcopus ergo, dicit illum tex. eſſe ad hoc bene notandum. & Roma. qui etiam illum textum commendat, in d. l. quæ dotis. ff. ſolut. matri. & Corſe. qui illum text. dicit ſingul. & vnicum in ſuis ſingu. in verbo, minor ſi ex diſpoſitione ſtatuti, ante fin.

¶ Secundum autem probatur per id, quod voluit Bart. in l. cum pater. §. libertis. in pen. q. ff. de leg. ij. ſi pater & filius ſimul agant, videtur pater præſtare conſenſum filio, per tex. ibi, & in l. Titius. in prin. ff. quib. mod. pig. vel hypo. ſoluit. Sequitur Imo. in d. §. libertis. & Bal. in l. vlt. col. ij. verſi. quæro, dicit ſtatutum. & ibi quoque Saly. col. ij. verſi. quæro quid ſi ſtatutũ. C. ad Senatuſc. Maced. vbi per hoc dicit, quod ſtante ſtatuto, quod filius. a. nõ poſſit ſe obligare ſine patris licentia, vel conſenſu, ſi pater & filius. ſe ſimul in eodem inſtrumento obligent, ſatiſfactum eſt ſtatuto. Ad quod etiam dicit facere tex. in l. is qui hæres. §. vlt. ff. de acqui. hære. vbi & hoc idem voluerunt ipſe Bal. qui id dicit norandum, & Ang. Imo. Rom. Alex. & Fran. Aret. qui hoc dicit ſing. & tamen limitat. Et idem Bal. in l. filius. in fi. ff. de his qui ſunt ſui vel alic. iur. & in d. l. Titius. in prin. vbi etiam loquitur in ſtatuto huic noſtro ſimili, ne vxor donet, aut contrahat ſine cõſenſu mariti. & ibi etiam Ang. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. ſolui. & idem Bal. in l. quoties ab omnibus. col. j. & ibi quoque Ange. in lect. Flor. Fulg. & Iaſ. in fi. C. de fideicom. vbi dicit ipſe Bald. paria eſſe plures vendere, & inuicem conſentire. Et ruruſum idem Bald. in addi. Spec. tit. de reo, in fin. Ang. Imol. & recenti. in l. ſi cum dotem. §. tranſgrediamur. ff. ſolu. matr. Imo. & Alex. in l. j. §. quæſitum. ff. ad Treb. Raph. Co. confi. xl. quidam filio ſtudenti, col. vlt. & Pau. Caſt. confi. liij. ſuper primo dubio, licèt fuerint diuerſæ opinionones, in fi. lib. 2. & Pano. in c. cum dilectus. in j. nor. & ibi Barb. col. ij. de conſuet. vbi etiam dicit Panor. quod quis alium eligendo, videtur illi dare licentiã acceptandi. & ruruſum idem Pano. in c. cum in veteri. col. iij. verſi. nota tamen primum dictum, extra de elect. & in c. ſicut noſtris. in fin. de iureiu. Alex. in l. ſi conſtante. §. ſi vxor. poſt prin. ff. ſol. mat. & confi. xxix. præclare ſubtiliter, col. iij. verſi. confirmari poteſt, lib. 3. & confi. viij. viſo themate, col. ij. in prin. lib. 5. Fran. Aret. loquès de licentia, confi. clx. longa eſt iſta cõſultatio, col. x. in viij. dubio. Barb. in c. edoceri. char. v. de reſcr. Corneus confi. xlv. duo principaliter veniunt, col. iij. verſi. præterea quando pater, lib. 1. vbi loquitur de conſenſu patris requiſito ex ſtatuto in contractu filij. & confi. ccliiij. videtur in hac conſultatione, col. j. eo. lib. 1. & confi. lj. licèt in hac conſultatione, col. ij. lib. 2. & Soci. confi. cc. quoniam ex forma ſtatuti, col. ij. in fi. cum prin. ſeq. lib. 2. & confi. lxxx. præſens conſultatio, col. iij. verſi. capio primam, lib. 4. vbi & hoc trahit ad ſtatutum requirens conſenſum viri in cõtractu vxoris. & ruruſum confi. cxxv. quoniã ex forma inſtrumenti, col. iij. verſi. quod autem in caſu noſtro, lib. 4. Ang. Aret. in §. ius autem. Inſtit. de patr. pot. & in §. j. inſtit. qui dari tut. poſſ. & in §. pupillus. col. iij. verſi. vnde ſing. tene menti. Inſtit. de inuti. ſtip. vbi hoc dicit ſing. Barb. confi. v. bene etenim cuncta geruntur, col. iij. verſi. & ſi dicatur, lib. 3. & Fel. in c. cum nuntius. in fi. de teſtib. & in c. cum Bertoldus, col. iij. verſi. limita ſecundò, de re iudi. Phil. Dec. confi. ccccxvij. viſa & iterum lecta. col. ij. verſi. poſtremò conſiderandũ. & Fabi. in tract. de empt. & vendit. in xxxix. q. iij. q. prin. Steph. Bertr. confi. cccxxix. ponitur in facto, col. iij. nu. 6. & 7. lib. 1. & cõfi. xvij. viſo cõſultationis themate, nu. 5. lib. 2. Hippo. Marſi. confi. ix. adiua me, col. antep. verſi. ſed poſito. lib. 1. & ſing. 447. faciens contractum.

¶ Nec ab iis diſſentit, quod ſcribit Bal. in l. exceptione. C. de euct. quod cum quis fideiubedo cenſetur conſentire contractui, cuius ſe fideiuſſorem conſtituit, per text. ibi, & in l. Pomponius. §. j. ff. in qui. cauſ. pig. vel hypo. taci. contr. & l. venditionem. C. de vſucap. pro emp. cum aliis concor. à me collectis in tracta. Retract. tit. j. §. j. in glo. ix. in verbo, *au lignagier*, nu. 268. incip. poſtremò, ſi ſtatutum eſt, quod filius non poſſit ſe obligare ſine conſenſu, certè ſi pater pro filio fideiubeat, ſatis

De eadem re.

Quid ſi ultra præſentia ante actum, uel in ipſo, quicquam actum dictumve ſit, quod autoritati adſtipuletur. Conſilium pro autoritate.

Pater agens cum filio, ei cõſenſum præſtare videtur. Idem ſi ſe ſimul obligent.

Similiter uir contrahens cum uxore.

Idem de licentia.

Quid ſi fideiubeat.

De eadem re.

16 Quid, ſi iſtius cuius conſenſus requiritur, mutus eſt.

17 Verba in matrimonio neceſſaria: Mutus matrimonium contrahit nutu et ſignis.

18 Mutus iuramentum præſtat nutu.

19 Mutus teſtificari poteſt nutu & ſcripto.

20 Autoritas in actibus tacitis an tacitè præſtari poſſit.

21 De eadem re.

confensisse videtur. Subdit tamen hæc verba, cogitabis, quia non determino nunc. Hoc tamen pro indubitato firmat idem Bal. in sua Marga. in verbo, statutum, versi. pen. & eum ex priori loco refert & sequitur Alex. in d. l. is qui hæres. §. vlti. col. j. ff. de acquir. hære. & Soci. d. consi. lxxx. lib. 4. Et Hippo. Marfil. d. consi. ix. vbi supra. Et vide, quæ dicam infra, nu. 29. ad stipulatur.

26 ¶ Huc quoque spectat, quod in non longè dissimili casu scriptum reliquisse dicitur Cardi. Flor. is est Zabar. in c. olim, le j. extr. de restit. spoli. quòd si Episcopus vendit aliquem fundum, vt in eo ædificetur templum, eo ipso videtur præstare autoritatem id templum edificandi, licet aliter aut specialiter nõ dicat se in id autoritatem præstare. Et id nuncupatim ex eo refert, & sequitur Barb. in d. c. dilectus. extr. de consuet. & iterum in addi. Bald. in d. l. exceptione. in fi. C. de euiet. Tametsi illud non inueni in meo codice Zaba.

27 ¶ Quibus concinit, quod pulchrè voluit Ioan. And. in c. qui tacet. col. ij. versi. secundum principale, & in fi. dum decidit quæstionem, quam illic tractat, de regu. iur. in Mercur. quòd stante statuto, quòd clerici non possint alienare res immobiles ecclesiæ sine licentia Episcopi, si clerici vendant ipsi Episcopo, ex hoc videtur illis data licentia, & satisfactum esse statuto, & ad hoc allegat plurima, & inter cætera, d. l. Titius. ff. qui. mod. pig. vel hypo. fol. quam decisionem idem Io. And. repetit in c. nõnne. & ibi etiam Imol. & Pano. col. pen. Barb. & Fel. col. iij. versi. & per hanc fallentiam, extra de præsumptio. Alber. in l. qui tacet. col. iij. versi. idem Ioan. format. ff. de reg. iur. Bal. in l. voluntas. in prin. C. de fideicom. Petr. Anch. in repet. c. i. in xij. q. princ. versic. hinc subiungi potest, de const. Et Panor. in d. c. cum dilectus. in j. no. de consuet. & in d. c. cum in veteri. col. iij. vbi supra, de elect. & consi. xj. tria sunt, in primo dubio, lib. 2. & Felin. in d. c. cum nuntius. in fin. de testib. & in d. c. edoceri. de rescript. De quo tamen dubitat Iason in l. j. §. fuit quæsitum. col. j. versic. vlti. aduerte. ff. ad Trebel. propter ea, quæ dicemus postea infra in glos. penult. in xij. q. vbi tractamus, an quis ad suum ipsius commodum autoritatem alteri præstare possit.

28 ¶ Simile propemodum est, quod voluit idem Ioan. And. & alij post eum in c. per vestras. de iure patro. quòd licet non valeat institutio facta patrono inconsulto, per c. decernimus xv. q. vij. idque etiam, si instituens eum putabat non esse patronum, d. c. cum Bertoldus, & ibi Panor. de re iudic. tamen si Episcopus contulerit ipsi patrono, satis videtur ipse patronus consensum accommodasse, & valet collatio. Et facit quòd scribit Card. Flor. in c. vlti. in prima quæst. de iure patro. quòd qui patitur se præsentari, intelligitur consentire præsentationi, per cle. j. §. secus. de concess. præben.

29 ¶ Ad stipulatur etiam, quod voluit Bal. quem sequuntur plerique ex recentioribus, quos supra citauimus, in d. l. vlti. §. necessitate. col. pen. versic. quæro an sufficit præsentia. C. de bonis quæ liber. cum dicit, quòd in casu d. l. non sufficit præsentia patris, quia per hoc non intelligitur consentire, per l. filius. §. inuitus. ff. de procurat. Nisi apparetur indicia consensus, vt quia pater ducat aduocatum, vel instruat, arg. d. l. secundæ. §. voluntate. ff. solu. matr. & l. vbi non voce. ff. de regul. iur. & d. l. si pater naturalis. ff. de adoptio. & l. mutus. ff. de procur. & l. seruo inuito. §. si pupillo. ff. ad Trebel. Licet (vt subdit) aliud sit in autoritate tutoris qui debet loqui, quando interponit autoritatē. Et idem in dicto casu, si pater satisdet iudicio sisti, vel fideiubeat pro filio, quia id agens censetur consentire filio agenti, & sufficit, vt voluit Spec. in tit. de acto. §. j. versi. sed quia si præsentem, per d. l. exceptione. C. de euietio. & idem dicit Bal. in addit. eiusdem in tit. de reo. §. j. versi. quæro ad perfectiõnem. Super quo etiam vide, quæ diximus supra, nu. 25. nec ab his. Et prius illud dictum Bal. sequitur Paul. Cast. consi. cclxxvj. quia probabiliter, col. ij. versic. præterea cum maritus, lib. i. vbi & hoc trahit ad statutum requirens consensum viri præstari agenti vxori: vt scilicet satis consentire videatur, cum causa sollicitat. Quod vtique notandum est, quia stante hoc nostro statuto, vxor sine consensu viri litigare non potest, vt diximus supra in glos. iij. in verbo, contracter, in xxj. q. & nos habemus consuetudinem expressam, vt ibi quoque diximus.

30 ¶ Nec illud prætermiserim, quod generaliter voluit Panor. in c. cum virum. in iij. not. de regulari. quòd quando ultra præsentia, & taciturnitatem alicuius interuenerit aliquis actus positius, tunc tacens habetur pro consentiente. & idem penè voluit idem Panor. in c. non iniussè, col. penult. de procur. & Iason, qui ad hoc multa allegat, in l. quæ dotis. col. antepe. versi. xvij. ff. solu. matr. Quintiam plus voluit Fran. Aret. in l. Gallus. in prin. col. iij. versi. ex quibus iuribus. ff. de libe. & posth. quòd actus, qui debet interuenire pro forma, sicut autoritas, vel iussus, satis sufficienter videtur interuenire, si tacitè resultet ex verbis illius, qui debet iubere, aut autoritatem præstare: non etiam ex sola iuris præsumptione, puta ex præsentia, & patientia tutoris, vel ex actibus non habentibus verba, per tex. in d. l. is qui hæres. §. vlt. iunctis not. in l. iij. ff. de autor. tuto. & hoc reputat sing. Lancelot. Gal. in d. l. j. in prin. col. antepe. versi. item ex alia. ff. de verb. oblig. Ex quo potes intelligere, sensisse Aret. necessaria esse quædam verba, licet non expressa, cum actibus consensum, aut autoritatem quandam denotantibus: nec satis esse actus ipsos sine verbis.

31 ¶ Postremò nec illud omittendum, quod dicit idem Aret. in d. l. is qui hæres. §. j. col. j. quòd id quod diximus, satisfactum esse statuto requirenti licentiam, vel consensum patris in contractu filij, si pater, & filius simul contrahant, est intelligendum, quando statutum requirit simpliciter licentiam, vel consensum. Sed si requirat licentiam, vel consensum expressum, requiri verba, hanc licentiã, vel consensum exprimentia: vt videtur determinare Bald. post longam disputationem, in addit. Specu. in tit. de actore, versic. sed quid si statutum, ad fin. additionis, vbi etiam in fi. dicit, quòd si tutor

tutor simul contraheret cum pupillo, non sufficeret ad probandū actū: quia in autoritate requiruntur verba, per notata in d. l. 3. ff. de autor. tuto. id quod Aret. dicit valde notandū. Sed aduerte, quia ille §. sed quid si statutum, in quo Aret. allegat Bal. non est in tit. de actore, sed in sequenti, de reo: & est postremus illius tituli. Et illud idem de tutore dicit Bald. in d. l. vlti. §. necessitante. C. de bonis quæ liber. vt dicemus versi. seq. ex his vides, Lector candidissime, rem hanc esse valde tenebrosam, & Cimmericis (vt dicitur) tenebris atriorē. Sunt enim ista, quæ ex aliis, maxime nostris scriptoribus, huc transcripsimus, ad eò secum pugnãtia, vt ferme nescias, qua tibi sit via incedendum. Verum vt omnem prorsus scrupulum amoueas, omnemque dubitãdi materiam subducas, illud consulo, vt si cum muliere quapiam contrahere velis, facias adhiberi autoritatem, & consensum mariti verbis expressis. ita enim fiet res minimè obscura.

32 ¶ Limita quartò, procedere quæ diximus, in autoritate, cõsensu solennitatis, & licentia, de quibus semper loquuti sumus. At si statutū prohibeat aliquid fieri sine præsentia alicuius, satis est illum esse præsentem: quamuis nec consentiat, nec consulat id fieri, nec etiam ab eo petatur consilium, vt voluit Bal. in c. ex parte Episcopi, col. i. ext. de rescrip. & Fran. Aret. qui illius non meminit in d. l. si quis mihi bona. §. si coram. in i. not. ff. de acquir. hære. per id quod voluit Barto. in l. Modestinus. col. i. ff. de donat. quòd cum in insinuatione sola iudicis præsentia sufficiat, per l. omnium. C. de testa. satis est, quòd donatio fiat coram iudice, absq; eo, quòd iudex aliquid faciat, aut interponat decretum. Et sequitur Bald. in l. illud. col. 2. in i. quæst. C. de sacros. eccles. vbi & ad hoc allegat text. quem dicit ad hoc apertum, & meliorem de iure, in l. vlt. C. de prædi. curi. lib. 10. & idem Bal. & ante illum Bart. in d. l. omnium. vterque ad fi. & ibi etiam Alex. col. i. C. de testa. Bald. in l. sancimus. ad fi. C. de diuers. rescript. Quòd si quis dixerit, quare igitur, & ad quid requiritur præsentia consanguineorum, nisi vel consentire vel consuli debeant: Certè dicit Aret. multum poterit operari: quia non est verisimile, si videant contrahentem decipi dolo, vel re ipsa, quòd id patiantur, quin spontè illum moneant: nec ita facilè incutietur metus, per nota. in l. Polla. ff. de his quib. vt indig. & in l. transactionem. ff. de transact.

33 ¶ Sunt tamen, qui putant, consilium ab eo esse necessario petendum, cuius præsentia in aliquo requiritur: sicut voluit gloss. in dicto §. si coram. super verbo, rectè, relata ad vtrūque exemplum positum in text. vt etiam est de mente ipsius Bal. qui tamen illam non allegat, in l. nam ita Diuus. ff. de adoptio. & Panor. in cap. non potest. ad fi. de re iudic. vbi dicit, quòd iura disponentia, quòd Episcopus debet definire causas in præsentia clericorum, importat, quòd Episcopus debet requirere eorum consilium.

34 ¶ Nec desunt, qui etiam sentiant, hoc casu illos quoque consentire debere, tanquam sint & ipsi iudices, vt glo. in c. summa. 15. quæst. 7. & glo. in cap. Episcopus nullius. & ibi etiam Archi. eadem quæst. & causa. Et hoc quoque sentire videtur Bal. sibi contrarius, in l. cum hi. in prin. ff. de trãfac. dum dicit, quòd quia in insinuatione donationis requiritur præsentia iudicis, ideo non intelligitur donatio insinuata, nisi iudex eam admittat. Sed tu hoc postremo Bald. dicto vide Anton. Cana. in tractatu de insinuatione.

35 ¶ Limita quintò, etiam non procedere, quando statutū loquitur de scientia, siue conscientia: quia videlicet prohibet ne fiat contractus sine cõscientia alicuius: quo casu certè non modo grãsentia statuto satisfacit, sed & simplex, nudaq; contractus scientia, etiam si ille non consentit. Ita voluit Angel. in §. emphyteusis. le 2. in Authent. de ali. & emphyt. per text. ibi facientem discrimen inter consensum, & conscientiam. Sequitur Roma. qui & sing. illum text. dicit, sing. 793. statutum dicit, & Ale. in d. l. 2. §. voluntatē. ff. solu. matr. reprehendens eundem Ang. qui alibi tenuit contrarium, videlicet in §. non aliter. in Authen. quo. o. episcop. & cleri. & etiam in d. l. si quis mihi bona. §. iussum. ff. de acquir. hæred. Et illam quoque priorem partem tenet ipse Bal. in l. nemo. ante fi. C. de sent. & in d. l. omnium. ad fi. versi. item not. quod dicitur, & ibi Corne. & Ias. vterque post prin. C. de testa. & Franc. Aret. in d. §. iussum. col. antepe. Felin. in c. nõnne. col. 2. de præsumpt. & Phil. Dec. in l. i. col. vlt. C. de bon. posses. secun. tab. & Fran. Ripa. in d. §. voluntatē. col. i. id intelligens, modò cum præsentia adfit & intelligentia, per not. à Bart. in l. diem proferre. §. coram. ff. de arbit. cum fi. Sed & illam priorem partem sequuntur ij etiam, quos nunc citabo.

36 ¶ Fallit enim illud Ang. dictum, quando conscientia requiritur alicuius superioris cõstituti in dignitate, videlicet Episcopi: quia tunc cõsensus illius requiritur secundū Archi. in c. quidã. per illum tex. 18. q. 2. quem sequitur Bal. in d. l. vlt. §. necessitate. C. de bonis quæ liber. & fuit de mente ipsius Bal. in rub. C. de exerci. col. 3. versi. quid si verba dictant. & idem tenet ipse Ang. & Ro. in d. §. iussum. & hoc dicit Alex. vbi supra, in d. §. voluntatē. esse menti tenendã. Et ita etiam videtur intellexisse Ang. in d. §. non aliter. cum loquatur de cõscientia Episcopi: & propterea non est sibi contrarius, vt dicit Alex. Soci. autem in d. §. voluntatē. col. i. & ibi post eum Franc. Ripa. col. 2. in prin. dicunt hoc, quod dictum est de Episcopo, cõfundi per tex. in d. §. emphyteusis. cum dicitur, cum licentia, & consensu: ibi enim consensus, & scientia Episcopi non requiritur pro autoritate: sed requiritur scientia Episcopi, tanquam vnus ex contrahentibus. c. i. de reb. eccle. non alie.

37 ¶ Limita sextò, procedere, vt videlicet autoritas, aut consensus solennitatis debeãt expressè interponi in actibus extrajudicialibus, videlicet contractibus, & similibus. At in judicialibus sufficit eius præsentia, qui debet consentire, vel autoritatem præstare, si non contradicat, per l. minorem.

Præsentia si requiratur, an cõsensu, vel consilium requiratur.

De eadem re.

De eadem re.

Scientia vel conscientia an consensum requiratur.

Et quid si scientia, vel conscientia superioris requiratur.

Quid in actibus judicialibus.

EXPRES.

440

C. si tuto. vel curat. Nam & in iudiciis videtur loqui, qui tacet. l. i. C. de erro. aduoc. & dicta l. cum ostendimus. §. vlt. ff. de fideiuss. Et ita expressè voluerunt Gul. Bald. & Angel. etiam in autoritate tutoris, in d. l. si pater naturalis. ff. de adopt. Quibus adde text. in cap. 2. de accus. lib. 6. vbi probatur, quòd in iudicialibus semper taciturnitas habetur pro consensu. Quod tamen intelligit Ang. vbi supra, procedere in iudicialibus actibus iurisdictionis contentiosa: nam in his, quæ sunt iurisdictionis voluntariæ, idem esse, quod in actibus extraiudicialibus.

Præsentia & taciturnitas in iudici. pro consensu habetur. 38

¶ Limita septimò, quod dictum est, autoritatem aut consensum solennitatis tacitè præstari non posse, vt id procedat in eo, qui sit inferior princeps: nam princeps ipse id potest facere, peræquè ac expressè, vt magna autoritate expressim voluit Inn. in c. cum P. tabellio. & ibi post eum Bald. col. vlt. versic. quæro, dictum est, extrà de fide instru. per text. in l. i. §. omnia. C. de vete. iur. enucle.

Quid si uir patitur eum, qui ab uxore emit, diutius possidere. 39

¶ Limita octauò, vt procedat, nisi post contractum factum interuenierit eius, qui ex forma statuti consentire, aut autoritatem præstare debuit, diuturna (scilicet decem annorum) scientia & patientia: quia ea vicem expressi cõsensu, & autoritatis obtinebit: aut certè faciet præsumi expressum consensum, & autoritatem interuenisse: quod in idem recidit. Ita voluerunt in statuto, quòd minor, aut mulier non possit contrahere sine consensu propinquorum, Bald. Ang. Imol. Franc. Aretin. & Iafon in l. qui in aliena. in prin. per illum text. ff. de acqui. hæred. Ang. & Imol. in l. sciendum. ff. de verb. oblig. Corn. confi. 337. dictos actores, col. 4. versic. & ex hoc capite, libr. 1. Alex. in d. §. voluntatem. vbi hanc dicit esse cõmuniorem opi. & Felin. in c. Albericus. col. vlt. extrà de testib. & in d. ca. nonne, col. 2. versicu. per istam regulam, de præsump. & Iafon latè consil. 89. aggredior itaque primum, col. vlt. versic. secundò & fortius, lib. 1.

Pater præsumitur consensusisse filio contrahenti, ex diuturnitate temporis. 40

¶ Et idem in simili statuto disponente, quòd filius non possit contrahere, sine expresso consensu patris, voluit Bal. in l. si filiusfam. per illum text. in fi. C. de peti. hæred. sequitur Alex. confi. 69. circa primum de quo quæritur, col. 3. versic. sed præmissis, l. i. & Fran. Are. confi. 36. casus talis est, præsupponitur, post princ. vbi & per hoc dicit, quòd si Cardinalis non possit testari sine cõsensu Papæ, præsumitur huiusmodi consensus interuenisse ex temporis diuturnitate, per no. per Anton. in c. ea noscitur, extrà de his quæ fiunt à præl. & in c. peruenit. de empt. & vend. Sequitur quoque illud Bald. dictum Barb. in l. i. col. 12. & iterum in d. l. sciendum. col. 26. ff. de verb. oblig. & in repet. rubr. de fid. iustru. char. pen. col. 1. & in repet. rubr. C. qui admit. col. 3. & confi. 33. scribit Pfalmista, col. 2. lib. 2. & confi. 1. ad reuerendissimum. col. 5. versic. & pro præsentis, lib. 4.

Et dominus in alienatione emphyteusis. 41

¶ Et simile quippiam consuluit no. Alexand. confi. 113. viso & diligenter cõsiderato, col. pen. versic. quartò comprobatur, libr. 4. quòd ex patientia decennali, post alienationem rei emphyteuticæ, præsumitur dominus consensum præstitisse, per text. in d. l. qui in aliena. & in d. l. filiusfam. Quod dictum sequitur Iaf. in l. si certis annis. col. 3. in prin. C. de pac. & in l. i. col. 6. versic. §. limit. in fin. C. qui admit. vbi hoc dicit nota. & confi. 175. super castro, col. 2. versic. ad idem facit, lib. 2. & Phil. Deci. confi. 222. viso puncto, col. 4. versic. quarto.

Contra supra dicta. 42

¶ Tamen quod diximus consensum esse statuto requisitum, in contractu minoris & mulieris præsumi interuenisse ex scientia, & patientia decennali, non omnino est expeditum: nam contrarium tenuit Bald. sibi contrarius, in l. 2. versic. item si statutum. C. de legi. hære. & confi. 22. præsupposito statuto, lib. 4. & Saly. in d. l. si filiusfam. de peti. hære. & Ro. in d. l. sciendum. de verbor. obligat. Raph. Co. & Alex. sibi quoque contrarius in d. l. qui in aliena. in prin. de acq. hæred. & idem Alex. confi. 17. viso instrumento locationis, col. 2. versic. quia respondeo quantum ad propositum, lib. 4. & latè confi. 218. ponderatis narratis, col. 1. & 2. & seq. lib. 6. & Iafon sibi quoque contrarius, in d. l. si certis annis. col. 3. versic. non d. facit.

De eadem re. 43

¶ Nec obstant (inquiunt) d. l. si filiusfam. & d. l. qui in aliena. quibus maxime innituntur aduersarij: rum quia loquitur in patre, & filio, qui iuris fictione reputantur vna eademque persona. l. vlti. C. de impub. & aliis subit. cum sim. Ideò inter eos facilius præsumitur consensus interuenisse. Tum quia ibi agebatur de commodo patris, propter vsumfructum: propterea faciliè præsumitur consensus illius. Secus, vbi nullum esset illius cõmodum, qui cõsentire debuit. Sed & aliis multis modis respondet Alex. d. confi. 218. lib. 6. vt ibi videre poteris. Et huc facit, quod consuluit Ange. confi. 318. dictus punctus est dubius, col. 1.

De eadem re. 44

¶ Quicquid dicant isti, prima op. videtur esse verior, & etiam est communior, vt dicit Alexand. & illam multis similibus fulciam infra, tit. de præscriptio. §. 1. vbi videre poteris. Vnum tamè est, quod in terminis nostræ consuetudinis requirentis expressum consensum, me ancipitem reddit: quia propter huiusmodi qualitatem expressiois, videtur non sufficere longum tempus, vt huiusmodi expressum consensum præsumamus, quemadmodum sufficeret in tacito, per notata per Ant. Imol. Pan. in d. c. ea noscitur, col. vlt. extrà de his quæ fiunt à Prælar. Et Alex. confi. 9. viso themate, col. pen. versic. non obstat si diceretur, lib. 3.

De eadem re. 45

¶ Nisi diceret, eos Doc. qui tenent priorem partè, etiam id intelligere, cum expressus consensus requiritur, vt pote qui loquantur in casu, in quo requiritur cõsensu expressus, licet statutum non exprimat, cum talis cõsensu (vt multis placuit,) sit ad integrandam (vt nostri loquuntur) personam, ideoq; habet vim autoritatis, vt latè dictum est supra, in ea. gl. in prin. & in glo. præcedenti ad fi. Et hoc tenet expressè Alex. sibi cõtrarius, in l. 2. §. voluntatè, in prin. versic. hoc tamen limita. ff. sol. matr. cum dicit quòd scientia, & patientia diuturna idem operantur, quod expressus consensus, & expressius

Carolus

Carolus Ruin. confi. 111. quamuis, col. 2. nu. nu. 6. li. 4. Phil. Dec. cõfi. 409. viso cõsilio, col. 1. vbi & supra adductis rationibus hoc confirmat: nec id negare asserit Panor. in d. c. ea noscitur, quia non loquitur in casu diuturnitatis temporis, dicitq; de hoc esse dubitandum. Et huc quoque pertinet, quod scribit Bar. in l. gerit. ad fin. ff. de acquir. hæred. Nam cum primùm dixisset, autoritatem verbis expressis esse interponendam, per not. in l. 3. ff. de autorit. tut. & alibi diximus: tandem subdit, cum præsumi, si tutor vel pupillus diu tenuerit rem hæreditariam.

46 ¶ Sed & aliud quoque est quod cõtra priorem sententiã dici potest. Nam cum statutum requirat expressum consensum, videtur esse intelligendū de consensu expresso vero tantum, non etiam de ficto, & præsumpto, qualis is est, qui ex diuturnitate tēporis proficiscitur, vt probat text. in d. l. qui in aliena, dum vtitur verbo credendū, quod fictionem significat. l. conficiuntur. in princip. iuncta glos. in verbo, quoniam creditur, ff. de iure codici. & l. retro creditur, ff. de captiuis, & postliminio reuerf. qui ideo non sufficit, vbi verus requiritur, vt in simili voluerunt Bal. Imol. Raph. Co. Paul. Cast. & Ro. in d. l. 2. §. voluntatem. ff. sol. matr. & Panor. in d. c. ea noscitur. in fin. de his quæ fiunt à Prælar. & Rom. in l. sciendum. & ibi etiam Fran. Aret. col. 10. versic. tangit etiam. ff. de verbo. obliga. Nam verba statuti debent verè & propriè intelligi, non fictè, siue præsumptiue. l. 3. §. hæc verba: cum ibi not. ff. de nego. gest. cum si. Ideò cogita, quid huic obiectioni respondeas.

Statutum de expresso consensu intelligitur de vero.

47 ¶ Nam quòd hic autoritas, siue consensus, pro forma siue solennitate requiratur, si verum sit, nihil nos mouere debet, quin & præsumpta sufficiat, per id quod in simili tenet Fran. Are. cõfi. 51. videtur dicendū prima facie, col. 1. scilicet, quòd vbi pro forma requiritur determinata probatio certitēporis, sufficit tamè præsumpta probatio, per tex. in c. propofuit. & ibi Inno. & Anto. extrà de cleri. excõ. min. Et sequitur. Iaf. in l. non hoc. col. 4. versic. cõfirmo per hoc. C. vnde legi. & Fran. Rip. in c. cum ecclesia Sutrina. Col. 8. versic. tertio ampliari potest, extrà de causa pos. & propri.

Præsumpta probatio temporis sufficit, ubi etiam pro forma requiritur certa.

48 ¶ Sed & illud quoque dici potest, quòd vbi casus fictus siue præsumptus à lege æquiparatur vero & proprio casui, tunc dispositio loquens in casu vero, trahitur ad casum fictum vel præsumptum, vt voluit glos. not. in c. susceptum. de rescrip. lib. 6. & Domi. in c. vlt. in prin. col. pen. versic. si verò est contra ius, de consuet. libr. 6. Igitur cum hic consensus à lege præsumatur ex patientia & diuturnitate temporis, & idem operetur ex ipsius legis dispositione, ac si expressè interuenisset, vt diximus: consequens est, vt pro expresso habendus sit.

49 ¶ **N V N C R E S T A T**, vt ad alia pergamus. Hæc nostra cõsuetudo requirit expressum cõsensum, is enim est potentior, quàm tacitus, vt patet ex multis, quæ supra diximus, & præterea ex l. si ex pluribus. ff. de suis & legi. & l. pe. ff. de iniur. test. Ex quibus probatur, voluntatem expressam magis esse priuilegiatã, præferriq; tacitæ, præsumptæq; voluntati, vt ex illis not. Socin. confi. 51. visa facti narratione. col. 7. versic. non obstat ratio, lib. 4. Et ex l. 2. §. vlt. ff. de bo. poss. secun. tab. Ex qua, & d. l. si ex pluribus. dicit Fran. Are. in l. si ita quis. §. ea lege. col. 4. versic. dicit etiam notandum hic. ff. de verb. oblig. expressam testatoris voluntatem esse fortiorem, quàm tacitam. Et Iaf. id quod. C. qui poti. in pig. hab. & l. 3. C. si pen. appella. mors inter. & l. vlt. C. de pact. conuen. & l. maritus. C. de procur. Ex quibus Bal. in l. si arrogator. col. 4. ff. de adop. scribit potentius esse expressum, quàm tacitum. Quod & in consensu voluit in vniuersum Ioan. And. in cap. scienti, de regu. iur. lib. 6. in Mercu. & Pan. in c. si diligenti. col. 13. versic. quæro cum glo. de fo. compet. & in c. dilecti. col. 1. eod. tit. & in ca. ex ore. col. 2. de his quæ fi. à maio. par. cap. & in c. cleri. col. pen. versic. tertio not. de iudic.

Expressus cõsensu potentior, quàm tacitus.

50 ¶ Quod & ex eo satis patet, quod voluit glos. no. in Cle. sæpe, in verbo, partibus. ad fin. de verb. signi. quæ dicit, tacitum consensum nunquàm extendi vltra actum, in quo interuenit: expressum autem extendi. Quam glo. sequitur Pan. ibi, & in c. si quis contra clericum, col. 13. versic. sed circa prædicta, de fo. compe. & in c. quoniam cõtra falsam. col. vlt. de proba. & in c. præsentium, col. 4. versic. sed est dubium, de testi. Pau. Ca. in l. si conuenerit. ante fi. ff. de iurif. om. iudic. vbi illam dicit sing. & confi. 33. visa appellatione, col. 3. versic. interdum verò infertur, lib. 1. Rom. confi. 133. in proposito casu, vbi & illam glos. dicit singu. & Iaf. in l. quæ dotis. in fi. ff. solu. matr. vbi eam glos. dicit solennem & auream. Feli. in c. cum accessissent. col. 14. versic. secundò limita, extra de consti. Philip. Deci. in l. 1. in 4. not. in 2. locis. C. qui admit. & rub. extrà de consti. col. 1. in fin. vbi eam dicit no. & in c. cleri. col. pen. versic. tertio nota. extrà de iudi. & in c. cum super. col. 2. versic. notandum tamen est, extrà de offic. deleg. & in cap. dilecti. le. 1. col. 1. in 3. not. extrà de appel. quibus locis dicit not. & confi. 416. in testamento, col. 4. versic. tertio dato quòd esset verum.

Tacitum non extenditur ut expressum.

51 ¶ Allegat autem ea glo. in d. Clem. sæpe. quod voluit Spec. tit. de appe. parte 2. §. restat. versic. & not. secundū. & iterū tit. de citatione. §. 1. versic. quid si reus. quibus locis dicit, quòd tacita iudicis repulsiõ, vel declaratio, quæ fit per iudicem, procedendo ad vltiora, secundū c. ex parte M. de appel. & not. per Bar. in l. à procedere. C. de dilat. non censetur facta, nisi respectu illius petitionis, quæ tunc fuit facta, non alterius, quæ postea fieret. Expressa autè declaratio censetur generalis esse, & præiudicat omnibus etiam futuris & sequentibus. Quod bellè declarat Pau. Cast. d. confi. 334.

Tacita iudicis repulsiõ non extenditur ut expressa.

52 ¶ Facit etiam, quod voluerunt Inno. Anto. Imo. & Pan. in c. 1. quod met. caus. quòd fortior est, difficilisque retractatur professio facta per verba expressa, quàm tacita, per delatione, & assumptionem habitus, quod & sequitur Soc. confi. 270. consideratis, col. 3. libr. 2. Et huius est ratio, quam & ipsi asserunt, Nam verbalis (vt cum nostris loquat) & expressa professio, patenter, certo, aperitè, professionem demonstrat, quia verba naturaliter mentis conceptum exprimunt. l. Labeo. ff. de

Professio expressa, fortior tacita.

ff. de supel. leg. & cap. is autem. 22. q. 2. At receptio & delatio habitus non necessario infert certam mentem professionis, licet in dubio iura ex hoc praesumant professionem: praesumptio autem facile tollitur, nempe per aliam praesumptionem. l. Diuus. ff. de in integ. resti. & c. ex transmissa. extra qui filij sunt legi. Igitur fortius est, quod fit per veram probationem. Quibus & tu adde, quod in simili diximus in rep. l. si vnquam. in verbo, donatione largitus. nu. 132. nec solum eadem.

53 *Expressa conditio impedit transmissionem, non tacita.*

¶ Ad haec, expressa conditio in vltimis voluntatibus impedit translationem, siue transmissionem l. i. §. si autem aliquid sub conditione. C. de cadu. tol. Non autem tacita. l. conditiones extrinsecus. ff. de condi. & demon. & voluit glo. in l. item quia. in verbo, male petitur. ff. de pact. Etiam si huiusmodi tacita conditio sit a lege subrogata in locum conditionis expressae appositae a testatore. l. quae sub conditione. §. vlt. & ibi gloss. & Bart. ff. de condi. instit. quem text. ad hoc multum commendat Franc. Are. in l. 3. ff. de lega. 1. Sed hic vide Iasonem in l. nemo potest, scilicet in priori lect. colum. pe. nu. 91. & in posteriore in vlt. col. nu. 124. ff. de leg. 1.

54 *Expressum legatum ipso iure transit in legatarium, non tacitum.*

¶ Praeterea quando res expressè legatur, dominiū ipso iure transit in legatarium. l. a. Titio, in fin. ff. de furt. & l. si tibi homo. §. cum seruus. ff. de leg. 1. Non sic autē, quando tacitè legatur. l. emptor. §. ancillam, cum gloss. & ibi quoque Bar. ff. de rei vend. & l. seruum filij. §. vlt. & ibi etiam Bart. Raph. Co. Fran. Are. & Iaf. de leg. 1. Et voluit quoque ipse Bar. in l. i. col. vlt. ff. eod. tit. & in l. vxore. §. agri plagam. ff. de leg. 3. & Fran. Are. in l. ex duobus. l. i. col. 1. ff. de duob. reis. & in l. ex duobus. l. 2. col. 2. eod. tit. & in l. si rem. col. 5. versu. vnde quantū. ff. de acq. pos. vbi dicit sing. esse text. in d. l. seruum filij. §. vlt. & Soci. consi. 41. in praesenti, col. 7. versu. confirmatur, libr. 4. & Iason in l. si fundum sub conditione. §. qui fundum. col. 2. versu. 2. not. ff. de lega. 1.

55 *Expressa ademptio legati, ipso iure adimit, non tacita.*

¶ Et ediuerso expressa ademptio legati, ipsum adimit ipso iure. l. si ita sit adscriptū. ff. de leg. 1. non etiam tacita ademptio, vt magna autoritate adfirmat gloss. ibi, in verbo, ipso iure, in fin. per text. in l. 3. §. vlt. & l. ex parte. ff. de adi. lega. Et idem quidem magna ratione, vt hoc addā. Nam si legatum expressum ipso iure transit, & tacitum non item, vt diximus: consequens est, vt expressa legati ademptio ipso iure adimat, non item tacita, argumēto illo a contrariis in nostro iure validissimo, l. i. versu. huius rei. ff. de offic. eius, cui mand. est iurisd.

56 *Partim nudum expressum, partim ignus ipso iure tollit, non tacitum.*

¶ Et vt redeamus ad principale nostrum institutū, confine est superioribus, quod pactum nudum expressum ipso iure pignus tollit. l. maior. & ibi gloss. & Doct. C. de pigno. non autem tacitum, vt non obscure probat l. si tibi. §. de pignore. & ibi gloss. magna, Bart. Bal. col. 2. Ang. Pau. Castr. Alex. Iaf. & alij. ff. de pact. & l. 2. ibi, exceptione eam submouebis, C. de remis. pign.

57 *Expressa prohibitio alienationis ipso iure nullā, & repellit alienantem, non tacita.*

¶ Sed & hoc ex eo optimè probatur, quod expressa hominis vel testatoris prohibitio alienandi, reddit alienationem ipso iure nullam: & praeterea alienantem tanquam indignum repellit, a reuocatione rei alienatae: vtrumque tamen cessat in tacita gloss. no. in l. cum pater. §. libertis. in gloss. 1. & ibi Bar. & alij. ff. de lega. 2. iunctis no. in l. seruo legato. in princ. ff. de lega. 1. & voluit Bart. in l. filiūfam. §. diui. col. 2. & ibi etiam alij, & inter ceteros Iaf. in l. lect. col. 9. versu. sed tu potes. & iterum in 2. lect. col. 10. versu. amplia primò, & iterum col. 14. versu. ista sunt quae reperio. & Ferd. Loaz. in rep. col. 56. versu. item aduertendum est. ff. de lega. 1. & Alexand. in l. Marcellus. §. res quae. col. 2. versu. quartò limitat. ff. ad S. C. Trebell. & consi. xxiiij. prima consideratione, col. pen. versu. non obstant allegata, lib. 1. & Iaf. in d. l. seruum filij. §. si idem seruus. col. vlt. ff. de lega. 1. & in d. l. cum quid. col. 1. in 2. lect. ff. si certum petat. & in Authen. res quae, col. 5. versu. 5. not. C. com. de lega. & consi. 23. octo dubia, in fin. lib. 3. Caro. Ruin. consi. lxxvj. viso, col. 1. lib. 2.

58 *Tacita alienationis prohibitio non afficit ignorantem: expressa afficit.*

¶ Et vt intelligas aliam huiusmodi prohibitionum differentiam, & maiorem vim esse alio quoque modo in expressa, quam in tacita, illud non ignoras, tacitam hanc alienandi prohibitionem non afficere ignorantes, quando huius rei habes text. expressum in dicta l. vlt. §. vlt. ff. de lega. 2. quē ad hoc dicit sing. Iason in d. l. filiūfam. §. Diui. in 2. lect. in priore loco supra a nobis designato. Verūm expressa afficit, vt dicit Pau. Castr. subdubius tamen, & loquens per verbum fortè, in d. §. vlt. Sed hoc constanter adfirmat idem Pau. consi. 257. in causa quae vertitur Saonae, col. 6. versu. sed & alia responsio. lib. 1.

59 *Tacitus error iuris non reddit sententiā nullam. Etiam si expresso ueniat.*

¶ Eodem spectat, quod dicimus, sententiā, quae continet expressum errorem iuris, esse nullam ipso iure, iuribus vulgaris: non quae tacitum. l. ex diuerso. §. si in iudicio, & ibi gloss. Imo. & Alex. ff. sol. mat. cum si. Idē; etiā, si is tacitus proficiscatur ex eo, quod expressum est, id est, vt melius intelligas, intellectualiter, & ex mente verborum, secundū Innoc. in c. P. & G. ante si. glo. magna, de offi. deleg. quem ibi omnes sequuntur, & praesertim Pan. col. 2. versu. & nullum. vbi id dicit esse no. & Io. And. in c. pen. ad fi. eod. tit. Bal. qui id dicit valde. no. in c. quod ad translationem, col. vltim. de offic. deleg. Anto. & Imo. in c. 1. & ibi Pan. qui id comendat. col. 1. versu. item vt sententiā, de re iudi. Idem Anto. in c. sicut. ad fi. eo. tit. & in c. 1. & ibi etiam Imo. col. 1. de rescrip. & in c. ab excōmunicato. & ibi quoque Pan. col. 3. eod. tit. vbi ipse Anto. dicit sing. & perpetuò menti tenendū. Idem Anto. in c. ad aures, & ibi idem Imo. eo. tit. & in c. cum contingat. col. 1. eod. tit. & in c. 2. de testib. cog. & cōsi. 2. visis literis legitimationis, col. 2. Panor. in Proemio Decret. nu. 15. & in ca. cum speciali in princ. colum. 2. de appel. Doimi. in cap. solet, quod est 2. in prin. per illum text. de sent. excom. libr. 6. & in cap. venerabilibus. §. vlt. etiam per eum text. eod. tit. & libr. Alex. in l. cum prolatis. col. 3. versu. ex praedictis, & ibi Iaf. col. quoque 3. versu. in eadem glo. ibi, & idem ff. de re iudi. Ipse Alex. qui id dicit sing. in l. qui Romae. §. duo fratres. col. 28. versu. nec ob. quod tacita. & ibi latè Iaf. col. 21. versu. secūdo principia

principaliter. ff. de verb. oblig. & consi. 79. perspectis verbis, ad fil. 2. idem Iaf. in l. licet Imperator. ff. de leg. 1. dum allegat text. & Doimi. in d. c. 2. de sent. excom. & Iac. à S. Georg. in l. 1. col. 2. nu. 12. C. de erro. cal. quicquid dixerit Pan. in c. ex parte. in 2. not. per illum text. de cap. mona. vbitamen tandem videtur se remisisse ad Inno. in d. cap. P. & G.

Expressa substitutio excludit tacitam.

60 ¶ Ex his fit, vt expressa substitutio plus virium in multis habeat, quam tacita. Primum enim expressa excludit tacitam, vt expressum facit cessare tacitum. l. cum ex filio. §. 1. & ibi Bart. & alij, & l. qui plures liberos. §. itaque. & l. ex facto. §. idem quæro. ff. de vulgar. & pupil. Et voluit Bart. in l. 1. ff. eodem tit. & Bald. in l. testamento. in secunda oppo. C. de impub. & ali. substit. & in l. cum proponas. col. 3. versu. confirmatur. C. de hære. instit. Et Rapha. Comen. consi. 118. testator instituit, col. 2. & Doct. vbi que.

Expressa substitutio pupillari excludit matrem, non tacita.

61 ¶ Secundum expressa substitutio pupillari excludit matrem a successione filij, tacita minimè. De primo est text. in l. Papinianus. §. sed nec impuberis. ff. de inoff. testa. & in capit. si pater. de testa. lib. 6. De secundo est etiam text. secundum communem intellectum, in l. precibus. C. de vulgar. & pupil. & in l. vlt. C. de instit. & substit. & not. gloss. Bar. & alij in l. Lucius. ff. de vulg. & pupil. substit. Bar. in l. Centurio. col. 1. versu. ista gloss. praesupponit. & ibi quoque Bald. qui distinguit, col. vlt. eod. tit. idem Bald. in l. Titius. ff. de hære. instit.

Expressa substitutio vulgaris tollit suatatem, & impedit transmissionem, non tacita.

62 ¶ Tertium, expressa substitutio vulgaris, tollit suatatem quam vocant, atque ita impedit transmissionem, non autem tacita contenta sub expressa pupillari. Primum probatur ex text. in l. si filius hæres. & ibi Bart. & alij. ff. de libe. & posthu. Et voluit praeterea idem Bar. in l. filius qui patri. ff. de vulg. & pupilla. sub. cum si. Secundum ex l. filius qui se paterna. & l. Iulianus. ff. de acqui. hæred. & inor. etiam Bart. in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de liber. & posthu. Bal. in d. l. cum proponas. col. 3. versu. tertia est transmissio. C. de hære. instit.

Substit. praefertur cōiuncto uenienti iure accrescēdi.

63 ¶ Quartum, cum substitutus veniat ex expressa dispositione testatoris, cōiunctus autem ex tacita tantum. l. si Titio. §. Iulianus. ff. de legat. 3. Ideo substitutus praefertur cōiuncto volenti venire per ius accrescēdi. l. 2. §. duo. ff. de bono. poss. secun. tabu. & l. vnica. §. pro secundo. C. de caduc. tol. Ex quo Bald. in l. quidam elogio. col. 2. versu. tertio praemitto. C. de iure delib. dicit potentiozem esse substitutionem, quam ius accrescēdi: quod nil aliud est, quam si dicas, potentiozem esse expressam voluntatem, siue dispositionem testatoris, quam tacitam.

Seruitus expressè legata, ipso iure constituitur, non si tacitè.

64 ¶ Et vt substitutiones relinquamus, si seruitus in testamento expressè legata fuerit, ea ipso iure constituta censetur. l. 1. ff. de seruit. legata. & l. si partem. §. 1. ff. quemad. seruit. amitt. Aliud autem, si tacitè legata fuerit. l. seruum filij. §. si statuliberum. qui est vlt. & ibi Iac. Aret. & Bart. ff. de lega. 1. & l. emptor. §. ancillam. coniuncta. gloss. & ibi quoque idem Bart. ff. de rei vendit. Et voluit item ipse Bart. in l. 1. col. vlt. & ibi etiam Paul. Castr. ff. de lega. 1. & idem Bar. in l. binas. ff. de seruit. vrb. praed. Tu tamen super hoc vide Imol. Raph. Co. Alexand. & Franc. Aret. in d. l. 1. ff. de legat. 1. Raph. Co. Franc. Aret. & Iason in d. §. si statuliberum.

Expressum in uno capite, in alio repetitum censetur.

65 ¶ His concinit, quod expressum in vno capite statuti, aut alterius dispositionis, censetur repetitum in alio. l. quemadmodum. §. vlt. & ibi glo. ff. ad legem Aquil. gloss. in §. item lapilli. in verbo, inuentoris. Instit. de ret. diuis. Bart. in l. 4. §. eritque hæc differentia. ff. vi bono. rapt. Quod autem tacitè in vno intelligitur, non videtur in alio repetitum: vt voluit Bal. in l. 1. in prin. per glo. ibi in verbo, si quis. ff. quod quisque iur. in lect. antiqua, quam sequitur Alexand. ibi. & Philip. Deci. consi. 352. in casu proposito. & consi. 416. in testamento, col. 3.

Non autē tacitè intellectū Clausula derogatoria expressa praecedens, tollit voluntatem sequentem expressam. Non tamen tacita.

66 ¶ Eodem spectat, quod licet clausula derogatoria expressa praecedens, tollat voluntatē sequentem, etiam expressam. l. si quis in principio testamēti. de lega. 3. non id tamen facit clausula tacita praecedens, quae scilicet resultat ex mente, non ex verbis testatoris. l. vlt. in prin. & ibi Bart. ff. de leg. 2. Bal. qui eum text. dicit not. in l. humanū. col. 2. versu. secundo casu. C. de legib. Fran. Are. in l. 1. col. 7. versu. circa primum. ff. de testa. vbi illum dicit sing. & in l. 3. col. 2. versu. vnde infert, eo. tit. vbi etiam dicit no. & Soci. qui no. quoque dicit, consi. 198. primo aspectu, col. 3. versu. licet in casu, & Iaf. in l. seruū filij. §. si idē seruus. col. vlt. ff. de lega. 1. & in l. filio quem pater. ff. de libe. & posthu. quibus locis dicit sing. & in l. cum quid. col. 2. versu. quartò, in 1. lect. ff. si certum petat. vbi dicit not. Ex quo vides, quod iam supra saepius diximus, potentiozem esse voluntatem expressam, quam tacitam.

Alienatio voluntaria inutilis adimit legat. tacitum, non expressum.

67 ¶ Mentio autem d. l. seruū filij. §. si idem seruus. vnum aliud in memoriā reuocat, quod ad hanc tractationem pertinet, nempe quod dicit gloss. ibi in verbo, vñerit, in 1. opposi. scilicet, quod voluntaria alienatio inutilis rei legatae adimit legatum tantum, per l. 3. §. vltim. ff. de de fide instru. non etiam expressum, per text. in d. §. si idem seruus. & eam nuncupatim sequitur Angel. & Pau. Castren. ibi, quanquam Imol. Alexand. & Franc. Aret. ibi reclamant. Sed priorem tutatur Iason in eodem loco.

Principis prohibitio expressa, actum irritat, non tacita.

68 ¶ Sed ad id, quod antè diximus de clausula derogatoria, proximè accedit, quod traditum est ab Imol. in c. dilectus. le. 2. (sunt enim tria eius intij capita in illo tit.) col. 4. versu. in ea gloss. ibi, prohibuit. & ibi quoque Panor. licet non ita expressè, col. vltim. extra de praeb. quod licet actus factus contra prohibitionem expressam principis non valeat, c. proposuit, de concef. praebend. cum sim. adductis a gloss. in d. c. dilectus: secus tamen in tacita, quae scilicet venit per quandam sequentiam, per text. in eo ipso c. dilectus. & adducit ex Imo. quae in simili no. in d. l. seruū filij. §. vlti. ff. de lega. 1. & id quoque sequitur Socin. d. consi. 198. vbi supra, lib. 2.

69 *Expressus consensus in multis casibus requiritur.*

¶ Huc quoque pertinet, quod in multis casibus requiritur expressus consensus, nec sufficit tacitus, quasi scilicet plus ponderis & momenti sit in expresso, quam in tacito: ut in casu ca. statutum. §. in nullo. & ibi glo. in verbo, expressus. & alij. de rescri. lib. 6. Et in alio casu Hosti. in cap. nuper. & ibi Panor. col. 1. versi. glo. prima est facilis, extra de testib. Nam & videmus, quod in alienationibus temporalibus rei ecclesiasticæ sufficit tacitus consensus capituli. c. 2. de his que fiunt à Prælat. In perpetuis, expressus requiritur, glo. Inno. Hosti. & Panor. ibi. & glo. in c. 1. in verbo, perpetuis, de non ali. reb. eccle. lib. 6. Et cum clericus transit ad aliam ecclesiam eiusdem diocesis, sufficit tacitus consensus Episcopi: si alterius, requiritur expressus, glo. in c. placuit. 7. q. 1. & in c. 1. 2. 1. quest. & Anst. post Vincent. & Tanct. in c. admonet. de renunt.

70 *Procurator non potest tacite reuocare substitutum.*

¶ Et quod scribit Oldr. consi. 130. omiffa, col. 1. quod procurator, qui habet potestatem reuocandi institutum ab eo, potest expressè reuocare, non tacite: quem refert & sequitur Nellus in tractatu bannitorum; in secunda parte præteriti temporis, q. 9. de quo non nihil per Domi. in cap. si quem, §. secus. de procu. lib. 6. Et quod tradit Bal. in c. 1. §. iudices. in fin. titu. de pac. iur. fir. quod expressè renuntians appellationi, videtur fateri, se malâ causam habere; per l. 3. C. de fid. instr. secus si tacite, per l. properandum. C. de iudic.

71 *Expressus consensus tacito potentior.*

¶ Et generale est, ac propè perpetuum, ut potentior sit expressus consensus, quam tacitus: ut videre licet ex Ioan. And. in cap. scienti. de reg. iur. lib. 6. in Merc. Pan. in c. clerici. col. pen. versi. tertio not. de iudic. & in cap. si diligenti. col. 10. versi. quarto cum glo. pen. extra de foro compet. & in capit. dilecti. col. 3. not. in fin. eod. tit. & in c. ex ore. col. 2. de his que fiunt à maio. par. ca. & doct. vbi que. Nam is consensus, ea voluntas proprie dicitur, quæ expressa est, ut dicit Bald. in d. l. 2. §. voluntatem. & ibi quoque Alex. & alij. ff. folu. mar. & Philip. Dec. consi. 308. in casu ad nos transmissio, col. pen. Et idè conditio, si consenserit, si voluerit, expressam voluntatem requirit. Bar. in l. si ita legatum. §. si ille voler. ff. de leg. 1.

72 *Conditio si voluerit. Cõiecturæ sepe nos fallit.*

¶ Et sanè voluntas, siue consensus expressus est clarior, apertior, manifestior, ut qui verbis concipitur. Tacitus est quodammodo occultus, tectus, præsumptus tantum, ut probat l. qui ad certum. ff. locat. Et plerunque fallax, ut qui à mente & coniecturis proficiscitur, in quibus sæpissimè decipi-mur, ut dicit Bal. aliud tamen agens, in l. precibus. col. 7. versi. dixi ergo de duabus. C. de impub. & aliis substi. & Fran. Cur. cõsi. 64. antiquissima, col. 2. versi. quia in vltimis voluntatibus. & Iaf. in l. licet Imperator. col. 3. in 4. not. in fin. sub nu. 18. ff. de leg. 1. Et alibi dicit ipse Bald. videlicet in l. 1. col. 7. versi. modò sequitur alia. C. de confes. de mente hominis nullum est directum testimoniū, per not. in l. iurisgentiū. §. pactorū. ff. de pactis. cum aliis multis à me collectis in repet. l. si vnquam, in verbo, libertis, nu. 22. in cpi. vnum tantum, & præced. C. de reuo. donati.

73 *Tacitum cum legis adminiculo, quandoq; fortius est expresso.*

¶ Ex quibus planissimè constat, illud verissimum esse, quod iam sæpius diximus, consensum expressum plus habere momenti, viriū, & ponderis, quam tacitum. Id quod omnino & sine exceptione obtinet, vbi consideratur consensus simpliciter sine adminiculo, siue fomento. At si cum eo occurrat legis aliquod adminiculū, tunc certè cõsensu tacitus quandoque est potentior expresso, ut pulchrè & scièter declarat Pan. in d. c. dilecti. col. 1. in 3. no. extra de foro compet.

74 *Expressa filij renuntiatio hæredita. patri non nocet: tacita nocet.*

¶ Et id quidem patet in renuntiatione expressa hæreditatis paternæ, quæ intra triennium reuocari potest. l. vlt. C. de repu. hæred. & l. si quis suus. ff. de iur. delib. non autem ea, quæ tacite inducitur à lege per lapsum temporis. l. 3. vbi id expressè no. Bar. Bal. Paul. Cast. & recentiores. C. de iur. & fact. igno. & not. etiam iudem Bart. Bal. & Pau. in d. l. si quis suus. ff. de iur. delib. & Bar. in l. feruus. §. vlt. ff. de bono. poss. & Bal. in l. 1. in 27. oppo. & ibi latè Alex. & Phil. Dec. in 4. not. C. qui admit. Pau. Cast. & Alexand. in d. l. vlt. C. de repud. hæret. & his prior Accurf. in l. 2. in 3. solut. & ibi quoque recentiores. C. de iur. & fact. igno.

75 *Expressa filij renuntiatio hæredita. patri non nocet: tacita nocet.*

¶ Similiter expressa filisfam. renuntiatione hæreditatis sibi delatæ, non præiudicat patri, quin possit ex sua persona adire. l. vlt. in prin. & iterum in §. pen. C. de bon. quæ libe. Verum illi nocet tacita repudiatio, lapsu temporis à lege inducta per l. vlt. ff. quis ord. in bo. poss. feruet. & l. 1. & ibi Bar. ad si. ff. de acqui. hære. & l. is qui hæres. §. neque filius. & ibi etiam Bar. & alij. eod. tit. & d. l. feruus. §. vlt. ff. de bo. poss. & d. l. 1. & ibi glo. Bar. in fi. Bal. in 27. oppo. & recetiores. C. qui admit. Ex quibus ipse Bal. dicit generaliter, quod renuntiatione expressa excludit personam à iure sine præiudicio tertij: sed præscriptio, & negligentia, excludit ius ab omnibus personis, & sic est in rem. Bar. Ro. Alex. & Iaf. in l. is qui. §. neque filius. ff. de acqui. hære. Iaf. in l. si constante. col. 2. versi. hinc videmus, & iterum col. 27. versi. 3. in quantum. ff. fol. matr. Et propterea dicit idem Bald. in l. Claudius. quæ est antepen. ff. de acqui. hære. & in l. eam quam. col. 4. versi. ex prædictis collige. C. de fideicom. post. Iac. Areti. in l. facta. §. si quis bonorum. ff. ad S. C. Trebel. quod fortius excludit tempus propter legis autoritatem, quam expressa renuntiatione, vbi agitur de præiudicio tertij. l. natura. §. vlt. ff. ad S. C. Trebel. sed nulla lex est eius initij in eod. tit.

76 *Prælati tacite præiudicat ecclesiæ.*

¶ At Bal. in l. Centurio. col. 2. & ibi expressiūs Imo. col. 4. versi. nec obstat, si dicatur. ff. de vulga. & pupil. dicit id quod dici solet, Expressum plus operari, quam tacitum, non procedere, quando agitur de excludendo aliquo ab hæreditate. Verum id non tantum non procedit in exclusione hæreditatis. Nam & videmus, quod prælati non potest expressè renuntiare iuribus ecclesiæ, quia id esset donare, quod prohibitum est. c. 2. de donatio. Et tamen tacita repudiatione ex lapsum temporis, à iure introducti, illi præiudicat. cap. de quarta. & cap. veniens, extra de præscrip. de quo per

per Feli. in c. cum accessissent, col. pen. versic. tertia conclusio, extra de constir. 77 ¶ Id quod etiam in aliis multis videmus. Nam Præses ciuitatis ei non potest expressè præiudicare. l. Præses. C. de transac. Potest tamen tacite ex lapsu temporis. l. aduersus. cum glo. C. de vsur. Et in causa criminali, vel in causa status, non potest renuntiare expressè appellationi, ut not. in l. pactum inter. & l. ius publicum. ff. de pact. & l. ij. & iij. ff. de liber. cau. Sed tacite potest patiendi labi tempus appellandi, ut dicit Bald. in l. vlti. col. j. versic. oppo. quod non possit. C. de temp. appe. Nam tacitum (inquit) pactum cursu temporis roboratum, plus operatur, quam expressum, per d. l. facta. §. si quis bonorum. ff. ad Trebel. Et hoc (vt ille subdit) propter autoritatem præscriptionis, quam à lege assumit. Et idem de procuratore, vt non possit expressè renuntiare appellationi in præiudicium domini, possit tamen tacite per lapsum temporis. Angel. & Imol. in l. ab executore. §. si procurator. qui est vlti. ff. de appel.

Et præses ciuitatis.

Et procurator domino.

Procurator omittendo non cet domino. Et curator minori.

Filius tempore exclusus à primo capite, non exclusus est à cæteris.

Iuramentum calumnie, expressè remitti non potest: tacite potest.

Expressum quid sit, quidue tacitum. Expressum verbis. Tacitum mente & ex factis.

Expressum quod per scripturam apparet. Tacitum quod per rationem intellectus colligitur.

Tacitū aliter. Tacitum aliis modis.

78 ¶ Et aliàs sæpe plus præiudicamus aliis omittendo, quam renuntiendo. Nam vt dicit idem Bald. & ante eum Inno. in c. cum olim Abbas vterque ad fin. extra de offi. deleg. potest procurator omittendo præiudicare domino: & sic (vt subdit Bal.) plus potest omiffio, quam renuntiatione: & pro simili allegat d. §. si quis bonorum. Et curator, qui non potest renuntiare exceptioni preemtoriar, nocet tamen adolefcenti non opponendo. Bald. & recentiores in l. pactum curatoris. C. de pactis. cum infinitis aliis similibus, quæ si huc congerere vellem, tempus me citius deficeret.

79 ¶ Nec frustra dixi supra, quadoque hoc casu esse potentior consensum tacitum, quam expressum: neque enim hoc semper procedit. Nam filius exclusus de Iure Prætorio per lapsum anni, vel de Iure Ciuili per lapsum 30. annorum, intelligitur solum excludi à primo capite, non à sequentibus. l. j. §. sed videndum. ff. de success. edic. glo. in d. l. iij. ad fi. C. de iur. & fac. igno. vbi Iaf. illam reputat sing. cum aliis multis à me collectis in Tractatu Retractuum, tit. ij. §. item ij. glo. j. nu. 19. hinc fit & duodecimò, & seq. Tamen si expressè repudiauerit simpliciter, excluditur ab omnibus capitibus, vt voluit glo. in d. §. sed videndum, in verbo, succedat, quam ad hoc dicit sing. Paul. Cast. in l. j. col. iij. versic. sed quærit ibi glo. C. qui admit. vbi ex hoc no. quod plus operatur expressa renuntiatione, quam tacita ex lapsu anni ex lege inducta. Sed illam quoque dicit sing. & not. idem Paul. & Iaf. in d. l. iij. C. de iur. & fac. igno. & rursum not. idem Iaf. in d. l. cum quid. in ij. le. col. ij. versi. & econtra. ff. si cert. pet. Sed tu circa hoc omnino vide Philip. Deci. in d. l. j. C. qui admit. in iij. not.

80 ¶ Item secundò illud procedit, vt scilicet in dubio sit potentior expressus consensus, quam tacitus: secus autem, si lex vterius procedat disponendo cõtrarium: verbi gratia in iuramento calumnie, quod expressè remitti non potest. l. ij. §. sed quia. C. de iura. calum. tacite tamen potest secundum glo. & Doct. ibi. & est tex. in c. 1. §. item j. eo. tit. lib. 6. & in aliis quoque adductis per glo. in d. §. sed quia. & glo. in l. longè. ff. de diuer. & tempo. præscri. & iterum in l. sed si inter. ff. de serui. rust. præd. & glo. in c. inolia. j. q. xj. & in c. si fortè. in verbo, euidentem, ad fi. de elec. lib. 6. & Doct. in c. cum tempore, de arbit. quæ in hunc modum intelligit Deci. in d. c. dilecti. de for. compe.

81 ¶ SED ET ILLUD consequens est, vt declarem, quid expressum dicatur, quidve tacitum. In quam rem multa possumus decerpere ex his, quæ supra diximus. Sed nunc latius paulò id tractandum ducimus. Sunt qui vno tantum discrimine vnum ab altero distinguant, vt videlicet Expressum dicatur id, quod verbis exprimitur: Tacitum, quod magis intellectu concipitur, quam verbis: siue quod ex factis insurgit, non ex verbis. Ita videtur voluisse glo. in Cle. sæpe. in verbo, partibus, ante fin. de verborum significat. & Bald. in vlti. col. ij. versic. ad primum dico. C. de insti. & substit. Et id quidem satis probat tex. in l. si feruus. ff. de asig. liber. cum dicitur, siue expressum est, siue certè intellexit, & cæte. & expressiūs in l. ratum. ff. de solut. ibi, quod magis intellectu percipi, quam locutione exprimi possit.

82 ¶ Baldus autem in c. vlt. col. iij. versi. quæro nunquid consuetudo, extr. de consuetu. hoc vnum tradit, expressum etiam dici, quod per scripturam apparet: quod & idem quoque dicit in l. sed si quis. §. quæsitum, col. iij. venio ad quætionem. ff. si quis cautio. cum scribit, Expressum dici, quod voce profertur, vel quod per scripturam apparet ad oculum. Quod autem (inquit) per rationem intellectus solum colligitur, dicitur Tacitum. Iam hoc iure. ff. de vulg. & pupil. substit. & l. non rectè. C. de fideiuss. & l. j. ff. de his que in testa. delen. Cui concinit, quod scribit Ioan. Fabi. in §. qua ratione. colum. j. Insti. de pupil. substit. id dici Expressum, quod ex certa significatione & vi verborum deprehenditur prolaturum: Tacitum autem, quod vis verbi ex sua recta significatione non importat, sed ex coniecturata mente & voluntate verbis patentibus deprehenditur, quod non longè abest ab eo, quod diximus in præcedenti versic.

83 ¶ At ipse Bald. vt ad eum redeamus, in l. si is qui. colum. ij. versic. sed quæro quid vocas. C. si pend. appellat. scribit id Tacitum dici, quod sine verborum prolatione habetur pro expresso, siue quod lex supplet. Idem consi. l. j. casus talis est, statuto, lib. 1. quod repetitur consi. cclxxxiiij. lib. 5. tradit, id omne quod ex interpretatione venit, esse tacitum, non expressum: vt diximus (inquit) in vulgari & tacita pupillar substitutione, d. l. iam hoc iure. ff. de vulgari substit. Id autem Expressum esse, quod venit ex significatione vocis. Rursum idem in tractatu de pactis, col. xvj. versic. illud est not. dicit id pactum esse Expressum, quod habet cõsensum expressum: Tacitum, quod habet consensum præsumptum: nec interesse, vtrum sit expressum verbis, an facto. Nam pactum, quod nutu contrahitur, expressum est, non tacitū, arg. l. certum. ff. si cert. pet. & no. in litem quia. ff. de pact.

quo in loco glos. in verbo, & mutus, & ibi Bald. in ij. lect. col. ij. dicit id expressum esse, quod fit nutu, & aliis signis evidentibus, per l. si stipuler. §. vlti. ff. de verbo. oblig. De quo nos dicemus plenius infra, num. 160. incip. quintum genus expressi.

84 Expressum Tacitum aliis aliter intelliguntur.

¶ Porro Ang. cōsi. xvij. pro decisione quæsi, col. vlt. ita hoc videtur intelligere, vt id dicat esse expressè dici, quod tacitè inest ex natura verbi hoc importantis, per d. l. Prætor §. interdictū hoc, & ibi gl. in verbo, expressum. ff. de ope. nou. nunti. Hincq; dici in substitutione breuiloqua, quatuor substitutiones contineri: duas scilicet vulgares, & duas pupillares, & eas quidē expressas, licet non verbis specificis, vt voluit glos. in l. Lucius in verbo, non ad matrem, & quod ibi dicit Bar. col. iij. versu. quæro vtrūm hæc substitutio. ff. de vulg. & pup. cōiuncta gl. in l. precibus. C. de impub. & ali. sub. Et facit (inquit) rex. in l. j. §. vlt. ff. de verb. obli. Et ante eum Bar. in l. si fideiussor. §. meminisse. circa medium. ff. de leg. j. vbi dicit, quod id quod natura verborū importat, nō dicitur tacitè legatum, sed expressè. Quod & idem scribit in l. vxorem. §. agri plagam. post medium. ff. de legat. iij. & Iaf. in l. j. col. xvj. versu. confirmo per doctrinam. ff. de leg. j. & Carol. Ruin. consi. lxxiij. super primo, col. iij. nu. 10. lib. 1. & consi. lxxvj. viso. col. iij. nu. 14. lib. 2. & consi. cxxxij. visis, col. ij. nu. 4. eodē lib. 2.

85 De eadem re.

¶ A quibus non longè abest, quod scriptum est à Philip. Deci. consi. lxxvij. pro resolutione, col. iij. versu. postremò, scilicet id expressum dici, quod ex verbis ipsis infertur, & colligitur, licet id verba apertè non expriment. Nam & id (inquit) dicitur esse in scriptis, quod ex scriptis infertur, & colligitur. l. j. §. fin autem. & quod ibi not. Bar. ff. de hæred. instit. & quod scribit Ange. in l. quoties. in princ. per illum tex. ff. eod. titu. Hæc Decius.

86 Expressum tribus modis dicitur.

Expressum generaliter. Expressum specialiter. Expressum singulariter.

¶ Hanc autem rem latius atque distinctius tractat Bart. in l. j. col. iij. versu. videamus ergo de prima, & ibi per eum recentiores. ff. de vulg. & pupil. substi. scilicet expressum dici tribus modis. Primò, quod in genere dicitur. l. vlt. in fin. & quod ibi not. secundum vnam opi. C. quod cum eo. Secundò, quod specialiter exprimitur. l. j. §. inter filium. ff. ad leg. Corne. de falsis. & d. l. vlt. secundū aliam opi. Tertio, quod singulariter, & proprio nomine exprimitur. l. quod in rerum. §. vlti. & ibi parua glo. ff. de leg. j. Et idem fermè tradit idem Bar. in l. si quis in prin. col. iij. versu. quæro, quid si testator. ff. de lega. iij. & in l. j. in fi. ff. si quis in ius voc. non ier. Bal. in repet. c. si pater. in materia vulgaris substi. de testa. lib. 6. & in tract. de substi. col. ij. Pet. Anch. in c. duobus. quod est penu. col. iij. in iij. q. de rescrip. lib. 6. Paul. Cast. consi. cclxxvij. passus iste, col. j. & iterum ij. lib. 1. & consi. cccxlj. pro declaratione, col. iij. versu. cum igitur. eo. lib. 1. Fran. Cur. Senior consi. xlix. memoria, col. xv. versu. ad secundum vbi & alia multa ad primum illud genus allegat, & iterum consi. seq. col. 50. versu. ad quartum fundamentum. Barb. in repet. c. Raynaldus. char. xxxij. versu. sed iudicio meo, extra de testa. & consi. xxv. scribitur sapientia, col. ix. versu. præterea ad prædicta, lib. 1. & consi. lxxxix. clementissimi, col. vj. & vij. lib. 4. & Guid. Pap. consi. lxxvj. viso themate. col. xij. versu. item expressum dicitur. Bened. in rep. c. Raynaldus, in verbo, si absq; liberis moreretur, nu. 14. & multis seq. de test.

87 Iterum de primo genere.

¶ Quantum ad primum pertinet, quod dictū est, id expressum dici, quod in genere dicitur, adde, quod idem dicit ipse Bar. & Bal. in d. l. Prætor. ff. de noui ope. nuntia. & idem Bart. in l. Centurio. col. j. ff. de vulg. & pupil. Signo consi. cxxvj. quæstio proponitur, col. iij. versu. præterea licet vbi ad hæc allegat l. sed an vltro. in prin. ff. de nego. gest. & l. negotium. & quod ibi not. C. eo. vbi etiam est bona glo. Et idem quoque voluerunt Bald. Imo. & Fran. Aret. in l. illud. ff. de acquir. hære. Bal. consi. cccxix. quidam Nicolaus col. ij. lib. 5. Pet. Anc. consi. cccxcij. visa diligenter gratia, col. j. Paul. Cast. consi. xcj. præsupposito, col. iij. versu. aut si hoc absurdum. lib. 2. Alex. consi. lxxvj. videtur in præfenti, col. iij. versu. & si dicatur, lib. 5. & consi. ccj. perspectis verbis, col. ij. versu. confirmatur prædicta, lib. 6. Fran. Aret. in l. qui liberis. §. hæc verba. ff. de vulg. & pupil. vbi id dicit probari ex l. Lucius. eo. tit. Et idem Aret. in d. l. si fideiussor. §. meminisse. col. ij. versu. super secundo articulo. ff. de legat. j. Barba. in c. ad aures, col. iij. sub nu. 18. de rescrip. Petr. Befu. & Iafon in l. Stichum, qui meus erit. ff. de lega. j. ipse Iaf. in l. j. col. xvj. versu. confirmo per doctrinam. ff. eod. titu. Philip. Deci. consi. cclxxxix. visa longa serie, col. vlti. & Caro. Ruin. consi. clx. quamuis loquendo, col. iij. nu. 9. lib. 3. & Paul. Paris. consi. xcviij. vt præfentis consultationis, col. xiiij. nu. 106. lib. 1.

88 De eadem re.

¶ Et hoc quidem confirmatur vltra supra dicta, per tex. in l. qui vsum fructum. ff. de verb. oblig. in illis verbis, specialiter expresserit, quibus satis ostenditur, etiam generaliter aliquid exprimi: frustra enim aliàs ea dictio, specialiter, adiceretur. Et est similis text. in l. j. §. ff. de doli mali exceptio. & in l. in fundo. ff. de supel. lega. & in l. si is qui. §. vlt. in fi. ff. de reb. dub. & in l. quærebatur. ff. de mili. testam. & in l. sed si hoc. in prin. ff. de condit. & demon. & in l. ballista. in fi. ff. ad Senatufcon. Treb. & in l. vltim. §. Camelelafia. ff. de muner. & hono. & l. j. §. quod si ab initio. ff. de exercit. act. & in l. diem. §. si quis. ff. de arbit. & in l. circa. C. de loca. & in l. cum multæ. §. si igitur dote. C. de dona. ante nupt. & in l. neque. C. de iure dot. & in l. vlt. §. omnem. C. de admin. tuto. & in l. si quis argentum. in princ. ibi generaliter, vel specialiter expressum. C. de donat. & in l. j. C. in quibus caus. pign. vel hypoth. taci. contra. & in l. illud. C. de colla. & in c. 2. in fi. extra de depofi.

89 Generalis dispositio tantum operatur quo ad cōprehensa sub genere.

¶ Et hac quoque ratione, quod tantum operatur dispositio generalis, quo ad omnia compræhensa sub genere, quantum specialis ad compræhensa sub specie. l. si duo. in fin. & ibi Bart. ff. de adm. tuto. & l. si chorus. ff. de legat. iij. & l. omnes. vbi & ad hoc not. Bald. & Angel. C. de præscrip. 30. vel 40. ann. glof. in l. si quis mihi bona. §. iussum. versu. sed vtrūm. ff. de acquir. hæred. & post eam Bar. in l. sed & si quis. §. quæsitum. post princ. ff. si quis caut. Alex. Fran. Aret. & Soci. in d. l. j. ff. de vulg. & pupil.

& pupil. substi. Franc. Cur. Senior, d. consi. xlix. col. xv. versu. in proposito. Philip. Deci. consi. cclix. visis his, col. ij. cum aliis multis concord. à me latius collectis in repet. l. si vnquam. in præfatione, num. 118. incip. & hæc quidem. C. de reuoc. donat.

quantum specialis sub specie. Potestas legitimandi.

90 ¶ Ex quo illud fit, quod ex facto respondit Soci. consi. iij. in causa domini, col. iij. versu. tertio quod dicta, lib. 3. quod licet potestas legitimandi non trahatur ad feuda, ex sententia Sign. consi. cccvij. quidam dictus Ioannellus, cū concord. à me traditis in tract. Retractuum, lib. 1. §. j. glo. iij. in verbo, ou. autres biens, nu. 6. nec in generali. & in Tract. Le mort saisit le vif, in quarta parte declar. v. nu. 8. præterea, vt inquit, & seq. tamen si ex generalitate verborū colligi possit, Principem voluisse hanc facultatem ad feuda quoque trahi, id satis est. Et quod etiā voluit Fran. Cur. Senior, in dicto consi. xlix. col. xv. versu. ad secundam. & latius consi. seq. col. 50. versu. ad quartum fundamentū, & multis seq. quod cum, vt frater possit succedere, requiratur id in inuestitura noui feudi expressè dici, per c. 1. tit. de succes. feu. & c. 1. §. cum verò Conrardus, tit. qui feud. dar. poss. certè satis erit, vt ex verbis generalibus id colligi possit. Et vtrunq; sequitur Fran. Rip. in d. l. j. nu. 52. & seq. ff. de vulg. & pupil.

Frater an quando in feudo succedat.

Expressum generale etiam in materia stricta.

91 ¶ Et hæc quidem procedunt etiam in materia, in qua fit stricta interpretatio, vt nō obscurè patet ex d. l. vlti. C. quod cum eo. quæ quidem loquitur de contractu, qui haud dubiè strictè interpretatur, vt ex ea ipsa l. Iaf. expendit, in d. l. j. col. v. versu. item adde. ff. de vulg. & pupil. Et id confirmat, quod generalis dispositio in odiosis, & pœnalibus, quæ strictè interpretanda sunt, generaliter intelligitur, vt voluit Ang. in l. vlti. col. vlt. versu. tertio quæritur. ff. de constitutio. Princ. cum concord. à me adductis in repet. l. si vnquam. in præfatio. num. 119. & hæc quoque. & iterum in nostro Tractatu Retractuum, tit. j. §. j. glo. xiiij. in verbo, ou equipollent à vente, nu. 102. sed & hæc. Quamuis contrarium eius, quod primum diximus ex Iaf. teneat Fran. Rip. in d. c. ad aures. col. vj. versu. tertio adducitur, extra de rescrip. per text. cum glof. in c. inquisitores. de hæreti. lib. 6. Sed priorem opin. adiuuant multa à nobis congesta in d. repet. l. si vnquam. in princ. vbi supra citauimus. Quomodo autem ille text. & glo. in dicto c. inquisitores, intelligantur, dicemus in seq. versu.

Limitatio primi generalis expressi, dum respectu certæ persone debet fieri expressa mentio.

92 ¶ Nam illud primum genus expressi, multis modis limitatur. Primò, vt non procedat, quado respectu & fauore certæ personæ debet fieri mentio expressa. neque enim tunc sufficerent verba quantumcunque generalia: verbi gratia, si diceretur, Contra quascunque personas cuiuscunque qualitatis, aut conditionis existant: sed requiritur specialis expressio personæ, vt voluit glo. not. in dicto c. inquisitores, in verbo, expressè, per illum text. & ibi etiam Domi. qui id dicit bene notandum, de hæreti. lib. 6. Anto. & Imo. in Clem. constitutionem, per illum tex. de elect. Rom. in repet. authen. similiter, in fin. C. ad leg. Falcid. Alex. qui illam glo. dicit ad hoc multum sing. consi. cxxij. viso puncto, col. iij. versu. secundò adducitur, lib. 4. Barb. qui ad hoc alia citat, consi. xxiiij. illud adferam, col. iij. versu. facit etiam, quia vbicunque. lib. 1. Iaf. in d. l. j. col. iij. versu. limita istam regulam. & ibi Fran. Ripa. col. viij. nu. 56. ff. de vulg. & pupil. vbi & ipse Iafon illam dicit singul. & idem Iaf. in l. j. col. v. versu. quinto adde. ff. si quis in ius voc. non ier. vbi & illam glo. dicit valde singul. & in d. l. Prætor, in princ. col. ij. & seq. ff. de ope. noui nuntia. vbi illam quoque dicit solennem, & singul. & consi. xcviij. in præfenti testamento, col. iij. versu. item vbi requiritur, lib. 4. vbi etiam dicit not. & Bened. in dicto c. Raynaldus, in verbo, si absque liberis moreretur, lib. 2. num. 15. de testam.

Dispositio generalis includit personas, & causas priuilegiatas.

93 ¶ Et id quidem non modicum fulcit, quod aliàs diximus, dispositionem generalem non includere personas & causas priuilegiatas, & fauorabiles. l. Decurionibus. & ibi glo. Bar. & Io. Pla. C. de filen. lib. 12. Bal. in l. j. ante mediū. C. de no. Codi. confir. cum multis concord. collectis ab Alex. aut quod magis credo, Barb. inter consi. ipsius Alex. cōsi. cxxij. scripsit ecclesiasticus, col. v. versu. faciat quod voluit, & seq. lib. 4. & Fely. in c. 1. col. viij. versu. secunda dispositio, extra de præscrip. & Fran. Rip. in d. l. j. col. viij. nu. 56. & seq. ff. de vulg. & pupil. & à me in tracta. Retractuum, tit. j. §. j. d. glof. xiiij. num. 104. & id quidem. & Carol. Ruin. consi. cxxvj. præmissa. col. iij. num. 8. lib. 1.

Limitatio 2. quado lex noua inducit nouam formam, cuius expressam mentionem requirit.

Tutor debet promittere expressam defensionem. vide nume. seq.

94 ¶ Secundò limita, vt procedat, quando lex noua induceret nouam formam in aliquo actu celebrando, & velle de ea expressam mentionem fieri: tunc enim non sufficit expressio per verba generalia, vt voluit Fran. Aret. in d. l. j. col. vj. versu. secundò videtur, & ibi quoque Soci. col. viij. versu. secundò limita, de vulg. & pupil. ad id allegantes Bart. in d. l. Prætor. in princ. ff. de noui operis nuntia. vbi voluit, quod si tutor iuret vtilia facere, & inutilia prætermittere, ista verba non sufficerent, neque satisfacerent formæ, per quam tutor tenetur promittere expressam defensionem pupilli, per l. vlti. §. defensionem. versu. omnem autem dubitationem. C. de admini. tutor. vbi & Barto. pilli, per l. vlti. §. defensionem. versu. omnem autem dubitationem. C. de admini. tutor. vbi & Barto. quoque Bart. in l. legitimos. ante fin. princ. & ibi quoque Raph. Co. in prin. ff. de legit. tuto. quibus postremis locis dicit Bart. se vidisse multas tutelas ob id cassari. & Bald. in addit. Spec. titu. de tuto. col. vlti. versu. tutor tenetur. Ang. in §. vlti. in authen. vt hi qui oblig. Raph. Co. Paul. Cast. & Rom. in d. l. Prætor. in princ. de operis noui nuntia. Mathes. notab. 108. incip. nota text. singul. vbi ad hoc dicit tex. in d. §. defensionem, singul. & Alex. consi. cxix. ponderatis his, col. ij. versu. & ideò dicit, lib. 1. & Barba. consi. xix. scripsit Propheta, col. vlt. lib. 1. & consi. xxv. scribitur sapientia, col. pen. eo. lib. 1. vbi illum quoque tex. dicit sing. consi. xlvij. præclare scribit, col. pen. eo. lib. 2. vbi & illum dicit sing. & consi. lxxiij. illud in medium referam, col. j. lib. 3. & consi. xcj. illud referam, col. iij. versu. circa tertiam, lib. 3. Ang. Aret. in §. actionum. col. xix. versu. viij. quæro, quid incumbat, instit. de a. sti. Maria. Socin. consi. xxiiij. visis, col. vij. versu. nec obft. quod Imo. Et Iafon in l. j. col. v. versu. quinto

not. facit. ff. de libe. & posthu. & dicto consi. xviij. col. pen. vers. quondò facit. lib. 4. Et huius rei rationem reddunt Fran. Are. & Soci. vbi suprâ, quia si verba generalia sufficerent in hoc casu, ius nouum nihil adderet in effectu ad id, quod erat dispositum de iure veteri: quoniam de natura administrationis tutelæ est, vt tutor non relinquat pupillû indefensum. l. tutoris officium. ff. de adm. tut. Super hoc tamen aduertendum est, quod Bald. in d. l. legitimos. & in d. §. omnem dubitationem. & præterea in c. ex parte M. col. pen. versic. adhuc restat in intellectu. & seq. extra de appel. negat necessarium, vt nuncupatim apponantur verba posita in d. vers. omnino, sed sufficiant æquipollentia, quibus in effectu promittatur specialis defensio: quia iura magis considerant effectû, quàm formam verbi. l. quoniam indignum. C. de testa. & formulæ verborum sunt sublata. l. j. & ij. C. de formul. & sequitur Alex. sibi contrarius in d. l. prætor, & Feli. in c. translato, col. ij. versic. secundus casus sit de consti. & Fran. Cur. senior. d. consi. xciiij. col. xv. nu. 60. dum ibi allegat Bal. in dictis locis. & consi. seq. col. j. & in tractatu de arbit. in xix. q. in fi. vbi id dicit semper tenuisse.

De eadem re.

Limitatio 3. cum requiritur expressum uerbis.

¶ Sed & illud aduerte, quod Bar. in d. l. Prætor. in prin. dicit quod in d. §. defensionem. non sufficit generalitas, quia textus nominatim requirit expressum uerbis, cum dicit, solennibus uerbis. Quod dictum ad hoc ponderat Alex. dicto consi. cxxix. col. ij. vers. secundò limita. ff. de vulg. & pupil. per hoc limitans, quod dictum est, illud dici expressum, quod cõprehenditur uerbis generalibus, vt nõ procedat, quando lex requirit expressum uerbis. Tandem tamen subiungit hæc uerba, Quod an sit uerû, non dico nunc, quasi de hoc dubitare videatur. Idem tamen in d. l. Prætor. in prin. col. ij. vers. ista regula, hoc asseueranter affirmat, ad hoc allegans Ant. & Domi. in c. translato, de consti. vbi tenent, quod stante statuto, quod positioni respõdeatur uerbis expressis: certè si in responsione ponatur aliquod uerbû, per quod aliud in consequentiã sequatur, nõ videtur expressè uerbis, sed intellectualiter responsum. Quod & sequitur Feli. ibi. & illud quoq; de expresso uerbis uoluit Bened. in d. c. Raynutius. in uerbo, si absque liberis, lib. 2. nu. 15. vers. secundò limitabit, de testa.

De eadem re.

Limitatio 4. cum aliquid expressum pro forma requiritur.

¶ Et ita hoc erit vice tertiæ limitationis, vt uidelicet non procedat illud primum genus expressi, cum requiritur, vt aliquid uerbis exprimat, siue vt quid fiat uerbis expressis. tunc enim nõ sufficeret, vt uerbis generalibus id fieret. Sed huic sententiæ non accedit Franc. Ripa. in d. l. j. col. ix. vers. tertio limitatur. ff. de vulg. & pupil. Quia ita (inquit) dicitur uerbis expressum, quod exprimitur uerbis generalibus, sicuti uerbis specialibus, per tex. in §. præterea, Instit. de inutil. stipul. & l. doli clausula. ff. de verb. oblig. Nec obstat vt subdit d. §. defensionem. quo innituntur alij: quia ibi text. vnum aliquid requirit præterea, vt scilicet specialiter exprimat: quo casu haud dubiè non sufficit generalis expressio, vt & nos quoque dicemus num. 150. illud tandem dixerim.

De eadem re.

Limitatio 5. quado lex noua correctoria requirit expressum.

¶ Limita igitur quartò, vt non procedat, vbi lex in aliquo actu pro forma requirit aliquid expressum, quia hoc non sufficit adimplere uerbis generalibus, quamuis videantur æquipollere. Ita nominatim uoluit Ias. in d. l. Prætor. in prin. col. iij. vers. ex qua diligenter, ex no. ibi, per Bar. Confirmatq; per illud quod uult glo. in c. vt circa, de elect. lib. 6. & in Cle. j. in uerbo, tacta, de hæret. quæ uoluit non satisfieri statuto exigenti iuramentû, tactis scripturis, si præstatur iuramentû præsentibus scripturis, nõ tamen tactis. Et hac quoque ratione, quod uerba specialia magis mouet, & plus operantur, quàm generalia. l. item apud Labeonem. §. & hoc edictû. ff. de iniur. quia non egent aliqua declaratione, sicuti generalia. l. emptor. §. Lucius. ff. de pact. & l. cum Aquiliana. ff. de transact.

¶ Cui adde quod uoluit Feli. post alios antiquiores, quos allegat in d. c. ad aures. col. ij. vers. nihilo minus sequenda est, de rescript. quod si lex requirit expressionem pro forma, nõ sufficit expressio, sub quodam uerborû inuolucro. l. sed & si quis. §. quæsitum. ff. si quis cautio. & c. qui ad agendum. & c. vlti. de procur. lib. 6. Et quod item uoluerunt Imo. Alex. & Fran. Aret. in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verb. oblig. quod vbi pro forma requiritur specifica scientia, non sufficit eam haberi in genere. De quo tamen uide Ias. ibi, col. xxvij. vers. defendendo Bar. Et quod etiam traderunt Bal. & Ang. in l. j. ff. de libe. & posthu. quod licet aliàs sufficiat exprimere nomen proprium alicuius, sine expressione cognominis, aut alterius demonstrationis: fallit tamen, cum id requiritur pro forma: tunc enim nõ sufficeret exprimere nomen propriû, quantuncunq; singulare, cuiusmodi fuit nomen cuiuspiam Galloprepsi, qui fuit Bidellus Azo. Et idem uoluerunt ipse Ang. Ro. Alex. qui alios citat, & recentiores in l. hac consultissima. C. qui testa. fac. pos. ipse Ang. & Imo. in l. quoties. §. si quis tamen. ff. de hære. insti. Pet. Anc. in repet. c. i. in vj. q. prin. vers. quarto etiam si statuto cauetur, de consti. Maria. Soci. consi. xciiij. uis ac diligenter. col. vij. vers. nec obstat quod Imol. Et Hip. Marfi. consi. xxix. solamen omnium, col. ij. vers. & faciunt, lib. 1. Et hæc faciunt ad eam insinuationem nominis & cognominis, quæ debet fieri in nominationibus beneficiorum ex concord. summæ Pontificis & Regis. Et uide quæ dicam inferiùs nu. 141. incip. & ex hoc, & nu. 178. incip. intellige secundò, & ij. seq. & nu. 178. incip. id tamè, & nu. 188. incip. & ideo cum formam, & seq.

¶ Limita quintò, vt nõ procedat, quado lex noua correctoria iuris antiqui requirit aliquid expressè fieri: quia tunc nõ sufficiunt uerba generalia, sed debet nominatim fieri, & specialiter, vt uoluit Ang. in §. si uerò expressim. per illû tex. in auth. de trien. & semif. nam cum lex noua (inquit) permittat testatori, expressè prohibere Falcidiam, in l. si vt allegas. C. ad leg. Falc. quæ quidè corrigi ius antiquû, in l. quod de bonis. §. j. & §. vlt. ff. ad leg. Falc. Ideò debet illud exprimi à testatore specialiter, & nominatim: nec sufficit generaliter id fieri, iubendo integrâ aut totâ hæreditatè restitui, aut aliis uerbis similibus, per text. in d. §. si uerò expressim. Idem quoq; uoluit ipse Ang. in §. illud quoque.

quoque, per eum tex. in auth. de trien. & semif. & in auth. sed cum testator. post prin. C. ad leg. Falc. Sed & idem tenuit Ro. nulla Ang. mentione facta, in rep. d. auth. similiter, col. vlti. C. ad leg. Falc. ad id quoque allegans tex. in l. si quis. in prin. vers. sed hoc ita demum. ff. de leg. iij. & tex. vt ipse dicit, meliorem totius iuris, in l. vlt. C. de indi. uidui. Et rursus idem Rom. consi. lxxv. nescio qua ex re, vbi & multa alia allegat. iterumq; consi. lxxix. per totum fundamentû. Alex. d. consi. cxxij. col. ij. vers. quia respondeo, lib. 4. Barb. consi. xix. scripsit Prophetæ, col. vlt. lib. 1. & consi. xxiiij. illud asserat, col. ij. & iij. eo. lib. 1. & consi. xxv. scribitur, col. pe. eo. lib. 1. & consi. xxxvij. illud adducam, col. viij. eo. lib. 1. & inter consi. Alex. consi. cxxij. scripsit Ecclesiasticus, col. j. lib. 4. Maria. Soc. inter consi. Bart. eius filij, consi. xiiij. sequendo ordinè, col. vlt. lib. 1. & ipse filius in d. l. j. col. viij. vers. hanc tamen regulam. ff. de vulg. & pup. & consi. ccix. quoniam præsens cõsuetudine, col. ij. lib. item 2. & ante hos omnes Oldr. (cuius nullâ illi mentionè fecerunt) consi. 248. præsupposita cõsuetudine, in iij. dubio. & Bar. in l. Centurio. col. 7. vers. quid dicemus dubito. & ibi quoq; ipse Ang. & Imo. ff. de vul. & pup.

De eadem re.

Contra supra dicta.

¶ Verum sunt alij, qui tenent contrarium & inter ceteros Paul. Castr. sibi contrarius latè in consi. xxvij. in causa quæ uertitur, per totum lib. 2. vbi dicit satis esse, si uerbis generalibus id concipiatur, vt si legauit omnia bona, siue pleno iure, vel integrè, aut sine diminutione, per multa quæ ibi allegat. Et Alex. sibi contrarius, Franc. Aret. & Ias. etiam sibi contrarius in d. l. j. ff. de vulg. & pup. neque enim iura (inquiunt) allegata ab Angel. dicunt id nominatim, aut specificè debere fieri, sed tantum expressè: quod etiam intelligitur uerbis generalibus, vt diximus. Et idem Alex. consi. v. circa primum, col. vlti. lib. 3. vbi & alios multos antiquiores allegat, quos de industria prætermittimus. Et Fran. Aret. consi. xij. in causa Nicolai, col. ij. per text. quem dicit not. in §. si quando. in fin. in authen. vt sponsa. larg. Franc. Curt. Senior, dicto consi. xlix. col. xv. num. 59. & multis sequen. & iterum consi. seq. col. x. in responsione ad quartum arg. & Bened. in repe. d. c. Raynutius. in uerbo, si absque liberis, le ij. num. 15. vers. tertio limitabit, de testamen.

De eadem re. Collatio an censetur prohibita uerbis generalibus.

¶ Et in hac quoque opin. fuit Socin. sibi item contrarius, consi. cxxvij. quoniam in præsentem consultatione, col. antepen. vers. sed hic insurgit, lib. 3. vbi ex hoc dicit in casu auth. ex testamento. C. de collatio. exigentis expressam collationis prohibitionem. satis esse, id est uerbis generalibus, & mente donantis colligi, licet non sit aliàs specialis, aut singularis expressio, quamuis ea authen. sit iuris antiqui correctoria. Id quod etiam astruit text. in l. ex parte. §. intestato, & quod ibi dicit glo. ff. famil. hercisc. Et quod uoluerunt vulg. & Roma. in l. si emancipati. & ibi Alex. ad fi. C. de colla. Et facit bonus text. in l. decem. iuncta glo. vlt. ff. de fideicom. libe. Et illam glo. ponderauit, & dicit singu. Barb. in repet. c. Raynaldus. col. cxliij. versic. quoad intellectum, de testa. Ex quibus radicitus euelli uidetur illa Angeli sententia.

De eadem re contra Angeli sententiam.

¶ At Iason sibi ex diametro contrarius, tum in d. l. prætor. col. ij. vers. iij. & vlt. ff. de noui ope. nuntium in l. Marcellus. col. xij. vers. licet istam ampliationem. & vers. tu aduerte. ff. ad S. C. Treb. eam Ang. sententiam & sequitur, & tuetur, non is iuribus, quibus Ang. ipse innititur, sed hac ratione, quod in correctoris non est procedendum per coniecturas, aut tacitos intellectus, vt dicit illa gl. not. in c. cupientes. §. quod si per xx. de elect. lib. 6. Sed hæc ratio mihi admodum debilis & frigida esse uidetur: quia quod sit uerbis generalibus, id expressum dicitur, non tacitum, vt iam dictum est suprâ sæpiùs. Ideo cogita, & uide etiam, quæ dicam infra nu. 172. quarto modo.

Limita 6. in eo quod uenit in consequentiam.

¶ Limita sextò, vt non procedat in eo, quod uenit in consequentiam, etiam necessariam ad actum expressum: quia illud non dicitur expressum, sed tacitum, cum nudis uerbis compræhendi non possit text. habes, & exemplum, in l. sicut certi. C. de testa. mil. vbi si miles sciens se habere filium, instituat extraneum hæredem, intelligitur exhæredare filium, sed tacitè. Et illum text. nouiter ad hoc ponderat, & dicit perpetuò menti tenendum, & notandum Franc. Aretin. ibi, & Iason etiam hoc ponderat, notandum etiam ex hoc tex. & in d. l. j. col. v. vers. quarto ultra scribentes, de vulg. & pupil. & in d. l. Prætor. col. ij. versic. septimò. & Bened. in d. c. Raynutius, in uerbis, si absque liberis. lib. 2. num. 15. versic. quartò, de testam.

De eadem re.

¶ Et in id quoque facit, quod suprâ adduximus in tertia limitatione, num. 96. incip. sed & illud, ex Anto. & Domi. in d. c. translato. de consti. & quod dicam infra in septimo genere expressi. Et quod dicit glo. in c. i. in uerbo, prohibetur. j. distin. nunquam, inquit, inuenimus expressè prohibitum in l. nisi per quandam consequentiam. Ex qua not. Domi. ibi, col. v. non id dici expressum, quod ex quadam uerborû consequentia proficiscitur. Et ideo (inquit) vbiunque requiritur expressa mentio, non sufficit mentio descendens ex consequentia uerborum, vt potè surda, & tacta. nam & illud uidi à nonnullis allegari, licet non sit in meo Codice.

De eadem re contra supra dicta.

¶ Sed aduerte, quia contra hanc limitationem faciunt multa, quæ dicam infra, in 8. genere expressi. Et etiam contrarium tenuit Franc. Rip. in d. l. j. col. viij. num. 61. ff. de vulg. & pupil. substit. per l. si quis locuples. ff. de manumif. testam. ex qua not. Bart. id quod colligitur ex argumento à contrario sensu, procedere ex expressa uerborum significatione. Nec obstat (inquiunt) d. l. sicut certi. quia (vt dicunt nonnulli) exhæredatio, de qua loquitur illa l. non ueniebat ex consequentiã uerborum, sed ex interpretatione legis. Sed, vt subdit Ripa: ea solutio illi non placet, quia unius inclusio, censetur expressa exclusio alterius. l. ex co. ff. de testib. eum simil. Ideò aliter responderet, quod ibi exhæredatio dicitur tacta uerbis singularibus, & sic respectu formæ, quia nominatim fieri debuit. l. j. ff. de libe. & posthu. Non autem dicitur tacta, quod expressè non colligatur. Subiungitq; posse

dici, quod ubi consequentia est infallibilis, hæc posterior opi. posset procedere: secus si consequentia posset esse non vera, ut declarat Felin. in c. nostra. in ij. cor. de rescri. Et idem propemodum voluit Fran. Curt. Junior consi. clix. sacratissimæ, col. vlti. versu. sed quia negari lib. 2.

108 Limitatio 7. in genere summo.

¶ Limita septimò, ut non procedat, quando verba essent generalia in genere (ut ita loquar) generalissimo, aut (ut alij vocant) summo: sed opus est, ut saltem sint in genere subalterno, id est, ut descendant ad quãdam speciem: nec tamen necesse est, ut ad individuum veniant: verbi gratia, quis non tenetur de casibus fortuitis, nisi eis expressè renútiaverit. l. sed & si quis. §. quæsitum. ff. si quis cautio. & l. opus quod aduersione. ff. loca. Certè si quis suscipiat in se omne periculum, non videtur renuntiasse omnibus casibus fortuitis: sed opus est, ut saltem in genere suscipiat casus fortuitos: quod satis erit, etiamsi nõ dicat incendij, naufragij, & cæterorum, per tex. in l. si quis fundum, in princ. ff. loc. & voluit glo. & Doct. in d. §. quæsitum. vbi latè per recentiores, qui adducunt concordant. & per Alex. multas etiam concord. afferentem in l. Titius. in prin. ff. de libe. & posthu.

Casibus fortuitis non renuntiat, qui suscipit omne periculum.

109 Mandata specialia in genere demãdare, non satis est.

¶ Similiter sunt multi casus, in quibus requiritur speciale mandatum, qui numerantur per glof. in l. Pomponius. in prin. de proc. & in c. qui ad agendum. eo. tit. lib. 6. inter quos est restitutio in integrum. Propterea si quis constituat procuratorem in omnibus casibus, in quibus requiritur speciale, & expressum mandatum, non satis est ad hoc ut possit petere restitutionem in integrum, aut aliud quicquàm facere, quod requirit speciale mandatum per tex. in d. cap. qui ad agendum. sed si constituerit ad petendum in integrum restitutionem, cum opus fuerit, satis est, etiamsi non dicat in tali causa: ut per Bart. & alios, in d. l. Titius, & in d. l. filiusfa. ff. de dona. & Bald. Ang. & Salyc. qui hanc dicit esse communem opi. in l. j. C. etiam per proc. cau. in integ. resti. agi. pos. Bald. d. §. quæsitum. col. iij. versu. & ex hoc infert & in l. illud. §. j. ff. de minori. vbi ita dicit cõmuniter teneri. Petr. Anch. in c. procurator. de elect. lib. 6. vbi hoc limitat certis modis, cum multis concordant. adductis per Alex. in d. l. Titius. & consi. clxxxix. viso statuto. col. ij. versu. quartò probatur, lib. 7. quibus adde & Philip. Deci. consi. xx. in causa istorum fratrum, col. pen. versu. secundò respondetur.

110 Generalis legum derogatio. Generalis renuntiatio exceptionum.

¶ Et multa alia exempla videre poteris per Bar. in d. l. si quis in principio testamenti. col. iij. versu. quæro quid si testator. ff. de leg. iij. & in l. vlt. in fi. C. si contra ius, vel util. pub. vbi dicit, satis esse si dicatur, non obstante quacunque lege contraria: nec esse necesse, ut dicatur, tali lege. & in l. j. in fi. ff. si quis in ius voc. non ier. vbi dicit, quod in illo casu, in quo requiritur specialis renuntiatio, simili non satis est renuntiare omni exceptioni, siue priuilegio, sed sufficit renuntiare omni priuilegio fori, licet non descendat ad aliam speciem, siue individuum priuilegij fori, cum multis concord. ibi per Iason adductis, quem ibi vide. & in d. l. sed si quis. §. quæsitum. ff. si quis cautio.

111 Vbi uersatur graue periculum, ubi ad individuum descendendum.

¶ Sed hoc fallit, vbi versaretur graue aliquod & magnum præiudicium. nam tunc nulla generalitas, quantuncunque expressa, satis esset, nisi re ipsa esset omino specialiter & nominatim expressa, ut voluit Bart. in d. l. filiusfa. col. pen. & vlti. ff. de donat. adferens duos casus, videlicet in aditione hæreditatis, per tex. in l. si quis mihi bona. §. iussum. versu. sed vtrum. & ibi Docto. ff. de acqui. hære. & Alex. & Iaf. in d. l. Titius ponderantes grauitatem præiudicij. Similiter in matrimonio non sufficeret mandatum ad cõtrahendum matrimonium: sed requiritur, ut nominatim exprimat, cum tali, propter grauitatem præiudicij, per l. generali. ff. de rit. nupt. & c. vlt. & ibi glo. & Doct. de proc. lib. 6. & not. Bar. in d. l. filiusfa. in iij. q. de donat. Salyc. in l. j. de sponsa. Alex. consi. cxlvj. in causa & lite vertente, circa princ. lib. 5. Alex. & Iaf. in d. l. Titius. Et hic erit generalis fallentia, ad hoc primum genus expressi, ut videlicet expressum non dicatur, quod in genere dictum est, vbi vertitur ingens periculum. Id quod erit vice 8. limitationis.

Limitatio 8.

112 Limitatio 9. ubi agitur de favore aduersarij.

¶ Fallit & secundò, vbi requiritur mandatum speciale, principaliter in fauorem aduersarij, qui dubitat, ne dominus postea reuersus dicat, se de hoc non intellexisse, & sic aduersarius ipse damnificetur: quia tunc requiritur, ut exprimat specialiter in individuo, ut voluit Bart. in d. l. filiusfa. §. vlti. per tex. in l. qui ita. ff. ad Treb. & in c. procurator. de elect. lib. 6. & in Cle. non potest, de procu. Ideo enim ibi exigitur ita expressum mandatum, ne dominus postea dicat, se non intellexisse, ut euitet pœnas, cap. i. de elect. lib. 6. Et id quoque erit 9. limitatio ad primum illud genus expressi.

113 An sufficiat uirum prestare generalem consensum omnibus contractibus.

¶ Ex quibus hoc potes colligere, an sufficiat maritum generalem consensum præbuisse vxori, ut ipsa possit quoscunque contractus facere. Super quo & tu præterea vide, quid in similibus casibus voluerunt glo. & Bar. in l. si longius. §. j. ff. de iudi. Iac. Aret. Cy. in iij. q. Ray. Bal. col. pen. versu. quæro vtrum sufficiat, & Fulg. in l. vlti. §. necessitate. C. de bo. quæ lib. Spec. & Ioan. And. in tit. de actore. §. j. versu. sed quid si pater filio. Bar. & Ang. in l. si quis mihi bona. §. sed vtrum. quem legunt cum §. iussum. & ibi quoque Raph. Co. Rom. Pau. Cast. Alex. qui adfert concor. & Fran. Aret. ff. de acqui. hære. Bar. in l. tam is. §. j. col. ij. versu. quæro an requiratur. ff. de donat. caus. mor. And. Ifer. in c. imperialem. rit. de prohibi. feud. alie. per Fede. vbi loquitur de generali consensu domini in alienatione feudi. Bal. in repe. l. j. C. de sacros. eccl. cum loquitur de restan. filiisfam. ad pias causas, & consi. cclxxv. casus coram R. D. Episcopo, col. ij. versu. sed ad hoc respondetur, lib. 2. Alex. consi. lix. viso processu, col. ij. versu. vnde dicit, lib. 2. & d. consi. clxxxix. col. ij. versu. quintò probatur, lib. 7. & Soci. consi. cxij. lib. i. repetito lib. 2. consi. clxxij. multum, col. iij. versu. succedit nunc tertia, & seq. & Phil. Fran. in rub. de testa. lib. 6. char. vij. versu. xj. quæritur. & Carol. Ruin. consi. vij. prima facie, col. v. nu. 12. lib. 2. Est autem expressa consuetudo Rochellensium, cap. 23. sufficere generalem consensum.

114

¶ Limita decimò, ut non procedat in rescriptis ad beneficia, in quibus vel expressa, vel specialis mentio

mentio requiritur. Nam verba generalia non sufficerent: verbi gratia in casu Cle. 2. de offic. ord. vbi in collatione beneficij facta à Legato sedis Apostolicæ, requiritur specialis mentio beneficij, quod impetrans obtinet, nec sufficeret generalis, de qua in c. non potest. de conces. præb. lib. 6. videlicet quod aliud beneficium obtinet: ut voluit glo. in dicta Cle. 2. & ibi Card. in 13. quæst. Io. And. in ca. in nostra. ad fi. & ibi Anto. col. 5. versu. secundò principaliter. Calder. & Imol. in fi. & Panor. in vlt. not. extrà de rescri. Domi. in d. c. non potest. Panor. in c. aures, in prin. per illum text. & ibi Feli. qui adducit concord. col. 2. de rescript.

Limitatio 10. in rescriptis ad beneficia.

115 ¶ Et etiam in casu Clem. 2. de præbend. vbi per literas super prouisione clericorũ ad beneficia, non includuntur hospitalia, nisi expressa de illis fieret mentio. Et ibi dicit glof. vlt. quod non sufficerent verba generalia, ut quod de quibuscũque beneficiis, dignitatibus, personatibus, officiis, & cætera, & ibi Card. in 7. nota. dicit ibi esse casum, vbi non idem operatur genus, quod species: dicit tamè post Gen. quod satis erit, fieri mentionem de hospitalibus in genere. quod in idem recidit cum septima limitatione. sed & quod in casu dictæ Clem. 2. requiritur specialis mentio hospitalium, tenet Barb. consi. 64. illud in medium referam, col. 1. lib. 1.

De eadem re.

116 ¶ Et ad hanc limitationem referri potest, quod voluit Domi. in ca. humanũ genus. col. 5. & ibi post eum Feli. col. 2. dist. 1. quod vbi in rescriptis beneficialibus, ex iuris dispositione requiritur expressa mentio alicuius qualitatis, non sufficit si fiat mentio per quandam consequentiã. Et huius rationem reddit Iason in d. l. Prætor. col. 2. versu. 3. fallit. ff. de oper. noui. nuntia. quia huiusmodi rescripta ad beneficia, propter nimiam ambitionem clericorum sunt odiosa. Et per hoc dicit, hoc quoque procedere semper in materia odiosa, ad hoc referens, quod supra diximus in quinta limitatione. iuncta l. cum quidam. ff. de liber. & posthu. Ad quod etiam facit, quod voluit Pan. in ca. in Lateranensi. colum. vlt. extrà de præbend. Et id erit pro 11. limitatione huiusmodi expressi generalis, ut scilicet non procedat in odiosis.

De eadem re.

Limitatio 11. in odiosis.

117 ¶ Limita duodecimò, ut non procedat, cum aliàs constitutio requirit expressionem per verba geminata: verbi gratia, si dicat, exprimit omnia, & singula: tunc enim nõ sufficeret expressio in genere, ita expressè voluit glo. in ca. circa. in verbo, omnia & singula. & ibi quoque Io. Mo. Ioan. And. & expressius Philip. Franc. de elect. lib. 6. & Fran. Rip. in l. i. col. 10. versu. ex hoc infertur. ff. de vulg. & pupil. & ead. glo. approbatur per tex. in Cle. constitutionem. versu. cæterũ. vbi & hoc not. glo. in verbo, circumstantiis, cod. tit. Et bene facit quod dicam infra eod. num. 147. limita tamen non procedere, & iterum nu. 150. illud tandem, rursusque nu. 198. intelliges secundò. & quæ latissimè scribam in nostro opere, cui titulus est, Nihil frustra.

Limitatio 12. cum expressio per verba geminata requiritur.

118 ¶ Limita decimotertio, ut procedat, quando requiritur expressum simpliciter: acsi certitudo requiritur respectu speciei, non sufficeret huiusmodi certitudinem fieri per verba generalia, sed requiritur, ut fiat per verba denotantia speciem: ita nũcupatim voluit Domi. qui hoc dicit bene notandum, & post eum Philip. Fran. in c. si Episcopus, ante fi. per glo. ibi, in verbo, certas. de præb. lib. 6.

Limitatio 13. quando certitudo requiritur respectu speciei.

119 ¶ Quin generale est ut cum aliquid debet fieri specialiter, non sufficiat verbis generalibus fieri, ut voluit glo. in l. i. in verbo, specialiter. & ibi, Bar. Bal. Saly. Fulg. & recentiores. ff. si quis in ius vocat. & glo. in Cle. i. in verbo, specialiter. & ibi Card. Flor. in 7. not. de iudi. Io. And. in c. i. de excep. lib. 6. Bart. in l. legitimos. ad fi. princ. ff. de leg. tut. Anto. & Imo. in Cle. constitutione. col. 2. de elect. Iason in l. i. col. i. versu. quartò adde glo. ff. si quis in ius vocat. Bertr. consi. 28. ad maiorẽ, col. 2. nu. 7. lib. 1. & Fran. Rip. in l. i. col. 6. versu. ista limitatio, & iterũ versu. ex his infertur. ff. de vulg. & pupil. Et faciunt nõ. per Guil. Cu. Bal. & Salyc. in l. si quando. §. & generaliter. C. de inoffic. testa. Bar. in l. si duo ff. de admitt. tut. Alberi. Bald. & Angel. in l. de his. ff. de transact. & plenissimè Bal. in l. 4. §. quæsitum. ff. si quis cautio. Franc. Aretinus in l. quod in rerum. §. si nauem. ff. de lega. 1. Barba. qui in id multa allegat, consi. 19. scripsit Propheta, col. 7. versu. facit etiam ad prædicta, lib. 1. & consi. 37. illud adducam, col. 8. versu. & si dicatur quod in casibus, eod. lib. 1. & consi. 15. præclarè scribitur, col. 7. nu. 12. lib. 2. Fran. Rip. in d. l. i. col. 6. nu. 68. ff. de vulg. & pup. & li. 2. respons. ca. 19. Titio, col. 1. Et quæ diximus supra ex Bart. & aliis, tribus modis expressum dici, primum generaliter, alterum specialiter, tertium singulariter. Si ergo expressum specialiter requiritur, non sufficit generaliter: aliàs enim frustra huiusmodi expressa distingueremus. Videtamen, quid dicam postea, nume. 148. & per hæc Lector, habes, & sequent. Et id quidem erit vice decimæ quartæ limitationis.

Limitatio 14. cum aliquid debet fieri specialiter.

120 ¶ Limita decimoquintò, ut nõ procedat quod dictũ est, id expressum dici, quod in genere dicitur, vbi lex vel statutum requireret nominatim expressum, ut in casu l. lecta. versu. pactum autem. ff. de reb. cred. Tunc enim non sufficerent verba generalia, ut expressim respondit Barb. consi. 48. illud afferam, col. 4. versu. ego pòdero, lib. 1. Et videre licet ex eo quod voluit Paul. Eleaz. in suo Tractatu Appellationum, in 10. quæst. quod cum in appellatione à grauamine debeat exprimi causa grauaminis, ca. 1. de appel. lib. 6. idque nominatim, Clem. appellati. eo. tit. Certè non sufficit id exprimere per verba generalia. Quod & idem tradit Bal. in l. eos. §. sin autem in iudicio. col. 1. C. de app. & in l. vltim. col. 1. versu. item not. vald. tex. C. de his qui prop. met. iudic. non appell. & Socin. consil. 45. visa appellatione, col. 4. versu. 4. & vlt. Super quo tamen vide quæ dicam infra nu. 162. septimum item, & seq. & nu. 190. atque etiam & seq. & Panor. in d. c. in Lateranensi, in vlt. q. ext. de præbend. vbi super hoc casu distinguit. & Bart. in l. filiusfa. col. vlt. ff. de donatio. vbi expressè dicit fieri nominatim, quod fit verbis generalibus, per l. Titius. in princ. ff. de liber. & posthu.

Limitatio 15. cum aliquid nominatim fieri debet.

Causam grauaminis uerbis specialibus exprimentam.

Limitatio 16 in iuramento. Iuramentum debet praestari uerbis specificis. Nec sufficit dicere, per iuramentum aliis praestitum. Nec cum omnibus suis clausulis.

¶ **Limita decimosexto**, non procedere in iuramento, quod in genere praestitisse non sufficit ut interuenisse dicatur, sed nuncupatim & uerbis specificis exprimi debet, per ca. pen. extra de iureiur. quem text. ad hoc not. Doct. e. quibus Pan. ibi dicit not. singul. autem dicit Ant. in c. ab excommunicato, col. 5. uerbi. ille error ergo actorum de rescrip. Ex eoque dicunt Ab. antiq. Ioan. And. Anto. Imol. & Pan. super eodem c. quod prouinciales, qui aliquid falsum domino affirmant per iuramentum, quod antea fecerunt, non incurrunt periurium. Et dicit praeterea Ant. in d. c. ab excommunicato, ubi supra, quod si per iuramentum aliis a me praestitum promitto dare centum, non ex hoc obligor ad iuramentum, & periurium. Et sequitur Soci. consi. 99. serenissimus Rex, col. 2. uerbi. tamen clausula, lib. 3. ubi ex hoc consuluit, quod si inter aliquos factum sit compromissum iuratum, deinde & inter eosdem fuerit huiusmodi compromissum prorogatum cum omnibus suis clausulis, non tamen censetur iuramentum interuenisse: sed opus est ut expressè & specificè interponatur: adeo ut non sufficiat generalis consensus, siue expressio, ac nec per relationem ad aliud certum, quod not. ad id dicemus infra in 11. genere expressi, praesertim nu. 189. nam cum iuramentum.

¶ **Ex his autem dicit Panor.** in d. ca. pen. quod si partes consenserunt, quod instrumentum possit extendi ad sensum & consilium sapientis, aut ut notario videbitur, non tamen poterit adici iuramentum, cum requirat specificam expressionem. & sequitur Soci. in l. Gallus §. idem credendum. col. 2. ff. de liber. & posthu. & Philip. Dec. in l. semper in stipulationibus. col. vlti. ff. de regu. iur. Sed tu his adde text. optimum in l. qui per salutem. ff. de iureiurando, ubi licet qui per salutem suam iurat, videatur iurare per Deum, cum respectu numinis ita iurat, tamen non videtur satisfecisse delationi iuramenti, nisi ita fuerit specialiter delatum. Et ita non sufficit in genere per Deum iurare, sed in specie id debet fieri, ut per Deum iurasse dicatur.

¶ **Limita decimosextimo**, ut licet huiusmodi expressum generaliter, sit uerè expressum uerbis generalibus: est tamen tacitum uerbis specialibus, ut nuncupatim uoluit Pet. Besutius, non modicè autoritatis doctor, in l. Stichum qui meus erit. & ibi post eum Ias. col. vlt. uerbi. mihi plus placet illud. ff. de lega. 1. Et hoc quidem satis conuenit cum eo, quod supra diximus, nu. 119. incip. quin generale. Et uide etiam, quod in simili dicemus infra, nu. 173. quinto item modo. & nu. 195. uerum Franc.

¶ **Limita decimo octauo**, ut procedat in illis ipsis terminis (ut ita cum nostris loquamur) de quibus tractamus, uidelicet ut pro expresso habeatur, quod generaliter dictum est. Verum in hoc plus habet energiae, & ponderis, quod speciale est, ut scilicet magis timeatur, magisque animos subeat, quod in specie dicitur, quam quod in genere, per textum in c. quanquam. 23. dist. ubi glo. multa in hanc sententiam colligit, quæ tu uidere poteris, ne sim longior in re, quæ paulò longius à proposito distat, Sed tu tamen adde text. in c. si aduersus, extra de hæret. & in Cle. 1. ad fi. de exce. Prælat. & glo. in c. 1. tit. qua. iura. deb. val. Et Iac. Alua. & Card. Alex. in c. 1. vtrunq; in quarto not. tit. de noua fidei. for. & text. in l. apud Labeonem. §. hoc edictum. ff. de iniur. ubi quæ notabiliter fiunt, nisi specialiter notentur, uidentur quasi neglecta. & ibi multa concord. in glo.

¶ **Adde (inquam)** quod alibi dicitur in generali sermone, non includi quod uerisimile est, loquentem non comprehensisse. l. obligatione. ff. de pig. cum inf. ff. Et id quod uulgò dicimus speciem derogare generi. l. alimenta. §. basilica. & l. Stichus nutricis. ff. de alim. & ciba. leg. & l. in toto iure. ff. de reg. iur. ubi ita scribitur, in toto iure generi per speciem derogatur: & illud potissimum habetur, quod ad speciem directum est. & in c. generi. eo. tit. lib. 6. & ibi cōcor. Non autem è diuerso derogat genus speciei. c. dudum. circa mediū, de præb. li. 6. Et quod magis impedit quod speciale est, quam quod generale. l. 1. cum glo. in uerbo, pignori, & ibi Bal. C. de nece. ser. hæred. instit. Ex quo multa ualèt specialiter facta, quæ non generaliter. l. 2. C. de ser. pig. dat. manu. quem ita summat Bal. Quod specialiter declaratur, ualidius operatur, quam quod in genere prædicatur: & in l. seq. ubi seruus generaliter pignori obligatus, manumitti potest: secus, si specialiter. & aliis prope infinitis iuribus.

¶ **Limita decimonono**, ut non ita procedat, quin nouum id sit, & dicatur, quod cum antea uerbis tantum generalibus esset comprehensum, nunc uerò singulatim, & specificè est expressum, ut expressim tradidit Bald. in c. 1. post princip. tit. de noua for. fidei. in id allegans glo. in l. 1. ff. de legat. 1. Quamuis tamen aliàs declaratio nihil addere, nihilque noui inducere dicatur. l. asse toto. ff. de hæred. instit. & l. hæredes palam. §. 1. ff. de testa. & ibi concor.

¶ **Limita uicesimo**, & uerò, ut non procedat, quādo requiritur quæpiã expressio ad eum finem, siue effectum faciendi (ut nostri loquuntur) aliquè incidere in poenam: tunc enim non sufficeret expressio in genere, per glo. in Cle. 1. in uerbo, nominatim, de vi. & hone. cleri. quam sic intelligit & declarat Pan. in c. in Lateranensi. ad fi. extra de cōces. præb. Et ita uoluit Fran. Rip. in l. 1. col. 9. uerbi. uerò limitatur. ff. de uulg. & pupil. Sed tu aduerte, quod ea glo. & Pan. loquuntur de eo, quod debet fieri nominatim: quod aliud uidetur esse, quam expressim, ut constat ex his quæ diximus supra, nu. 120. incip. limita decimo quinto. Et ad hanc limita. facere uidentur, quæ diximus supra, nu. 91. incip. & hæc quidem procedunt. Et uide quæ dicam infra, nu. 138. & quod similiter.

¶ **Sed et illud sciendum est** in hoc genere expressi, quod si uerba generalia non possint uerificari, nisi in una specie, ceterum dispositio esse specialis, & specialiter exprimere id, quod disponit, & ita transit in secundum genus expressi, per text. in l. 2. & ibi Doct. ff. de lib. & posthu. quæ tex. ad hoc dicit not. Ias. consi. 56. in causa & lite, col. pen. uerbi. tertio, lib. 1. & l. si domino, & ibi Bart. & alij. ff. de legat. 1. & l. patronus. §. 1. ff. de legat. 3. & l. si tibi. §. 1. & ibi Barto. & rursus. l. si hæres, & l. si optio. ff. de

ff. de opti. leg. & l. fundus qui locatus. in fi. ff. de fun. instru. & §. nominatim. Instit. de ex hæred. liber. & c. ex parte. le. 1. & ibi glo. vlt. Pan. & Fehn. in fi. qui eum text. dicit sing. de offic. deleg. Bal. qui ex hoc in pulchro casu respondit, consi. 46. quidam Ioannellus, lib. 1. & Panor. in c. Pastoralis. §. quoniam. col. 2. uerbi. nota quod in materia, de rescript. & Doct. ubique.

¶ **Et facit, quod uoluit glossa**, quam simpliciter sequuntur Io. And. & alij, in c. constitutionem, in uerbo, nominatim, de sent. excom. lib. 6. quod monitio dicitur nominatim facta, ad hoc ut possit excōmunicari, qui participat cum excōmunicato, si dicatur, moneo filium Petri, cum ipse Petrus unicum filium haberet, per tex. in d. l. 2. Et illam glo. reputat sing. Fran. Are. in l. 1. col. 2. ff. de lib. & posthu. ad hoc quod in actibus, qui etiam ipso iure irritantur, nisi quicquam nominatim fiat, ut est in illo casu, satis sit exprimi per alias demonstrationes idem significantes.

¶ **Et quod uoluit Bar.** in d. l. 2. per illum tex. de lib. & posthu. quod si unicum testamentum præcessisset, in quo testator apposuit clausulam derogatoriã ad sequentia testamenta, uidelicet quod non ualeat aliud testamentum postea factum, nisi certa uerba in eo apponantur: postea fecit secundum testamentum, in quo generaliter reuocat omne testamentum præcedens: per istud secundum testamentum censetur primū reuocatum, tanquam fuerit facta mentio expressa, & specialis præcedentis testamenti, & clausule derogatoriæ in eo appositæ, cum sit unicum, de quo illa generalis reuocatio appositæ in secundo possit intelligi. & idem tenet ipse Barto. in l. si quis in principio testamenti. col. 4. uerbi. sed quæro si esset ponere casum. & ibi etiam Ang. uerbi. tertio quæro. ff. de lega. 3. & idem Bart. consi. 21. ut dicit & asseruit, ad fi. Bal. in l. humanum. col. vlt. C. de legat. & Ang. consi. 365. quædam domina Vanna, col. vlt. Ro. consi. 385. in casu præmissis, quo quæritur. Io. Ana. consi. 56. in nomine & c. his quæ in facto. & ibi Ludo. Bononien. in addit. & Alex. consi. 134. præuiso themate, col. 4. uerbi. & nedum specialiter, & seq. lib. 1. Benedict. Capra. consi. 30. punctus fuit, quædam domina Constãtia, col. 3. & consi. seq. punctus, quædam domina Magdalena, col. pen. & Barba. in c. cum esses, col. 2. 4. uerbi. dicit etiam ibi, de testa. Guido Pap. consi. 65. uiso themate, col. 10. uerbi. item dicta dubia. Soci. consi. 2. in causa testamentaria, col. 3. uerbi. postremò, lib. 3. & Iason, qui id reputat singul. consi. 56. circa primum scilicet priuilegium, col. pen. uerbi. & ad hoc confirmandum, lib. 1.

¶ **Contrarium tamen tenuerunt Ang.** sibi contrarius, Imo. Raph. Co. Pau. Ca. Alex. sibi contrarius, & Fran. Are. in d. l. 2. Bal. sibi item contrarius in Auth. hoc inter liberos. paulò post prin. C. de testa. Rapha. Co. in d. l. si quis in principio testamenti. Paul. Cast. consi. 284. in facto presenti, col. 3. uerbi. secundò ad idem op. lib. 1. & Alex. consi. xxv. uiso testamento, col. 2. & 3. lib. 3. ubi dicit hanc esse communem opin. quam semper secutus est legendo & consulendo, & iterum consi. 7. uideretur prima fronte, col. vlt. lib. 4. quod errore impressorum repetitum est, consi. 44. eiusdem lib. 4. & idem consi. 156. uiso testamento, col. 1. uerbi. nec obstat, si diceretur lib. 7. & consi. 172. uisus narratis, col. 3. uerbi. non obstat prædictis, eod. lib. 7. & consi. 172. uisus testamentis, col. 1. eod. lib. 7. quibus etiam locus hanc dicit esse communem opin. Socin. in l. cum filiosam. §. vlt. col. pen. uerbi. tertio infertur. ff. de legat. 1. Ludo. Bono. in addit. Io. Ana. consi. 56. & si diligenter & accurate. in l. sancimus. col. 3. uerbi. ultra Bal. adde quintam. C. de test. Steph. Berr. consi. 61. quamuis donatio, nu. 3. lib. 3. Anto. Rub. consi. 23. præsupponitur in facto, col. 4. uerbi. & supposito. Sed eorum rationibus & argumentis alacriter, eruditè & subtiliter respondit idem Iason sibi etiam contrarius, nempe sequutus Bart. in d. l. 2. quem uidere poteris, ne si omnia retulerim, sim longior.

¶ **Facit item, quod uoluit idem Barto.** in ea ipsa l. 2. & post eum Alex. ibi, quod si aliquis accusat alium de maleficio commissio in palatio Potestatis Bononiæ, & non apposuit confinia, iuxta l. libellorum. ff. de accusatio. & l. forma. in princip. ff. de censib. procedit tamen talis accusatio, cum sit unicum & notum Potestatis palatium. Et idem uoluit ipse Barto. in d. l. demonstratio falsa, in 7. q. de cond. & demonst. & in d. l. liberorum. in princip. col. 2. uerbi. circa hoc quæro, & in l. cum seruo. per illum text. de contrah. emp. Iac. Arer. Cyn. & Imol. in l. cum pater. §. vlti. per illum text. ff. de lega. 2. Bald. & Ro. in l. certum. ff. si cert. per.

¶ **At contrarium tenet Ang.** in l. hac consultissima. C. qui testa. fac. poss. ubi refert ita fuisse determinatum Bononiæ, in persona Gandini, tempore sui syndicatus, sicuti ipse Gandin. refert in suo tractatu maleficiorum. dicitq; Ang. hanc op. seruare consuetudinem. Ias. autem in d. l. 2. dicit, quod licet dictum Bar. sit uerum, quoad confinia ipsius palatii, per d. l. 2. ex alio tamen capite non procederet illa accusatio, nisi in ea apponeretur, in quo loco palatii crimen fuerit commissum. quia cum delictum non sit uniformiter punibile, in quocunque loco palatii fuerit perpetratum, quia grauius punitur commissum in aula superiori, quam in inferiori. Idè locus loci debet poni, ut de clarat ipse Bar. in d. l. libellorum. in prin. col. 2. ad fin. & in l. de pupillo. §. qui nuntiat. & ibi recetiores, ff. de ope. noui nuntiat. Sed huic responderi posset, non ex hoc uitiari accusationem, cum semper puniatur delictum commissum in palatii quocunque loco: sed nisi probatum fuerit de aula superiori, mitius puniatur, tanquam scilicet in aula inferiori deliquerit.

¶ **Facit præterea quod tradit ipse Bar.** in l. qui Romæ. §. duo fratres, in 6. q. ad fi. de uerb. obli. Quod si fratres tempore diuisionis sibi mutuo remittunt omne ius, quod habet aut habere sperant in rebus alteri relictis, si non erat alia causa sperandi, nisi solum ius fideicommissi, per talia uerba uidetur nominatim & specialiter remissum illud ius, per text. in d. l. 2. de lib. & posthu. Et idem in similibus casibus consuluerunt Pau. Ca. consi. 193. super isto puncto. occurrunt, ad fi. l. 2. & Soci. consi. 150. dominus

ri potest, ceterum specialis.

De eadem re.

Testamentum derogatorium præcedit, cum unum tantum præcederet, pro speciali derogatione habetur.

De eadem re.

Accusatio de crimine facta in palatio sine alia declarata, confinium, ualeat.

De eadem re. contra supra dicta.

Renuntiatio uel remissio generalis quæ de uno tantum potest intelligi pro speciali.

fca habetur.

135
Generalis sub
scriptio testa-
mē. habet vim
specialis, cum
testa. unicum
casum conti-
net. 136
Generale le-
gatum com-
prehendit res
venales; si nul-
le alie sunt.

137
Concessio feu
di pro filiis
procreatis, cō-
prehendit fi-
lium natura-
lem qui solus
erat.

138
Procurator
quando facit
cadere domi-
num in pœ-
nam.

139
Clausula de-
rogatoria cen-
setur specia-
lis, cum una
tantum gra-
tia precedit.

140
De mentione
notarij.

141
Precedentia
an procedant,
cum expres-
sio requiritur
pro forma.

142
Pater quādo
dicatur spe-
cialiter cōsen-
tire donatio-
ni causa mor-
tis.

dominus labia, & cat. & nos introducere, col. 6. vers. pondero etiam secundò lib. 1. & Philip. Deci. confi. 386. hoc capite, in ciuitate Placentiæ, col. vlti. Ex quibus intelligere poteris renuntiationem, siue remissionem generalem haberi pro expressa ac specifica, si de vno tantum possit intelligi.

¶ Sed & huc spectat, quod voluit quoque idem Bart. in l. 1. §. inter filium. ff. ad leg. Cornel. de fals. quod generalis subscriptio facta in testamento. habet vim specialis subscriptionis, ad hoc vt faciat subscribentem cadere in pœnam falsi, perinde ac si specialiter subscripsisset, quando testamentum ipsum vnum solum casum continet, per d. l. 2. ff. de libe. & posth. quod tibi maximè annotandum est, vt intelligas, id quoque procedere in pœnalibus, quod ex aliis quoque postea cognoscemus. Et vide, quæ diximus supra, nu. 127. incip. limita vicesimò, & quæ dicemus nu. ab hinc 2.

¶ Quodque voluerunt Bald. & Ange. in l. 1. ff. de sta. hom. Quod licet in generali legato, vel donatione facta hoc modo, dono, vel lego quicquid habeo in tali domo, non videatur venire res venales illic existentes, nisi expressim dictum est. l. generalis. §. vxori. ff. de vsufru. leg. Tamen si nihil aliud in domo reperitur, præter res ipsas venales, perinde est, ac si specialiter fuisset legata, arg. l. fundus qui locatus. ff. de fun. instr. & l. pediculis. §. item. ff. de aur. & argent. lega. & sequitur Ferdi. Loaz. in l. filiusfa. §. diui. in repet. col. 26. vers. hinc dicit, sub nu. 143. ff. de lega. 1. vbi alia & quædam similia aggregat.

¶ Et id quoque notat voluit ipse Bal. in l. eam quam. col. 8. vers. demum quæro. C. de fideicom. quod si Princeps concessit in feudum cuiquam pro se & hæredibus suis, procreatis & procreandis, cum non nisi vnum filium naturalem haberet procreatum, vt Princeps sciebat, peræquè id habetur, ac si Princeps ipse cōcessisset feudū pro eo & filio naturali, cum illa verba, procreatis & procreandis, non nisi in hoc filio verificari possent: quamuis aliàs filij naturales non succedant in feudum, nisi dictum fuerit. c. naturalis. tit. si de feud. fuer. contro. inter domin. & agnat. & de hoc dicit esse casum singul. in l. hæredibus. §. vlt. ff. ad Senatuscon. Trebel.

¶ Et quod similiter cōsultuit idem Bal. confi. 13. magnifico, lib. 5. Quod procurator censetur habere mandatum speciale ad actum, ex quo dominus potest incidere in pœnam, si is actus generaliter expressus in mandato, sit vnicus, quamuis specialiter non fuerit declaratus, per d. l. 2. ff. de liber. & posth. Licet procurator non possit facere dominum cadere in pœnam, nisi expressum sit mandatum. l. si pater. ff. que in fraud. credit. & not. per Guliel. Cu. & alios in l. sed & si quis. §. quæstum. ff. de quæstio. Hæc Bal. vbi supra, qui & idem repetit confi. 181. factum, super quo petitur consilium, eod. lib. 5. Et vide quod dixi supra nu. 127. incip. limita vicesimò, & nu. ab hinc 2.

¶ Et quod no. consuluit Ang. confi. 274. cuius hoc caput est, Bonifacius Episcopus, quod si Papa facit gratiam electo in episcopum, retinendorum beneficiorum quæ antè obtinebat, cum clausula derogatoria: postea autem cadē beneficia alteri conferat declarando gratiā illam siue (vt vocamus) dispensationem ita à se concessam, vt ad tempus consecrationis eiusdem electi tantum is ea beneficia possit retinere, satis illi gratiæ per hoc videtur derogatum, licet in hac posteriori prouisione, non omnino exprimentur verba prioris, sed tantum illius in genere fiat mētio, cum vna tantum gratia præcesserit, & propterea ad aliam referri non possit hæc posterior.

¶ Et Paul. Cast. in l. errore. ad fi. C. de testa. vbi dicit se consuluisse in ciuitate Florētiæ, vbi statutum disponit, quod qui agit nomine alieno, debet statim, & in primo actu causæ producere mandatū & facere mentionem notarij, qui de illo fuit rogatus, aliàs non valet processus: quidam autem produxerat instrumentū mandati, dixeratq; de illo fuisse rogatum notarium de Alexandrinis, omisso proprio nomine, vnde dicebatur nō valere processum. Contrariū determinauit Paul. ex eo, quod in domo Alexandrinorū Florētiæ vnicus erat notarius, qui propterea videtur expressè, & in specie nominatus. Sequitur Franc. Curt. Senior. confi. 50. memoriæ, col. 21. nu. 126. & iterum col. 5. nu. 333.

¶ Et ex hoc potes hanc nostram regulam ampliare, vt procedat etiam, quando aliquid expressè requiritur pro forma, vt etiam ponderat ipse Curt. d. col. 21. Et quidem bene: nam illa verba, aliàs non valeat processus, denotant hoc requiri pro forma, vt not. Bart. in l. de his. circa medium. ff. de transa. & alibi latè nos diximus. Sed & hoc quoque voluit Iason, qui nullam Cur. mentionē facit, in l. Gallus. §. quidam rectè. col. 2. vers. nota ex isto text. in 2. lect. ff. de libe. & posth. vbi & ad hoc allegat text. in d. l. 2. ff. eod. tit. Sed hoc non admittit Lancel. Politus, in Tract. Substitutionum, in materia vulgaris substitutionis, in 2. q. hac ratione motus, quod quæ pro forma requiruntur, non sufficit impleri per æquipollens. Vide quæ dixi supra, nu. 98. limita igitur quartò, & quæ dicā infra num. 158. incip. intellige secundò, & 2. seq. & nu. 188. & ideo cum forma, & seq.

¶ Huc etiam spectat, quod Alex. in l. senium. col. pen. vers. & circa hinc notata. C. qui testa. fac. poss. dicit post multos antiquiores à se relatos, quod si filiusfa. qui non potest testari etiam cum consensu patris, potest tamen donare causa mortis, si id pater specialiter consentiat, per l. filiusfa. ff. de donat. Si, inquam, filiusfa. facit testamentum de consensu patris, adiecta clausula, quod si non valeat iure testamenti, valeat iure codicillorum, aut iure cuiuslibet alterius vltimæ voluntatis: cum, vltra testamētum & codicillos nulla sit alia species vltimæ voluntatis, quàm donatio causa mortis, perinde est, ac si singulariter ac nominatim, de ipsa donatione causa mortis fuisset facta mentio, per d. l. 2. de vulg. & pupil. Et ita videtur satisfactum esse d. l. filiusfa. requirenti specialem mentionem. Et idem voluit Corneus in d. l. senium. col. 2. vers. in ea in fin. & Signo, quem neuter eorum allegat, confi. 30. factum tale est, quidam nomine Arnoldus.

¶ Nec

143 ¶ Nec hinc longè distat, quod scribit Franc. Aret. in l. 1. col. 6. vers. secundò videtur limitanda, & ibi post eum Soci. & Iason, qui hoc reputat sing. col. 5. vers. adde ad doctrinam. & etiam Franc. Rip. colum. 10. vers. quam limita primum. ff. de vulg. & pupil. substit. quod licet substitutiones cōprehensæ sub breuiloqua, seu reciproca substitutione, dicantur expressè cōprehensæ in genere, & tacitè in specie, vt declarat Bar. in d. l. j. col. 2. tamen si huiusmodi substitutio non verificatur, nisi in vnica tantum, vt in casu l. 2. C. de imper. & ali. sub. & iam hoc iure. §. 1. ff. de vulg. & pupil. hoc casu dicitur specialiter facta, & non in genere. Quod & sequitur & dicit sing. Ferdin. Loaz. in re. pet. d. §. Diui. quo loco nuper citauimus.

144 ¶ Et quod item de facto respondit Marianus Socinus Iunior, cōfi. 136. habita animaduersione, col. 4. nu. 18. & seq. lib. 1. quod generalis renuntiatio, quæ non potest verificari, nisi respectu legitima, habet vim specialis renuntiationis ipsius legitima: licet aliàs huiusmodi generalis renuntiatio nihil operetur, quin debeatur legitima, per l. si quando. §. & generaliter. C. de inoffic. testam. Idque in nixus autoritate d. l. 2. & ibi notat. à doctor. ff. de liber. & posth. Ad quod etiam facit, quod diximus, de alia renuntiatione generali, supra num. 134. incip. facit præterea.

145 ¶ Adde & tu superioribus, quod cum vna tantum ratio, vel causa legis, aut alterius dispositionis reddi potest, ea habetur pro expressa, & æquè ex ea sumitur argumentum à similitudine illius, vel ab illa cessante, ac si verè fuisset expressa: vt voluit gloss. not. in l. quamuis: & ibi Bal. Paul. Castren. Raph. Fulg. Philip. Corne. & alij recentiores. C. de fideicom. & gloss. in Cle. 1. in verbo, eligatur. & ibi Paul. Eleaz. & alij, de electio. cum aliis multis concord. adductis à recentioribus in d. l. quamuis. & à me latius in nostro Tractatu, cui tit. est, Cessante causa cessat effectus, in 21. limitatio. nu. ciusdem 7. incip. intelligendum est tertio, cum tribus seq. Adde inquam, alia multa similia, sparim à nostris tractata, vt per Ias. d. confi. lvj. vbi supra, lib. 1. & confi. lxxv. magnificus. col. vlt. vers. 4. lib. 1.

146 ¶ Ex eo autem, quod diximus supra num. 141. satis patet ex quorundam sententia (aliis tamen reclamantibus) hanc nostram regulam ampliari etiam, cum aliquid expressè requiritur pro forma, Tu verò nunc aliter & secundo modo amplia, vt procedat, etiam si dispositio loquens generaliter, & quæ in vna tantum specie verificatur, vtatur verbis pluralis numeri, quia nihilo minùs censetur esse specialis. text. habes & exemplum in d. l. Titius. in princ. secundum vnam lect. ff. de lib. & posth. vbi si testator, qui vnum tantum habet filium, dicat, Ex hæredo filios meos, talis ex hæredatio censetur esse specialis, quod ad illum vnicum filium: & ita illū text. intelligunt Saly. Imol. Franc. Aret. qui hoc dicit no. & Alex. ibi. & Pau. Cast. in d. l. 2. in fi. & ibi etiam Ias. col. 2. vers. istum text. sic corroboratum. ff. de lib. & posth.

147 ¶ Limita tamen non procedere, quando lex vel statutū requireret aliquid esse certum & expressum. Quia quod fit in genere, non dicitur certum & expressum, etiam si genus non possit verificari, nisi in vna specie. Ita voluit Domin. c. ne captandæ. col. 1. & ibi quoque Philip. Franc. per text. ibi, de concess. præb. lib. 6. quod dicit no. Domi. pro priuilegijs, quæ requirunt certam & expressam mentionē. quod & pro sing. & valde not. allegat Ias. in d. l. 2. col. 2. vers. limita sing. istum text. dicitq; neminē Legistarum huius rei meminisse, nec ibi, nec alibi. Confirmatq; ea ratione, quia verba illa geminata certum & expressum, debet aliquid operari, per l. Ballista. ff. ad Trebel. cum simi. debentque semper ampliare effectum, secundum Bal. in l. fructus. C. de act. emp. & in c. eam te. col. 2. de rescrip. Et idem præterea voluit ante Domi. glo. in c. si Episcopus, in verbo, certis, vbi & hoc notat ipse Domi. & Philip. Francus de præben. & Franc. Ripa. in l. 1. col. 9. vers. septimò limi. ff. de vulg. & pupil. Et vide, quæ dixi supra, nu. 117. incip. limita duodecimò. Et quid dicam statim vers. ab hinc tertio. illud tandem, & iterum nu. 191. intelliges secundò.

148 ¶ E T P E R H A E C, Lector, habes satis illustratum primum illud genus expressi, à Bar. tractatum in d. l. 1. ff. de vulg. & pup. videlicet quod in genere dictum est.

¶ S E C U N D U M A V T E M, quod scilicet in specie fit, non aded longis ambagibus indiget, tum quia non pauca de eo cum primo genere diximus: tum etiam quod nihil inter se differunt specialiter & expressim, si vera est gloss. sententia, quæ sæpius specialiter, exponit pro Expressè, vt in l. 1. in prin. ff. de off. eius cui mand. est iurisd. & in l. sed an vltro. in prin. ff. de neg. gest. & in l. negotiū. & in l. vlt. C. eod. tit. & in l. 3. §. 1. ff. pro socio. & in l. 1. C. qui pro sua iurisd. Pet. Cy. & Ray. in l. 1. ff. si quis in ius voca. non ier. Archi. in c. 2. de reb. ecclæ. non. alie. li. 6. Ang. in §. soluto. per illum tex. in auth. de nupt. Raph. Co. confi. 188. spectabilis miles, post medium. Barb. confi. xix. scripsit Propheta, col. vlti. lib. 1. & confi. 22. eiusdem initij, col. antepen. vers. præterea est ponderandum, eod. lib. 1. Et est optimus text. in l. si expressum. ff. de appellat. vbi id quod antè Expressim dictum est, mox Specialiter dicitur. Et alibi probatur idem esse Specialiter, & nominatim, quod idē est, atque Expressim l. in fundo, de supel. leg.

149 ¶ Quanquam ne id omittam, aliquādo specialiter dictum aliquid dicitur, licet non sit expressum, si credimus Oldra. id ipsum affirmati, confi. 179. quæstio proponitur, col. 3. vers. item est specialiter dictum, per l. nominatim. ff. de manu. test. & l. affe. ff. de hæred. insti. & l. 2. ff. de libe. & posth. Quæ iura, quantum ad id faciant, cæteri diudicent. Sed hinc tandem vide, quæ diximus supra, nu. 119. incip. quin generale. Ex quibus & aliis multis supra dictis facile intelliges, non omnino idem esse specialiter & expressim, vt etiam not. Domi. in c. 2. in vlt. not. per eum tex. de præb. lib. 6. Alioquin enim frustra poneremus differentiam expressi in genere, & expressi in specie.

¶ Illud

Substitu. cō-
prehensa sub
breuiloqua
substi. dicitur
specialiter fa-
cta, si non nisi
in una verificat-
catur.

Renuntiatio
generalis cō-
prehendit le-
gitimā, cum
tantum ratio-
ne illius po-
test operari.
Ratio unica
tacita pro ex-
pressa habe-
tur.

Ampliationes
præcedētium.
Quid si dispo-
sicio utatur
verbis plura-
lis numeri.

Limita, quā-
do dispositio
requirit cer-
tū simul &
expressum.

Expressi secū-
dū genus quod
fit in specie.
Specialiter,
& expressim,
eadem sunt.

De eadem re.

150 Specialiter & expressim cu quid fieri debet, singulariter exprimi debet.

¶ Illud tandem dixerim, in hoc secundo genere expressi, quod ubi aliquid debet fieri specialiter, non sufficit fieri verbis generalibus, ut satis diximus sup. d. nu. 119. Et cum aliquid requiritur fieri specialiter & expressim, uti requiritur (verbi gratia) in d. c. 2. ubi specialis & expressa, deprehend. lib. 6. tunc non satis esset id specialiter fieri, sed singulariter exprimi necesse esset, propter verborum geminationem, ut nuncupatum voluit Barb. consi. 25. scribitur sapientia, col. antepen. versicu. & si dicatur quod idem, lib. 1. & Fran. Rip. in d. l. 1. col. 9. versu. septimo limita. ff. de vulg. & pupil. Et facit ad hoc, quod supra diximus nu. 117. inci. limita duodecimo. & dicemus infra num. 191. intelliges secundum, & abunde in nostro tractatu, cui titulus, nihil frustra.

151 3. Expressi genus.

¶ P O R R O T E R T I V M genus expressi, a Bar. & sequentibus positi, adeo sese exhibet obuium, atque expositum omnibus, ut nulla omnino interpretatione, aut declaratione indigeat. Quis enim unquam dubitavit ea expressa censeri, & esse, quae singulariter ac proprio peculiarique nomine, atque sine vlla verborum ambage, aut inuolucro dicuntur, & mansa (ut aiunt nutrices) infantibus pueris, in os inferuntur? ut interim utar verbo, Tulliano, libr. de Oratore 2. Ideo super eo diutius immorari nec volo, nec opus est.

152 4. Expressi genus. Iuramentum vim habet expressi.

¶ Q V A R T V M A V T E M genus expressi dici potest, cum iuramentum in aliquo actu interponitur, Nam & iuramentum habet vim expressi, ita ut ubi requiritur quicquam speciale, nec sufficit generale, si interueniat generale cum iuramento, sufficit, ac si esset speciale, secundum Bal. qui dicit id esse menti tenendum in l. 1. in 2. q. & ibi Saly. col. vlt. C. como. per. l. cum pater. §. filius matrem. ff. de lega. 2. Ang. in l. senium. C. qui testa. fac. poss. Ro. in l. 1. §. si quis ita. col. 6. versu. secundum allegatur. & ibi Alex. col. 3. versu. secundum in quantum Bar. ff. de verb. oblig. Franc. Aret. consi. 33. consultatio, col. pen. versu. 2. & Fran. Curt. senior, consi. 1. circa primum. col. 2. versu. ex quo enim iurauit, & col. seq. versu. & in primis moueor. & consi. 44. super contingencia facti, col. 5. versu. & bene facit, sub nu. 17. Socin. consi. 147. visa facti contingencia. ad fi. lib. 1. Iason in l. si conuenit, col. 3. versu. vltimo facit. ff. de iuris. d. om. iud. & in l. certum est. col. 1. ff. si. cer. pet. & in l. sub praetextu. la. 2. col. 2. versu. adde quod idem. C. de transact. ubi hoc dicit sing. Phil. Dec. consi. 345. visis his, circa medium. & consi. 404. viso elegati, col. 2. & consi. 432. cum sit quod Almaricus, col. vlt. Maria. Soci. iunior consi. 136. habita diligenti animaduersione, col. vlt. nu. 26. lib. 1. & Doct. quos statim in versu. ab hinc 2. & seq. allegabimus, inter quos Barb. vbi que dicit eius rei esse textum, in c. ex rescripto. de iureiu. ubi mulier, quae fideiusit, obligatur propter iuramentum, licet expressum non renuntiauerit beneficio Veleiani, quamuis requiratur in eam expressa renuntiatio, per l. vlt. §. pen. ff. ad Velleia.

Mulier fideiusit, ubi iuramento, obligatur.

153 Iuramentum in 2. testa. ap. positum, habet vim clausulae derogatoriae.

¶ Ex quo fit, ut iuramentum in secundo testamento appositum, habeat vim specialis clausulae derogatoriae ad testamentum praecedens, ut dicit not. idem Bal. in l. sancimus. col. vlt. versu. quarum hic Doct. & ibi Fulgo. Pau. qui hoc dicit sing. Alex. & recentiores. C. de test. & sequitur etiam Guido Pap. qui ita dicit fuisse decisum, q. 128. & pro ista parte. & Iason, qui id quoque reputat sing. in l. si mihi & tibi. §. in legatis. col. 2. ad fi. & seq. ff. de leg. 1. in prima lect. & Deci. d. consi. 345. & ante hos Io. And. in c. quod semel. ad fi. de reg. iur. lib. 6. & Bart. in l. si quis in principio testamenti. in princ. ad fi. ff. de leg. 3. quos ad id allegat Pau. Cast. consi. 284. in facto praesenti ponam, col. 1. lib. 1.

154 Iuramentum non habet vim expressi, ubi est praesumptio defectus consensus.

¶ Quod tamen intellige, ut iuramentum habeat vim expressi, nisi cum quod generale est, non valet ex praesumptione defectus consensus: quo casu non valet, etiam si iuramentum interueniat, & ita non habet vim expressi, ut declarant Bal. & Saly. in d. l. 1. C. commo. Aret. & Alex. vbi supra. Ratio est, quia iuramentum non supplet consensus, per l. vlt. C. de non nu. pec. & voluit Bart. in l. si quis pro eo, in princ. col. vlt. in octavo membro. ff. de fideiuss. & Bal. consi. 349. super eo quod quaritur. in fi. lib. 3. & Imo. in c. per tuas. de arbit. & in c. 1. de iudi. & Fran. Aret. qui hoc dicit sing. consi. 24. quatuor dubia, col. 2. versu. nec obstat iuramentum. & d. consi. 33. Et propterea Cy. in d. l. 1. C. commo. dicit, non valere renuntiationem generalem iuramentum in non cogitatis. Bald. autem consi. 250. considerandum est, ante fi. lib. 5. dicit quod annullato consensu, iuramentum non habet fundamentum de iure naturali. per l. iuris gentium. §. & generaliter. ff. de pact. & l. si quis inquilinos. q. vlt. ff. de leg. 1. & l. quemadmodum. C. de agri. & cens. lib. 11.

155 Iuramentum ad id tantum refertur, quod comprehenditur in renuntiatione.

¶ Et secundum hoc debet intelligi, quod voluit Bart. loquens in eodem casu, in l. sed & si quis. §. quaesitum. in fi. & ibi quoque Bald. Alberic. Ang. Fulg. & recentiores. ff. si quis cautio. dum dicunt, iuramentum ad eos tantum casus referri, ad quos refertur renuntiatione, in qua interponitur. & Ioan. And. Anto. Pet. Io. And. Card. Flor. & Imol. in c. 1. extra de como. Bal. in c. 1. col. 2. tit. de cont. feud. ap. par. ter. Imo. in ca. cum contingat. in 28. char. de iureiu. & Alex. consi. 3. viso instrumento. col. 3. versu. fortius voluit, l. 1. & item consi. 28. visis accuratè, col. vlt. versu. non ob. quod interuenit iuramentum, lib. 1. quod & repetitur est consi. 31. lib. 2. vbi hoc optimè declarat. & consi. 61. etsi puto. ad fi. lib. 3. Soc. consi. 70. instrumentum identitatis, col. vlt. lib. 3. & consi. 103. in casu conuentionis, col. 2. versu. nec praemisiss ob. eo, l. 3. Phil. Dec. 374. in casu proposito, in fi.

156 De eadem re.

¶ Ideoque etiam Ro. consi. 517. in casu proposita consultationis, circa celeberrimorum Doct. consilia, col. pen. versu. sed certè respòdeo, dicit quod text. in d. l. cum pater. §. filius patrem. non procedit in actu, in quo est defectus consensus: & idem dicit Franc. Aret. in l. qui superstitis. col. 5. ff. de acqui. hæc. & in d. l. 1. si quis ita. col. 5. versu. adde dictis. ff. de verb. obli. Barba. consi. 55. praclare scribitur, col. pen. lib. 2. & Iason in d. l. si mihi & tibi. §. in legatis. col. 3. versu. contra istam limitationem, in l. lectu. ff. de legat. primo. vbi circa hoc distinguit, & in d. l. sed & si quis. §. quaesitum. ad fin. ff. si quis

quis caut. & in l. eam quam. col. viij. versu. limita tamen. C. de fideicom. & in l. sancimus. col. ij. versu. secundum confirma. C. de testam.

Declaratio praecedendum.

157 ¶ In quo quidem postremo loco, paulò post, id ipsum declarat ipse Iason, ut scilicet quando non adest consensus iurantis nec in specie, nec in genere, tunc nihil omnino operetur iuramentum, quantum ad consensum, per d. l. vlt. C. de non nume. pecu. & alia similia iura. At si adest consensus, saltem in genere, tunc iuramentum operetur expressionem, argu. l. qui iure militari. ff. de test. mili. Et id quoque ipsum voluit Imol. tum in d. c. cum contingat. de iureiu. tum in dicto cap. 1. de commo. & alij item, quos Iason ipse, ut supra, allegat. Quibus adde Bened. in repe. cap. Raynutius. in verbo, duas habens filias, num. 269. ext. de test.

Iuramentum non sufficit, ubi expressum pro forma requiritur.

158 ¶ Intellige secundum procedere, nisi expressum aliquid pro forma requiratur: tunc enim iuramentum non haberet vim expressi, ut voluit Barb. d. consi. lv. col. pen. lib. 2. & post eum Steph. Bertr. consi. xxvij. ad maiorè, col. ij. lib. qui primus inscribitur, licet postremò impressus sit, per id quod voluit Nicol. Neap. post Cy. Richa. Mal. Iac. Bu. & Ray. Forl. in l. legitimos. ff. de leg. tur. Nam cum glo. ibi quatuor annumerasset, quae debet facere tutor, antequam administret, & inter caetera quod iuret vtilia se facturum, & inutilia pretermitturum, per tex. in §. vlt. in auth. ut hi qui oblig. addunt & isti, & cum his etiam Bart. quantum necessarium, ut videlicet expressè promittat defensionem se pro pupillo suscepturum, per tex. in l. vlti. §. omnem. C. de admin. tuto. Quasi non satis sit, iurasse in genere, nisi & illud speciatim interueniat, quod veluti pro forma ille §. omnem, exigit. De quo tamen Bart. dicto vide quod scripsimus supra nu. 94. inci. secundo limita, & ij. seq.

Iuramentum non operatur specialem renuntiationem legitimam.

159 ¶ Ex hoc quoque putat Barb. consi. lv. lib. 2. quod in casu l. si quando. §. & generaliter. C. de inoffic. testa. in quo videlicet requiritur specialis, & expressa renuntiatio legitimae, non sufficit iuramentum, cum pro forma huiusmodi renuntiatio exigatur. Id quod etiam in eo casu voluit Roma. cuius Barba. non meminit, in d. l. qui superstitis. in ij. limit. ff. de acqui. hæc. & Franc. Aret. in d. l. §. si quis ita. col. v. de verb. oblig. & ante hos Bald. in rub. ff. de iureiu. col. pen. versu. sed ius Canonicum. Licet tamen in hoc postremo casu contrarium consuluerit idem Barb. sibi contrarius, consi. xxv. scribitur sapienter, col. viij. versu. & adduco, quod singu. sub num. 21. lib. 1. post Roma. sibi contrarium, in d. l. §. si quis ita. & ibi quoque post eum ipse Barb. col. xij. & Iason in l. si quis maior. C. de transact. De quo & nos diximus in repetitione legis, si unquam in praefat. num. 144. sed quoniam, & iterum nu. 160. sicuti & eius. C. de reuoc. dona. Ad illud autem, quod de forma dictum est, vide supra, num. 98. limita igitur quartum, & sequen. & iterum numer. 141. & ex hoc, & quae dicam infra num. sequen. & iterum num. 188. & ideo cum iterum, & seq.

Quintum expressi genus, quod fit nutu & signis euidens.

160 ¶ Q V I N T V M G E N V S expressi, quod fit nutu, aut aliis signis euidens, ut voluit gl. not. in l. item quia. in prin. in verbo, & mutus. ff. de pact. per tex. in l. si stipuler. §. vlti. ff. de verb. obli. & ad hoc expendit eam gl. Bal. ibi, & in tractatu de pactis, col. xvj. versu. illud est not. & Soci. consi. cxij. multum abunde, col. v. versu. aliquando & secundum, lib. 1. repetito consi. clxxij. lib. 2. vbi illam gl. dicit not. & Fran. Cur. senior consi. 50. memoriae recolendae, col. xlviij. in fi. viij. respon. ad ij. arg. vbi & illam dicit no. & Ias. in l. licet Imperator. col. ij. versu. sextum adde. ff. de leg. j. Sed id non procederet, vbi expressio esset de forma, quia tunc non satis esset, ut fieret per signa etiam indubitabilia, ut non obscure voluit Ang. in l. quoties. §. si quis nomen. ff. de hæred. insti. neque enim forma impleri potest per equipollens, ut non ab omnibus in l. j. ff. de lib. & posth. cum si. Et id confirmatur ex iis, quae diximus supra d. nu. 98. & in versu. praeced. & aliis locis ibi designatis. Sed super eo quod dictum est de nutu & signis, vide supra nu. 17. facitque, & nu. 19. nec absimiliter. & num. 83. at ipse.

Sextum expressi genus, quod ex natura exceptionis praesupponitur.

161 ¶ S E X T V M & illud expressum addere potes, quod ex natura exceptionis praesupponitur, regulam esse expressam, authen. ex testamento, & ibi Alex. col. j. C. de collatio. & Fran. Rip. in d. l. j. col. viij. num. 55. ff. de vulg. & pupil. Ex quo fit, ut ille subdit, quod à Rom. traditum est consil. cclxxj. vis tota, & Philip. Deci. consi. cxcvij. in causa inquisitionis, col. ij. versu. tertium ad praedictam, quod exceptis quibusdam regalibus, caetera concessa intelliguntur, quamuis ipsa regalia nunquam intelligantur concessa, nisi expressè de iis caueatur. c. 1. tit. de capit. qui curi. vendi.

Septimum expressi genus, quod ex mente & coniecturis necessario colligitur.

162 ¶ S E P T I M V M item genus expressi hoc adiciet, quod videlicet ex mente, & coniecturis necessario colligitur, text. est in d. l. Prator. iam toties supra allegata, in prin. versu. interdictum est hoc, iuncta glo. in verbo, expressum. ff. de nou. oper. nunt. vbi id not. Bart. Bal. Ang. Imo. Ro. Alex. Ias. & omnes, inter quos Ange. & post eum Ro. & Alex. dicit hoc esse vtile ad appellantem ab interlocutoria, ut si in appellatione allegat causam grauaminis mentaliter quidem, siue virtualiter (ita nostri loquuntur) necessario comprehensam ex verbis, dicitur illam causam sigillatim expressisse: & sic satisfactum erit Cle. appellanti, de appel. requirenti causam grauaminis nominatim exprimi. id quod etiam repetit Alex. consi. cxvj. repetitus, col. vlti. lib. 6. & Socin. d. consi. cxij. col. v. versu. aliquando, & tertio, lib. 1. & Felin. in c. translatio. extra de constit.

De eadem re.

163 ¶ Sed tamen de hoc priuatim vide per Inno. & alios, in c. pen. extra de ope. nou. nun. & Docto. in c. 1. de appel. lib. 6. Bal. in l. minoribus. C. de his qui. ut indig. & in l. terminato. col. vlti. in prin. C. de fruct. & lit. expen. & in l. eos. §. siue autem. col. j. C. de appel. Ang. in l. j. ff. de libe. & posth. & in l. vbi autem. §. qui illud. ff. de verb. oblig. Anto. in c. vt debitus. col. ij. & ibi Philip. Fran. in xvij. col. versu. xvij. quaritur, extra de appel. & Card. in d. Cle. appellanti, in ij. q. Alex. consi. lxxx. viso & oppor. tunè animaduerso, col. v. versu. vnde dicimus, lib. 1. & Socin. consi. cxvij. quoniam in praesenti. col.

ante pen. lib. 3. & Philip. Deci. consi. ccclxxxix. visa longa serie, col. vlti. & quod supra diximus, nu. 120. incip. limita decimo quinto, & quod dicemus infra nu. 190. atque etiam in casu, & seq.

164
De iisdem rebus.

¶ Adde & ad hoc quintum genus expressi, quod idem voluit Roma. consi. cclxxj. vis tota presentis dubitationis, ante fin. per d.l. Prator. iuncta gloss. & hoc subdit, quod sicuti evidens dicitur, id quod ex coniecturis declaratur, d.l. licet Imperator. ff. de leg. j. & l. si quis locuples. ff. de manu. test. & no. in l. si vero. §. qui pro rei. ff. qui satis. da. cog. ita & expressum dicere possumus, quod ex multiplicatis coniecturis colligitur. Id quod etiam voluit, & multis confirmat Barb. in repet. ca. Raynaldus. col. cxliij. versi. item quoad intellectum, de testa. & consi. xxv. scribitur, col. pen. lib. i. & consi. lxxxix. clementissimum. col. iij. lib. 4. & Guid. Pap. sing. 699. versi. illud videtur. & ante hos Bald. si is est. consi. ij. factum tale est, quidam nomine Paulutius, lib. 5. Expressum (inquit) dicitur non tantum, quod verbis expressis, sed & quod ex coniecturis deprehenditur, per d.l. licet Imperator. Sed & de hoc est optimus text. in l. triticum. ff. de verbor. obligat.

165
De iisdem rebus.
Nominatim factum, quod ex presumptionibus colligitur.

¶ Imò plus sentit ipse Bar. in l. j. ff. vi bo. rap. id nominatim ceteri factum, quod ex presumptionibus colligitur. Quod & ipsum approbat, & multis concord. & similibus comprobat Barb. consil. lxxxix. Clementissimi Dei, col. iij. & duabus seq. lib. 4. quæ tu videre poteris: scque enim hic repetere volumus, quæ alibi collecta videmus. Verum id mihi admodum dubium esse videtur, propter ea quæ statim dicam, versi. ab hinc ij. & seq. neque enim quicquam differre videtur, an dicas nominatim, evidenter, patenter, aut expressim. Sed non interim prætermittam, quod à Signo. Homod. traditum est illi Bart. sententia admodum ad fine, consi. clxxvj. quomodo proponitur, col. iij. versi. item est specialiter, id scilicet specialiter ceteri dictum, cum de mente apparet per coniecturas, per l. si quis mihi bona. §. iustum. cum §. seq. ff. de acqui. hæred. & l. cum proponeretur. ff. de lega. ij. sed & id quoque verum esse non videtur, vt dicemus infra nu. 173. incip. quinto item modo.

166
Contra supra dicta.

¶ Scio quoque multa adduci posse aduersus huiusmodi septimum genus expressi, vt scilicet expressum non sit, quod ex coniecturis aut mente colligitur, quæ tu videre poteris apud Felin. in c. translato, col. j. & ij. de constit. & in c. humanum. col. ij. versi. illud dicitur esse à lege prohibitum. & versi. ad primum, & col. seq. versi. ad illud etiam, & versi. in quantum etiam dicebat, j. dist. & Ias. in d.l. Prator. col. ij. quos videbis, ne si omnia repetam, improbus videri possim, qui iam ab aliis congesta late, iterum frustra colligam, præsertim quia bona pars eorum diluatur ex iis sex declarationibus, quas tibi continenter adscribemus.

167
Evidenter expressum non est, quod ex coniecturis est.

¶ NAM HOC quidem septimum genus expressi multis modis intelliges. Primo, vbi licet evidens probatio ea sit, quæ fit ex coniecturis, vt diximus supra versi. ab hinc ij. incip. adde & ad hoc. & latius in repe. l. si vnquam. in verbo, donatione largitus, num. 158. ad hæc si verum. & seq. C. de reuoc. dona. Licet (inquam) probatio coniecturalis, dicatur manifesta probatio, ex sententia Barto. in l. si quis ex argentariis. §. vlt. ff. de edendo. illud tamen non dicitur evidenter expressum, quod ex coniecturis tantum elicitur, ex verbis testatoris. nam hoc probat tex. not. in l. qui plures. in illis verbis, nisi evidens, & cetera, prout declaratur in glo. vlti. ff. de vulg. & pup. & ibi Franc. Aret. qui id dicit menti tenendum, col. ij. versi. vltimò not. & Iason post eum in fi. & idem dicit ipse Aret. in l. quidam testamento. in ij. not. in d.l. licet Imperator. col. ij. versi. secundò not. limita.

168
Nec patenter.

¶ Idemq; dicas, vt scilicet non dicatur patenter expressum, quod ita expressum est: verbi gratia, in casu cap. 2. post princ. ibi, errorem fuisse in sententia patenter expressum, de senten. excom. lib. 6. & iterum in c. venerabilibus. §. vlt. in iisdem verbis, eo. tit. in quibus locis Domi. not. quòd ad hoc, vt sententia dicatur nulla, ob expressum iuris errorem, non satis est, errorem percipi ex mente, & intellectu, vel coniecturis, sed requiritur, vt oculo corporali ex verbis deprehendatur. Id quod etiam affirmarunt Inno. Hosti. & Panor. in c. P. & G. de offic. deleg. Ioan. And. in c. pen. in fi. eod. titu. Bal. in c. quod translationem, de offic. deleg. cum aliis multis concord. à me collectis supra in ea. gloss. num. 59. incip. eodem spectat. De quo tamen vide Panor. in c. ex parte. in ij. not. extra de cap. mo. & quæ dicam infra, num. 184. quibus adde.

169
Nec verbis, sed lege.

¶ Secundo modo intellige, vt licet id, quod ita ex mente & coniecturis, atque ex natura contractus, & tacita conuentione, & aliis id genus percipitur, dicatur expressum, nõ tamen verbis expressum dicatur, sed lege, vt scribit Franc. Aret. in l. cum quid. ff. si cert. pet. per l. iij. in princ. & ibi Bar. ff. de legi. tutel. & d.l. Prator. ff. de ope. noui nunt. Ex quo illud fit, vt licet Ang. in l. illud. ff. de acqui. hære. tradiderit præsumptam renuntiationem legitimæ hæreditatis, scilicet ex causa intestati, quæ oritur ex renuntiatione expressa testamentariæ hæreditatis, de qua is tex. loquitur, dici etiam expressam, cum ea colligatur ex mente illius expressæ renuntiationis. Et Bal. & Imo. ibi contra omnino dixerunt, scilicet, quòd cum ista renuntiatio ex testamento non comprahendatur sub significatione verborum illius renuntiationis ab intestato, impossibile sit eam dici expressam: nam expressum (inquiunt) dicitur, quod fit verbis generalibus, vel specialibus, per not. per Bart. in d.l. j. ff. de vulg. & pupil. Tamen Franc. Aret. in ea ipsa l. illud. col. ij. dicit posse ad id responderi, quia ex quo ex natura rei expressæ in dispositione statim apparet de mente disponentis super eo, quod non est expressum in verbis, satis dicitur expressæ factum, per d.l. Prator. cum glo. vnde illud (inquit) quod est ex mente legis, licet non sit ex verbis legis, dicitur tamen expressum in lege, per d. l. iij. in princ. & ibi Bart. ff. de legi. tutor.

170

¶ Igitur defendendo Ang. post Are. dici potest, quòd cum ita planè cõstet de mente renuntiantis propter

De eadem re.

propter naturam actus expressi, etiam dispositio hominis dicatur expressa, non quidem expressa verbis, quod satis sensisse videtur glo. in d.l. Prator. cum dicit expressum tacitè, quasi dicat id tacitum esse, quia verbis non comprahenditur, sed expressum tamen, quia patet manifestè de mente legis, ex verbis in ea positis. Vnde (vt ipse Aret. subdit) Bal. sing. dicit in l. obseruare. §. proficisci. col. ij. ff. de offi. Procon. quòd licet aliàs arg. à contrario sensu dicatur esse ex tacita mente legis, ideoq; non habeat locum in statutis correctoriis, vel exorbitantibus: hoc certè verum est, nisi natura actus expressi, ex dispositione sit exclusa: sicut est rescriptum, quod apponitur in statuto limitationis causa: tunc enim dicitur expressum in statuto. Alibi tamen (vt idem subiungit) ipse Bald. scilicet in l. j. col. pen. C. si reat. prouin. scribit tantum abesse, vt dicatur expressum antecedens, expresso consequenti, vt nec dicatur expressum ex mente legis, sed tantum ex extensione, per l. oratio. in verbo, suppleatur. ff. de sponsa. sed illud (inquit ipse Aret.) potest obtinere in antecedenti, siue præambulo, sine quo sequens actus esse potest: sicut matrimonium potest esse nullis præcedentibus sponsalibus. Sed quando actus sequens non potest esse sine antecedenti, vt in illa renuntiatione, de qua agitur in d.l. illud. tunc verius esse videtur, vt id sit ex manifesta mente legis, ideoque dici posset expressum. Subdit tamè, quòd fortè posset dici, in dispositione hominis veriorem esse Bal. & Imol. opi. quia quod non continetur in verbis, sed elicitur de mente disponentis ex verbis expressis in testamento, dicitur contineri in dispositione per subauditionem. l. j. in fi. ff. de hæred. instit. Subauditio autem videtur dicere tacitum intellectum, secundum gloss. in c. cupientes. §. quòd si per xx. de elect. lib. 6. Tandem dicit articulum hunc esse dubium, sed ex mente Barto. in l. ij. ff. de vulg. & pupil. istam posteriorem partem esse veriorem, dum dicit, quòd ea est tacita pupillaribus, quæ elicitur ex verbis testamenti, & matrem excludit. Sed tu ultra Franc. Are. potes ad hoc respondere, ex eo quod supra dictum est, ex glo. in d.l. Prator, quòd videlicet id dicitur tacitum aliquo respectu, quia scilicet non comprahenditur in verbis, sed est tamen expressum eo respectu, quòd ex verbis ipsius de mente apparet.

171 ¶ Tertio modo intelliges, vt scilicet expressum dicatur, quod ex mente & coniecturis deprehenditur, cum videlicet id colligitur ex eo, quod expressum reperitur, vt satis apparet ex his, quæ iam supra diximus, & facillè colligitur ex his quæ scribit Bal. in l. j. col. vlt. versi. sed responde. C. de his qui ante aper. tab. quem refert, & sequitur Philo. Deci. consi. cclxix. iuridicas esse arbitror, post prin. & iterum consi. cccxcvij. viso puncto, col. j. Et id quidem verissimum esse arbitror. Alioqui enim nihil omnino video, quid interesset inter tacitum, & expressum, nisi aliquid sit expressum, ex quo aliud colligimus. Et vide quæ dicam infra num. 177. à quibus.

Expressum ex mente & coniecturis dicitur, cum ex eo colligitur quod l. expressum est.

172 ¶ Quarto modo intellige non procedere, vbi in casu quodam singulari, siue vt vocamus, speciali, requireretur alicuius rei expressio: verbi gratia, Falcidia atque etiam Trebellianica regulariter detrahitur. verum ab ea regula hic specialis casus excipitur, cum testator expressim detrahi prohibuit, per auth. sed cum testator. C. ad leg. Falc. Igitur si testator omnia sua bona, vel integram rem quampiam reliquerit: ex mente testatoris censetur prohibita Falcidia, vt no. in c. Raynaldus, in fi. de testa. tamè per hoc nõ censetur expressim prohibita. Ideò in eo casu debetur, per l. nam quod. §. vlti. cum duabus l. seq. ff. ad Treb. Aliàs enim occurreret duplex specialitas, videlicet quòd Falcidia non detraheretur, cõtra regulas iuris: & quòd expressum censeretur, quod ex mente tantum colligitur. Ita nominatim & in hac specie voluit Maria. Soc. Senior consi. xiiij. cuius hoc caput est, sequendo ordinem, col. vlt. Quanquam nondum excidit memoria, dixisse me ex aliorum sententia supra nu. 100. incip. limita quinto, & 4. seq. alia ratione in hoc casu, de quo loquimur, nõ censeri per huiusmodi verba generalia expressim prohibitum: quamuis & alij contrariu tenuerunt, vt ibi videre poteris: nolui tamen subtrahere, quod à Maria. dictum reperimus, huic loco accommodatissimum.

Quid si in casu speciali requiritur expressio.

173 ¶ Quinto item modo intellige, vt quod ex mente, & coniecturis collectis ex verbis dispositionis (sicuti iam declarauimus) deprehenditur, dicatur expressum non quidem specialiter, sed generaliter tantum, per id quod voluit Bart. in d.l. Lucius. col. iij. versi. secundò quæro, vtrum hæc substitutio. ff. de vulg. & pupil. limitando quod supra diximus, substitutiones cõtentas in breuiloqua, censeri expressas, sed generaliter, non specialiter. Quod & idem voluit ipse Bart. in l. j. in princ. in ij. quæstione princip. eod. titu. & in l. precibus. C. de impub. & aliis substit. Bald. & Angel. in d.l. iam hoc iure. ff. de vulg. & pupil. Angel. & Salyc. in l. in testamento. C. de testa. milit. idem Ang. consi. clj. quidam Nicolaus. Et vide quid dicam in simili infra num. 195. verum Franc. & quæ diximus supra num. 123. limita decimo septimò.

Expressum generaliter dicitur, non specialiter, quod ex mente & coniecturis colligitur.

174 ¶ Sexto modo intellige, vt id quod ex mente & coniecturis est, dicatur expressum, non quidem propriè, sed impropiè, vt probat tex. in l. triticum. ff. de verb. obli. ibi, id habebitur pro expresso. & in d.l. cum quid. ff. si cert. pet. in illis verbis, pro cauto habendum est: & rursum ibi, agi intelligitur. nam & verba, habetur, & intelligitur, impropriatè denotant, vt de primo voluit Bar. in l. mercis. ff. de verb. signi. & alibi sæpe, & de secundo est tex. in l. j. in prin. C. de rei vxo. actio. & in l. quonia. & ibi Bal. in vj. not. ff. de his qui not. infam. & in l. hæres quandoque. ff. de acqui. hære. quem ad hoc allegat Rom. consi. 405. præsuppositis, col. j. & Pano. consi. xx. casus in effectu, col. j. lib. 2. vbi & ad hoc allegat c. ex studiis. iuncta glo. de præsumptio. & Caro. Rum. in rub. ff. solu. matri. nu. 16. & seq. Et hoc nuncupatim annotauit Philip. Dec. in d.l. cum quid. col. j. in tertio nota. vbi per hoc dicit, quòd huiusmodi expressum non comprahenderetur in statuto loquente de expresso.

Expressum ex mente & coniecturis, dicitur expressum impropiè.

175 ¶ Septimò intellige, vt licet arg. quod sumitur à cõtrario sensu, sit ex coniectura quadam, vt pro-

bat tex.in lapud antiquos.ibi, quam interpretationem prisca quidem iura per coniecturam intro ducebant, C.de furr.id tamen non dicitur expressum, etiam generaliter, vt probat text.in cap.cum Apostolica,ibi, per quod indirecte datur intelligi, de his quæ fiunt à Præla. & ibi notat Pano.col. ij.verf.nota ibi indirecte.& Bal.in l.ij.post prin.verf.item nota hic.C.de condi.infer.per glo.ibi, in verbo, edicti.& Carol.Rui.confli.xliij. quia super, col. iij.nu.4.lib.3. Ex quo satis intelligis, nō leues coniecturas esse debere, vt ex illis expressum esse dicamus, cum ad id argu. à contrario sensu non sufficiat, cum tamen id in iure sit fortissimum, l.j. §. huius rei. ff. de offic. eius cui man. est iurisdic.

176 Octauum ex-pressi genus, quod tacite inest ex natura uerbi.

176 OCTAVUM GENVS expressi, quod proximè accedit ad præcedens, est quod tacite inest ex natura uerbi illud importantis, vt tradit Angel.in l.Prætor.per text.& gloss.ibi, vbi etiam Alex.& Iaf. ff. de operis noui nuntia. idem Ange.confli. xvij. Comes Brandusius, col. penul. & iterum confli. cccxxxj. pro consultatione, col. vlti. Franc. Curt. senior, qui id commendat, dicto consil. 50. memoria, col. xlviii. in fin. viij. respon. ad iij. argu. Hincq; dicit Ang. vtrobique, in substitutione reciproca omnes substitutionum species in ea contentas, esse expressas, licet non verbis specificis, per l. Lucius. iuncta glos. & ibi Bart. ff. de vulga. & pupil.

177 Expressum censetur, id tacitum quod ex expresso sequitur.

177 A quibus non longè abest, quod ex Bar. & eius sequacibus diximus suprà nu. 84. incip. portè. & quod ex facto respondit Petrus Anchara. consil. cccxcij. visa diligenter gratia, col. j. id expressum dici, quod tacite ex natura dispositionis compræheditur, quodq; includitur sub natura uerbi expressi ex iuris cōmunis interpretatione declaratiua, vel extensiuua, per multa iura quæ illic allegat. Ideoq; nepotes videri expressè cōtētos in dispositione loquente de filiis, in re ad nepotes transfmissibili. & sequitur Iafon in d.l. Prætor. col. j. & Franc. Curt. iunior, consil. clix. sacratissima, col. ij. verf. sed dato, lib. 2. quodq; tradiderunt Anto. & Panor. in c. cum olim, per text. ibid. in verbis, patebat expressè, de censibus, quod instrumentum dicitur expressè probare, non id solū, quod directè, sed & quod indirectè ex eo colligitur. Quod & sequitur Curtius, vbi suprà. Et id quidem genus expressi iisdem propè modis intelliges, vt illud præcedens.

178 Sed tamen interim potes ampliare, vbi etiam expressio requiritur pro forma, vt patet ex iis quæ tradit Franc. Aret. in l. Gallus. in princ. col. iij. verf. secundò est considerandum. ff. de lib. & posth. quod ex hæredatio etiam tacita, quæ resultat ex verbis expressis in testamento, satisfacit formæ per text. in l. Papinianus. §. meminisse. ff. de inoffic. testa. Et idem (inquit) in tacita institutione, quæ ex verbis resultat. & allegat etiam l. is qui hæres. §. vlti. eum ibi notatis per Bald. ff. de acquir. hære. & not. per glos. & Bart. in l. ij. ff. de autor. tuto. vbi probatur, iussum & autoritatem, quæ pro forma requiritur, sufficere, si resultat ex verbis expressis. Et eum sequitur Carol. Ruiu. consil. lvj. quamuis testator. col. iij. num. 10. lib. 2. vbi ex hoc pulchrè consuluit in casu l. si quando. §. & generaliter. C. de inoffic. testam. & idem Ruiu. consil. cxxij. de duobus, col. vlti. num. 11. eodem lib. 2. Sed tu tamen hîc vide, quæ dixi suprà, num. 98. incip. limita igitur quartò, & sequent. & internum nume. 141. & ex hoc potes. & num. 158. incip. intellige secundò procedere, & duobus seq. & dicam infra nume. 188. incip. & ideo cum formam, & sequent.

179 Nonum ex-pressi genus.

179 NONUM genus expressi, quod & nō longè distat à præcedenti, cum scilicet ex expresso sequitur tacitum. Id enim expressum quoque censetur, vt à Bal. proditum est in l. vlti. col. iij. in x. oppo. C. de hæred. instit. per l. si ita. §. qui filio. ff. de bon. poss. secund. tab. & quod idē Bal. dicit in l. j. col. vlti. C. de his qui ante apert. tabul. quod ommissum, quod sequitur expressum, habetur pro expresso, per l. iam hoc iure. ff. de vulg. & pupi. subst. & sequitur Card. Alex. in c. per venerabilem. §. quod autem. col. viij. in nono modo, extrâ qui filij sunt legit. vbi & ad hoc refert, quod dicitur, substitutiones contentas sub breuiloqua, ex natura ipsius censi expressas, & ideo eas matrem excludere, secundum gl. in d. l. Lucius. & ibi Doct. Et quod idem respondit idem Bald. consil. ccix. casus talis est, Titius, circa med. lib. 1. nihil interesse inter expressum & tacitum, quod includitur ex natura expressi, per d. l. cum quid. ff. si cert. pera. & l. non rectè. C. de fideiuss. & l. hæc verba. ff. de legat. j. Aliud in tacito, quod non includitur ex natura expressi, id enim facit censi literas subreptitias, per c. cum in illis. §. in illis verò. & §. seq. de præb. lib. 6. Hæc ille.

180 Decimum ex-pressi genus, quod ex uerbis apparet fuisse ommissum vnde decimum expressi

180 DECIMUM GENVS expressi, quod nec multum differt à præcedentibus, quod scilicet ex præcedentibus & sequentibus verbis scripturæ apparet errore scribentis fuisse ommissum, id enim peræquè habendū est, ac si fuisset expressum in scriptura, per l. j. & quod ibi notat Bart. ff. de hære. instit. & l. cum pater. §. cum imperfecta. ff. de legat. ij. & quod not. Bart. in l. Gallus. §. idem credendum. ff. de liber. & posthu. Et ita per hæc voluit Paul. Cast. consil. vj. hoc capite, pro euidentia eius quod queritur, in duobus locis, lib. 1.

181 Vnde decimum expressi

181 VNDECIMUM GENVS id quoque dicere possumus in quacunque dispositione, quod disponentes verisimiliter expressi, si de eo cogitassent, aut interrogati fuissent. Id enim pro expresso habendum est, vt nuncupatum voluit Alex. consil. xlvj. ponderatis verbis antè dicta. col. j. lib. 2. quod repetitur consil. xxix. lib. 6. innixus autoritate l. Titius. §. j. & ibi not. per Doct. ff. de liber. & posthu. & glo. in l. tale pactum. §. vlt. ff. de pact. De qua re, quia iam latissime diximus in repe. l. si vnquam. in prin. verf. lvj. inter tam multa, C. de reuo. dona. ideo legentes illuc relegamus.

182 Expressi genus quod per relationem ad aliud.

182 DVODECIMVM GENVS expressi, cum quid refertur ad aliud quippiam aliàs expressum: id enim & expressum quoque dicitur. Iam Prætor. §. j. ibi, accipiendum sic est, quasi quantitatem nominauerint. & ibi Bar. & recentiores & maxime Fran. Rip. qui id trahit ad multas q. ff. de re iudic. & l. in summa. in prin. eo. tit. & l. institutio talis. ff. de condi. insti. & l. si ita scripsero. & ibi Bart. Bald. & alij.

& alij. ff. de cond. & demon. & l. affe toto. & ibi Imo. ff. de hæred. insti. & l. si filio. §. pater. ff. de ali. & ciba. lega. & l. si prior. ff. sol. matr. ex quo no. Bal. & Ang. quod talis, & tanta est obligatio in termino referente, qualis & quanta in termino ad quæ fit relatio. & l. certum. ff. si cer. pet. & l. vbi autem. §. illud. verf. sed qui vnum, & ibi Bar. & recentiores. ff. de verb. oblig. & l. qui sic stipulatur. & ibi Iaf. col. ij. verf. ex hoc tex. eo. tit. & l. hæc venditio. §. huiusmodi. ff. de contrah. emp. & vendi. & l. quem hæredi. & ibi Bar. & Soc. ff. de reb. dub. & l. si defensor. §. qui interrogatur. verf. nisi fortè. ff. de interro. actio. Ex quo no. Bal. quod ea, quæ sunt in termino, ad quæ fit relatio, intelliguntur specificata in termino referente. & l. pen. C. de sent. quæ sine certa quant. & c. inter dilectos de fide instru. & c. cum venerabilis. verf. quia verò, de exceptio. & c. veniens. de præfcri. & c. cum venerabilis. in fi. de relig. domi. & c. præterea. & ibi Domi. in iij. no. xxij. dist. & c. si quis homicidiū. 50. dist.

De relatione multa.

183 Er id plerunque assumunt nostri Doct. inter quos Barro. citatur à nonnullis sapissimè dixisse, Relatum esse in referente cum suis qualitatibus, scilicet in l. j. ff. de recept. & in l. j. §. j. ff. si fami. fur. feci, dic. & in l. si quis seruum. §. vlt. verf. sed quæro quid si testator. ff. de legat. ij. & in l. sanctio legum. post prin. ff. de pœnis. tamen Bart. in illis locis non ita mihi dixisse videatur. Bal. consil. xcix. quidam Ioannellus, lib. 1. Domini à Rota loquētes de inuentario, quod se refert ad aliud, decisio. vlt. vtrum inuentarium in antiquis, quæ reperitur inter decisio. Bernar. Bisque. tit. de procur. deci. xliij. quæ est eiusdem intij. Anto. consil. ij. repetito consil. xlix. visis literis legitimationis. Panorm. consil. xxvij. ommissis allegationibus, verf. iij. lib. 1. & consil. iij. in quæst. quæ veritur, in j. dubio. lib. 2. Domi. consil. xlvj. supplicatur Papæ. col. ij. verf. item quando, & verf. quid plura, & iterum col. vlti. & consil. 82. circa thema. col. ij. & consil. cxx. quia in facto, col. ij. verf. ad idē facit Alex. in l. hac cōsultissima, col. ij. verf. mihi satis sustentabilis. C. de test. & consil. 75. in causa & lite, col. ij. verf. secūdo respondeo, lib. 7. Soc. consil. 788. visa bulla Pauli, col. iij. verf. ex quibus videtur inferri, lib. 2. & cōsi. 227. præfens cōsultatio, col. xij. verf. sed pro certo, eo. lib. 2. consil. cclj. quoniam in præfenti, col. iij. verf. relatio autē, eo. lib. 2. & Felix in c. 1. col. iij. dist. j. Dec. consil. 532. pro vera, col. j. Hiero. Gratus cōsi. cv. casus hic, nu. 3. lib. 2. cum aliis multis concor. adductis à Iaf. in d. l. ait Prætor, col. j. ff. de re iudic.

Relati in referente cū suis qualitatibus.

184 Quibus adde, quod dicit Bart. in l. j. & ibi quoque Iaco. à S. Georg. C. de erro. calcu. quod quemadmodum nulla est sententia, in qua error est expressus, l. ij. C. quando appella. non est necessaria & sententia, quæ fertur per relationem ad acta, vel quæ nulla sunt, vel in quibus est error expressus: quia tunc etiam videtur esse error expressus in ipsa sententia, per quædam iura, ex iis quæ suprà citauimus. Et idem voluerunt Innoc. Anto. col. vj. verf. quintus casus. Imol. & Panor. in cap. cum Bertoldus. de re iudic. Inno. Anto. Imo. & Pano. in c. quoniam contra falsam. de proba. Imol. in l. Diuus. char. vlti. ff. de re iudi. & in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verb. oblig. & in l. ex diuerso. §. vlti. & ibi Alex. col. pen. ff. sola. matr. Pano. in c. inter cæteras. de re iudi. Domi. consil. xlvij. pro examinatione, col. v. verf. quia approbat pro iusto. Alex. consil. cxxij. discussis, col. iij. verf. tamen quoad propositum, lib. 1. vbi dicit, quod est vera & communior sententia. Franc. Aret. consil. lxxv. diligenter & maturè, col. ij. vbi dicit hanc esse cōmunem modernorum opi. Barb. consil. xliij. scribitur, col. pen. verf. & est alius, lib. 1. Guid. Pap. in l. Præses. ff. de re iudi. Socin. qui hanc quoque dicit communem opin. consil. xcix. serenissimus Rex, col. viij. verf. septimò dicitur, lib. 3.

Error per relationem ad aliud facit sententiam nullam.

185 Tu tamen in hoc, quia nonnulli huic opi. (quod iam subodorari ex præcedentibus potes) refragantur, aut saltem eam limitant, vide Bal. & Pau. Cast. in d. l. j. & ibi quoque Phil. Deci. col. iij. verf. ij. Bar. conclusio. C. de erro. calcu. Anton. consil. xxvij. visis præfentibus, col. j. Alex. & latè Iaf. in d. l. Præses. ff. de re iudi. Et Fran. Aret. in l. si is ad quem. col. pen. verf. sed quantum super isto. ff. de acqui. hære. & in d. c. quoniam contra falsam. & consil. clvij. visis diligenter. Steph. Bertr. consil. cclxxxj. duo inducunt, lib. 1. & quæ diximus suprà num. 59. incip. eodem spectat quod diximus, & iterum num. 168. incip. idemq; dicas, & quæ dicam infra nu. 192. illud autem.

Mandatū relatum ad aliud quid speciale, censetur esse speciale.

186 Et hæc quidem omnia amplia, vt procedant etiā in pœnalibus, per id quod no. voluit Bal. consil. xiiij. magnifici. col. j. repetito consil. clxxxj. factum super quo, eo. lib. 5. idem esse, concedere mandatū speciale, vel aliud quod refertur ad rem specialem, & certam, ad hoc vt concedens cadat in pœnam. Nam & in simili (vt id illi addas) videmus quod prærogatio termini, quæ censetur esse idem terminus (vt alibi latè diximus) intelligitur facta cum omnibus qualitatibus, etiam quod ad pœnam, vt dicit Bar. in l. j. §. & post operis. col. ij. verf. quandoque continet. & ibi quoque Ale. col. iij. verf. & in quantum. & Iaf. col. j. in fin. ff. de ope. nou. nunt. Bal. in l. acceptam, in vj. q. C. de vsur. & in l. j. in x. q. C. de his qui pœn. nomi. Pau. Cast. in l. lecta. per text. ibi, in verf. dicebam. & ibi clarus Alex. in v. not. ff. si cer. pet. idem Paul. in l. insula. §. j. per eum tex. ff. locat. & in l. cum in plures. §. lege. ff. eo. tit. & in l. cum stipulatus sim mihi à Proculo. etiam per illum text. ff. de verb. oblig. cum aliis simi. & concord. tex. & Doct. adductis ab Iaf. in d. §. & post operis.

Omnia hæc procedunt etiā in pœnalibus.

187 At hoc genus expressionis intelliges primò procedere, vt dicatur ficta & impropria expressio, tō vera & propria, per l. Titia. §. vlt. in verbo, perinde est, vbi no. Fran. Arct. in j. not. ff. de verb. oblig. nam ea dictio, perinde, fictionem denotat. l. sed & si lege. §. perinde. ff. de peti. hære. & l. qui à patre. & ibi Barto. ff. de confir. tutel. gloss. & Bartol. in l. sacrilegij. §. j. ff. ad leg. Iuliam pec. Barto. in d. l. j. in prin. ff. de recept. & in l. si is qui pro emptore. col. v. in iij. oppo. j. partis. & ibi Iafon non semel. ff. de vsucap. Ro. & Alex. in l. si quis vi. in prin. per illum tex. & glo. ff. de acqui. poss. & est communis opi. quamuis cōtrarium teneat Bal. in d. l. sed & si lege. §. perinde. Et in idem quoque est alius tex. in d. l. ait Prætor. §. j. ff. de re iudi. cum dicitur, quasi quantitatem nominauerint. Nam ea dictio quasi,

An hæc expressio per relationem sit propria an impropria.

ex propria, & genuina natura fictionem quoque significat, & impropriatatem. Item ait Prætor. §. item. & ibi gl. ff. ex quib. cau. maio. & l. in factum. & ibi etiam glo. de cond. & demon. cum si. Et ita quoque illum posteriorem text. scilicet in d. l. ait Prætor. §. j. expendit Franc. Aret. in d. l. si quis ad quem. col. pen. ff. de acqui. hære. Iaf. & Fran. Rip. in eo ipso §. j. & idem Iaf. in d. l. vbi autem §. illud. col. j. ff. de verb. oblig. & Steph. Bertran. d. consi. cclxxxj. duo inducunt, num. 4. lib. i.

188
Forma nō impletur per equipollens. Ideo nec per relationem.

¶ Et idem cum forma impleri debeat verè & propriè, & nō per actum fictum, & impropriū etiam æquipollentem, glo. in Cle. j. in verbo, quineriam, de concef. præben. Bal. Ang. Imo. & alij recentiores in l. j. ff. de libe. & posthu. cum concor. adductis per Alex. ibi & Felin. in c. cum dilecta. col. xvij. verfi. amplia vndecimò, ext. de rescrip. Certè etiam, vbi expressio rei cuiuspiam est de forma, non sufficit eam fieri per relationē ad aliud, vti voluit Fran. Aret. in d. l. si is ad quem. col. vlt. ff. de acq. hære. & in d. l. j. col. j. ff. de libe. & posthu. Et Maria. Soci. consi. xxiii. viso. col. vij. verfi. ad quod accedit, vbi id dicit fing. & Iaf. in l. Gallus. §. idem credendum. col. iij. verfi. confirmo, nam cum & c. ff. de libe. & posthu. & in l. hac consultissima. §. per nuncupationem. col. j. verfi. ij. contra. C. de testa. & in d. l. ait Prætor. §. j. col. ij. verfi. supra scriptum. ff. de re iudi. & Fran. Rip. in d. l. j. col. ix. num. 64. ff. de vulga. & pupil. substi. & Bertran. d. consi. cclxxxj. col. ij. lib. i. & patet ex iis quæ mox dicemus. Et Hierony. Gratus consi. xxviii. euidentia. col. j. verfi. nec obstat, si dicatur, lib. i.

189
Iuramentum in forma specifica impleri debet.

Ideo nec per relationem interponitur.

¶ Nam cum iuramentum in forma specifica impleri debeat, vt ex eo patet, quod si quis soluere iurauerit, nō satisfacit compensando, per text. in c. ad nostram. & ibi glo. Inno. Hosti. Ioan. An. Collect. Anto. Imo. & Felin. qui hanc dicit esse communem opin. cum aliis multis concord. à me traditis in Tractatu Retraatum, titu. j. §. iij. glo. iij. in verbo, à payer, num. 6. aduerte tamen: nam compensatio est ficta & impropria solutio. l. Iulianus. ff. de conditio. & demonst. & ibi quoque Franc. Aret. col. j. Ideoq; etiam iuramentum ipsum non potest interponi per relationem ad aliud, vt bene probat text. in c. pen. & ibi Anto. Imol. & Panor. de iureiur. vbi Panor. ipse hanc rationem tradit nuncupari, quia forma iuramenti explicitè est de substantia. & Iafon in l. scire debemus. col. iij. verfi. confirmo vltra eum. ff. de verbor. oblig. vbi illum text. dicit fing. & in l. ex ea parte. col. vlti. verfi. similitur non possit, eod. titu. & in d. §. per nuncupationem. colum. j. Et vide quæ dicam infra, num. 199. intelliges tertio.

190
Expressio grauium an fiat per relationem.

¶ Atque etiam in casu d. Clem. appellanti. de appel. in quo pro forma requiritur expressio grauium, non sufficit ea exprimere per relationem ad acta, aut aliud quippiam, vt expressim voluit Ange. in l. j. & ibi quoque Franc. Aret. col. j. & Alex. col. vlti. ff. de liber. & posthu. & idem Ang. vti citatur, licet non sit in meo codice, in d. l. vbi autem. §. illud. & ibi Alex. qui alios citat, col. j. ff. de verb. oblig. Anto. in c. vt debitus. col. ij. verfi. nunquid autem, extrà de appellat. ipse Alex. in l. Prætor. in prin. ff. de oper. noui nunt. Thomas Falsto. in deci. Rotæ, causa 22. dubi. xliij. die Lunæ. Feli. in c. cum dilecta. col. xvij. in secunda limitatione, extrà de rescript. vbi per hoc generaliter dicit, quod vbi data est certa forma, non sufficit eam adimplere per relationem ad aliud. Iafon in d. §. idem credendū. vbi supra, & in d. §. per nuncupationem. col. j. verfi. confirmatur. & in d. l. ait Prætor. §. j. col. ij. vbi supra. ff. de re iudic.

191
De eadem re.

¶ Contrarium tamen in casu d. Cle. appellanti, voluit Alex. post alios à se citatos, consi. lxxx. viso, & opportunè, col. iij. verfi. vnde dicemus, lib. i. & hoc præfertim nonnullis placet, si fiat specialis relatio ad certam partem actorum. Nam id voluit Bald. in l. minoribus. col. j. verfi. sed in appellatione. C. de his quibus vt indign. arg. l. ne causas. C. de appel. Ange. Aret. qui id valde commendat in §. si minus. col. xix. verfi. aduertat tamen ad vnum. Insti. de actio. dum allegat Bald. vbi supra Philipp. Franc. in c. consuluit. le. ij. de appellat. Pro quibus faciunt quæ mox dicemus ex Carolo Ruino, numero abhinc tertio. Sed his tamen non assentitur Philip. Deci. in d. c. consuluit, col. ij. & in d. l. j. col. iij. verfi. ij. conclusio. C. de erro. calculi. & in l. certum. col. j. ff. si cert. petat. tum quia in d. Clem. grauiamina debent nominatim exprimi, & ita non sola, & simplex expressio requiritur. & licet relatio specialiter sit facta ad quædam acta, tamen nominatim non est facta. Et ideo licet causa grauiaminis sit notoria, ea tamen exprimi debet, vt not. Cardin. Flor. ibi in v. quæst. & Pano. in cap. accedens, le. j. extrà vt lit. non contesta.

192
Relatio necessaria æquè iustitiat, ac si esset expressa.

¶ Illud autem minimè dubium est, quod relatio necessaria æquè vitiat sententiam, ac si in ea esset expressa: verbi gratia, sententia necessariò refertur ad libellum. l. cum fundus. ff. commu. diui. Item sententia appellationis, conformatoria prioris, necessariò quoque refertur ad eam priorem. Igitur si prior sententia continebat iuris errorem, & hæc quoque eundem continere dicitur. Bart. in d. l. i. & ibi quoque Philip. Deci. col. iij. verfi. iij. conclusio. C. de erro. calculi. Ang. in l. j. §. item si calculi. ff. quæ sent. sine appel. rescin. cum aliis concord. adductis ab Alex. consi. lxxxix. per spectis, col. j. verfi. bene fateor, lib. 2. & consi. cxj. viso themate, col. j. verfi. facit quod no. lib. i.

193
Hæredis nomen an satis sit exprimi per relationem.

¶ Porrò in alio casu, Bal. Ang. & Imo. in d. l. affe toto. ff. de hære. insti. scribunt satis esse, si exprimitur nomen hæredis per relationem ad aliud, quamuis expressio requiratur pro forma. Liubemus. C. de testa. & l. hæredes palam. in prin. ff. eo. tit. Et idem voluerunt Bal. in l. captatorias. in v. q. C. de testa. mi. & Nicol. Neap. in l. his verb. in prin. ff. de leg. iij. & Saly. in l. vlt. C. de fideicom. Imol. in l. illa institutio. ff. de har. insti. & in c. cum tibi. extr. de test. Pau. Cast. in d. l. hæredes palam, in prin. & in l. hac consultissima. §. per nuncupationem. C. de test. & in d. l. vbi autem. §. illud, verfi. sed qui vnum, & ibi etiam Alex. ff. de verbor. oblig. & ipse Alexand. consi. clxxvj. viso processu, col. ij. lib. 5. Sunt tamen, qui id negant procedere in hæredis institutione, sed tantum in legatis, vt videre poteris

teris apud Franc. Aret. in d. l. hæredes palam. in prin. & Iafon. in d. §. per nuncupationem, col. i. C. de testa. & in d. l. ait Prætor. §. i. col. i. ff. de re iudic.

174 ¶ Ex quibus apertissimè vides, id admodū cōtrouersum esse, an hæc expressio relatiua sit propria, necne vt formæ satisfaciatur, aut minimè. Quam cōtrouersiam cupiens cōponere Carol. Ruin. vir certè & doctrina & iudicio celebris, in rep. d. l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de libe. & posth. dicit triplicè esse hanc expressioē relatiuam. Vnam generalē, videlicet quæ refertur ad generale quippiam: & ista non satisfacit formæ, cum sit generalis & impropria: & ita procedunt quæ primo loco dicta sunt. Cui in hoc adde, quæ supra diximus nu. 98. limita igitur quartò & seq. Alteram relationē (vt ad Rui. redeamus) esse specialem: Tertiam singularē, quæ videlicet referuntur ad aliquid speciale, aut singulare. & vtraque istarum dicitur vera, & propria expressio, per l. 2. & l. Titius. in prin. & ibi Bar. ff. de libe. & posth. & l. turpia. §. vlt. ff. de lega. & l. pen. ff. de duo. reis. & voluit Ang. in l. pluribus, in prin. per illum text. ff. de verb. oblig. qui & hoc trahit ad statutum, quod scriptura facta manu propria, habeat executionem paratam, vt procedat & in scriptura aliena manu facta, subscripta tamen manu debitoris. Nam cum subscriptio se referat ad scripturā præcedentē, non secus habendū est, ac si totum propria manu scripsisset. Quod & idè voluit ipse Ang. & post eum Imo. Alex. & Fran. Aret. in l. si ita stipulatus. §. Chrysog. ff. de verb. obliga. & Franc. Aret. in l. si per epistolam. in prin. ff. de acqui. hære. quod hunc locum admodū confirmat, quoniā in statutis verba propriè, & verè, non fictè, debent intelligi. l. 3. §. hæc verba. ff. de neg. gest. cum si. Facit & quod not. Fran. Aret. in l. i. in prin. circa secundā q. Bar. ff. de vulg. & pupi. sub. quod substitutio reciproca dicitur expressa specialiter: tamen vulgarem tantum continet, per d. l. 2. ff. de liber. & posthu. Aliàs dicitur etiam expressa generaliter, vt per Barto. ibi. & hæc ferè Ruinus, quibusdam à me adiectis.

Expressio relatiua generalis impropria.

Specialis, & singularis propria. Statutum dās executionem scripturæ factæ manu propria, habet locum in scriptura subscripta.

Substi. reciproca expressa dicitur specialiter. Alia opinio.

195 ¶ Verum Fran. Aret. cui ego malo accedere, in d. l. pluribus. in prin. ff. de verb. obli. ita breuius hanc controuersiam cōponit, vt scilicet expressa per relationem, dicantur proprie expressa generaliter: improprie verò & fictè, specialiter. Multis enim modis, vt subdit, dicitur expressum, scilicet generaliter, specialiter, singulariter, vt & latè supra docuimus ex Bar. & aliis, nu. 86. incip. hæc autem, & seq. Et ad hoc optimè facit, licet Aret. non dicat, quod dicit Ange. in l. i. §. inter filium. ff. ad leg. Cor. de fals. prout illum retulit & sequutus est Alexad. in addi. Bar. in d. l. Prætor. in prin. ff. de ope. no. nunti. quod dicitur specificè expressum, quod fit per relationem ad aliud. Et vide quod diximus supra in simili nu. 123. incip. limita 17. & nu. 173. incip. quinto item modo.

196 ¶ At Bal. (quem illi non memorant) consi. 212. ea quæ veniunt, lib. 5. simpliciter dicit, quod illud quod intelligitur per relationē ad aliud, dicitur verè & propriè intelligi, per l. Theopompus. ff. de dot. præleg. ex eoque infert, quod fideiusor verè & propriè promittit eandem summā, quam reus principalis promittit, licet non specificè promittat in instrumēto fideiusionis, sed relatiuè ad instrumentū rei principalis. Nam natura (inquit) relationis est natura veritatis ex coniectione scripturarum patens: & omne quod ex natura dicitur, propriè dicitur. l. legau. ff. de libe. lega. & l. qui sic stipulatur quod te mihi. ff. de verbo. obligat. Item quicquid continetur in termino ad quem fit relatio, continetur in termino referente, saltem implicite. Qui verò explicat, nihil noui facit, sed detegit. l. ad eod. §. cum quis. ff. de acquir. rer. domin. Et verè & propriè dicitur, etiam illud quod implicite & generaliter dicitur. Hæc Bal. qui subdit de hoc non esse dubitandum: & id quoque in statutis procedere. Et hoc pro fing. & egregio refert Iafon in dicta l. vbi autem §. illud. col. i. ff. de verb. obli. & Cotel. Corta, in memor. incip. relationis natura. & refert etiam ipse Iafon, qui tamen non probat in d. l. ait Prætor. §. i. col. 2. verfi. secundò principaliter. ff. de re iudi.

Alia item.

De eadem re.

197 ¶ Cæterum Fran. Ripa. arbitrum se veluti honorarium præstans, in d. l. ait Prætor. §. i. statim post princ. tradit aliud esse cum quæritur, an contenta in relato, dicantur proprie inesse in referente: & proculdubio (inquit) insunt propriè, vt dicit Bal. & benè probatur in d. l. affe toto. ff. de hære. inst. aliud esse si quæritur an contenta in relato, dicantur nominata à referente: & tunc dicendum est, quod referens, ea propriè non nominauit relationis tempore: & ita procedat ille text. vbi nota impropriatatis. Ex quibus nihil aliud voluit dicere, quàm quod interest inter nominatum, & expressum, sitque plus in nominato, quàm in expresso. De quo cæteris iudicandum relinquo. Sed ita tamen, vt videas, quæ diximus supra num. 120. incip. limita decimoquintò, & iterum num. 165. incip. imò plus, & quæ dicam infra nu. abhinc 3. in fin.

Expressio relatiua non sufficit, cum quid certū preiuratur.

198 ¶ Intelliges secundò, id genus expressioē relatiuæ, vt procedat, nisi aliquid requiritur esse simul certum, & simul expressum, tunc enim non satis esset id fieri per relationē ad aliud, vt voluit glo. in c. si episcopus. in verbo, certas, de præb. lib. 6. quam sequitur Io. And. Domi. & Philip. Fran. ibi & Iaf. qui eam dicit notabilem, in l. certum. in prin. & ibi quoque Philip. Decius circa medium. ff. si cert. pet. Et facit, quod supra diximus num. 117. incip. limita duodecimò. & iterum num. 147. incip. limita tamen non procedere. & rursum num. 150. incip. illud tandè. & in nostro tractatu, cui titulum nuncupauimus, nihil frustra.

199 ¶ Intelliges tertio, vt procedat in his, quæ solo consensu fiunt, secus in his, quæ verba requirunt. Nam tunc non sufficeret relatio ad aliud, vt interposita fuisse viderentur: verbi gratia, stipulatio verba requirit. l. i. ff. de verb. oblig. igitur si aliquis promittat alteri eo modo, quo antè aliquid aliud promiserat, certè in hac vlti. promissione non censetur stipulatio interposita, sicuti in prima, in qua verè fuerat interposita: quemadmodum etiam nec iuramentum, quod verba requirit, de quo

Expressio relatiua non sufficit in his quæ verba requirunt.

nos supra diximus nu. 121. incip. limita 16. & iterum nu. 189. incip. nam cum iuramentu. Ita voluerunt omnes fere Doct. in d.c. pen. de iureiur. & Socin. d. consi. 99. serenissimus Rex. col. 2. libr. 3. vbi dicit expressè his casibus, & similibus, non sufficere expressio per relationem ad aliud. Et facit quod scribit Bar. in litem quaeritur. §. qui impleto, col. vlt. versic. quaero, dicitur hic. ff. loca. & Bald. in add. Spec. tit. de instru. edi. §. instrumentu ergo. versic. quid si a contrahentibus. vbi tenet contrarium eius, quod Panor. in c. pe. de iureiur. dicit, de stipulatione, quae extenditur a notario.

200
Expressio re-
latiua nõ suf-
ficat, cũ quid
patenter fieri
debet.
Idem cũ eni-
denter.
Et cum nomi-
natim. 201

Intelliges quartò, vt hæc expressio relatiua non satis sit, quando quid patenter exprimi debet: vt in casu c. per tuas. extrà de sent. excom. & in c. 2. eo. tit. lib. 6. Ita enim nuncupatim voluit Fran. Aret. l. si is ad quem. ff. de acqui. hære. per priorem illum tex. & in c. quonia cõtra falsam. de proba. & Stepha. Bertran. consi. 281. duo iudicant, col. 2. nu. 5. libr. 1. & faciunt quae diximus supra nu. 168. incip. idemq; dicas, & numero præced. ex quo intelliges, idem esse si quid euidenter exprimi debet: & idem, si quid nominatim exprimi debet. Neque enim tunc sufficit exprimi per relationem, vt videre licet ex Philip. Deci. in d.c. consuluit. le. 2. col. 2. versic. sed tamen non videtur, de appel. super quo etiam vide, quae dixi supra nu. 197. incip. ceterum, & in aliis locis ibi citatis.

Intelliges quintò, vt licet huiusmodi expressio relatiua dicatur specialis, non tamen sit singularis, vt voluit Caro. Ruin. consi. 165. cuius initium est, circa casum, col. 4. nu. 8. lib. 2. vbi id dicit voluisse Bar. in d. l. Titius. in prin. ff. de libe. & posthu. & in d. l. turpia. §. vlt. ff. de leg. 1. & in l. pen. ff. de duob. reis. & in l. si quis in principio testamenti. ff. de lega. 3. & in l. 1. in princip. ff. de vulga. & pupil. subst. Et ex hoc late tractat ipse Ruin. an & quando quis per relationem ad institutionem dicatur nominatim substitutus, vt ibi videre poteris.

202
13. Expressi
genus ex clau-
sula, haberi
pro expresso.

DECIMVMTERTIVM genus expressi est, si in aliqua dispositione fuerit appositae ea clausula, vt habeatur pro expresso, ac si specialiter & nominatim esset expressum, aut similis: tunc enim satisfactum est constitutioni requirenti aliquid expressum, per tex. in l. omnes. quæ ad hæc expendunt & dicunt meliorem totius iuris Bal. & Ang. C. de præscript. 30. vel 40. anno. & voluit etiam Oldr. consi. 117. bonæ memoriæ Bonifacius. & Fed. Senen. consi. 47. habita super casu, vbi dicit ita cõmuniter teneri. Albe. in l. 1. ad fi. C. quan. Impe. inter pupi. & vidu. vbi dicit ita fuisse se patrono Romæ iudicatum. Collec. in c. cum dilecta. col. 1. versic. quid si Papa, & seq. & ibi etiam Bal. col. vlt. extrà de rescrip. idem Bal. & Ang. in l. Diui. §. licet. ff. de iure codi. & ipse Bal. in tit. de pact. Cõstan. in verbo, libellaria. & consi. 119. quidã vxoratus, in fi. lib. 5. Do. à Rota. deci. 214. si causa cõmittatur in eo statu, in nouis. Ang. Pau. Cast. & recen. in l. si mihi. §. in legatis. ff. de lega. 1. idem Ang. in l. 3. hæc verba. ff. de nego. gest. Vbi tamen id limitat, non procedere in statutis. & in l. sed & si quis. §. quaesitum, in fi. ff. si quis cautio. & consi. 274. non est dubium, col. pen. Pau. Eleaz. & Imo. in Clem. 1. ad fin. de sepult. Anto. & Domi. in c. quæ in ecclesiarum, de consi. Idem Anto. in c. 1. de rescrip. & in c. cum instantia, & ibi Pan. col. 2. de censib. idem Anto. consi. 2. iterum repetito consi. 49. visis literis legitimationis, vbi id dicit esse de stilo curiæ. Pet. Anch. in c. cum in præsentia, de deci. Imo. in l. licitatio. §. earum. ff. de publica. & in Clem. 1. de sepult. Domi. consi. 15. reuerende pater. col. 2. & consi. 65. discutiam, col. 6. versic. quid plura. & consi. 120. quia in facto, col. 2. versic. præterea. & hic. Paul. Cast. consi. 284. in facto præsentia. col. 1. & iterum 3. versic. tertio adhuc opponitur, lib. 1. Io. Ana. consi. 56. his quæ in facto, vbi & hanc dicit esse cõmunem opin. Alex. consi. 30. quoniam omne datum, col. 3. versic. & ita etiam colligitur. & consi. 217. nec arguend. col. 6. versic. 8. fortificatur, lib. 2. & consi. 155. videtur in consultatione, col. pen. versic. plus dicit, lib. 6. Bened. Capra. consi. 30. punctus, fuit quædam domina, col. 3. & consi. seq. col. pen. Socin. consi. 169. circa primum, col. antepe. versic. respondeo aliter, lib. 6. & consi. 266. in causa quæ vertitur. col. vlt. eod. lib. 2. & consi. 172. non prosequendo, col. pen. versic. 2. quod illis, eod. lib. 2. & consi. 63. viso testamento, col. 3. & seq. lib. 3. & consi. 115. fundata, colum. prima, eod. lib. 3. & consi. 127. quoniam in præsentia, col. vlt. eod. lib. 3. & consi. 120. circa primum, col. 5. versic. confirmo hoc, lib. 4. Guid. Pap. consi. 65. viso themate, col. 10. versic. item quod reddet. Fran. Cur. senior, d. consi. 50. col. 67. in fin. respon. ad sextum arg. Felin. in ca. in nostra. col. 9. in 9. corollario, de rescrip. & in c. 1. col. 3. & seq. dist. 1. & Carol. Ruin. consi. 31. quia dubium, col. 4. versic. præterea & secundo, lib. 1. & consi. 228. circa casum, col. 3. num. 7. eod. lib. 1.

An autem in
statutis.

203
De eadem re.

Sed contra hæc videtur esse tex. in c. qui ad agendum. de procur. lib. 6. & quod voluerunt Bar. Ang. Fulg. & recetiores in d. l. sed & si quis. §. quaesitum. ff. si quis cautio. Cy. in d. l. C. quan. Impe. inter pupil. Archi. in Summa, 25. q. 2. col. vlt. Fede. Senen. sibi contrarius, consi. 233. casus talis est, monasteriis. Bal. sibi etiã contrarius in c. super literis. col. 3. versic. quid si Papa, de rescrip. Laureñ. Rudolp. in quodam consi. quod retulit, & sequutus est Paul. Cast. sibi etiam contrarius, consi. 3. quoniam adiectione, col. 3. lib. 1. & ipse Pau. consi. 278. passus iste, eod. lib. 1. Calde. consi. 11. habet ordo, tit. de priui. Card. Flor. in d. cle. 1. in 3. oppo. de sepul. & consi. 51. in præmissis. & consi. 136. præmittit, col. 6. Petr. Ancha. in d. c. cum instantia. de censib. vbi dicit ita se consuluisse. Rom. in consi. 327. istæ sunt rationes, col. 3. versic. secundo respondeo. & consi. 436. quod indultum, col. 2. versic. quinto principis ratio. & consi. 498. in casu quo quaeritur, col. vlt. versic. tertia ratio. Barb. consi. 27. scripsit Propheta, col. vlt. lib. 2. Felin. in c. accedentes. col. 4. de præscript. vbi hanc dicit esse communem opin. & in c. nonnulli. in princ. col. 9. versic. amplia secundo, de rescrip. Iason consi. 121. viso themate, lib. 2. qui & ipse dicit hanc esse opin. cõmunem. Philip. Deci. in l. certum. col. 2. ff. si cert. pet. & consi. 165. viso tenore, vbi hanc quoque dicit esse communem op. & consi. 373. viso cõsilio, in fi. vbi & idem dicit.

204
dicit. & consi. 392. quaeritur an filia, col. vlt. vbi & hanc dicit esse opi. communem.
Verum hanc discordiam ita sedare poteris, ex sententia Ang. & Fulgo. in d. §. quaesitum. ad fin. & Ang. in d. l. diui. §. licet. ff. de iure codi. & consi. 249. Philippus, col. vlt. & ante eos Bald. in d. c. cum dilecta, de rescript. quod d. l. omnes, procedat quãdo talis clausula apponitur in lege, aut etiam in rescripto principis, qui est lex animata in terris. §. vlt. in Auth. de Consul. & glos. in l. & quia. ff. de iurisdic. om. iudi. Ideoque potest fingere expressum, quod expressum non est, per c. illa, de elec. & c. 1. de transac. At d. c. qui ad agendum, procedit, sicuti etiam loquitur, quando talis clausula apponitur a priuato, vt tunc nihil importet in casibus, in quibus requiritur specialis expressio. Et ita quoque nominatim voluit Alex. & Ias. in d. §. quaesitum. & idem Ias. in d. l. Prætor. col. 3. versic. quid autem de clausula. ff. de ope. no. nun. & in l. 1. ad fi. ff. si quis in ius voc. & ita (inquit) concordatum est. d. cap. qui ad agendum, cum d. l. omnes. C. de præscrip. 30. an. Alios tamen huius controuersiae componendæ modos attulit Philip. Dec. post alios in d. l. certum. col. 2. ff. si cert. pet. & consi. 142. cuius subscriptio incipit, an & quando alienatio, col. vlti. Ioan. Salua. qui hanc rem latiùs omnibus disputauit, in tract. de benefic. in 14. q. tertiae partis princ. vbi quilibet videre poterit. & Fran. Ripa. in d. l. 1. col. 10. versic. secundo limitatur, & multis seq. ff. de vulga. & pupil. Sed & tu omnino vide Soci. consi. tertio, in causa domini Guid. col. 3. & 4. lib. 3. & Fel. qui & hanc rem latissimè tractat in d. c. nonnulli. col. 7. versic. fallit secundo. cum 3. & seq. col. de rescript.

De eadem re.

205
I. L. V. D. quoque in quaestione cadit, an vbi expressum aliquid requiritur, satis sit in foro conscientiae, illud mente solùm cõcipere: verbi gratia, possunt clerici conqueri de suis malefactoribus, corã iudice tẽporali, etiam de criminibus, ex quibus debet pœna sanguinis irrogari, modo expressè protestentur, quod ad vindictã, siue pœnã sanguinis non intendunt. c. praelatis de homicid. lib. 6. Quid igitur, si clericus eam protestatione expressè non fecerit, sed eam animo retinuit, nõquid in foro cõscientiæ excusabitur ab irregularitate: Io. Cald. ibi dicit no. quod non, per illũ tex. & quod ibi dicit glos. & Archi. & sequitur, dicitq; singul. Philip. Franc. ibi. Nec obstat (inquiunt) cap. rua. de sponsa. quia ibi non requirebatur expressio. Ego tamen non possum huic sententiæ assentiri, vt pote cum Deus solùm cor respiciat, cuius est spectator scrutatorque egregius, & minimè fallitur, nec verba desiderat, cum dixerit, Non omnis qui dixerit, Domine, Domine, &c.

Expressum
cum requiritur,
an satis
sit in foro con-
scientiæ, id
mente concia-
pere.

GLOSSA OCTAVA, IBI.

De son mary.



NONNOVA res est hæc, sed ab vsque prisca illis temporibus repetita. Nam vt apud Liuium lib. 4. Belli Macedonici testis est M. Cato Censorius, Maiores quidem nostri, ne priuatam quidem rem agere fœminas sine autore voluerunt, easque in potestate esse parentũ, fratrum, viroꝝrum. Cui ad stipulatur, quod scribit D. August. ad Ediciam: Nihil de tua veste, nihil de tuo auro, vel argento, vel quacunque pecunia, aut de rebus illis terrenis tuis sine arbitrio eius facere debuiti. Quod repetitur in c. quod Deo. 33. q. 5. Et idem rursus paulò post, in ea ipsa epistola: Mulierem (inquit) coniugatam non licet dicere, Facio quod volo de meo, cum & ipsa non sit sua, sed capitis sui, hoc est, viri sui. Et rursus Homil. 49. Aurũ tuum vendidit maritus pro necessitate sua: ferto fœmina, ferto ancilla: noli litigare, noli contradicere. Ex quo est & illud Phidippi Terentiani in Hecyra: Vxor quid faciat in manu non est, mea. Quem locum enarrans Donatus, Vxor (ait) mea quid faciat, non est in manu, deest, eius, vt sit, in manu eius non est, sed in potestate mea positum est. Sed & Theodosius & Valentinianus Imperatores in l. hac lege. C. de pactis cõuent. Bonũ est (inquiunt) mulierem, quæ seipsam marito cõmittit, res etiam eiusdem patri arbitrio gubernari. Pro qua etiam ratione vide text. in l. 2. §. vlt. & quod ibi notat Bal. ff. de adopt. & quod voluit glo. in c. quod Deo, in verbo, hunc. 33. q. 5. Et istud quidem ius ad Romanos ab Atheniensibus trãlatum fuisse, probat Budæus in commentariis linguæ Græcæ. De quo & nos alia diximus supra in prima lege cõnubiali, nu. 72. incip. quod ex veterum.

Fœminis non
licere quicquam
agere
sine autoritã-
te virorum.

2
Hincq; prodierunt verba illa solennia, quibus antiquis in repudiis utebatur, Tuas res tibi habero, Tuas res tibi agito. Quorum mentio fit in l. 2. ff. de diuor. Horum enim alterum (vt clarissimè patet) dotem reddi, alterum munus tutoris, siue administratoris in rebus vxoris abdicari significat. Et ex hac diuortij formula est illud Alcmenæ Plautinæ matrisfamilias in Amphitryone:

Repudij uera
ba solennia.

Valeas, tibi habeas res tuas, reddas meas.
Et illud in Trinummo, Lytelis adolecentis amorem eiicere meditantis:
Apagesis amor: tuas res tibi habe: amor mihi amicus ne suas unquam.
Et Cupidinis Apuleiani ad Pŷchen, lib. 5. Asini aurei: Confestim toro meo diuertere, tibi que res tuas habero. Et Martialis lib. 10. Epigram. 41:
Mense nouo Iani veterem Proculeia maritum
Deseris, atque iubes res sibi habere suas.
Et illud quoque Ciceronis, Philip. 2. Mimam illam suam, suas res sibi habere iussit. Quod paulò post declarat, Cum Mima fecit diuortium. Et illud item Quintiliani aui, Declamar. 263: Tunc repudia

repudiatam credis vxorem, cum res suas sibi habere iussa est. Et huc quoq; alludit illud Ouidianum, lib. 2. de Remedio amoris:

Munera, quae dederas habeat sine lite iubeto.

vt etiam ibi obseruauit Mycillus interpres.

3 *Reddit ad principium.* Denique Homerus ille aperte declarat, non esse quicquam mulieribus, in scis maritis, & sine eorum autoritate conandum, cum Iunonem inducit Iouem ita alloquentem, lib. 14. Iliad.

*Νῦν δὲ ζεῦ εἵνεκα δέυρο κατ' ἄλμπυ τὸ δ' ἰκάνω,
μή πως μοι μετέπατα, χολώσεται αἶμα σιωπ
ὀικωμαι πρὸς δῶμα βαθυρρόος ἄκeanοιο.*

Nam cum primum à Ioue interrogata quò pergeret, respondisset, se velle ad terrarum fines conferre visuram Oceanum, & Tethyn, vt eos ex discordia in gratià reduceret, subiunxit quod supra adscriptimus: quo significatur, se prius ad Iouem ipsius gratia ab Olympo venisse, ne is postea fucenseret, si tacite (id est, non impetrata ab eo venia) ad Oceanum se contulisset. Quod & ex Homero ingeniosè, vt cætera omnia, annotauit Plutarchus in vita ipsius. Et Platonis legibus (libro 11. de Legibus) mulieri maritata, cuiuscunque ætatis esset, non licebat testari, nec iudicio interesse ad agendum, sine autoritate mariti: quod & nos alibi diximus.

4 *De eadem re, statuta Florentie. Papiæ. Mediolani. Cortonæ. Afsisij. In terra Castri Spoletini. In Marchia.* Est autem huius nostræ consuetudinis simile statutum Florentiæ, vt dicit Bal. in l. velles. ante fi. C. de reuo. dona. & Ange. diu. in l. quamuis. in prin. ff. de acqui. poss. & consi. 191. super puncto, col. 1. & Philip. Deci. consi. 502. ex duobus. in prin. & consi. seq. etiam in prin. & Carol. Rein. consi. 145. circa primum, col. 2. versi. nec hinc. lib. 1. Atque Papiæ, vt refert ipse Bal. cõsi. 488. sequens questio, in prin. lib. 1. & consi. 394. statuto communis Papiæ, lib. 5. & Raph. Co. consi. 176. statuto Papiensi, in prin. Simile quoque est Mediolani, vt retulit Signo. Homod. consi. 164. statuto ciuitatis Mediolani, in prin. Et Cortonæ, sicuti memorat Fran. Aret. consi. 54. in casu magistri Blasij, in prin. & Corne. consi. 147. quia causa est, col. 1. lib. 2. Atque Afsisij, vt clarè patet ex casu qui ponitur ante consi. Bal. 208. licet consulentes, lib. 4. & consi. eiusdem 139. statuto cõmuni Afsisij lib. 5. Et in terra Castri, teste Bened. Capr. consi. 144. pro præfati dubij declaratione, in prin. Et Spoletini statutum est, ne mulier possit contrahere sine præsentia viri, vt refert ipse Bald. consi. 23. præsupposito statuto, lib. 5. Et similiter in Marchia, id attestat Ange. consi. 88. item statuimus. in princip. iunctis iis, quæ dicit col. 2. versi. pro eo etiam.

5 *Quid de Iure Ciuili.* At Ius nostrum Ciuile aliud constituit, vt videlicet liceat mulieri in scio inuitoque marito contrahere, suaq; ipsius bona alienare: vt est tex. expressus in d. l. velles. & ibi Doct. & voluit Bal. consi. 130. verus maritus, li. 4. vbi & similis statuti meminit, & Ang. consi. 353. præmitto pro decisione, in prin. & præsupponit Pet. Anch. cõsi. 364. dubiũ in ista questione, & omnes, quos antè citauimus. Et bene facit etiam tex. in l. si vxor tua. C. de pign. Quin & non solum mulier ipsa, sed & curator potest ipsius bona, absente, atque etiam renitente marito alienare, in casu permissio curatoris, per tex. in l. siue generalis, in fine. ff. de iure dotium. Ideoque hæc consuetudo prohibens ne mulier possit alienare, aut contrahere sine consensu mariti, est strictè, veluti correctoria iuris communis, interpretanda, vt in specie consuluit Imol. consil. 74. in casu præmissio. & ante eum idem voluit Bald. (quem tamen non allegat) in l. omnes populi. ff. de iustit. & iure, prout illum nuncupatum refert, & sequitur Corne. consi. 241. de duobus quæritur. in fi. i. dubij, li. 2. De quo tamen vide, quæ dixi supra in glos. 5. & quæ dicam infra, in eadem glos. in 25. quæst.

6 *Hæc consuetudo strictè interpretanda.* *Si maritus abest, an eius consensus requiritur.* **S** E D H I C de multis quærendum ducimus, vltra ea, quæ sunt in præcedentibus glo. expedita. Primò, vtrum si maritus abest à patria, poterit vxor contrahere sine eius consensu. Bal. loquens in casu nostræ consuetudinis, d. consil. 488. lib. 1. & d. consi. 394. lib. 5. dicit, quòd si abest, & quidem in longinquis partibus, & nescitur vbinam terrarum degit, potest vxor sine consensu illius contrahere, per multa quæ allegat. At si esset in loco quopiam propinquo, debet eius præsentia expectari per c. sciendum. quod est i. in fin. tit. de consuet. rec. feud. vbi & ipse Bal. id quoque tractat, sed non omnino idem dicit.

7 *Idem in consensu propinquo.* Et hæc decisio multis potest comprobari. Primo per id, quod voluit idem Bald. in l. transactionem. in fi. & ibi quoque Alcia. C. de transact. vbi in casu statuti requirentis consensum propinquo- rum, in contractibus mulierum, & minorum, dicit, quòd si ipsi consanguinei sint absentes in remotis partibus, poterunt sine eis contrahere, arg. l. multa, in prin. ff. de condit. & demonst. & idem voluit ipse Bal. in l. in coniunctione. versi. aduerte tamen. C. de nupti. & Pe. Anc. in repe. c. 1. in 14. q. prin. versi. transeo ad statuta. quæ quandoque prohibent. qui est in charta 61. in paruis, & versic. seq. extrà de constit. & Pau. Castr. distinguens etiam, an diu consanguineus sit abfuturus, in l. cum antiquitas, in tertio not. C. de testa. & in l. si cum dotem. §. si pater, post prin. ff. solut. matr. & Ro. in repe. l. si verò, §. de viro. in 28. fal. versi. 8. ff. sol. matr. & in l. si quis mihi bona. §. vlt. & ibi Alex. ff. de acqui. hære. & idem Rom. consi. 36. vifa disceptatione & Ang. Aret. in §. consequens. in fi. Instit. de suspect. tut. Fran. Aret. loquens etiã de marito, qui non speratur proximè rediturus, in l. cum hæres. in princip. ff. de acqui. hære. & Corne. consi. 241. de duobus, col. 3. versi. & huiusmodi statuta, lib. 2. & consi. 151. videtur in hac consultatione, col. vlt. versi. tamen quòd valeat, lib. 4. & Hippo. Marfil. in l. 1. §. præterea. col. antepen. ff. de quæst.

8 *Secundò item, per id quod & ex factò interrogatus respondit idem Bald. consil. 201. in prouincia*

cia Anconitana, col. 2. versi. in contrarium videtur, lib. 1. quòd stante statuto, vt minori octodecim annis non liceret rem immobilem alienare sine consensu duorum proximorum consanguineorum, si ij, qui sunt proximiores, absunt à prouincia, poterit huiusmodi minor alienare, sine cõsensu illorum, adhibitis aliis, qui post eos proximiores sunt, per multa quæ illic allegat.

9 *Tertiò, per text. qui in id solet sapius allegari, in l. si longius. §. vlt. ff. de iudi. vbi propter absentiam patris, qui aliàs debet consentire filio agenti, l. vlt. §. necessitate. C. de bonis quæ liber. etiam si summarie, & de plano procedi debet, Bal. in l. nequicquam. §. de plano. col. vlti. versi. sed nunquid vbi potest. ff. de offic. Procons. & Alex. cõsi. 59. vifo processu, col. 1. versi. nam in primis. li. 2. potest filius sine consensu illius agere, vt dicitur in d. §. vlti. & concordat l. filius. §. non solum. & §. hoc amplius. & iterum §. sed & filiam. ff. de procurat. & in l. sed si vnus. §. ait Prætor. & §. filio. ff. de iniuri. & not. in l. cum filius. ff. si cert. pet. & voluerunt Bart. & Bal. in d. §. necessitate. Bar. Ang. & Raph. in d. l. si longius. Bar. in l. 1. C. de Decurio. lib. 10. per l. honores. ff. eod. Bal. consi. 285. casus, coram R. D. Episcopo, col. 2. versi. sed ad hoc respondetur, lib. 2. Pau. Cast. consi. 276. quia probabiliter, col. 2. lib. 1. vbi idem dicit in statuto requirente cõsensum viri in vxore agente. Quod intelligendũ est secundum ea quæ diximus versic. ab hinc secundo, videlicet si pater longè absit, nec statim sit reuenturus. ita enim declarat text. in d. l. sed si vnus. §. quod autem ait, ff. de iniuriis.*

10 *Quartò, huc pertinet text. in auth. vt cleri. apud propri. Epi. conue. in princ. vbi Abbate absente potest monachus adesse in iudicio, & actiones intentare, præsertim cum est periculum in mora, de quo & per Cano. in c. cum dilecta. de rescript.*

11 *Quintò, focius aliàs prohibitus socio nuntiare nouum opus, per tex. in l. & in prouinciali. §. 1. ff. de oper. noui. nunt. potest tamen, si desit copia iudicis, vt voluit Bar. in l. 3. §. si ego superficiarius. per tex. ibi. ff. eo. & sequitur ibi Paul. Castr. & Iason, qui hoc reputat sing. col. pe. versi. & moucor. & iterum idem Ias. in l. de pupillo. in princ. col. pen. eod. tit.*

12 *Sextò, licet filius. non possit de Iure Ciuili matrimonium contrahere sine cõsensu patris. l. 2. ff. de rit. nupt. cum sim. potest tamè si pater absit, & ignoretur vbinam terrarum sit. l. si ita pater. & l. seq. ff. eod. tit. quod intellige, prout ibi scribitur.*

13 *Septimò, text. notabilis in c. 1. §. vlt. ne sed. vacan. lib. 6. vbi si collatio beneficij ad aliquem pertineat, cõsulto tamen prius Episcopo, si Episcopus beneficio vacante agat in remotis, ita quòd ipsius præsentia breui non potest haberi, potest eo inconsulto beneficium conferri. Et ibi gloss. quærit, quid si consensus requiratur: quam vide, & Io. And. Pet. Anc. & Domi. ibi.*

14 *Octauò, quod voluit Ang. in l. adoptio. col. 2. ff. de adopt. quòd si ex consuetudine, vel ex priuilegio debeat ad electione Prælati requiri consensus Regis, si Rex absens sit in remotis partibus, potest eo inconsulto procedi ad electionem. & idem voluit, Angelo tamen non citato, Ro. sing. 696. ex long. qua, per d. c. 1. §. vlt. ne sed. vacan. li. 6. sed vide quid de hoc diximus supra, tit. 9. Consuetudinum Pictauicarum. §. 4. in glo. 2.*

15 *Nonò, licet non possit filiam. dotem exigere sine cõsensu patris, per Auth. quod locum. C. de colla. potest tamen si pater est absens. vt voluerunt Pe. Cy. Bal. Ro. Corn. & Philip. Dec. & alij ibi. & Bar. in l. si constare. in prin. in 3. q. 2. q. principalis. ff. solut. mat. de quo etiam text. est ad literam, quem tamen solus Alex. allegat, in d. l. filius. versi. sed puto si forte, ff. de procur.*

16 *Decimò, quod voluit Bar. in l. 1. §. si plures. col. 4. versic. quæro secundò, quid si ille. ff. de exercit. quòd si ille, cuius consiliũ debet requiri ad aliquem actum, sit absens, & forte mora est periculum allatura: potest ille huiusmodi actus expediri, sine eius consilio, per d. l. si longius. ff. de iudic. & alia similia, quæ allegat.*

17 *Vndecimò, quod pulchrè voluit Alua. & post eum Card. Alex. in c. 1. col. vlt. titulo, quid sit inuestitu. limitantes id quod dicit Bal. ibi, citandos esse pares absentes, in casu illius text. vt videlicet procedat, nisi essent absentes in loco multum remoto, & longinquo adeò quòd non possint actui adesse sine magna difficultate, argu. l. Prætor. §. vlt. & quod ibi not. per Doct. ff. de vaca. muner.*

18 *Duodecimò, quod sing. consuluit Barb. consi. 61. à Ioue principium, col. 5. versi. præterea posito, non tamen cõcesso, lib. 3. quòd licet in alienatione rerum ecclesiæ requiratur cõsensu Episcopi, c. Abbatibus, & aliis multis. 12. q. 2. cum simi. si tamè Episcopus sit in remotis partibus, potest sine consensu illius in casu aliàs permissio fieri alienatio, per multa similia, quæ ibi allegat.*

19 *Ex his autem quæ diximus, præsertim nu. 6. 7. in 3. locis. 9. ad fi. 12. 13. 17. 18. satis cõstat, tum demum absente marito vxorem posse contrahere sine illius cõsensu, si hæc interueniant, vt scilicet ipse maritus absit, & id quidem in longinquis & remotis partibus, & diutius sit abfuturus, aut ignoratur vbinam terrarum degat, & forte imminet necessitas cõtrahendi. Neque enim quælibet absentia, nisi sit huiusmodi, quam diximus, satis esset vt mulier licite posset contrahere, vt clarissimè patet ex his quæ in dictis locis dicta sunt. Nec enim abesse videtur, qui prope est, aut statim rediturus est, vt constat ex multis quæ nos scripsimus in repetit. l. si vnquam. in verbo, susceperit liberos, nu. 176. quibus adde. Aliàs enim facile fieret fraus huic consuetudini, si pro qualibet absentia liceret mulieri arripere occasionem contrahendi sine consensu viri.*

20 *Sed & tunc cum vir abest in remotis partibus, nec speratur proximè rediturus, si quis tunc rem suam agere velit, cõsulo, vt loco mariti absentis adhiberi faciat autoritatè iudicis, sicuti etiã in statuto requirente consensum consanguineorum, dicit Bald. in dicta l. transactionem. in fine, & ibi post eum*

Pater debet consentire si-lio agenti, etiã in causa sum- maria. Si præsens sit.

Monachus Abbate absente agit. Socius socio nouum opus nuntiat, iudice absente.

Idem de elec. que fieri debet requisito cõsensu principis.

Filia. potest dotem exigere sine cõsensu patris absentis.

Consilium absentis non requiritur.

Pares absentes an sunt citandi.

Episc. absente, an liceat si ne eius cõsensu alienare res ecclesiæ.

post eum Paul. Castr. & Alciat. ar. l. bonorum. C. qui admitt. ad bonor. possess. & §. si verò absunt, in Auth. de hæred. & Falcid. & sequitur Petr. Anchar. in repet. cap. i. in 14. quæst. quo loco supra citauimus, de constit. & Rom. d. consil. 36. v. si disceptatione, & Pau. Cast. consil. 119. videtur dicendum super primo, in 2. dubio, lib. 2. & Alcia. in lib. i. de verbo. signi. char. 11.

21 **Abbas nō habet cap. debet adhibere auctoritatem superioris.**
 ¶ Et hoc confirmatur per id, quod in simili dicimus, quod cum Abbas, aut alius quiuus Prælatus, non possit rem ecclesiasticam alienare sine consensu conuentus, siue capituli, per totum, extrà de his quæ fiunt à Prælato sine consensu capi. certè si aliquis Prælatus conuentum non habeat aut capitulum, debet adhibere Prælato superioris cōsensum: vt est text. ad literam in Clemen. i. de reb. eccle. non alie. Ex quo videtur non bene dixisse glo. in c. potuit. in gl. magna, post medium, extrà de loca. quæ cōcedit potestatem soli rectori, non habenti capitulū, quantam habet Prælatus cum capitulo, quod ad alienationem rerum ecclesiæ. Quam tamen sequuntur Anto. Imol. & Pan. in ca. edoceri, extrà de rescript. sed ibi videas omnino Feli. col. 9. vers. etiam in aliis.

22 **Episc. absens. adhiberi debet auctor. superioris.**
 ¶ Et quod voluit glo. notab. in c. si qua de rebus. 12. q. 2. quod cum in alienatione rerum ecclesiasticarū debeat accedere consensus Episcopi, vt supra diximus, si Episcopus abest, & imminet necessitas, requirenda est auctoritas superioris, ar. d. l. bonorum. C. qui admitt. quam glossam sequitur, & commendat Rom. d. consil. 36. in repe. d. l. si verò §. de viro. in 28. limir. vers. decimo. ff. solut. mar. & Barb. consil. 61. à Ioue principium. col. 2. lib. 3. & est similis gloss. quam illi non allegant, in d. cap. i. in verbo, sede vacante, post princ. extrà, ne sede vacante. & ibi doct.

23 **Iudex supplet cōtradictionē eius qui debet cōsentire.**
 ¶ Facit item, quod voluit Antistes ille nostrorū interpretum Bart. & alij post eum in l. si cum dotē, §. eo autem tēpore. ff. sol. mar. quod iudex supplet, quando is qui debet consentire, sine iusta causa contradicit: de quo postea latè dicemus infra, in 15. q. huius glo. vbi omnino videas.

24 **Cōsanguineorū inhabilitas, aut non existentiā cōsensum supplet iudex.**
 ¶ Et quod etiam dicit Ro. in l. si quis mihi bona. §. pater filio. ff. de acqui. hæred. quod in statuto requirente consensum propinquorū, si non sunt cōsanguinei, aut sunt inhabiles, tutius est, iudicis interponere auctoritatem, & latè Corn. consil. 243. circa primum, col. 3. vers. dicit autem, lib. 4. vbi & ad hoc allegat text. in l. profectitia. ff. de iure doti. & in l. si infanti. in fin. C. de iure delibe. de qua re etiam latè dicemus infra in 7. quæstio.

25 **Iudex interponit auctoritatem loco tutoris.**
 ¶ Nota tamen, quod nullus illorum, quos supra citauimus, necessariò dicit exigi auctoritatē iudicis loco absentis mariti, vel cōsanguinei: quin sentiunt contrarium, dum consulunt (vt diximus) veluti ad tollendum omnem scrupulum, vt id fiat. Et bene facit, quod infra dicemus in 3. q. vbi de furioso sciscitabimur, & quod item dicemus in d. 7. q. de vxore, quæ non habet maritū, quia qui abest, perinde est, ac si non esset, per tex. in l. i. §. & quidē. ff. quod cuiusque vnuerf. & ita statutum debet intelligi, ar. l. 4. §. toties. ff. de dam. infec. & ita expressè voluit Pau. Cast. in d. l. si cum decem. §. si potest. post princ. ff. sol. mar.

26 **Iudex interponit auctoritatem loco tutoris.**
 ¶ Quanquam videretur necessariò exigi auctoritas iudicis, loco mariti absentis, sicuti in simili dicimus, quod iudex interponit auctoritatē loco tutoris, vel curatoris. l. bonorum. C. qui admitt. & l. si infanti. in fin. C. de iure delibe. Ex quo etiam dicit glo. in d. c. si qua de rebus. 12. q. 2. quod iudex supplet defectū Prælati ecclesiæ, quam sequitur Ang. in d. l. bonorum. & Ro. qui eam solennem dicit, in l. i. col. pen. vers. vltimū circa materiam. C. vnde vir & vxor. vbi & ex hoc dicit in casu statuti requirentis consensum propinquorum in contractibus minorum, iudicem debere auctoritatem interponere, nullis existentibus propinquis. Et ad hoc quoque allegat gloss. vltimā in l. si furiosus. C. de nupt. & in l. profectitia. circa princ. ff. de iure dot. & in Clem. i. de reb. eccle. non alien.

27 **De iisdem rebus.**
 ¶ Sed & idem in casu eiusdem statuti, dicit Paul. Castr. consil. 124. in causa quæ vertitur, in 2. dubio, lib. 1. per no. in l. si curatorē. C. de in integr. resti. & alia iura, quæ allegat. Id quod etiā voluit consil. 119. videtur dicendum super primo, in 2. dubio, lib. 2. Idem autem in d. l. i. circa mediū. C. vnde vir & vxor, dicit, quod iudex loco cōsanguineorum alios bonos viros subrogabit: & vtrouique id dicit voluisse Bal. in d. l. transactionem. qui tamen nihil aliud voluit, quàm quod supra ex eo diximus. Sed & posteriori loco adducit Bal. in l. cum sententiam. ad fin. C. de sent. vbi dicit, quod si ex statuto debeant sententiis criminalibus adesse duo priores: si absint, vel nolint interesse, debent eorum loco subrogari duo alij viri publica auctoritate fungentes, arg. l. hac consultissima. §. at cum humana. C. qui testa. fac. poss. & d. §. si verò absint, in Authen. de hæred. & Falcid. Sed & quod in hoc casu necessariò requiratur iudicis auctoritas, videtur voluisse Ro. in d. l. i. C. vnde vir & vxor. & Cep. cautel. 237. vt vxor possit, & ante hos non obscurè Bal. in c. i. col. vlt. tit. de cōsuet. rec. feud.

28 **De iisdem rebus.**
 ¶ Sed tamen attende, quia id quod primo loco adduximus, iudicē supplere absentiam tutorū, nihil hic videtur obesse, quoniā tutoris & curatoris cōstitutio ad iudicem pertinet. Ideò illorū defectum & absentiam iudex facilius potest supplere, quàm mariti, vt in simili casu voluit Alex. consil. 206. ponderatis verbis testamēti, in fi. lib. 6. & probatur per id, quod habetur in l. i. §. idē Pōponius. cum ibi no. per doct. ff. quod fal. tut. & per no. per Cy. in l. licet. C. de procur. & ibi Bar. col. vlt. dum allegat d. §. idem Pomponius. Sed vide in hac q. quid dicam infra in 3. q. num. 32. & iterum in 4. q. in fin.

29 **Si dubium sit, an uir fuerit p̄sens an absens, quid p̄sumendū sit.**
 ¶ S E D H I C secundò quæro, quid si vxor reperitur cōtraxisse sine auctoritate mariti, dubiumque est an maritus tempore contractus fuerit absens, nec ne, dicente eo, qui cum muliere cōtraxit, eum absentem fuisse, vt proinde valeat contractus, contrarium dicente marito: an in dubio p̄sumetur absentia, vel p̄sentia ipsius? Spec. in titulo de aetore. §. i. vers. sed quid si iste est alienigena, tenet in casu. l. vlt. §. necessitate. C. de bon. quæ lib. vbi filius non potest agere sine consensu patris, quod

quod si dubitatur vtrū pater fuerit in ciuitate p̄sens, quando filius egit sine consensu illius, an absens, in dubio p̄sumi fuisse absentem, vt iudiciū valeat. Et idem ex auctoritate Marti. Fan. tacito nomine Spec. voluit Alber. in vlti. parte statutorum, quæst. lxxxiiij. sed quid si minor, paulò ante fi. per tex. in l. optimam. C. de contra. & commit. stipul. & arg. l. si ideo. C. de his qui. vt indig. & Alex. qui nuncupatim citat Specu. consil. lxxx. visis, col. vlti. lib. 5. vbi id trahit ad statutum requirens consensum duorum propinquorum in contractu minorum, & consil. xcij. viso & opportunè, in fin. cod. lib. 5. & Feli. in c. quoniam. in prin. col. vlti. ext. vt lit. penden.

30 **De eadem re.**
 ¶ Sed tu tamen dic contrariū per id quod dicit Bar. in l. is potest. ff. de acqui. hæred. quod in dubio quis p̄sumitur esse p̄sens in loco, vbi habitat, vel habet domicilium, nisi probetur absentia. c. cum in tua. extrà qui mat. accu. poss. quod dictum sequitur Imol. ibi, & Alex. sibi contrarius, col. y. vers. ponderanda sunt, qui ad hoc allegat bonum tex. vt ipse dicit in l. cum quidam. la grande, in fin. ff. de leg. ij. & ibi quoque Fran. Aret. col. viij. vers. quartò adde. vbi & rationem adducit ex argumento à cōmuniter accidentibus, quod valet de iure. l. certi conditio. §. quoniam. ff. si cert. pet. Contingit enim communiter, quod qui habet domicilium in loco, frequentius ibi habitat, & est p̄sens, quàm alibi. Et idem Fran. Aret. consil. cij. in causa & quæstione, col. vj. nu. 7. in prin. Sed & idem quoque voluit Alex. ipse, reputans notab. consil. cxxx. ponderatis his quæ in superiore, col. ij. lib. 6. & Soci. consil. cxxj. visa contingentia facti, in prin. vbi & de hoc dicit esse bonum text. in d. l. cum quidam. & Corn. consil. 50. in causa vertente, col. vlti. lib. 2. & consil. clj. videtur in hac consultatione col. ij. vers. præterea ciuis, & iterum col. vlti. vers. tamen quod valeat, lib. 4. vbi loquens in statuto disponente, quod adultus non possit contrahere sine consensu duorū propinquorum, dicit, quod propinquus ciuis loci contractus p̄sumitur fuisse in loco, dum contractus celebraretur, nisi contrarium probetur, per id quod dicit Bar. in d. l. is potest, quod dici not.

31 **De eadem re.**
 ¶ Baldus autem in d. l. vlt. §. necessitate. in fi. postquam adduxit Spec. in d. tit. de aetore, subdit, ego dico quod ibi debet fieri rimatio, aliàs imputet sibi aetore: tanquam scilicet nec in p̄sentia, nec absentia p̄sumatur, sed semper incumbat aetori onus probandi. Id quod facillè crediderim, si nō constet de domicilio, aut habitatione eius qui debuit consensum adhibere, per id quod voluerūt Tac. But. in l. vlt. C. de lon. temp. præscri. Bal. & Ang. in l. præscriptione. C. qui nō ob. lon. temp. præscrip. quod qui allegat præscriptionē longi temporis 10. annorum, debet probare p̄sentiam eius, contra quem præscripsit, aliàs non obtineret, nisi probaret possessionem 20. annorum. Tamen, vt dicit Corn. d. consil. 50. satis est quod probet illū esse eiusdem ciuitatis, vt p̄sentia illius hic p̄sumatur, ex sententia Bal. & Ang. in l. emptor. C. de long. temp. præscri. An autem & quando aliàs p̄sentia aut absentia p̄sumatur, vide per Bal. & Ang. in l. j. & iterum in l. optimam. C. de cont. & commit. stipu. Pau. Ca. in l. illud. vers. vltimò allegatur. C. de sacros. eccl. & in l. Titia. §. idem respondit, le. ij. ad fi. ff. de verb. oblig. & omnino Felin. in c. tenor. col. ij. vers. ad illud de inuestitura, extrà de re iudi. & quos ibi allegat. & Franc. Balb. in tract. præscrip. in iij. parte princ. in iij. quæst.

32 **Quid si uir sit furiosus.**
 ¶ TERTIO QVÆRO, Quid si maritus sit furiosus, an vxor poterit contrahere liberè? In qua quæstione non adedè necessarium videtur longius immorari, cum idem videatur dicendum, quod in prima quæstione, cum furiosus sit loco absentis. l. ij. §. furiosus. ff. de iure codic. cum concor. alibi à me adductis. Quia tamen & nostri legum interpretes, nuncupatim hanc rem tractauerunt, pauca ex illis dicenda putauimus. Bald. in l. si furiosus, post princip. C. de nupt. dicit per illum tex. quod stante statuto, quod filius non possit contrahere sine consensu patris, si pater est furiosus, est adhibenda auctoritas iudicis, quæ consensum patris suppleat. Et illum nuncupatim sequitur Rom. in l. cum hæres. col. ij. vers. & inducitur. ff. de acqui. hære. Idem quoque Bal. in l. filiusfa. ff. de solut. dicit per tex. ibi, quod stante statuto, ne mulier contrahat sine consensu cōsanguinei proximioris, si is proximior sit furiosus, requiritur consensus curatoris illius.

33 **De eadem re.**
 ¶ Sed idem Bald. in l. cum hæres. ff. de acqui. hære. dicit per illum tex. quod tunc filius poterit contrahere liberè. & ibi Ang. Imo. & Fran. Aret. etiam loquētes in statuto requirente consensum mariti, vt facit hæc nostra consuetudo: aut propinquorum, idq; per illum tex. qui ad hoc est optimus. Et Rom. sibi contrarius, in l. si quis mihi bona. §. pater filio. ff. de acqui. hæred. & Alex. in l. ij. §. voluntatem. col. ij. vers. vnde infertur, & ibi etiam Fran. Rip. col. ij. vers. istum text. ff. solu. matri. vbi respondet ad d. l. si furiosus. & Caro. Ruin. consil. cxlv. circa primum, col. ij. vers. & alia. ratione, lib. 1. Et bene facit, quod cum de iure Ciuili requiratur consensus patris in matrimonio, per l. ij. ff. de ritu nupt. non tamen requiritur, si pater sit furiosus, per l. si nepos. cod. titu. & l. tam dementis. C. de Episco. audi. & d. l. si furiosus. & Institu. de nupt. in princ.

34 **De eadem re.**
 ¶ Et similiter filiusfa. iniuriā passus, patre furioso, ipse per se poterit iniuriarū agere. l. sed si vnus. §. filiosa. ff. de iniur. quæ reddit illam, quæ diximus, rationem, quia hic pater eius loco absentis est. Et ex aliis quoque videmus filumfa. habentem patrem furiosum, perinde haberi, ac si ipse paterfa. esset. Ideoq; posse eum hæreditatem, in qua institutus est, adire sine patris iussu, d. l. cum hæres. ff. de acq. hære. vbi Bar. dicit illum tex. esse sing. & ex hoc colligit Bal. ibi arg. quod filius, cui pater est furiosus, potest accipere mutuò pecunias, nec habet locum S. C. Macedon. Sed id reprehendunt Raph. Co. & Frā. Aret. ibi multis rationib. quas apud eos videre poteris. At tu in hac nostra quæst. vide, quæ dicam in seq. q. in fi. & quæ diximus in j. q. Ex quibus intelliges, an loco huius mariti furiosi auctoritas iudicis interponi, aut alij subrogari debeant, de quo & aliquid diximus, ver. j. huius q.

- 35 **Q**UARTO, Quid si maritus sit bannitus: certè idem dicendū est, quod & in absente diximus. Is enim verè abest. Et propterea potest filius sine consensu patris banniti dotē exigere, vt est tex. in d.l. si cum dotem. §. si patri. & rursum in l. in insulam. in prin. ff. sol. mar. per quos tex. dicit Alb. in vlt. parte Tract. Statutorum, q. lxxxiiiij. sed quid si minor, col. vlt. quod filius. potest esse in iudicio sine cōsensu patris banniti. Et est bonus tex. in l. vlti. C. de sen. pas. vbi valet, quod facit filius patre deportato, sine consensu illius, qui aliàs requireretur, nec retractatur patre postea reuocato.
- 36 **E**t in simili consuluit Bal. consi. ccj. in prouincia Anconitana, lib. i. quod si ex statuto minor non potest contrahere sine præsentia, aut consensu duorū ex proximioribus, non requiritur præsentia aut consensus banniti proximioris, quia qui non potest interesse intra territorium ius dicentis, citari non debet, per glo. ordi. in l. hæc autem. §. j. & l. ij. ff. ex qui. cau. in pos. ea. & probatur, vt dicit expressè in l. obseruare. C. de decuri. lib. 10. & facit l. si longius. §. vlt. ff. de iudi. & auth. quod locū. C. de colla. & no. in l. vlt. §. necessitate. C. de bo. quæ lib. Item iudex supplet locum absentis. l. si infanti. §. vlti. C. de iure delibe. Nam illius absentia Dei præsentia suppletur. l. properandum. §. si autem. C. de iudi. & l. bonorum. C. qui admit. ab bon. pos. & l. tam dementis. C. de Episc. audi. & l. profectitia. in princ. ff. de iure doti.
- 37 **H**æc Bal. qui & ipse in non dissimili casu scribit consi. cccxcix. statuto ciuitatis Alsifij, lib. 3. quod si statuto caueatur, quod nulla mulier possit condere testamētum sine præsentia filij, si quem habeat, & mulier habeat filium bannitum, potest absente illo testamentum condere. Nam perinde est, quo ad hoc, ac si non esset in rerum natura. l. j. in fi. ff. de bon. poss. contra tab. & l. si necem. §. si deportatus. ff. de bon. libert. & l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de liber. & posthum. & facit etiam ad prædicta tex. in l. sed Iulianus. §. sed & si filiusfam. ff. ad Maced.
- 38 **E**x quibus videtur, malè alibi consuluisse eundem Bal. videlicet consi. liij. statuto terræ Nursiæ, lib. 5. quod si statuto caueatur, vt nullus contrahat matrimonium cum muliere non habente patrem, vel matrem, sine consensu fratris: & mulier habeat fratrem bannitum, eius consensus requiritur, quem poterit præstare per literas, nuntium, vel procuratorem, per multa quæ illic allegat, vt probet bannitum retinere ea, quæ sunt naturalia, videlicet affectionem, quam cōsiderasse videtur statuto. In quo Bald. (pace tanti viri dixerim) non mediocriter aberrauit, vt qui dixerit contra tot iura, non requirentia consensum absentium, nulla affectionis naturalis habita, ratione.
- 39 **S**ed contra supra dicta facere videtur, quod voluit glo. no. in c. i. in glof. j. titu. hic finit tex. quod vassallus in alienatione feudi tenetur requirere consensum domini banniti. Quam glo. sequuntur And. Ifer. Iac. Bal. Alua. Mart. Laud. & Car. Alex. ibi & Fran. Cur. Iunior in tractatu feudo. iij. parte princ. char. totius operis xlv. versic. vigesimo septimò quæro. nam & apud bannitum stat autoritas & facultas consentiendi. l. ex facto. §. ex facto. ff. ad SC. Trebel. Et potest adhibere consensum suum per procuratorem. l. Papinianus. ff. de minor. quos tex. ad hoc expendit, & allegat Bal. dicto consi. ccj. colum. j. lib. i.
- 40 **V**erū quod de domino bannito dictum est, nihil hic obesse videtur, quia hic domini consensus in re sua, quem & vassallo ea lege concessisse videtur, interponendus est, nec propter bannum dominus sua iura amittit, vt etiā dicit ipse Bal. in d. c. i. & est bonus tex. in §. quin verò. in auth. vt nulli iudi. hic verò loquimur de consensu superioris in re nō sua, nec propter suum præiudicium requisito. Ex quo videtur, quod cum ex nostra cōsuetudine, maritus debeat cōsentire, non solum propter fragilitatē mulieris, sed & quia ipsius interest, quippe qui suos faciat, fructus rerum omnium vxoris, vt supra latè diximus in gl. vj. nu. 37. restat igitur, & seq. v. que ad fi. non possit vxor mariti banniti, aut absentis, aut furiosi liberè de suis rebus disponere, in præiudiciū mariti, qui ius in illis habet. Ideò cogita. Sed quod dictū est, hunc cōsensum posse præstari per procuratorem, an id sit verum, latè tractauimus supra in d. gl. vj. in iij. q. quæ est in nu. 20. & multis seq. Quod autè diximus ex eodem Bal. iudicem supplere locū absentis, vide etiā, quæ diximus supra, in hac eadē glo. in j. q.
- 41 **Q**UINTO, QVARTO, Quid si maritus est minor? Bald. in l. in coniunctione. in fi. C. de nupt. dicit, quod stante statuto, quod non possit contrahere mulier sine consensu duorum consanguineorum, & mulier non habeat consanguineos maiores, sed tantum minores, prudentes tamen, & capaces consilij: poterit cōtrahere cum consensu illorum, & erit satisfactum statuto, cum non distinguat circa ætatem, arg. l. si pater. in fin. ff. de manu. vindic. & sequitur Petr. Anch. in repeti. c. i. in xiiij. quæst. princ. versic. postremò circa hoc quærit, qui est in char. lxj. in paruis, extra de consi. & Alciar. in l. transactionem. C. de transact.
- 42 **E**t facit, quod alibi voluit idem Bald. in l. si vt proponis. C. de seru. pign. dat. manu. quod in casu illius l. qua cauetur seruum pignori specialiter obligatum, posse manumitti consentiente creditore, potest ipse creditor, etiam minor 20. annis consentire, & valebit manumissio: ea ratione, quod qui consentit, non facit, sed tantum non impedit, per d. l. si pater. §. vlti. vbi est text. formalis. Mulrum enim refert, an consentiens sit dominus: & tunc consentiens proprie facit. l. si fundus. §. si ne sciente. ff. de pigno. an non sit dominus: & tunc non facit, sed non impedit, id est, vt ipse Bal. dicit, quandam obstantiam tollit.
- 43 **V**erū Bened. Plumb. in l. ij. col. j. ff. de manu. vindi. hanc rem paulò latius tractat. Nam hinc occasione sumpta, quod per illum tex. potest minor ann. 20. libertati serui, cuius fructuarius est, & consentire, licet tamen ipse manumittere non posset, quærit in casu statuti requirentis, cōsensum consanguin

- fanguineorum propinquorum in contractu mulieris, an possit proximior consanguineus minor consentire. Et primū dicit videri, quod sic, per illum tex. & alia, quæ ipse allegat. Et ita dicit consuluisse Fran. Pis. & alium quendā Docto. Postea dicit in contrarium videri, quia ideò consensus propinquorum requiritur, vt illorum consilium suppleat contrahentis defectum. Idem quia paria sunt, non esse, & inhabilem esse. l. quoties. ff. qui satisd. cog. & propter ea huiusmodi statutū debet intelligi de habilibus, & idoneis ad supplendum suo ipsorum consilio contrahentis defectum: vt etiam in simili voluit Barr. in l. si tertius. ad fi. ff. de aqua pluui. arc. Tandem distinguit Bene. Plum. Nam aut statutum requirit consilium: & tunc non includitur minor, quia debet tale statutum restringi ad idoneos. l. vt gradatim. §. & si lege. ff. de mu. & hono. & no. in l. j. C. de sacro. eccl. & proinde ad habentes consilium & animo & ætate, per l. vlt. ad fin. ff. qui pet. tut. & ideò minor carens consilio, non includitur. l. j. ff. de minor. & l. si minor. ff. de ser. expor. & l. vlt. ff. de manu. vindi. Aut statutum requirit consensum: & tunc quoque distinguendū est. Nam aut ex tenore statuti apparet requiri consensum, propter defectum iurium contrahentis, in præiudiciū consentientis: pura in statuta, quod consors non potest alienare partem suam sine consensu consortis, aliàs possit eam reuocare: & tunc persona minoris includitur, per tex. vt ipse dicit no. in c. constitutus, extra de in integ. resti. Aut propter defectū personæ contrahentis, requiritur consensus alterius ad eam habitandam: vt in casu per eum proposito, videlicet in statuto requirente consensum propinquorū: & tunc nō includitur minor: quia statutū de consensu minoris non videtur cogitasse: quia debet intelligi de pleno consensu, nō defectiuo, vt ipse loquitur. l. cum filio. ff. de leg. iij. & l. quanquam. ff. de rit. nupt. non potest autem minor supplere defectum alterius. l. vlt. C. de legi. tut. Nam qui in se deficit, non potest alienum supplere defectum. l. filium habeo. ff. ad Macedo. Alioquin si cæcus cæcum ducat, ambo in foueam cadunt. c. quæ ipsi. xxxviij. dist. Et de hoc videtur casus expressus in l. spurij. §. j. ff. de Decur. iuncta l. pupillus. §. decuriones. ff. de verb. oblig. Hęc fermè Bened. Plum.
- 44 **S**ed Paul. Cast. in d. l. si cum dotem. §. si patri. col. j. ff. sol. mar. ita de hoc loquitur, vt velle videatur non requiri consensum minoris: posseq; mulierem, si nullos habeat consanguineos maiores, liberè & sine solennitate statuti contrahere, & ad hoc allegat Bald. in l. j. col. vlti. C. qui admit. vbi hoc non dicit, sed illud, videlicet primū videri huiusmodi statutum etiam intelligi de pupillo consanguineo: quia suffragio tutorum poterit interesse. l. diem proferre. §. coram. ff. de arbit. Postea dicit contrarium videri, quod debeant consanguinei esse legitimæ ætatis, arg. d. l. vlt. C. de legi. tut. vel quod saltem sint adulti. Nam cum eorum præsentia requiritur, redacti sint instar testium: ergo impuberes repelluntur propter lubricum consilium. l. iij. §. lege Iulia. ff. de testib.
- 45 **E**t hoc videtur sequi Rom. in l. si quis mihi bona. §. pater filio. ff. de acquir. hære. cum dicit huiusmodi statutum requirēs consensum consanguineorum, intelligi, si sunt consanguinei habiles, per not. per Bald. in d. l. j. in fin. C. qui admit. & post Ro. ipsum Corn. consi. ccxlj. de duobus quæritur, col. iij. versic. & huiusmodi statuta, lib. 2. & consi. xlij. circa quæsitum, col. ij. versic. sed si non habuisset, lib. 4. & Ioan. Bapt. in repet. l. omnes populi. char. lx. in paruis, versic. xxix. ff. de iustit. & iure. Et idem sanè videtur voluisse Angel. consi. cccxxxij. statuto Tudertino, vt videlicet si consanguineus sit minor 14. annis, non possit huiusmodi consensum præstare.
- 46 **S**ed & Bald. ipse in l. de pupillo. in princ. quem sequitur Iason ibi, col. j. ff. de ope. nou. nunti. dicit & hoc casu pupillū consanguineum non posse interuenire cum autoritate tutoris, tum per illum textum, tum etiam quia autoritas præstaretur ad id, quod non est in patrimonio, & administratio ne personæ, nec bonorum pupilli, videlicet ad consensum alteri præstandum: ergo nihil autoritas facere potest, per l. vlt. ff. de cura. furi. & l. seruus furiosus. ff. de ma. & nor. Bar. in d. l. de pupillo. quod Bald. ibi reputat bene notandum. Et sequitur etiam Franc. Aret. in l. cum hæres. col. j. ff. de acqui. hæred. Et idem videtur voluisse Angel. in l. j. §. & quidem. ff. quod cuiusque vniuer. dum dicit per illum tex. quod in casu huius statuti, si mulier non habeat consanguineum nisi vnum pupillum, poterit liberè contrahere, eo non requisito, aut consentiente.
- 47 **A**t idem Bald. in d. l. in coniunctione. in fin. omnino. C. de nupt. sentit & hoc casu posse pupillū consentire cum tutoris autoritate. Nam loquens de huiusmodi statuto, post ea, quæ supra in prin. huius quæst. ex eo retulimus, Quid (inquit) si consanguinei sunt pupilli: videtur quod eorum consensus non valeat sine autoritate tutoris, quia nec dicuntur præsentes, per d. l. diem proferre. §. sed coram. & arg. l. j. in fin. C. de fal. mo. Hęc ille, quem sequitur etiam Petr. Anch. in repet. d. cap. i. de constit. quo loco supra in princ. citauimus, vbi & ad hoc alleg. not. in simili, in cap. ex eod. de elec. lib. 6. Verū Fran. Aret. in l. quamuis, in princ. ff. de acqui. poss. ita Bald. vbi supra, allegat, tanquam si dixisset simpliciter, consanguineos pupillos nō compræhendi in statuto requirente consensum consanguineorum in contractibus mulierum.
- 48 **A**dde his, quæ ex aliis diximus, & id quoque posse dici, quod autoritas mariti aut requiritur ad integrandam (vt loquimur) personam vxoris: aut ob id, quod in eo vertitur cōmodum, vel incommodū mariti administratoris bonorū vxoris, & quorū fructus facit suos, ex consuetudine propè generali Franciæ, de quo nos disputauimus supra in gl. vj. in verbo, *consentement*, in vlt. q. Si igitur primū, quomodo poterit autoritatē alteri præstare, qui ipse autoritate indiget. d. l. vlt. C. de legi. tute. & facit l. filij. ff. ad S. C. Maced. vbi filij cōsensus in mutuo facto nepoti, nō tollit S. C. cum & ipse in ea causa sit, vt mutuam pecuniam inuito patre accipere non possit, & ibi concor. in glof.

Si secundum certum etiam est, maritum minorem non posse sine decreto in rebus immobilibus contrahere, per totum titu. C. de præd. mi. & ff. de reb. cor. Ex quibus, iunctis iis, quæ diximus in præced. q. & quæ item dicemus in seq. q. facile poteris colligere quid in hac quæst. sit dicendum.

49 Si uxor sit minor, an sufficiet autoritas uiri maioris.

¶ SEXTO QVÆRO, Quid è diuerso si mulier sit minor 25. annorum nunquid venditio, quam facit de re immobili, cum consensu mariti maioris 25. annis sine decreto iudicis valeat? Breuiter dic, quod non. Neque enim solennitatem statuti interuenisse, nisi & ea, quæ à iure communi statuta est, intercedat, à quo quidem iure communi debet statutum suppleri, argu. l. iij. §. si quis condemnatus. versic. sed si quidem. ff. de re iudic. nam hoc statutum non est conditum ad tollendam iuris cõmunis solennitatem, sed ad ipsam augendam, cum aliquid præter illud requiratur. Ideò non debet operari contrarium effectum. l. cum tale. §. falsam. ff. de condi. & demonst. Et ita in simili casu, videlicet in statuto requirente consensum duorum propinquorum in contractibus minorum, consuluit Paulus Castren. consi. cvj. incipiendo à secundo, colum. j. lib. 2.

50 An mulier cõlebs possit liberè contrahere.

¶ SEPTIMO QVÆRO, Si statutum dicat simpliciter, quod mulier non possit cõtrahere sine consensu mariti, nulla distinctione facta, an sit maritata, necne, quid dicendum de muliere nõ maritata? Nam si de nupta, siue maritata nuncupatim loquitur (vt facit nostra consuetudo) haud dubiè non obtinebit in non nupta, vt expressè voluit Ang. cons. cccxvii. dictus punctus est dubius, in prin. Igitur cum de muliere simpliciter loquitur, videtur quod nullo modo possit contrahere, vt quæ non habet maritum, qui consentiat. nec statutum distinguit, sed generaliter loquitur: ergo generaliter est intelligendũ, per l. in fraudem. §. vlti. ff. de mil. test. & l. j. §. generaliter. ff. de leg. præst. & ibi concor. in gl. Et hanc sententiã fulcit, quod olim legibus & Græcorum & Romanorũ mulieres omnes sub tutela erãt, vel parentũ, vel fratrum, vel virorum, vel aliorũ, vt patet ex his quæ diximus supra in prima lege connub. nu. 72. incip. quod ex veterum, & iterum in prin. huius glos.

51 De eadem re.

¶ TU tamen dic contrariũ. Nam cum maritũ non habeat, nec proindè possit seruari statutũ, seruari debet ius cõmune, sicut in statuto requirente consiliũ proximorũ, in contractibus mulierum vel minorũ, vt scilicet si nõ habeant proximos, possint liberè contrahere, vt voluerunt Bal. Ang. Rap. & Alex. in l. turpia. §. si Titia. ff. de leg. j. Bal. in l. j. post prin. & ibi Saly. Ro. col. pe. versic. vltèrius circa. Corn. & alij recentiores. C. vnde vir & vxor. Idem Bal. in l. cum hæres, per illum tex. ff. de acq. hære. Raph. Co. in l. iij. §. tories. per illum tex. ff. de dam. infect. Ro. in d. l. si quis mihi bona. §. pater filio. ff. de acq. hære. & consi. 36. visa disceptatione. Pau. Cast. consi. cxxiiij. in causa quæ vertitur in ij. dubio, lib. i. vbi plus dicit, quod qui impugnat contractũ factũ à minore sine consensu duorũ consanguineorũ, qui ex statuto requirebatur, non solum debet probare illum fuisse minorẽ, sed & tempore cõtractus habuisse consanguineos: & Corn. consi. cxxlj. de duobus, col. iij. versic. & huiusmodi statuto, l. 2. & consi. 131. in hac cõsultatione, col. ij. versic. solum autẽ vertitur, lib. 4. & d. consi. cxxlij. col. ij. eo. lib. 4. Barb. consi. xx. bene etenim, col. iij. versic. præterea est etiam, lib. 3. & consi. lxj. à Ioue, col. antepen. eo. lib. 3. & consi. 72. magnanimus, col. ij. lib. 4. & in tract. de præst. Card. in j. q. j. partis, col. vij. versic. statuto cauetur, sub. nu. 3. & in Cle. vlt. versic. pen. in glo. in verbo, statuimus, de referi. Alex. cons. ccvj. ponderatis verbis testamẽti, col. vlt. lib. 6. Alci. in l. transactionem. C. transact.

52 De eadem re.

¶ Et propterea etiam subdit ipse Bald. in d. l. j. C. vnde vir & vxor, ad ea quæ supra ex eo diximus, quod si vnus solum minoris consanguineus est, satis est illius consensus, licet statutum plurium requiratur. Quod & sequuntur Paul. Cast. Alex. & recentiores ibi. & idem Pau. Cast. in l. si cum do tem. §. si patri. ff. solut. matri. & in l. si tertius. §. j. ff. de aqua plu. arc. & Felin. in c. proposuisti. in 3. limitatione 2. conclusionis, extrã de proba. & in c. quoties. in ij. not. de test. Iason in l. Stichum qui meus erit. col. vlti. versic. tertio adde. ff. de lega. j.

53 De eadem re.

¶ Et simile voluit idem Bal. in d. l. in coniunctione. C. de nup. quod si statutũ requiratur consensum matris, & duorum propinquorum, matre mortua sufficit consensus duorum propinquorũ. Debet enim intelligi statutum requirens consensum matris, si mater viuat. Et si statutum requiratur consensum duorum consanguineorum ex parte patris, si quos habeat, alioquin ex parte matris, & sit vnus tantum ex parte patris, & vnus etiã tantum ex parte matris, sufficit illorum consensum adhibere. Et vtrunq; sequitur Pet. Anc. in rep. d. c. i. in xiiij. q. versic. circa hoc in simili quærit, & versic. seq. de consti. Et prius etiã sequitur Io. Bapt. in repe. l. omnes populi. char. lx. in paruis. versic. xxviiij. ff. de iusti. & iure. Et posterius etiam voluit Bart. consi. x. viso statuto cõmunis, & ibi Ber. Land. in addi. & idem Bar. in d. l. Stichũ qui meus erit. col. vlt. versic. secundo facit. ff. de leg. j. Quem sequuntur Bal. ipse Ang. Fran. Aret. Alex. Iaf. & omnes ibi. & Pano. in d. c. quoties. in iij. not. & ibi Franc. Aret. etiam iij. no. & Fel. in ij. not. de testi. & Ale. cons. cix. super prima consultatione, col. iij. lib. 7.

54 De eadem re.

¶ Priori autem, quod de matre mortua dicit Bald. simile est, quod post Vber. Bob. scribit Alberic. Rosa. in ij. parte statutorum, quæst. cxix. quid si statuto, quod stante statuto, quod filij non ludant sine licentia patris, poterunt patre mortuo ludere, allegat l. iij. ff. loca. & cap. si gratiose. de rescript. lib. 6. & vtrouque notata.

55 Pupillus cõrẽs tutore & iudice an possit nũtiare nouum opus.

¶ Accedit & supra dictis, quod voluit glos. notab. in l. de pupillo. in prin. in verbo, rata habebitur. ff. de oper. nũt. quod pupillus carens tutore & iudice, potest solus nuntiare nouum opus, arg. l. bonorum. C. qui admitt. Ex qua glo. dicit Rõ. ibi ampliari. d. l. bonorum. & l. si infanti. in fi. C. de iure delib. quibus cauetur posse pupillum non habentem tutorem cum iudice, sine autoritate tutoris agnoscere bonorum possessionem, & adire hereditatem: vt videlicet si pupillus careat tutore &

tore & etiam iudice, possit solus sine tutore & iudice id facere: & ad hoc dicit illam glossam esse singu. & à se solo ponderatam. Verum Bart. & omnes ibi illam glos. reprehendunt, & inter ceteros Alex. & Iaf. illud etiam Rom. dictum reprehendunt. & rursus idem Alexan. in d. l. bonorum. colum. ij. in versic. ij. limit. Faciunt & ad hanc quæstionem, quæ diximus supra, in præced. quæst. Nam si hoc casu potest mulier contrahere nõ obseruata solennitate statuti: si maritus sit absens, furiosus, & bannitus, multò magis quando non habet maritum.

Et an hereditatem adire.

¶ OCTAVO QVÆRO, Si vxor sine consensu mariti fecerit contractum sibi vtilem, & commodum, an valeat huiusmodi contractus, necne? Primum videtur non valere, per id, quod in simili voluerunt Iac. Bu. Albe. Bart. Ang. Fulg. Pau. Cast. Iaf. & penè omnes in l. cum hi. §. eam trans actionem. ff. de transact. quod si ecclesia, vel minor fecerit alienationem sibi vtilem, nõ seruata iuris solennitate, non valebit huiusmodi alienatio. Quod & voluit Bal. in c. i. extrã, eo. tit. & in l. pupillorum. in fin. prin. ff. de reb. cor. & in l. vlt. §. necessitate. col. v. versic. & ideò dicit. C. de bon. quæ lib. & consi. cccclxxv. quidam I. abbas, col. ij. lib. i. & Soci. id tamen dicens procedere in contractuum immobilium, consi. lxxx. præfens consultatione, col. ij. versic. ad hanc obiectionem, lib. 4. & Alci. lib. i. de verb. signifi. char. iij. & Fran. Rip. in l. i. cui bonis. col. xj. nu. 47. ff. de verb. oblig.

Quid si uxor fecerit contra sibi vtilem sine consensu uiri. Eccles. vel minoris alienatio sibi utilis, an valeat sine solennitate.

¶ Pro quibus aperte faciunt iij. aut iij. tex. quos tamen ibi non allegant, videlicet in c. sine. xij. q. ij. & in c. tua nuper. extrã de his, quæ fiunt à præla in illis verbis vtrouque positus, nisi fortè aliquid faciat, vt meliora prospiciat, & totius cleri tractatu atque cõsensu, & c. Ex quibus verbis clarè colligitur, non satis esse alienationem esse vtilem ecclesiæ, nisi & solennitas interueniat. Et ita illum tex. in d. c. tua. ponderat Pano. ibi & Barb. in d. l. i. cui bonis. col. vij. in prin. ff. de verbor. obligat. & consi. xlj. immortalem, col. ij. lib. 4. Et præterea tex. in c. i. ibi, præsertim cum euident, & c. de reb. eccles. non alien. vbi decernitur non valere quandam alienationem rei ecclesiæ factam sine solennitate, præsertim cum euident necessitas, vel utilitas non subesset. Ex quo clarè intelligitur, etiam non valere, si adsit utilitas, quia dictio, præsertim, est implicatiua. l. si sine. §. vlti. in tex. & glo. ff. rem rat. haber. Et ita etiam illum tex. ponderat Fran. Aret. in l. mutum. ff. de acqui. hære. Et tex. in Cle. j. cod. tit. de reb. eccle. non alie. vbi expressè dicitur, quod ad hoc, vt res ecclesiastica possit alienari, debet hoc necessitas, aut utilitas ecclesiæ exposcere, & nihilominus assensus cõuentus, aut si non sit conuentus, Prælati accedere, & ibi glos. in verbo, nihilominus.

De eadem re.

¶ Et ita quoque huius sententiæ fuit glos. in summa, xij. q. ij. Ioan. Regius inter consi. Feder. Senen. consi. cxlij. domino Ioan. Panor. & alij in cap. 2. de in integr. restit. idem Panor. in c. cum causa. col. vlti. de re iudic. & in c. nulli. col. ij. versic. & concludo, extrã de reb. eccle. non alie. & Barb. consi. xij. difficile, col. penult. versic. præterea est etiam, lib. 3. vbi & alios multos citat, vt ibi videbis. De quo etiam per recentiores, in c. quæ in ecclesiarum, de constir. Domi. & alios, in cap. 2. de reb. eccle. non alien. lib. 6. Fab. à Monte S. Sabin. in tracta. empti. & vend. in v. quæst. princ. col. pen. versic. & quod requiritur. & Felin. in c. causam. le j. col. pen. de iudic. & Philip. Deci. consi. cxlij. cuius superscriptio incipit, an & quado, col. ij. versic. est ergo videndum, & consi. cclxxxij. viso puncto, col. iij. versic. nam secundum communem, vbi & alios adfert.

De eadem re.

¶ Nec dissimile est, quod pupillus sine autoritate tutoris non potest adire hereditatem, etiam locupletem, & sibi magno commodo futuram, vt voluerunt Cy. Bald. & Saly. in l. quod fauore. C. de legib. Bal. in l. potuit. & ibi Iaf. col. pen. & alij. C. de iure delib. Bald. Ang. Saly. & Roma. in l. mutum. ff. de acqui. hære. & Doct. in §. neque. Instit. de autor. tutor. vbi etiam est bonus tex. vt quoque est in l. obligari. §. pupillus. ff. eo. tit. Imò verò nec opulentam adire potest, vt tenuit Iason, in l. si quis mihi bona. §. si seruus. col. ij. ff. de acqui. hære. & in l. more. col. ij. versic. quinto not. ff. eo. tit. & in l. pupillus, in prin. per tex. ibi, eodem quoque tit. & in d. l. potuit. Quid autem interfit inter hereditatem locupletem, & opulentam declarant glos. Bald. Ang. Imo. Raph. Co. Paul. Cast. & alij in d. §. si seruus. & Angel. consi. cccxvij. statutum quod mulier, circa medium, vbi eam glos. dicit sing. Super quo vide, quæ dicemus infra, num. 77. nec longè abest, & seq.

Pupillus an solus possit adire hereditatẽ locupletẽ, aut etiam opulentam.

¶ Quibus etiam accedit tex. in c. monachi. xvj. q. j. vbi prohibetur, ne monachus sit forensis cuiuspiã negotij susceptor, vel executor, nisi id monasterij exposcat utilitas, Abbate sibi nihilominus imperante. Ex quibus verbis satis constat, non satis esse illic versari utilitatẽ monasterij, nisi Abbas consentiat. Ideò & ex eo not. glo. ibi, in verbo, utilitas, quod licet aliquid sit bonum & vtile, non est tamen agendum, nisi ex modo, quo fieri debet, & adfert concord. quæ illic omnibus sunt obuia. Et in glo. seq. dicit, quod si monachus iniussu Prælati egerit pro ecclesia, & obtinuerit, non valet quod actũ est: quã gl. pro notabili citat, & sequitur Fran. Aret. in c. causam quæ, col. iij. de iud.

De iisdem rebus. Bonum & utile fieri non debet, nisi eo modo quo debet.

¶ Quin in statuto, quod mulier non possit agere, petere, requirere etiam, nisi de consilio duorum propinquorum, dicit Bald. consi. cccxvij. primum dubium est, in fin. lib. 2. quod mulier si egerit sine consilio propinquorum, & obtinuit, non valet quod gestum est, quia videtur deficere forma, quæ dat esse rei: & quia inhabilis & nullus æquiparantur. l. j. §. pen. ff. quod cuiusque vniuer. Et ad hoc quoque dicit facere text. in l. cum hi. §. si Prætor. ff. de transact. cum sim. Id tamen non omnino asserit Bald. sed veluti in medio relinquit.

De iisdem rebus.

¶ Nec id quidem abs re: nam contrarium videtur ex text. in d. l. cum hi. §. eam transactionem. ff. de transac. vbi licet non possit alimentarius transigere super alimentis sine autoritate Prætoris: valet tamẽ transactio, ex qua facta est eius cõditio melior sine autoritate ipsius Prætoris. Ex quo no. gl.

De iisdem rebus. Contra superiora.

ibi,quodd si ecclesia,vel minor alienat in causam nō cōcessam,tenet alienatio,si id fecerit vtiliter, & ex re sua. Quam glo.licet plerique omnes ibi reprehendant,vt suprā diximus,non tamen sola fuit in ea opinione. Quandoquidem idem voluit Iaco.Aret.in l.magis puto.§.si xs.ff.de reb.eor. Dy.in d.l.si fundus sit sterilis.prout eum refert & sequitur.Bal.ubi,eod.tit.Idem Bald.in d.§.eam transactionem.in vtraque lect.& in l.contra iuris.in prin.per illum tex.ff.de pactis,& in l.ita con stante.ff.de iure doti.& in l.quæcunque.post prin.C.de bonis,quæ libe.Albe.in auth.hoc ius,col. vlti.C.de sacros.eccle.Io.Fab.in §.& ne huius.Instit.de eo cui liber.caus.Cardi.Flor. in Clem.j.in princ.de reb.eccle.non alien.Cepol.in l.vlt.col.xij.verfi.extrā glos.quæro.C.de vsucap.pro empr. & consi.causarum civilium 14.casus talis est,quidam dominus,col.ij.verfi.secundò etiam proba tur.Barb.sibi contrarius(vt aliàs sepe) in rubr.de reb.ecclef.noa alien.col.ij.verfi.tertiò limita.& consi.xxxv.fapienter,col.pen.verfi.modò in proposito,lib.2.& consi.v.bene etenim,col.v.verfi. secundò facit,quia in ista,lib.3.& consi.xxxix.cui simile est initium,col.vij.verfi.præterea tollitur, eod.lib.3.& con.lxj.à Ioue principium,col.ij.eod. quoque lib.3.& consi.lxxxvj. illud referam,col. iij.verfi.præterea facit,eo.lib.3.& consi.xc.cuius idem est caput,col.ij.verfi.circa tertiam dubita tionem,eod.lib.3.Iason sibi contrarius,consil.ccxix.egregius vir,col.ij.verfi.nec obst.illud,lib.2. vbi dicit illam glos.not.Philip.Dec.sibi quoque contrarius,in d.c.quæ in ecclesiarum,col.ij.verfi. addatis tamen,extrā de constit.& consi.cxxij.placet mihi,col.ij.verficu.quartò etiam dici potest. Maria.Socin.iunior,consi.xxvij.quia difficultas,col.pen.verfi.secundò facit,sub nu.10.lib.2.

63 De eadem re.

¶ Et optimè probatur hæc sententia per text.in d.§.eam transactionem, cui soli omnium Ang.& Pau.Cast.nixi sunt respōdere, sed Angel. ad eò malè, vt & Fulg. qui est eiusdem factionis, dixerit, quòd loquitur inter dentes. Paul. autem nihil aliud pro respōsione tradidit, quàm quòd illud ideò obtinet in eo casu, quia text. ibi vltiùs procedit, hoc exprimendo. Quæ quidem respōsio, satis leuis est, quia is text. non vltiùs procedit per viam extensionis, sed vt videre licet, per viam de clarationis, à cessante ratione. Propterea Iason, qui etiam illorum partes sequutus est, reliquit cogitandum de solutione, quam ipse reperire nō potuit, nec etiam commodè reperire possem, quia text. est apertus, nisi dicas eum procedere in forma, siue solennitate, priuato tantùm fauore intro ducta: secus si publica, vt in alienationibus rerum ecclesiæ, & minorum, quæ sententia fuit Alciat. lib.1. de verb. signifi. & ante eum Ioan. Fab. in d. §. & ne huius. Instit. de eo cui liber. cau.

64 De iisdem rebus. Solennitas factum utilem contrahenti.

¶ Et quòd id procedat etiam generaliter, comprobatur nō leui ratione, quam adducit Decius, vbi suprā, quia solennitas requisita in alienationibus rerum ecclesiæ, & minoris, eorum fauore requiritur: & vbi adhibetur, præsumitur, quòd sit in vtilitatem eorum, vt no. dicit Bald. in c.1. col. ij. verfi. quæritur Iacobus, tit. qui feud. dar. pos. & in c. sicut. in fin. de re iudic. & Alexand. consi. lxxxix. circa primum, de quo quæritur, col. v. verfi. fortificatur, quia ibi interuenit, lib.1. & ipse Deci. consil. 532. pro vera resolutione, col. ij. verficu. & in dubio. Si ergo constat de vtilitate ecclesiæ, sumus in casu claro, nec est opus coniecturis. l. continuus. §. cum ita. ff. de verbo. oblig. Et ideò in foro conscientie, vbi veritas attenditur, valet contractus, licet solennitas non interuenierit, vt not. Panor. in c.1. in glo. vlt. extrā de in integr. restit. cum concord. an. à me adductis suprā eo. §. in glo. iij. in verbo, ne pent. num. 21. incip. contrā videtur, & multis seq.

65 Minor potest contrahere ad suum commodum.

¶ Et quicquid sit in ecclesia, certè in minore perspicuū est, quòd potest contrahere ad suum com modum & vtilitatem, per tex. in l. neque. C. de contra. & commit. stip. & voluit Bal. allegans nor. in d. §. eam transactionem. consil. lxxij. super quo petitur, lib. 4. & Rom. consi. infra allegandis, num. 76. nam & huc spectat Panor. consi. xxij. quanquam, col. ij. verficu. non ob vltimum, lib. 1. & Alex. consi. lix. viso processu, col. ij. verfi. secundò potest responderi, lib. 2. & Barb. omnibus fermè locis, etiam infra seq. numero citandis. quòd procedit non solum in adulto, sed & in pupillo, per tex. in d. l. contra iuris. in prin. ff. de pact. & in l. j. C. de auto. præstan. & in §. j. Instit. de autor. tuto.

Quid de pu pilla.

66 Pupillus obligare se potest ad suum commodum.

¶ Et id quidem vsque adeò, vt pupillus etiam se obligare possit, si ipsi commodum sit, & vtile, per tex. in l. si pupilli. in prin. ff. de nego. gest. & in l. pupillus. §. j. ff. de autor. tuto. & in l. j. ff. de vsucap. pro empr. vt iam mirari definamus glos. in l. ij. ff. de accu. hoc postremum voluisse, quam Ange. & Imo. ibi annotant, & omnes vbique allegant, extollunt, commendant, imò & plerique singularem faciunt, præsertim Barb. in l. ij. col. xij. ff. de verb. oblig. & in Procem. Cle. col. iij. in ij. lectu. & consil. xxxij. præclare optimus, col. xij. verfi. nec obstat, cum dicitur, lib. 2. & dicto consil. xxxv. col. pen. eod. lib. 2. & consi. v. bene etenim cuncta geruntur. col. v. lib. 3. & consil. xxxix. col. vij. eo. lib. 3. & d. consi. lxxxvj. col. iij. eo. lib. 3. & d. consi. xcj. col. iij. eod. quoque lib. 3. & consi. xli. immortalem, col. ij. lib. 4. Quin in multis locis non solum sing. dicit, sed valde singu. Qua in re subit recordatio Ca tonis Sacci, viri inter Iuris interpretes celeberrimi, qui in Præfatione cuiusdam sui opusculi scri bit eum, qui dicit glos. aliquam aut text. singu. exuperare debere memoriam Mithridatis, aut The mistoclis, sicuti etiam refert Ias. in §. actionum. col. xj. Instit. de actio.

67 Et quibus est interdicta bonorum admini.

¶ Sed vt reuertamur ad institutum, id quidem generale est & perpetuum in omnibus, quibus in terdicta est bonorum suorum administratio, vt possint liberè, & sine solennitate suam conditio nem maiorem efficere per tex. in l. is cui bonis. & ibi latè Rom. Barb. & Ias. ff. de verbo. oblig. & in l. cui bonis. ff. de nouatio. & quod voluit Bald. in repe. l. j. col. ix. in xij. q. C. de sacros. ecclef.

68 Minor potest

¶ Et quoniam etiā in iudiciis cōtrahimus, l. iij. §. idem scribit. ff. de pecul. propterea similiter quamuis aliàs illegitimum, irritumq. sit iudicium à minore assumptum sine tutoris aut curatoris au toritate:

ritate: tamen si cesserit ad cōmodum ipsius minoris, valet per text. in l. non eo minùs, & ibi omnes Doct. C. de procu. Collec. & Aegid. Bellame. in c. accedès, de procur. & Archid. in c. si annum. de iudic. lib. 6. Nec id solum in minore adulto, sed etiam pupillo, vt voluit glo. in l. neque tutores. C. eo. tit. quam ponderant Bal. qui eam dicit notandā, Salyc. & nouissimè Ias. in d. l. non eò minùs. & Angel. Aret. in l. furioso. ff. de re iudic. & in §. neque. col. pen. Instit. de autor. tutor. In quibus locis etiam dicit ipse Ang. quòd habet locū in infante, quicquid dixerit Raphaël in d. l. furioso. De quo tamen dubito propter ea quæ dicam infra, nu. 83. eiusdè notæ. Nec solum quoq. procedit, quando minor ipse litigauit per procuratorem, quem cōstituit sine tutoris aut curatoris autoritate, in quo casu loquitur d. l. non eo minus. sed etiam si ipsemet sine tutoris aut curatoris autoritate litigauit, vt voluit glo. in l. i. C. qui legi. person. quam ponderat, & sequitur Panor. in c. causam quæ veritur, ad fin. extrā de iudic. vt & Alexād. consi. 59. viso processu, colum. 2. verfic. secundò potest respon deri, libro 2.

obtinere sen tentiam sine auto. tutoris. Et pupillus.

Et infans.

69 ¶ Quibus germanum est, quòd licet tutor, antequam satisfecerit rem pupilli saluam fore, non possit administrare, nec gerere tutelam, neque in iudicio, neque extra iudicium. l. neque. ff. de reb. eor. & in l. in dubium. & l. vlti. C. de tutor. vel curator. qui nond. satisfd. tamen si iudicio expertus, sententiā pro pupillo reportarit, valet quod ab eo gestum est, vt voluit glossa in l. tutor. in verbo, non potuit, & in glossa sequente. C. in qui. cau. in integ. restit. non est neceff. quam sequuntur, & commendant Bar. Bald. & alij ibi. & Panor. in d. c. causam. col. penult. verfi. vltimò quæro, extrā de iudi. vbi illam glo. dicit not.

Tutor qui nō dum satisfde dit, potest ob tinere senten tiam pro mi nore.

70 ¶ Et simile est, quòd licet conuentus, vel collegium ecclesiasticū (nam & ecclesia & minor à pari iudicatur. c. 1. de in inte. restit.) non possit etiā litigare sine autoritate Prælati, per textū expressum in d. c. causam, de iudic. si tamen cōmodum, & vtilitatē ex lite reportet, quia sententia pro eo lara est, valet, vt per d. l. non eo minùs, voluerunt post antiquiores Ioan. And. Collec. Imo. Card. Flor. Pan. qui hoc multis iuribus & rationibus cōprobat. Fel. & nouissimè Philip. Deci. in d. c. causam. de iudic. Lap. & Domi. in c. 1. post principium, de pact. lib. 6. Imol. in l. quæsitum, in gloss. 1. ff. de re iudi. & Iason in d. l. non eo minùs, quicquid dixerint Ant. Fran. Aret. & Barb. in d. c. causam. quo rum rationes abundè refellunt Panor. & Dec. ad quos studiosos relego.

Ecclesi. si liti gauerit ex ob tinuerit, sine autor. præla ti, valet sen tentia.

71 ¶ Sed & finitimum est, quòd licet causa fiscalis debeat agitari præsentē aduocato fisci, aliàs sen tentia lata, videlicet absente aduocato fisci, nulla est per textum in l. non intelligitur. §. diuus. & l. si fiscus. ff. de iure fisci: tamen si res bene successerit, & ad vtilitatem fisci, quia sententia fuit lara pro eo, valet, non obstante absentia aduocati: vt voluit glos. in d. §. diuus. ar. d. l. non eo minùs. & Ioan. And. in c. 1. & ibi Panor. col. 3. extrā vt lit. non contest.

Sententia la ta pro fisco, absente aduo cato fisci, va let.

72 ¶ Quibus & hoc accedit, quod latè consuluit Barb. d. consi. 86. illud referam. col. 4. verfic. præterea faciat, lib. 3. quòd licet filius non possit agere in iudicio sine consensu patris. per not. plenè, in l. vlt. §. necessitate. C. de bo. quæ liber. si tamen egit, & quidem vtiliter, valet per multa similia, quæ illic adducit. Et idem quoque respondet Alexand. consi. 59. viso processu, colum. 2. verfi. secundò potest responderi, lib. 2.

Filius si agit vtiliter sine autori. pa tris, valet.

73 ¶ Confirmantur suprā dicta per text. not. in l. vlt. ff. de iure dotium. vbi licet aliàs non possit vxor etiam consentiente marito dotem alienare, nec contrā maritus cōsentiente vxore: potest tamen, vbi res cedit ad vtilitatem mulieris: & illum text. generaliter intelligunt gloss. & Bart. ibi. Et eum quidem reputat sing. Bal. in l. si æstimatis. ff. solut. mari. Et idem quoque voluit Bal. Nouellus, in Tractatu dotium, in 7. parte princi. priuile. 1. in 2. & 3. fallent. retentionis lib. 1. ff. solu. matr. Maria. Socin. iunior consi. 28. quia difficultas, col. pen. verfi. & hoc fundamentū. sub num. 9. lib. 2. vbi & ad hoc allegat l. ita constante. ff. de iure dot. & l. mutus. §. manente. eod. tit. & l. quamuis. ff. solu. matr.

Dos vtiliter alienari pot est.

74 ¶ Huc etiam vergit, quod pulchrè voluit glossa, in d. l. quæcunque. in prin. in parua glossa, in verbo interdicto. C. de bon. quæ liber. quòd licet pater non possit alienare aduentitia delata filio, vt ibi cauetur: potest tamen pro filij vtilitate. Sequitur Bald. ibi, qui illam dicit mirabilem, & perpetuò menti tenendam. & Franc. Aretin. in l. murum. ad fi. ff. de acquir. hered. vbi illam dicit notabilem. & Barb. in l. is cui bonis. col. 6. ff. de verb. oblig. vbi & illam dicit sing. & ibi etiam Ias. col. 2. qui di cit notabilem, & bene norandam: & idem Barb. in dicto procemio Clem. vbi dicit solennem, & d. consi. 35. col. pen. lib. 2. vbi illam quoque dicit singu. & d. consi. 5. col. 6. lib. 3. & dicto consi. 39. col. 8. eod. lib. 3. quibus locis illam dicit valde notabilem. & d. consi. 86. col. 4. eod. lib. 3. & Ias. in l. Barba rius, col. 4. verfi. limita tamen conclusionem. ff. de offi. Præto. in d. l. non eò minùs. vbi illam dicit not. & in d. l. contra. ff. de pact. vbi & illam dicit not. & in l. is cui bonis. col. 1. ff. de verb. oblig. vbi etiam id dicit not. & d. consi. 229. col. 3. lib. 2. vbi id item dicit not.


Pater potest bona aduenti tia filij pro eius vtilitate alienare.

75 ¶ His quoque ad stipulatur, quod pulchrè consuluit Pau. Ca. consi. 119. videtur dicendū, in secūdo dubio, lib. 2. Quòd si statutum disponat, ne possit mulier alienare sine consensu duorum proximo rum: & ideò nō possit etiam in iudicio rem deducere, per tex. in l. ait Prætor. §. quid sit autem. ff. de iure delib. vbi absurdum est ei, cui alienatio interdictur, permitti actiones exerceri. & plenè diximus suprā glossa §. in verbo, contracter, in 21. q. Tamen si egerit vxor sine huiusmodi solenni tate statuti, & sententiam ad suum cōmodum reportauerit, valet sententia per text. in d. l. non eò minus. Qui quidem casus ad nostrum proximè accedit, vt & proximis seq. verfi.

Mulier sta tuto prohibi ta agere, si a git & obtia neat, valet sententia.

76 ¶ Nam & huc spectat, quod voluit Bald. in d. l. neque. per illum text. C. de contrah. & cōmit. stipul.

Idè si prohibi



bita sit cōtra-
bere, & con-
trahat ad
suam utilita-
tem.

quod statutum, ne possit minor, aut mulier contrahere sine consensu duorum proximorū, intel-
ligitur de cōtractibus damnosis, non de vtilibus, & fauorabilibus: quod dicit esse menti tenendum.
& idem etiam voluit idem Bal. in l. i. in princ. ff. de cont. iudi. tut. & Ang. qui & loquitur in statuto
requirente consensum Mundualdi, in d. l. 2. & ibi post eum Imo. ff. de accept. quod dicit ipse Ang.
etiam esse menti tenendū, & se ita consuluisse Florentiæ. & Pau. Cast. consi. 160. ad primum quæ-
situm, col. 1. vers. nec etiam in casu nostro, lib. 1. & Roma. consi. 316. circa propositā cōsultationem.
& iterum consi. 453. vifa principali constitutione. & in l. si quis mihi bona. §. vlt. & ibi Alexan. ff. de
acquir. hared. Idem Rom. in l. mutum. & ibi etiam Alex. col. vlt. ff. eod. & idem Alex. in addi. Bart.
in l. cum lex in fi. ff. de fideiuff. Cepolla d. consi. caufarum ciuiliū 14. casus talis est, quædam do-
mina, col. 2. versic. tamen hoc non obstante. & in d. l. vlti. vbi supra. C. de vfucap. pro empt. Barba.
in omnibus fermè locis supra allegatis. & præterea in l. i. colum. 9. ff. de verb. oblig. & in c. edoceri,
extrà de rescrip. & consi. 58. sapienter, in fin. lib. 2. & Corne. consi. 254. videtur in hac consultatio-
ne, colum. 2. versicu. tertio respondetur, lib. 1. Soci. consi. 160. in præsentī consultatione, col. antep.
versic. item & tertio respondetur, lib. 2. & consi. 80. præsens consultatio, colum. 2. versic. sed ad ista
respondet, lib. 4. Felin. in c. dilectus. le 2. col. vlt. versic. similiter, extrà de rescrip. & in d. ca. caufam.
le 1. col. 3. de iudi. & in c. tuis quæstionibus. col. 1. de testi. Ias. in d. l. Barbarius. col. 4. de offic. Prætor.
& in dicta l. is cui bonis, col. 1. & ibi Franc. Ripa. col. 11. nu. 45. de verbo. obliga. vbi Ias. ipse reparat
not. & idem Ias. in d. l. si vnus ex argentariis. §. pactus ne peteret. col. 9. versicu. 5. dictum statutum
intelligitur. ff. de pact. & in d. l. contra iuris. ff. eod. titu. & in d. l. non eò minus. C. de procur. & in
l. more. col. 6. versic. tenendo istam partem. ff. de acquir. hared. & in l. qui iurasse col. 1. ff. de iureiur.
& d. consi. 229. col. 3. lib. 2. & in §. omnium. colum. 8. versic. aduerte tamen, Insti. de actio. vbi id dicit
not. Philip. Deci. consi. 331. pro resolutione, colum. 3. versicu. secundò principaliter. & Franc. Ripa.
in l. furioso, post prin. ff. de re iudi.

77
Pupillus an
possit adire
here. opulen-
tam.

¶ Nec longè abest, quod contra id, quod supra diximus. num. 59. incipiente, nec dissimile est, non
posse pupillum solum, & sine tutore adire opulentā hareditatem, tenuerunt, videlicet quod adire
possit. Dy. in c. quod ad gratiam, de reg. iur. lib. 6. Ang. Pau. Cast. & Alex. in d. l. si quis mihi bona.
§. si seruus. ff. de acqui. hære. Raph. Co. in l. pupillus si fari. in princi. ff. eod. tit. & in l. more. per glo.
ibi, eo quoque tit. Paul. Casten. in d. l. potuit. C. de iure delib. vbi & Iason, qui aliam partem tener,
hanc tamen fatetur procedere in pupillo proximo pubertati, & qui intelligit quod ipse facit, arg.
d. l. pupillus si fari. vbi & hoc expressè tenuit Barto. & idem Paul. in l. mutum. post medium, ff. de
acqui. hære. Cepol. consi. caufarum ciuiliū 14. col. 2. versic. tertio hoc idem. Sed tu hinc vide Soci.
consi. 8. post redditum. col. 2. versicu. secundò principaliter, lib. 4. vbi similiter dicit interesse, inter
hareditatem locupletem, & opulentam, quæ sine vexatione adfert opes: vt illam non possit pu-
pillus sine tutore adire, hanc possit. Vide item Philip. Decium, qui alios citat, dicto consi. 331. vbi
suprà. Illud autem certum est pupillum acquirere posse sine tutoris autoritate. §. 1. Insti. de auto.
& §. pupillus, Insti. de inutil. stipul.

78
Mulier pro-
hibita contra-
here, an possit
adire hared.
opulentam.

¶ Cui ad fine est, quod consuluit ipse Ange. consil. 317. statutum quod mulier, quod est vltimum
veterum consilium, quod stante dicto statuto, quod mulier non possit cōtrahere, vel se obligare
sine consensu propinquorū: poterit tamen non obseruata tali solēnitate, adire hareditatem opu-
lentam, nullis debitis obnoxiam. & ita dicit se scripsisse in l. more. ff. de acq. hared. vbi tamen nihil
dicit, sed hoc vtique tradit in d. l. mutum. eod. tit. vbi illum sequitur Imo. Raph. Co. & Pau. Cast.
qui ita se dicit consuluisse Florentiæ, Ro. Alex. & Franc. Aret. qui tamen dubitant: & Raph. Co. in
d. l. more. & ita certè consuluit ipse Paul. Ca. consi. 91. in causa appellationis, col. 3. versicu. secundo
dicitur non fuisse facta, lib. 1. Et idem quoque tenuit Barba. in multis, ex locis supra allegatis: &
Iason in d. l. is cui bonis. & in d. l. contra iuris. ff. de pact. & in d. §. omniū. Insti. de actio. & d. consi.
229. col. 3. lib. 2. & quæ diximus supra nu. 67. incip. sed vt reuertamur.

79
Quid de filio
familias.

¶ Et idem quoque de filiofam. prohibito contrahere, vel se obligare, sine consensu patris, vt possit
tamen adire hareditatem opulentam sine patre, respondit ex facto Rapha. Fulgo. consil. 75. cuius
caput est, ex facto proponitur, col. vlt. & Alex. (qui Fulg. non meminit) consi. 234. hoc initio puto
circa dubium, col. vlt. lib. 6. per ea quæ supra diximus ex aliis. Nec obstat (vt subdit post Ang. d.
consi. 317.) quod filiusfamilias possit de facto vexari: id enim non est considerabile, per id quod in
simili dicitur in l. eo tempore, in principio. ff. de peculio.

80
Procurator
Cæsaris potest
eo inconsulto
facere cōtra-
hãt ei utilem.

¶ Adde & quod voluit glo. not. in l. nulli. C. de transact. quod licet procurator Cæsaris non possit
vendere, vel transigere incōsulto Principe, per text. ibi, & in l. 1. §. si rem. ff. de offic. procur. Cæsar.
potest tamen, si ex hoc efficiat conditionem Cæsaris meliorē. Quam glossam sequuntur, & com-
mendat omnes Doct. ibi, illamq; trahunt ad administratores rerum alienarū, videlicet Prælatum,
tutorem, curatorem, & ceteros, vt videlicet sine consensu alterius, aut alia solēnitate id facere pos-
sint: sicuti etiam illam ad hoc pōderat Pet. Anch. & Pan. qui illam dicit not. & Barb. in c. cōtingit.
extrà de transact. & idem Panor. consi. 62. illud de iure quæritur, versicu. item procurator, lib. 1.

81
Et procurator sine spe-
ciali mandato.

¶ Nec in procuratore tātum Cæsaris, & aliis administratoribus locum obtinet, sed in alio quocun-
que, qui licet transigere sine speciali mandato non possit, per textū in l. transactionis. C. de tran-
sact. tamen si trāfactio facta à procuratore speciale mandatū non habente, sit vtilis domino, valet,
vt voluit Pet. Anch. in c. qui ad agendum. de procur. lib. 6. quem sequitur Franc. Curt. in addit. ad
Alexan

Alexandrum, in d. l. transactionis. in princ. magnæ addi.

82 ¶ Quibus non ab simile est, quod scribit Antonius in c. cum olim. le 2. col. antep. vers. idem dicit
de priuilegiis, quod licet non possit monachus cōtrahere sine licentia (vt nostri loquuntur) Ab-
batis, si tamen id fecerit, & quidem vtiliter, valet, licet non interuenerit licentia Abbatis. Et idem
in rectore ecclesiæ voluit Io. An. Lap. & Dominic. in ca. 1. de pact. libr. 6. vt videlicet quamuis non
possit trāsigere, aut pacisci de rebus ecclesiæ sine autoritate ordinarij. c. statuimus. extrà de trāfact.
si tamen id fecerit ad cōmodum ecclesiæ, valet, per textum, in d. ca. & in d. l. non eo minus. C. de
procu. Et vtrunque sequitur Feli. in d. c. caufam quæ, le 1. col. 3. extr. de iudi. vbi & alia multa simi-
lia adfert, quæ videre poteris.

Et monac. si-
ne licentia
Abbatis.
Et rect. eccle-
siæ. sine autor.
ordinarij.

83 ¶ Eiusdem notæ est, quod sing. Barb. voluit in l. i. col. 6. ff. de verb. oblig. quod licet ebrius contra-
here non possit per text. in c. vnusquisque. & ibi glo. 22. q. 4. si tamē reperitur cōtractus ipsi vtilis,
& cōmodus, tenet. per d. glo. ff. de accept. & alia quædam similia. Sed non ego cōfestim huic sen-
tentia subscribere. Nam cum ebrius nullius omnino mētis sit, vt à furioso nihil differat. c. venter.
35. di. videtur nec sibi posse acquirere, ar. eorum quæ de furioso & infante, qui nullū adhuc intel-
lectū capit, scribuntur in l. 1. §. 1. ff. de acqui. poss. & in d. l. 1. de verbo. obli. & in §. furiosus, Insti. de
inuti. stipu. cum si nisi diceret Barb. intelligere de eo, qui non aded ebrius est, vt non omnino non
intelligat quid agit, sed est veluti medius inter ebrū & non ebrium: sed hoc casu mero iure vale-
ret cōtractus ab eo factus, etiam in sui præiudicium, per no. in l. dolum. C. de dol. Ideo cogita.

Ebrius an pos-
sit contrahere
ad suam utili-
tatem.

84 ¶ His concinit, quod scribitur in l. is qui bonis. ff. de verb. obliga. quod prodigus tamen si alienare,
aut obligari non potest, potest tamen sibi stipulando acquirere. Imò verò sentiunt Doctores ibi in
sumario, posse etiam obligari ad suum commodum, dum dicunt prodigum posse conditionem
suam facere meliorem. & præterea Paul. Cast. dicit prodigum fingi carere iudicio, tunc tantum
quando dissipat. & ita voluit expressim Franc. Ripa. ibi col. 11. numer. 46. quamuis text. eo in loco
simpliciter & indistincte dicat promittendo non obligari, ideoque nec fideiufforem pro eo inter-
uenire posse, sicut nec pro furioso. Mox autē subdit ipse Ripa. an ex contractu obligatorio facto
à prodigo ad suum commodum, sequatur alienatio bonorum ipsius. Tu ibi eum vide, & quæ
diximus supra nu. 67. incip. sed vt reuertamur.

Prodigus ad
suum commo-
dū contrahit.

85 ¶ Sed quid in huiusmodi similibus tantum laboramus? Quando Baldus noster, qui omnium co-
piam longè superauit, in casu nostri huius statuti, prohibentis scilicet mulierem contrahere sine
autoritate vel consensu mariti, non obscurè sentiat, posse tamen eam sine ea solēnitate cōtrahere
ad suum ipsius cōmodum, & vtilitatem. Ita enim, si solerter inspicias, voluit consi. 488. sequens
quæstio, post prin. lib. 1. motus ea ratione, quam secundo loco adscribemus versicu. sequenti.

Quæstionis
prin. decisio.

86 ¶ Nam horum omnium duæ sunt potissimæ rationes. Prior, quia inducta ad vnum effectum non
debent eius oppositū operari. l. 3. §. si emancipatus. ff. de bono. poss. contra tabu. & l. 3. ff. de adi. leg.
& l. legata inutiliter. ff. de leg. 1. & l. si à milite. §. 1. ff. de test. mili. & l. si Rufinus. C. eod. & l. 3. §. Diui
Seuerus. ff. de Carbo. edicto. vbi est optimus text. in illis verbis, non debet aduersus pupillos ob-
seruari, quod pro illis excogitatum est. Secunda, quæ ad primam proximè accedit. Nam solē-
nitates introductæ in fauorem mulierum, minorum, ecclesiarum, & aliorum, de quibus supra lo-
quuti sumus, non debent illis damnum adferre. l. quod fauore. C. de legib. & l. nulla. ff. eod. & opti-
mus text. in l. plures apochis. in fi. C. de fide instru.

Rationes præ-
cedentium.

87 ¶ Proptereaque sunt, qui id generale & perpetuum dicunt, vt cum actus quispiam prohibetur fieri
sine solēnitate, vel aliàs fauore cuiuspiam si is actus fiat: & interfit potius eius, ob cuius fauorem
prohibetur, vt fiat, valebit. Ea enim est sententia Imolæ in l. cum lex. ad finem. ff. de fideiuffo. de-
clarando tex. & glo. in Cle. 1. de iure patro. quem sequitur Maria. Soci. iunior d. consil. 28. quia dif-
ficultas, col. vlti. nu. 11. lib. 2. & ante hos Io. Fab. in d. §. & ne eius. Insti. de eo cui liber. cau. vbi dicit,
aliud esse, si id introductum esset in fauorem publicum.

Declaratio
præcedentiū.

88 ¶ At hæc omnia intellige procedere, vbi is eum quo actus fit, aut consentit, aut simpliciter patitur
fieri: vt quia contrahit cum muliere, qui est casus noster: aut quia litigat, nec tamen quicquam
obiicit, quo etiam casu non valet iudicium, vt dicemus infra eod. tit. §. seq. in glossa prima. Quod si
pars aduersa opponat, non posse mulierem litigare sine consensu viri, certe huiusmodi oppositio
facit, vt non prosit mulieri sententia lata, ea oppositione neglecta, quin ab ea appellari possit, per id
quod pulchrè voluit Bald. in ca. 1. col. 3. versic. capio primam gloss. extrà de præscri. vbi ita intelligit
dictam l. non eò minus, supra citatam. Sequitur & commendat Io. Lup. nuncupatim loquens in
casu statuti prohibentis vxorem interesse iudicio sine consensu mariti, in reper. rub. de donat. inter
vir. & vxor. §. 68. col. 1. vers. ex istis infertur.

An in dubio
presumatur
utiliter an
inutiliter
factum.

89 ¶ Intellige secundò procedere, cum euidenter constat, huiusmodi cōtractū factum sine solēnitate
huius statuti esse illi cōmodum & vtilem. Nam in dubio, defficiente solēnitate, præsumeretur non
vtiliter factus, vt nūcupatim voluit Bal. in l. quæcunq;. vers. scias tamen. C. de bo. quæ libe. & Phil.
Dec. consi. 332. pro vera resolutione, col. 2. vers. & in dubio, & non obscurè sentiūt ij omnes, quos
suprà citauimus. Sicuti è cōtrario, cum solēnitas legitima interuenit, præsumitur cōtractus factus
ad vtilitatem minoris, ecclesiæ, & similibus, in quorum cōtractibus. debet quædā solēnitas inter-
uenire, vt satis diximus & probauimus supra nu. 64. incip. & quod id procedat. Ex quibus planè
constat, ad quos pertinet onus probandi, cōtractum, qui petitur rescindi, fuisse commodum, vel
incom

102
103
104
105
106
107

102
103
104
105
106
107

102
103
104
105
106
107

102
103
104
105
106
107

102
103
104
105
106
107

102
103
104
105
106
107

102
103
104
105
106
107

102
103
104
105
106
107

102
103
104
105
106
107

102
103
104
105
106
107

ipsa dotem repetere, postquam tamen sui iuris fuerit facta filia, nocebit illi huiusmodi liberatio. De quo etiam est text. & quidem expressior in l. 2. §. quod si patris, versu. item si voluntate. ff. solu. mar. Id quod dicit Nicol. Neapol. ad id facere, vt si filius patre viuente liberauerit debitores patris, huiusmodi liberatio sibi præiudicabit hæredi ipsius effecto. Quod & idem voluit Alberi. in rubr. ff. de pecul. lega. col. 2. & item in l. dominus. §. vlt. post Dyn. ibi, eod. titu. & in l. filiusfam. etiam post Dyn. ibi. ff. de solutio.

¶ Et idem, si filius vendiderit rem patris, viuente ipso patre, vt ei hæredi patris postea defuncti noceat, tenet glo. in l. nec nos. in verbo, transigi, & ibi quoque Albe. Bal. Ang. & Saly. C. de postli. reuer. Guid. Suz. & post eum idem Alberic. in l. cum vir. ff. de vsucap. & in l. filius paciscendo. C. de pactis. vbi dicit hanc opi. communiter approbari. & in l. 1. §. quod ait prætor. le. 2. ff. quorum legat. Cui sententiæ maximum arg. præbet text. in l. sed Iulianus. §. sed etsi filiusfa. ff. ad S. C. Maced. vbi si filiusfa. rem patris, viuente ipso patre pignori dederit, & is postea patri hæres fuerit, & pignus persequatur, doli exceptione summouebitur.

¶ Et hæc admodum confirmat text. ab omnibus propè supra dictis allegatus in d. l. cum vir. ff. de vsuca. vbi licet vir cõstante matrimonio non possit dotem alienare, si tamen alienauerit, & soluto matrimonio dos ipsius lucro cesserit, tenebit alienatio, & est similis text. in l. pen. ff. de fund. dota. Et id quoque etiam voluit glo. in d. l. cõstante. C. de dona. & Albe. in l. 1. C. de feu. dota. Ex illoq; text. in d. l. cum vir. dicit Bar. ibi, col. pen. versu. sed pone statutum, quod stante statuto, vt debitor bannitus pro debito, non possit contrahere, nisi id debitum soluerit, si quis ita bannitus contraxerit, posteaque illud debitum soluerit: confirmatur contractus ab eo bannito factus ante solutionem, nempe remoto obstaculo impediende. quod refert & sequitur Pan. qui ad alia quoque trahit, in c. cum ex officij. col. pen. versu. ad hoc adduco, extrâ de præscri. Et alius quoque text. in l. si dubitetur. §. filiusfa. ff. de fideiussu. vbi licet filiusfa. qui pro patre fideiussit, non teneatur tãtis per, dum est in potestate patris: tamen cum primùm iuris sui postea effectus est, tenebitur.

¶ Contrarium quoq; videtur, vt scilicet mulier soluto matrimonio non teneatur stare huic contractui factõ cõstante matrimonio, sine consensu, & autoritate mariti. Nam fauore mulieris statutum est ne possit contrahere sine huiusmodi consensu, & autoritate, vt supra dictum est alibi. Ergo potest ipsa hoc casu venire contra factum proprium, per l. si is. C. de præd. min. & Authen. qui res. & ibi no. C. de sacrosanct. eccle. & in l. cum lex. & ibi no. ff. de fideiuss. Ideò quando fauore decepti contractus est nullus, potest ipse deceptus contrauenire, vt no. in d. l. eleganter. in prin. ff. de dol. & l. si res. §. 1. ff. de iure dot. & not. in l. cum ab eo. ff. de contrah. empr.

¶ Nec videtur obstare, quod hodie mulier ista est sui iuris, quia initium contractus debet attendi. l. si filius. ff. de verbo. oblig. & l. 1. §. si seruus. ff. de po. §. 2. ff. de nego gest. & l. si procurator. in princ. ff. mand. Et licet sit nunc sui iuris, tamen nisi de nouo consentiat, quod primùm inutiliter fuit gestum, non confirmatur. l. si verò non remuneradi. §. si filio. & quod ibi no. ff. mand. & l. si filiusfamilias. ff. de testam. vbi si filiusfam. aut pupillus, aut seruus testamentum fecerit, non potest ex eo peti bonorum possessio, licet filiusfam. sui iuris: aut pupillus pubes, aut seruus liber factus decesserit, & similis text. in l. 1. §. exigit Prætor. & §. seq. & l. pe. §. testamento. ff. de bonorum possess. secundum tabulas.

¶ Ideò quantum ad primùm illum casum pertinet, videlicet de alienatione dotis facta per vxorem, sunt qui tenent contrarium, videlicet non valere eam alienationem, etiam soluto matrimonio, scilicet gloss. sibi contraria in §. 1. in verbo, interdista. & ibi Angel. Arer. qui dicit hanc esse cõmunem opi. Institui. quibus alie. licet, & alia gloss. in l. 1. §. & cum lex. & ibi Cyn. C. de rei vxõ. action. Spec. sibi etiam contrarius in eod. titu. scilicet de emptio. & vendi. eodemque §. tertio loco. versu. quid ergo si vir, ad fin. ibi consuevit autem norari, & ibi Ioan. Andreas, in addit. & Salicet. in dictam l. si prædium. in 3. q. in fi. C. de iure dot. Alberi. dum hanc opinionem ponit posteriorem in d. l. 1. C. de fun. dota. per l. quemadmodum. C. de agri. & censu. lib. 11. Imol. in dicta l. cum vir. ff. de vsuca. & in cap. cum contingat. col. 11. versu. circa primum, & expressius col. 14. versu. nunc restat videre, extrâ de iureiur. & Ioan. Lup. in rep. rub. de don. inter vir. & vxor. §. 17. col. 2. versu. quæ quidem alienatio. De cuius rei veritate latè comperies per Vital. de Camb. in tractatu clausularum, char. 96. col. 3. & aliquid per Stephanum Bertrandum. consil. 95. honesta. col. 1. lib. 1.

¶ Sed & in illo casu de filio, qui viuente patre liberauit debitores ipsius patris, contrarium quoque eius, quod supra diximus, tenuerunt Paul. Castr. Alex. Franc. Arer. & Iaf. in d. l. 2. §. quod si patris. versu. item si voluntate. ff. solu. mar. mori, quia in illa actione de dote, de qua loquitur d. l. & hæredi §. filiafa. ff. de pactis. & similes, filia habebat ius de præsentis, quod potuit remittere in sui præiudicium. At filius viuo patre nullum ius habet contra debitores paternos, sed sperat habere ius per successorem: vnde non valuit à principio, ideo nec ex post facto videtur posse reconualescere. De quo etiam videtur esse text. expressus in l. & seruum hæredẽ. versu. idem probat. ff. de pact. & ibi Pau. Castr. Sed & tu de hoc vide Dyn. Bar. & Alex. in additio. ipsius, in l. cum dominus. §. filius. ff. de pecul. lega. Dy. & Bar. in l. filiusfa. l. 1. ff. de solut. Spec. tit. de pact. §. instrumentum. versu. vlti. Lap. Per. Anch. & Domi. in e. quamuis. col. 3. versu. quid si filius. & ibi Georg. Nat. in repet. col. 18. versu. quid autem si filius. ff. de pact. lib. 6. Bal. Pau. Cast. Alexand. & Iafon. in l. iurifigentium. §. si ante. ff. de pact. Fulgo. & Pau. Cast. in l. vlt. C. eod. tit. Paul. Castr. Iaf. & Phil. Dec. in l. filius paciscendo. C. eod.

ritu. Hercula. & Tho. Parp. in d. l. ij. §. quod si patris. versu. item si voluntate. ff. solu. matri. Philip. Deci. in l. quod in initio. col. j. versu. similiter liberatio. ff. de reg. iur. & Io. Montefer. in repet. l. frater à farre. in xxij. q. ff. de condi. indeb. Et hanc partem defendit quod Vespasianus autor fuit Senatui decernendi, ne filiorum familias exigendi crediti ius vnquam esset, ac ne post mortem quidem patrum, vt scribit Suetonius in vita illius, cap. 11.

¶ Sed quicquid sit in illis speciebus, statim ac prima facie videri posset in nostro casu, mulierem soluto matrimonio, non teneri stare contractui, quem fecit constante matrimonio, non obseruata solennitate nostræ consuetudinis, cum ab initio non tenuerit ex defectu solennitatis, non magis quàm maior contractui, quem fecit dum esset minor sine autoritate sui curatoris, nisi ratum de nouo habuerit. Nam & in simili dicit Bald. in repet. l. j. col. vij. versu. sextò incidenter quæro. C. de sacrosan. eccle. quòd si filiusfam. fecerit testamentum ad pias causas, sine consensu patris, qui tamen requiritur, per e. licet. & ibi Docto. de sepul. lib. 6. si pater moriatur, non propterea conualescit testamentum, nisi denuò testamentum consecerit, per tex. in l. j. §. si filius. ff. de lega. iij. & l. j. ff. de reg. Cato. Quinetiam Signo. consil. cxxxvj. filiusfa. no. consuluit, quòd si filiusfam. rem aduentitij peculij in scio patre vendiderit, patre mortuo poterit ipse filius rem ipsam ab emptore reuocare. & ad hoc multa allegat, ex quibus supra multa adscripsi.

¶ Est tamen in hoc casu nostro in primis videndum, an huiusmodi consensus mariti hic requiratur ad solennitatem, & in fauorem mulieris, nempe propter sexus fragilitatem, an verò propter mariti præiudicium, de quo supra latè diximus in glo. vj. nu. 37. restat igitur. & seq. vsque ad finem eius gloss. Nam si illud respicit, planum est etiam soluto matrimonio non tenere contractum, eam quàm diximus, ratione: si hoc contra tenebit. Et ita scilicet tenere, iudicatum est, vt audio, in Senatu Parisiensi. 27. die Martij, anno 1520. ante Pasca, inter Ioannem Cochot, dit, de Bidan, & Carolum Guesdon. & iterum die 7. Septembris, anni seq. inter easdem partes. Sunt autem quædam consuetudines expressæ, in contrarium, vt scilicet non valeat huiusmodi contractus soluto matrimonio, scilicet Borboniorum. cap. 171. & Biturigum, tit. j. cap. 17.

¶ D. V. O. D. E. C. I. M. O. Q. V. A. E. R. O. quid si mulier velit donare filiis suis, an requiratur consensus mariti, requisitus ex hac nostra consuetudine? Bald. consil. ccccviij. præsupponendum est quòd in terris, lib. 2. mirabiliter simul & singulariter consuluit, statutum, quod requirit consensum proximorum in contractibus mulierum, non habere locum, cum mulier donat liberis. Mouetur, quia hæc donatio collata in liberòs pietatis ratione, non intelligitur esse prohibita. l. j. C. de impo. lucra. descript. lib. 10. & l. voluntas. C. de fideicom. Et quia etiam huiusmodi statutum emanauit propter fragilitatem mulierum, quæ ratio non potest hoc casu procedere, cum mulier non id ex fragilitate facere videatur, sed potius ex pietate, per l. liber captus. C. de capti. & postli. reuer. Quæ quidem decisio eadem ratione procedit in casu nostræ consuetudinis, si ea fuit inducta ob fragilitatem mulierum, de quo alibi diximus.

¶ D. E. C. I. M. O. T. E. R. T. I. O. Q. V. A. E. R. O. Certum est in iure, quòd vir & vxor possunt inuicem contrahere: vt de mutuo est text. in l. pen. in princ. & in l. vlti. ff. de in rem verso. & in l. Aurelius. §. vlti. ff. de lib. lega. De venditione in l. si vir. ff. de præscrip. verb. & in l. cum in fundo. §. vxor. ff. de iure dot. & l. si sponsus. §. circa venditionem. ff. de donat. inter vir. & vxor. & l. quod autem. §. si vxor à marito. eo. tit. & rursum in l. sed si vir ex lana. §. si duo. & §. si vir. eo. quoque ritu. & l. si non veru. & ibi glo. & doct. eo. tit. & l. si Gaudentius. C. de contrah. empr. & vendi. De societate, in l. ex iuuerlo. §. j. & ibi Bal. Imo. & recent. qui eum §. legunt cum §. focero. l. præcedentis, quæ est l. rei iudicatæ. ff. solu. matri. & l. alimenta. §. qui societatem. ff. de ali. & cib. lega. & l. cum hic status. §. si inter virum. ff. de dona. inter vir. & vxor. & voluit Bald. in l. si vxor tua. col. ij. versu. denuò quæro. C. de condi. insert. De permutatione, in l. si prædia. in princ. & ibi Bald. de donat. inter vir. & vxor. De deposito, in l. vlti. versu. idem quærit. ff. vt leg. nomi. caueat. & Bal. in d. l. si vxor tua. col. iij. versu. extrâ quæritur. De pignore, in d. §. si vxor à marito.

¶ Idque ad omnes contractus præterquam ad donationem, vbique trahunt Doct. vt Bald. in d. l. si prædia. & consil. cxxxix. casus, vir donauit, col. vlt. versu. secunda cõclusio. lib. 1. & consil. lxxvj. inter virum & vxorem, eo. lib. 1. Fulg. in l. si mater. C. de contrah. empr. latè Alex. consil. lxxxvj. super dictis duobus quæsitis, in prin. lib. 5. vbi Carol. Molend. in addit. alios citat, quos videbis, & præter eos Georg. Nat. in repe. c. quanuis, col. xj. versu. ij. not. de pact. lib. 6. Fab. à Monte S. Sab. in tractatu de empr. & vend. in ij. q. iij. q. prin. & Philip. Dec. consil. lvij. cuius superscriptio incipit, si maritus.

¶ Quod ergo, si vxor donet viro, in casu permissio, aut ei vendat, aut cum eo permutet, aut aliàs contrahat? poteritne maritus autoritatem, aut consensum, qui ex nostra consuetudine, in contractibus vxoris requiritur, ad suum cõmodum & vtilitatem interponere? Et videtur primùm, quòd non possit, per tex. in l. j. in princ. ff. de autor. tutor. & in l. j. §. fuit quæsitum. ff. ad S. C. Treb. quibus iuribus cauetur, non posse quempiam autoritatem accomodare ei actui, ex quo sibi principaliter aliquid quæritur: idque etiam si fiat iussu testatoris: nam & in eo casu nuncupatim loquitur d. §. fuit quæsitum.

¶ Et ex hoc expressè not. Bar. Imo. Alex. in d. l. j. de autor. tuto. quòd cum per Italiam sint statuta, ne mulieres, & minores contrahant sine consensu proximorum, non possunt ipsi proximiores illis consensum præstare in eo, quod sibi directè est quærendum. & idem voluit Bal. consil. cxxxix.

Resolutio principalis questionis.

De eadem re.

An hæc consuetudo habeat locum in dona. facta ab uxore liberis.

Vir & uxor possunt inuicem mutuo dare. Emere & uendere. Societatem cõtrahere. Permutare. Deponere. Pignerare.

An uir possit autoritatem præstare uxori secum contrahenti.

An proximi, quorum consensus ex sta-

tuto requiritur, possint ad suum commodum consentire.

secundum tale est, D. A. post mortem, in fin. lib. 2. & consi. ccccviij. præsupponendū est; col. ij. versu. præterea considerandum, eo. lib. 2. & consi. cxciij. punctus, prohibetur per statutum, lib. 5. & Ange. loquens etiam in statuto requirente consensum mariti, in §. œconomus, per illum tex. in authent. de ali. & emphy. Imol. Rapha. Co. Alex. & Iaf. in d. l. j. §. fuit quæsitum. ff. ad Trebel. Panor. qui hoc dicit notandum, in cap. sicut nostris. col. vltim. extrà de iure iur. Pau. Cast. in l. senium. C. qui testa. fac. poss. & consi. cccxxix. visis & consideratis, col. iij. versu. itaque quia secundum lib. 1. & consi. cccxix. viso puncto. col. j. lib. 2. Rom. in l. j. C. vnde vir & vxo. & in l. pactum. col. pen. versu. præterea contra hoc. C. de colla. Alex. consi. cvj. quo ad præsens. col. vlt. lib. 1. & Barb. consi. xlj. immortalem. col. iij. lib. 4. Philip. Corne. consi. ccliiij. videtur in hac consultatione, col. iij. versu. præterea consensus. cum seq. lib. 1. & consi. cxciiij. eleganter. colum. j. versu. & dum Pifis legebam, eod. lib. 1. vbi dicit in hanc partem consuluisse Bald. à Bart. Barpr. Soci. Salust. Bened. Bar. Othonem, Nico. & alios plures præclaros Doctō. Et idem quoque tenet Cepo. caut. cccxxvij. vt vxor possit instituire: & Benedi. Capra consi. cxliij. pro præfati dubij declaratione. col. iij. & Ioan. Lup. in repetit. rubr. de donat. inter vir. & vxo. §. lxvij. col. v. versu. ex quo dicebat. Et idem in statuto, quod nullus possit contrahere sine consensu patris, tenuit Paul. Castr. consi. ccccv. viso compromisso, post princ. lib. 1. & Iason consi. lxix. vt præsens decisio. in ij. dubio. lib. 1.

115 Filiusfam. an possit donare causa mortis patri consentienti.

¶ Et in simili dicit glos. in d. l. j. ff. de autor. tuto. quod cum filiusfam. non possit donare causa mortis sine patris consensu. l. filiusfam. ff. de donat. & l. tam is. §. j. ff. de dona. causa mort. non potest pater consensum accommodare filio sibi donanti causa mortis. Et illam glos. sequuntur Dy. & Bar. ibi. & idem Bar. in d. l. tam is. §. j. col. vlti. & in l. frater à fratre. col. vlt. in vj. q. ff. de condit. indeb. Ioan. And. in addit. Specu. tit. de instru. edit. §. porro. col. j. versu. quod si filiusfam. Ioan. Fab. in l. senium. C. de testa. & in §. j. col. ij. versu. sed an ipsi patri, Instit. quibus non est permiff. fact. testa. Bald. in l. si furiosi. ad fin. C. de nup. & in l. bonorum. col. vlti. versu. & ex prædictis determinatur quæstio. & ibi Bart. in addit. illius, qui facit singu. illam glos. C. qui admit. & idem Bald. in d. l. si vxorem. col. j. C. de condit. infer. & in l. quoties. in fi. ff. solut. matri. vbi & eam glo. dicit sing. & in cap. cum consuetudinis. circa medium, versu. & ideo si filiusfam. extrà de consuet. & consil. cccxij. occurrit dubium. in princ. lib. 2. & consi. cccx. hæc quæstiones. lib. 3. & consi. cccxxxj. quædam puella. eo. lib. 3. & consi. lx. soluto matrimonio, lib. 4. vbi hanc dicit esse cōmunem opi. & consi. lxxx. permittendum est, col. j. lib. 4. & consi. cxcix. refutatio, lib. 5. Ang. consi. cccij. factum tale est, filia refutauit. Imol. in d. l. j. §. quæsitum. & ibi Soci. qui dicit, quod etiam est communis opinio. col. iij. versu. postremò. ff. ad Trebel. & idem Imo. in l. in ædibus. §. quod si filius. ff. de donat. Ro. in l. j. in princ. col. ij. versu. tertio in quantum. ff. eo. Pau. Cast. consi. cccclix. filiendo ordinem, in prin. lib. 1. & consil. cccclxv. viso compromisso, col. j. eo. lib. 1. & Petr. Ferr. titu. forma libel. quo agi. pro donat. in glos. j. col. pen. versu. vterius quæritur, Nicol. Mil. in suo reper. versu. filiusfam. Barb. d. consi. xlj. col. iij. lib. 4. Corn. d. consi. cxciiij. lib. 1. Guid. Pap. qui dicit ita fuisse determinatum, deci. Delphi. cccxxix. item in causa. Soci. consi. cxij. repetito consi. clxxij. multum abunde, col. ij. versu. succedit nunc secūda difficultas. lib. 2. & consi. xxij. circa prædictam. col. ij. versu. quantum autem ad secundam. lib. 4. vbi ita quoq; dicit Salustium Perusinum consuluisse. Cardi. Alex. in c. vlt. in princ. col. iij. versu. quid econtra. de donat. inter vir. & vxo. Philip. Dec. consi. cclxxix. placet mihi. col. ij. Ludo. Bol. consi. xliij. cor mundum, & c. pro tanto visis statuto, & c. in princip. Anto. Rubeus, consi. xxvij. difficultas casus, col. iij. versu. præmissis tamen non obstantibus. & consi. cxxvij. circa dubium. col. ij. Et ab hac opin. negat recedendum in iudicādo Steph. Bert. consi. lxxxvj. Christi, & c. visis tribus. col. j. lib. 1. & Pau. Paris. qui dicit, ab hac opinione in iudicādo non esse recedendum. consil. xcviij. statutum. col. vlti. lib. 3. Et in hanc etiam partem bene facit tex. in Cle. si vna. & ibi glo. in verbo, mensæ suæ, & Doctō. de reb. eccle. non alie. & quod voluit Panor. in c. per nostras. extrà de iure patro.

116 De eadem re.

¶ Sed in hoc vltimo, de filiofam. donante patri (nam de alio postea dicemus) contrarium tenuerunt Iac. Raph. Per. Cy. & Alex. in addi. Bart. in d. l. j. ff. de autor. tuto. Cyn. Ray. Marti. Saly. Alberi. vterque Raph. Flor. & Paul. Castr. in d. l. senium. C. qui testa. facere poss. inter quos Paul. asserit, ita se consuluisse cum pluribus doct. Perusinis. Bald. sibi contrarius in d. l. si quando. §. j. C. de inoffic. testa. & subobscurè ita consuluit consil. cxliij. statuto ciuitatis Papiæ, lib. 2. & latè & aperte dicto consil. lx. soluto matrimonio, lib. 4. dum dicit hanc partem esse de iuris subtilitate vtiorem. Ang. etiam sibi contrarius, qui ita dicit se consuluisse. Raph. Co. Paul. Castren. & latè Alex. col. iij. & iij. & Iaf. col. j. vbi ita dicit magis communiter teneri, in d. l. j. §. fuit quæsitum. ff. ad Trebel. & ita à ple risque consuluisse dicitur ipse Ange. consi. incip. factum tale est, domina Legia, quod tamen consi. inuenire non potui inter ipsius consil. licet diligenter conquieserim. Nico. Neap. & Paul. Castr. in l. qui in potestate. ff. de testa. idem Paulus in l. si quis mihi bona. §. si quis mandauerit. ff. de acquir. hære. Roma. sibi etiam contrarius consil. 515. in quæstione qua quæritur, Fulgos. consil. xxxvij. visis superius allegatis, col. ij. versu. verum hæc secūda. Alex. latè d. consil. cvj. & iterum consil. xxix. subtiliter. col. pen. versu. & pro hoc etiam facit, cum multis seq. lib. 3. Barba. sibi contrarius in addit. Bald. in d. l. si vxorem. C. de condi. infer. & in c. possessiones. col. vlt. extrà de reb. eccle. non alie. & Socin. sibi item contrarius, consi. lxxxvij. in præfenti consultatione, col. ij. versu. sed ad prædicta lib. 1. & Stephan. Bertrand. sibi contrarius, consil. vij. etiam si caueretur. num. 3. lib. 2. & consi. xxxij. optassem, col. ij. versu. ad secundum, lib. 3. & consi. clvj. ex themate, col. iij. in iij. dubio. lib. 4. & Bened. in repet.

in repet. c. Raynutius. in verbo, matrem insuper Cleram, num. 46. & nouissimè Ioan. Montefes. in repe. d. l. frater à fratre. col. xv. versu. vndecimò quæritur.

117 ¶ Mouentur, qui hanc partem sequuntur, primò per text. in l. j. circa princip. C. de impo. lucra. de. script. lib. 10. vbi filiusfam. potest conferre in patrem suas facultates in postrema voluntate, quod de donatione causa mortis intelligendum est, cum testari non possit etiam consentiente patre, per d. l. senium. & l. pen. C. qui testa. fac. poss. At certum est, quod filiusfam. non potest donare causa mortis, sine patris consensu, vt diximus. Ex quo necessariò fit, vt in casu illius l. pater consensum præstiterit, alioquin non valuisset donatio. Item per text. in d. l. j. §. sin autem. ff. ad Trebel. vbi potest restitui hæreditas ei qui præest collegio, cum decreto, & consensu ipsius collegij. Item per text. in cap. cum in iure. de offic. deleg. vbi potest quis sibi, & ad suam vtilitatem consentire, & ibi concord. in glos. Præterea pater potest consentire filio aduenti hæreditatem, d. l. si quis mihi bona. §. iussum. cum seq. ff. de acquir. hæred. & tamen hæreditas pleno iure patri quæritur, l. placet. ff. eod. cum simil. Ad hæc, si negaretur, posse filium donare patri, cum consensu ipsius patris, seque retur quod patria potestas, quæ est ad acquirendum patri destinata, & ita in fauorem patris introducta, retorqueretur in ipsius odium, contra l. quod fauore. C. de legib. cum si. Deinde ad de tex. in l. si pro patre. §. j. ibi, nisi donans. ff. de in rem verso. & in l. si quis pro eo. §. j. ff. de fideiuf. & in cap. cum in veteri. extrà de elect. & quod voluit Ioan. And. in c. qui tacet. de regu. iur. lib. 6. & in addit. Specu. tit. de his, quæ fiunt à præla. col. pen. & vlti. & Anto. in c. nouit. extrà eod. tit. cum aliis, quæ videbis supra in glos. præced. nu. 27. quibus concinit quod pulchrè voluit.

Rationes posterioris opin.

118 ¶ Respondent quoque iuribus, quibus innituntur, qui primam partem sequuntur. Nam d. l. j. ff. de autor. tuto. & d. l. j. §. fuit quæsitum. ff. ad Trebel. loquuntur in autoritate, quæ ex causa officij interponitur: hæc verò quæritur de simplici consensu, qui priuatim adhibetur: qui quidem potest adhiberi ad propriam vtilitatem, per iura allegata pro secunda parte: sicuti præter illos, quos supra citauimus, tenuit etiam Socin. consi. clx. in præfenti consultatione. col. antepen. in princ. lib. 2. Item dictæ leges loquuntur in autoritate, quæ requiritur ad integrandam personam pupilli, supple damq; eius imbecillitatem: hæc verò secus, quoniam non minus est integri consilij, atque iudicij filiusfam. quàm qui sui iuris est: & nulla ratione ætatis, aut discretionis habita, semper requiritur consensus patris: ideoq; talis consensus potest interuenire post actum, vt not. glos. & Doct. in l. vlti. §. necessitate. C. de bon. quæ liber. Quod non potest fieri, si per modum autoritatis, & ad integrandam personam requiritur, quin in ipso actu deberet interponi, vt latè diximus supra in glos. vj. in princ. Item patria potestas ordinatur ad ipsius patris vtilitatem, & propterea non mirum, si interponatur ad ipsius patris vtilitatem, ad quam ordinatur. At autoritas tutoris, de qua dictæ leges loquuntur, ad hoc non ordinatur, per text. elegantè & aureum, in l. qui sine vsuris. ff. de neg. gest. Sed & d. Cle. si vna. de reb. eccle. non alienandis. cum aliis allegatis per Doct. loquitur in consensu superioris præstando in actu inferioris, per modum autoritatis, vt not. Ioan. And. post alios, in c. i. de reb. eccle. non alie. lib. 6. & Doct. in cap. cum vos. de his quæ fiunt à præla. Hic verò secus, vt dictum est. Item autoritas Prælati non ordinatur ad suum commodum, sicuti nec tutoris: tutor enim & Prælati æquiparantur, vt alibi latè diximus.

Responiones ad rationes alterius partis.

119 ¶ Sed redeundo ad primum casum, qui ad hunc locum propius accedit, videlicet ad statutum, quod exigit consensum mariti, aut proximorum in contractibus mulierum: fuere etiam, qui tenere contrarium eius, quod supra in princip. diximus, videlicet, quod maritus, aut consanguinei possunt huiusmodi consensum, ad suum commodum interponere. Ita enim videtur voluisse Odradus consi. clxxxij. licet victoria. & Bald. sibi contrarius in dicta l. si quando. §. j. C. de inoffic. test. & cons. vj. hæc est copia. ante fi. lib. 2. & iterum consi. ccccviij. præsupponendum est, versu. præterea considerandum est. lib. 2. & iterum consi. lxxx. præmittendum est ad euentiam, libr. 4. & Angel. sibi etiam contrarius in d. l. j. §. fuit quæsitum. ff. ad Trebel. vbi ita dicit se consuluisse Tuderti, in quæstione facti: & ita sanè, cum ex facto incidisset, consuluit ipse consi. cxliij. tria videntur impugnare, & vtrobique iisdem ferme rationibus, quas supra in altero casu adduximus. Et Panor. sibi contrarius, in d. c. cum in veteri. col. iij. versu. nota tamen primum. de elect. Alex. sibi quoque contrarius, d. consi. xxix. col. pen. in fin. versu. confirmari potest. cum seq. lib. 3. & latè Corne. sibi item contrarius, consi. cccxlij. circa primum quæsitum, in tribus primis col. lib. 4. & Ioan. Montefe. in repe. d. l. frater à fratre. quo loco supra citauimus.

Redit ad consensum mariti, & consanguineorum.

120 ¶ Et in eadem quoque sententia videtur fuisse Bald. ipse in d. l. j. post princip. C. vnde vir & vxor. dum consuluit, quod si stante statuto quod vxor non possit testari sine consensu viri, vxor velit virum instituere, vir ipse renuntiet iuri consentiendi, quod facere potest, cum sit introductum in fauorem ipsius, arg. not. in l. j. C. de testam. & tandem ad cautelam consentiat. l. si pater. in fin. ff. de manumif. vind. vt saltem de facto obseruetur tenor statuti. l. quidam cum filium. ff. verbo. obliga. Nec obstat (inquit) dicta l. j. ff. de autor. tuto. quia loquitur in autoritate, quæ exigitur fauore tertij, scilicet minoris: ideo tutor non potest ei renuntiare. Hic autem videtur factum statutum in fauorem viri. l. cum pater. §. libertis. ff. de legat. ij. Hæc Bald. quem sequitur Saly. ibi. & Barb. in cap. possessiones. ad fin. extrà de reb. eccle. non alien. Et in hanc quoque partem videtur inclinare idem Bald. in l. pactum quod dotali. in xxj. q. C. de pac. de cuius inibi dicto. latè diximus supra in glos. v. in verbo, contracter. num. 33. secundò intellige, & multis seq. & Roma. in l. rranfactionem. in

De eadem re.

fin. C. de tranfact. Et Socin. qui loquitur de consensu viri, consil. lxxx. præfens consultatio. col. iij. versu. sed contra hanc. lib. 4. vbi tamen non nihil nutat.

121
De eadem re.

¶ Mirum est, quod nihil fermè in iure nostro sine controuersia est, siue id iuris obscuritas efficit, siue ingeniorum subtilitas, siue contrà imbecillitas, siue etiam studium contradicendi, siue aliud quicquam. Alex. autem in d. l. j. ff. de auto. tut. & rursum in d. l. j. §. fuit quæsitum. ad Treb. & ceteri recentiores dicunt, quod decisio huius articuli ex eo pendet, an hoc statutum fuerit introdu- ctum in fauorem viri, siue propinquorum, an verò in fauorem mulieris ad integrandam illius personam. Nam si in fauorem viri, expeditum esse ad suum commodum posse consentire: sin ad integrandam personam, secus. Tandem concludit, videri factum ad integrandam personam, & suppleendam imbecillitatem mulieris, per not. per Bart. in d. l. tranfactionem. C. de tranfact. Ideoq; non posse maritum, aut consanguineos mulieris consentire ad suum commodum, nisi id palàm fieret, & bona fide, per l. cum ipse. C. de contrahen. empt. & quod plenè not. Barto. in l. pupillus. §. vltim. ff. de autor. tuto. Et hoc (vt dicit) videtur sentire Cyn. in d. l. senium. cum allegat d. l. cum ipse. cum concord. traditis per ipsum Alex. in d. §. fuit quæsitum, in princip. & Socin. dicto consil. lxxxvij. col. ij. ad fin. cum princ. seq. lib. 1.

122
De eadem re.

Cautela ad hanc rem.

¶ Videant igitur studiosi, vtram huiusmodi sententiarum veriore sustinere malint. Non nostrum enim inter tot legum vertices, tantas componere lites. Tamen in casu nostræ consuetudinis sem per existimauimus, eam magis considerasse viri commodum, quam fragilitatem mulierum, vt ego dixi supra eo. §. in glo. vj. in fi. Idè etiam passim vtimur, & consuetudine obseruamus, vt maritus ipse in casu, de quo loquimur vxori sibi donanti, aut vendenti auctoritatem accomodat. Tamen si quis rem ipsam omnino claram, atque apertam facere velit, vt ab omni dubitationis scrupulo sit prorsus aliena, id facile obtinebit, si loco consensus, aut auctoritatis ipsius viri, decretum siue auctoritatem iudicis adhibeat, vt est Bal. sententia in d. l. si furiosi. in fi. per glo. ibi. C. de nupt. quam sequitur, & dicit sing. Alex. in d. l. j. ff. de auto. tut. & illam quoque dicit sing. & perpetuè notan. idem Alex. in d. §. fuit quæsitum. col. iij. vltimo pro hoc allegat. ff. ad Trebe. vbi etiam Iaf. col. j. sequitur: vti etiam facit d. consil. lxxx. in ij. dubio. lib. 1. & etiam Barb. consil. x. illud referam, col. x. versu. præ- terea etiam ex alio, lib. 4. Et idem videtur voluisse Roma. in d. l. j. C. vnde vir & vxor, dum dicit vxorem non posse huic suo consensui renuntiare, per l. scire deberis. C. vt in poss. leg. Sed dat hu- iusmodi cautionem, vt vir abeat, & iudex suppleat, argu. l. bonorum. C. qui admit. & l. si infanti. C. de iure delib. & d. l. si furiosi. C. de nupt. & illum sequitur Cepol. cautela 237. vt vxor possit.

123
De eadem re.

¶ Illud autem non prætermiserim, in ea Doctorum controuersia fuisse, qui distinguerent, vtrum videlicet pater, vel maritus generaliter consenserit filio, aut vxori, vt videlicet possint cum qui- buslibet contrahere: aut specialiter, vt videlicet secum nuncupatim contrahant: & primo quidem casu valeat consensus, etiam quantum ad contractus, qui secum postea fiunt: secundo non valeat. Ita post Pet. à Bel. pertica, in d. l. j. ff. de autor. tut. dicitur voluisse Bald. consil. quodam à me nuf- quam reperto, incip. quatuor puncta, prout illum referunt, & sequuntur Socin. d. consil. cxij. col. iij. lib. 4. vbi dicit, hanc distinct. esse æquissimam. & dicto consil. xxij. col. v. versu. ad idem adduco, lib. 4. & Corne. d. consil. ccxlij. col. ij. lib. 4. vbi etiam dicit huic consil. subscripsisse Honofrium à Bar- tolinis, & Eugenium Perusinum. Sequitur item nouissimè Iafon, qui id reputat sing. d. consil. lxxx. in ij. dubio, lib. 1. vbi & hoc dicit voluisse Cyn. in d. l. j. ff. de autor. tuto. vti & ipse voluit post Iac. Aret. quos etiam refert & sequitur Alexan. in d. l. j. §. fuit quæsitum. col. pen. versu. non omitto ta- men. ff. ad Senatusc. Trebel. sequitur item Philip. Deci. consil. ccxlvj. in causa quæ iam diu, col. ij. in fin. & dicto consil. cclxxxix. col. pen. in quibus tamen locis hoc notabiliter intelligit, modò genera- lis ille consensus ita non videatur factus, vt ex cõposito, & de industria censeatur adhibitus fuis- se, eo sine, vt contractus (de quo quaritur) fieret cum eo qui consensum præstat, vt quia fuit præ- stitus paulò ante eum contractum, & cetera quæ ibi subtiliter declarat.

124
De eadem re.

¶ Aliter autem distinguit Bal. d. consil. lx. lib. 4. vtrum videlicet pater palàm & bona fide consen- serit, & valeat: an in fraudem liberorum, & non valeat. Cuius etiam sententiæ satis videtur fuisse Panor. in d. c. sicut nostris. in fin. de iureiur. & Alex. in d. l. j. ff. de auto. tuto. & in d. l. j. §. fuit quæsi- tum. ff. ad Treb. vbi supra illum citauimus, & Socin. d. consil. xxij. col. v. versu. hanc etiam partem, lib. 4. & d. consil. lxxx. col. ij. versu. & licet ista responsio, lib. 4. Pro quibus est text. in d. l. cum ipse. & quod ibi not. glo. Bal. & Saly. C. de contrah. empt. & no. in l. non existimo. & in l. quatenus. §. si- cut. & in l. tutor rerum. ff. de admi. tut. & per Bart. in l. pupillus. §. vlt. ff. de auto. tut.

125
An vir qui consensit con- tractui uxoris, poterit cõ- sensum reuo- care.

¶ DECIMO QVARTO quæro, Maritus semel præstitit consensum contractui vxoris, an postea poterit huiusmodi consensum reuocare? Dic quod non, quia per illius consensum legitimatus est (vt ita loquar) contractus, & ius ei quæsitum, qui cõtraxit: idè non licet in eius præiudicium va- riare, vt in simili voluit Paul. Cast. in l. si cum dotem. §. eo autem tempore. versu. ij. not. per glo. j. ff. solut. matri. & ante illum Bal. in l. vlt. §. necessitate, col. ij. versu. quæro an pater possit reuocare. C. de bon. quæ liber. Et hoc perpetuum est, vt cum alicui fuit data facultas, aut consensus præstitus, cui concedens obligari potest, non possit postea reuocare, per tex. not. in l. j. §. prodest. ff. quorum legat. Et consuluit, illo tamen tex. non citato, Ange. consil. ccxc. thema est tale, col. iij. versu. præter- ea hic, & seq. & voluit Franc. Aret. qui illum tex. dicit ad hoc not. in l. si quis mihi bona. §. iussum, col. antepen. ff. de acqui. hære. Secus autem, vbi non obligatur concedens ei, cui concessit, per glo. not. in

not. in Clem. j. in verbo, obtenta. de testa. quam sequuntur ibi Paul. Eleaz. & Cardi. Flor. in v. q. & Franc. Aret. in d. §. iussum. vbi etiam dicit illam glof. ad hoc esse not.

126 ¶ Quibus adde quod scribit Bald. in repe. l. j. col. vj. versu. sed iuxta hoc quæritur incidenter. C. de sacros. eccle. quod si filiusfam. de consensu patris, fecerit testamentum ad pias causas, vti potest fa- cere, non potest pater solus huiusmodi testamentum reuocare, nec quò ad institutionem hære- dum, nec etiam quò ad legata, per iura, quæ ibi allegat. De quo & ipse Bal. in l. senium. C. qui testa. face. poss. vide etiam in simili, quæ scribit. Bart. in l. ij. §. j. in iij. q. & ibi Rom. in fi. princ. ff. de dona. & idem Bart. in l. qui preci. ff. de donat. causa mort. & Cyn. & alij in l. nec fratris. C. eo. tit. & Bal. in l. vlti. §. necessitate. col. ij. versu. quæro an pater. C. de bon. quæ lib. & quæ diximus supra in glo. v. in verbo, contracter. num. 90. incip. illud item vj. & ij. sequent.

De eadem re.

127 ¶ DECIMO QVINTO quæro, Quid si nolit vir ab initio consentire vxori contrahenti fortè vtiliter. Barto. in l. si cum dotem. §. eo autem tempore. ff. solu. matri. dicit, quod stante statuto, quod mulier non possit contrahere, vel testari sine consensu consanguineorum, si consanguinei requi- siti nolunt consentire, iudex examinabit causam contradictionis: & si est iusta causa, bene qui- dem: sin minus, iudex permittit mulieri contrahere, aut testari, per illum textum, & illum sequun- tur Bald. Angel. Imo. Rom. Paul. Castren. Alexand. & omnes ibi, & Bald. qui hoc dicit not. in rub. C. de contrahen. emptio. in xxij. quæst. & in l. j. paulò ante fin. per illum text. C. de nupt. & in l. in coniunctione. col. vlti. versu. quid si isti duo. C. eo. tit. & in l. j. col. vlt. versu. sed quid si statutum. & ibi Iaf. col. antepen. versu. confirmo per optimum simile. C. qui admit. & in l. si quis. §. si quis creabitur. ff. de excus. tuto. & in cap. i. col. vlti. versu. & tunc est argumentum. & ibi Cardin. Alex. in versu. quid autem. in princ. & Matth. Afflict. col. ij. num. 25. titu. de consuet. recep. feud. Saly. in l. du- dum. in vlti. q. C. de contrah. empt. Anto. in c. cum consuetudinis. de consue. Per. Anch. in repe. c. i. in xij. q. prin. versu. sed pone quò statutum, de constit. & Roma. & Iafon in l. iusurandum & ad pecunias. §. qui iusurandum. ff. de iureiur. idem Roma. consil. xxxvj. vifa disputatione, post princip. Panor. in cap. 2. tuæ fraternitatis. in vlti. char. de cleric. non residen. & in c. quod Dei. ad fin. de star. mona. & in cap. nullus. in iij. not. per illum tex. de iure patro. vbi dicit, ita se consuluisse, sicuti verè consuluit consil. lxxv. ad decisionem prædictorū, col. vlt. lib. 2. in quibus duobus vlti. locis dicit hoc esse generale, vbicunque requiritur consensus alienus in facto, aut ad fauorem alterius. Pau. Castr. consil. xcj. in causa appellationis, col. ij. versu. ij. dicitur non fuisse, lib. 1. Ang. Aret. in §. consequens. ad fin. Instit. de suspect. tuto. Barb. in c. ex parte. in addi. extrà de accusa. & consil. xij. scribitur apud Prophetam, col. xj. versu. cum ergo huiusmodi hæreditas, sub nu. 18. lib. 1. Corn. consil. clxvij. in hac consultatione, col. j. versu. & aliàs habemus, lib. 2. Felin. in c. cum accessissent, col. ix. versu. confir- mari potest. de constit. & in c. super quæstionum. §. j. col. vlt. versu. vlti. de offic. deleg. Iaf. in l. bono- rum. col. iij. versu. hinc se offert. C. eo. Philip. Deci. in c. auaritia. in fin. de præben. Corse. in suis sing. in verbo, consensus, statuto cauetur. Matth. Afflict. in Consti. Siciliae, incip. constitutionem diuæ memoriæ, in v. notabili, in xij. quæst. Hippo. Marsil. in l. j. §. prætereà. col. antepen. ff. de quæst. Ioan. Lup. in repet. rubr. de donat. inter vir. & vxor. §. xxij.

Si vir nolit cõ- sentire vxori uolenti contra- here, quid an- gendum.

128 ¶ Et ad hoc faciunt no. in aliis similibus, per gl. in c. si religiosus. in verbo, obtenta. & ibi per Doct. de elec. lib. 6. & in cap. i. in verbo, contradicant. lxx. dist. Iac. Aret. Cy. Bart. Bald. & alios, in l. vlt. §. necessitate. C. de bon. quæ lib. & Archi. in c. primatus. in fin. lxxij. dist. Specu. & Ioan. And. in addi. illius, in tit. de actore. §. j. versu. sed quid si pater. Ioan. And. in d. c. nullus. & in c. nobis. col. ij. in ver- bo, dicefani. de iure patr. & in c. cum ex eo. super verbo, possit, de elec. lib. 6. Fran. Tigr. Bal. Saly. Fulgo. Paul. Cast. Rom. Alex. & recentiores in authen. quod locum. C. de colla. Bart. in l. j. §. si plu- res. in repet. col. iij. versu. quæro secundò, quid si ille. ff. de exer. & in l. vlti. col. vlti. C. de appel. rec. Rot. Deci. cccvij. permutatio facta, ad fin. in nouis. Albert. in l. vbi adhuc. in fin. C. de iure dot. & in l. j. in princ. versu. ex prædictis. ff. de admi. tuto. vbi loquitur de tutore, qui negat præstare auctorita- tem pupillo. Nicol. Neapo. in l. quid ergo. §. vsuras. ff. de contra. iudi. tutel. Bal. in l. viduæ. per eum tex. C. de nup. & in c. i. col. vlt. versu. sed quid si requisiti, & ibi post eum Alua. & Card. Alex. etiam col. vlti. titu. quid sit inuestit. Fulgo. consil. lxxv. ex facto proponitur, in fin. Panor. in cap. 2. & in c. ex parte Astenfis de concef. præb. & in c. auaritia. ad fi. de præb. & in cap. i. de rerum permut. & in c. relatum. col. ij. versu. nunquid autè, de cleri. non resid. & consil. lvij. quidam D. Iaco. col. pen. lib. 2. & quod sing. dicit idem Panor. in c. cum accessissent. & ibi post eum Felin. col. ix. versu. ij. restrin- gitur, de constit. Card. Flor. consil. lxxxij. ad primū dico, versu. & si dicefanus. Alex. in locum non solū. col. pen. ff. solu. matr. & consil. lvij. prospectis testamento codicillis, col. ij. versu. nec videtur, quod ex dicta dispositione, & Franc. Areti. consil. lxxij. præsupponitur in facto. col. pen. & Franc. Rip. in l. j. §. voluntatem. col. ij. ff. sol. matr. & quæ diximus supra in j. quæst.

De eadem re.

129 ¶ Sed hoc multis modis declarandum est. Primò, vt scilicet non sufficiat consanguineum contra- dicere sine iusta causa, ad hoc vt possit mulier liberè contrahere: quin si faciat, erit contractus nul- lus, nisi adhibeat iudicem qui cognoscat, an habeat iustam causam contradictionis, vt illi dicunt: & si iniustam cõperiet, decernet mulierem posse contrahere. Ita expresse voluerunt Bal. & Card. Alex. in d. c. i. locis supra allegatis, titu. de consuet. rect. feud. & idem Bald. in d. rubrica, de contrah. empt. in xij. q. & Corne. d. consil. clxvij. col. j. ad fin. lib. 2.

Sed an satis sit, non subesse causam cõtra- dicendi, ut u- xor possit con- trahere.

130 ¶ Et ita voluisse videntur omnes, quotquot supra, in princ. citauimus, præter Rom. in d. consil. xvj.

vbi videtur voluisse, non esse necesse, licet tutius sit, iudicem adhiberi. Pro quo facit, quod plerique volunt, contradictionem iniustam, & non legitimam haberi pro consensu, per l. dorem. & ibi glo. Bald. & alios. ff. solut. matri. & cap. i. extra de his quæ fiunt à maio. parte cap. & voluit Archid. in cap. i. de constit. lib. 6. & Panor. in c. quoniam. in fin. extra de vita & honest. cleri. Bal. Nouel. in tractatu doti. in j. specie vj. partis, & Ioan. Lup. in d. rubr. de donat. inter vir. & vxor. §. xxij. in fi. Et idem etiam voluit in casu d. l. vlt. §. necessitate. Accurf. ibi, in princ. glos. magnæ, & Vber. Bonacur. quem refert, & sequi videtur Ioan. And. in d. §. quid si pater. per textum in l. j. §. non exigitur. ff. vt in pos. leg. Et quia, vt dicit Io. And. præsens & consentire nolens, pro absente habetur: igitur non debet expectari eius consensus. l. si longius. ff. de iudi. & aliis iuribus per eum allegatis.

131 Quid, si periculum sit in mora.

¶ Tu tamen tene priorem partem, quæ verior est & communior. Quam tamen limitabis procedere, nisi esset periculum in mora, si expectaretur iudicis decretum, quia tunc, eo non expectato, consanguineis iniuste contradicentibus, poterit mulier liberè contrahere sine solennitate, sicuti singu. etiam in hac specie voluit Panor. in cap. cum in veteri. col. pen. versic. sed dubium est. extra de electio. Pro quo facit, quod in simili habetur in l. tutor qui repertorium. ff. de admini. tut. quod imminente necessitate, potest tutor sine confectioe inuentarij tutelam administrare, quod aliàs non posset. Per quem tex. dicit idem Panor. in c. vlti. col. ij. versic. omnia prædicta. de ecclie. edific. quod si imminet necessitas alienandi bona ecclie cathedralis, quæ exigat tantam celeritatem, quod non permittat consuli superiorem, potest Episcopus liberè alienare illo inconsulto, nõ obstante iuramento ab eo præstito, de non alienando eo inconsulto. Et quod voluit Anton. in c. inter quatuor, de cleric. non resid. quod licet clericus non posset sine consensu Prælati abesse à suo beneficio, per c. relatum. de clericis non residens. Si tamen superueniat talis necessitas, quæ sine periculo non permittat adire Prælatum, potest abire eo inconsulto. Et quod etiam voluit D. Tho. 2. ij. q. lxxxvij. arg. ij. ad fin. & iterum quæst. cxlvij. arg. iij. ante medium, de obligato ad ieiunium, constituto in periculo adeò imminente, vt non possit adiri superior ad habendam dispensationem. Quæ omnia retulit Feli. in d. c. cum accessissent, col. ix. de constit. Cui adde quæ diximus in nostro tractatu Retract. tit. j. §. xxvj. in gloss. j. vbi multa de necessitate congestimus. & quæ in simili diximus supra, in glo. vj. num. 34. incip. limita tertio.

132 An loco viri alius sit substituentus.

¶ Secundo declara, vt videlicet ita procedat, vt cum statutum requirit proximior consanguineum, si proximior contradicit, & quidem sine iusta causa, iudex in eius locum sufficiat alium remotiorem, qui consentiat, si habeat alium. Ita voluit Bal. in d. l. viduæ. per illum tex. ibi, sed forte. C. de nupt. & sequitur Pau. Cast. in d. l. si cum dotem. §. eo autem tempore. in fi. & ibi etiam Alex. qui hoc dicit sing. col. pen. ff. solut. matri pro quo dicit ipse Alex. esse bonum tex. in l. cum antiquitas. & quod ibi not. Paul. Cast. C. de testa. & in §. si verò absint, in authen. de hæc. & Falci. Et facit quod in simili voluit Bald. in l. cum sententiam. ad fin. C. de sent. & Pau. Cast. in l. j. C. vnde vir & vxor. & multa, quæ congestimus supra in j. q. nu. 20. sed & tunc, & multis seq.

133 Quid, si consuetudo ultra consensum viri requireret decretum iudicis.

¶ Tertio declara, vt etiam procedat, nisi statutum requireret consensum consanguineorum, & præterea decretum iudicis: quia tunc si consanguinei recusarent sine iusta causa, solus iudex supplere non posset, arg. not. in l. si curatorem habens. C. de in integ. restit. Ita voluit Bald. in d. rubrica, de contr. emp. in xxiiij. q. & Salyc. in d. l. dudum. ante fi. C. eod. titu. vbi ad hoc præterea allegat in argu. d. l. vlti. C. si propter pub. pensi. & not. per gloss. in l. ij. C. de fide instr. Et subdit hoc casu esse cautelam, vt duo iudices adhibeantur: vnus quidem, qui interponat decretum, seu consensum, & alter qui suppleat vicem consanguineorum recusantium sine iusta causa, per id quod in simili habetur in l. vlti. §. sin autem dubius. C. de iure delib. vbi cum aliis tabulariis, specialis tabularius, adhibetur loco testatoris, qui nescit scribere. Et facit etiam (inquit) l. hac consultissima. versic. sed quia tabulariorum. C. qui testam. face. poss. Quod dictum sequitur, & dicit notab. & menti tenendum Alex. in d. §. eo autem tempore, col. pen. vbi & illud dictum Bal. pro eleganti citat. Sequitur etiam Corne. d. consi. clxvij. versic. dictum autem. Bart. lib. 2. & Iafon, qui id reputat sing. in liiurandum & ad pecunias. §. qui iurandum. ff. de iureiur.

134 Decisio principalis quæstionis.

¶ Ex quibus planè constat, quid dicendum sit in casu nostræ consuetudinis requirentis consensum mariti, in contractibus vxoris. Est enim eadem ratione idem dicendum, quod in statuto requirente consensum propinquorum, si tamen hæc nostra consuetudo exigit consensum mariti ad commodum vxoris, & ad integrandam ipsius personam, vt fit in dicto statuto, vt alibi plenè diximus. Sed quia arbitror, vt sæpe supra scripsimus, hanc nostram consuetudinem consensum mariti exigere in contractibus vxoris propter præiudicium ipsius mariti, cum res ipsa priuatim tangat commodum, vel incommodum viri, qui, vt alibi cauetur, suos facit fructus omnium bonorum vxoris, potestq; de illis & bonis mobilibus ipsius, vt liberit, disponere: idè non putarè posse virum cogi, vt consentiat, aut eo contradicente iudicem vxori permittere, vt contrahat, & ita conditionem mariti, eo inuito deteriorem faciat, nisi fortè vxor vellet facere contractum sibi valde vtilem & commodum: & nihil, aut etiam, si possum dicere, modicum præiudicij marito adferentem: tunc enim cessante præiudicio mariti, non video quin possit iudex vices suas interponere, vt in statuto requirente consensum consanguineorum. Cogita.

135 Quid si vxor

¶ DECI MOSEXTO quæro, Quid, si mulier maritata sine consensu mariti contrahat cum externo quopiam, cui se dolose iureiurando interposito asserat innuptam, & ita liberam ad contrahendum?

hendum? Videtur valere contractus, per id quod in simili dicitur in l. 2. & 3. C. si minor se maio. dixer. vbi valet contractus factus à minore, qui se maiorem asseruit, nec iuuatur is beneficio restitutionis in integrum: & similiter quod habetur in l. si decipiendi. in prin. & ibi no. ff. ad Vellei. & l. foemina. C. eod. vbi si mulier pro alio intercedens voluit decipere creditorè, vt quia induit vestem virilem, quòd vir, non foemina crederetur, vt dicit gloss. in d. l. si decipiendi. valet huiusmodi intercessio, nec potest se tueri mulier ex Senatusconsulto Velleia. Quodque scribitur in l. si sine. C. eo. quòd si mulier in alienatione rei dotalis, eam rem non esse dotalem asserat, non auditur, si velit huiusmodi alienationem impugnare: vt declarat no. Imo. in l. cum vir. circa 16. col. ff. de vfucap. & in c. cum contingat. circa nonam chartam, extra de iureiur. Quod item traditur in l. i. C. ad S. C. Maced. filiumfam. non iuari Senatuscon. Maced. cum se sui iuris esse assereret, ei, à quo pecuniam mutuam accepit. De quo etiam est text. in l. eum qui. ff. ad Senatuscon. Maced. & in l. qui cum se. ff. de re iud. Et in simili traditur in l. sed si ex parte. §. i. ff. quod cum eod. de eo qui se patremfam. mentitus est, cum contraheretur cum eo.

contrahat cum extraneo cui iureiurando se asserat innuptam.

¶ Et facit, quod scribit Bald. in l. vltim. §. necessitate. colum. iij. versic. & idè præcepta. C. de bon. quæ libe. quòd si filiusfam. mentitus de morte patris, præceptum guarentitiæ passus sit, valet huiusmodi præceptum, quod aliàs non valeret, vt potè cum habeat vim iudicij, in quo non potest filiusfam. agere, nec conueniri sine consensu patris. Sed & Fulgos. consil. ccxix. visis binis processibus, colum. iij. versic. rursus posito sine præiudicio, ait, quòd si stante statuto, quòd mulier non possit contrahere sine consensu duorum proximorum consanguineorum, mulier contrahat cum consensu duorum non proximorum, quos tamen proximiores asserit mulier, valet contractus, quia decepta, non decipienti, succurrendum est. l. 2. §. hæc verba. versic. sed ita demum, & sequenti. ff. ad Velleianum. & l. si sine. C. eod. cum sim. & idem expressim voluit Steph. Fede. in suo aureo libr. de legum interpret. parte 2. chart. §. versicu. item debet intelligi, per multa circa quæ etiam allegat.

De eadem re.

Deceptis non decipientibus succurrendū.

¶ Contrarium quoq; videtur per id, quod voluit Iac. Bel. in sua disputatione, incip. lege Perusina, vbi dicit, quòd ll. supra in prin. alleg. procedunt, quando minor, qui se dolose asserit maiorè, vellet nihilominus petere rescissionem contractus beneficio restitutionis in integrum. Tunc enim suo mendacio punitur, vt non audiatur. Secus vbi diceretur contractus nullus, ratione solennitatis municipalis in minorum contractu requisitæ non obseruatæ, per l. quid enim. iuncta l. præced. in fi. ff. de dolo. vbi contra pupillum, qui mentitus est, datur actio de dolo. Ex quo fit manifestum, contractum non tenuisse. Nam si tenuisset, daretur actio ex contractu, non de dolo, quæ est subsidiaria, l. i. §. ait Prætor. ff. eod. Et idem dicit in statuto requirente consensum patris in contractu filiusfam. cum filiusfam. dicit se esse sui iuris, vt propterea non valeat contractus.

Contra supra dicta.

De eadem re.

¶ Quæ omnia refert & sequitur Ioan. Andr. in Addi. Specul. tit. de sent. prol. §. vt autem quæ præmisimus, col. 2. in addi. quæ incip. ad hæc, & ea quæ præmissa sunt, & Per. Anch. loquens etiam in contractu requirente consensum proximorum, in contractu mulieris, in c. i. in 14. q. princip. versic. iuxta prædicta etiam quæro, extra de constit. & Ro. qui hoc dicit singu. nec esse alibi, consi. 12. vifo facto præsupposito, col. 2. & Paul. Castren. consi. 175. ad primum quæsitum. in tertio dubio. lib. 2. Franciscus Cremen. qui hoc reputat aureum, & menti tenendum, no. 162. statuto cauetur. & Soci. consi. 23. circa prædictam consultationem, col. 3. num. 14. libr. 4. vbi & hanc rationem addit, quia si aliter diceretur, facile fieret fraus statuto, si videlicet ex sola assertione filij asseretis se esse emancipatum, contractus robur acciperet, contra regulam, cum quid vna via, cum sua materia, de reg. iur. lib. 6. Qua enim facilitate filius induceretur ad contrahendum, eadem & ad ita asserendum, l. doli. clausula. §. diuersum. ff. de nouatio.

De eadem re.

¶ Et hanc partem fulcit, quod alibi consuluit Paul. Cast. videlicet consi. cccxlij. considerandum est primò, col. i. versicu. item ex alio, lib. i. quòd si minor habens curatorem contraxerit cum alio, cui se asseruit non habere curatorem, non per hoc robur accipit contractus, quin irritus maneat, ex l. si curatorem habens. C. de in integ. restit. mino. Nam ex huiusmodi (inquit) assertionem non immutatur veritas, l. assumptio. in princ. ff. ad municip. & l. filio quem pater. ff. de lib. & posthum. & l. Caus. ff. de iure patro. & l. i. C. si vt se ab hæc. absit.

De eadem re.

¶ Ex quibus fateor hanc rem diutiùs fuisse apud me ancipitem. Tandem verò comperi Alexand. consi. ccxxij. quoniã abundè. lib. 6. vtranque hanc sententiam aduocasse, inq; priore (si non fallor) resedisse, dum respondet ad d. l. quid enim. de dolo, cui potissimum innititur Iaco. Bela. Nam aut (inquit) ibi pupillus proximus pubertati, non erat factus locupletior, aut factus erat, Si primò, non poterat agi contra eum eo contractu, cum non esset ex eo obligatus, nec ciuilitè, nec naturaliter, l. i. & ibi not. ff. de donatio. idè non impeditur subsidiaria actio de dolo. Si secundum, valet contractus, vt ex eo agi possit, quatenus pupillus est factus locupletior. l. sed mihi. ff. cõmod. & no. in d. l. i. cum similib. Nec si quicquam impedimento est, quin agi posset de dolo, quatenus non est factus locupletior, per nota. per gloss. Barr. & alios, in l. 2. C. de dolo. Et ita non concluditur ex illo textu, quod Iacobus Bel. intendebat.

Sed an valeat in præiudicium dicitur mariti.

¶ Idè si priorem illam partem teneas, eam limitabis procedere, vt scilicet valeat contractus ita factus in præiudicium mulieris, quæ eam fraudem aut dolum fecit. Ita enim loquuntur iura, quæ supra in princip. huius quæstio. adduximus; neque id quidem immeritò, cum nemini sua fraus

aut dolus patrociniati aut prodesse debeat. l. ita demum. ff. de arbit. & l. verum. §. tempus. ff. pro socio. & c. ad nostram. de empt. & vendi. cum aliis multis cōcord. à me collectis in tracta. Retract. tit. i. §. i. glof. 9. in verbo, ou lignagier, numero 67. incip. denique si diceremus. Quod si id redundaret in præiudicium viri, qui fortè ex consuetudine vel statuto facit suos fructus bonorum vxoris, vt est in multis cōsuetudinibus Gallia, nihil video, vt dolus, aut fraus vxoris, quæ se dicit innuptam, ei præiudicet. Nemo enim alterius dolo aut fraude prægrauari debet, cap. nemo debet. de regu. iur. lib. 6. cum concord. ibi adductis, nemoque sine suo facto, aut culpa, suo iure priuari debet. l. ius nostrum. ff. de reg. iur. cum simil.

142 Quid si is sciebat eam nuptam esse.

¶ Limitabis etiam secundò, vt id quod diximus procedat, nisi is, cum quo contrahit mulier, quæ se dicit innuptam, verisimiliter sciat eam nuptam esse: vt quia vicinus est, aut consanguineus vxoris, per tex. in l. de tutela. C. de in integrum restitutio. vbi si minor se dicens maiorem, liberauerit auunculum ipsius tutorem ab ipsius tutelæ redditione, non valet huiusmodi liberatio ipso iure, cum auunculus ignorare verisimiliter non poterat ætatem minoris. Ex quo notat Bald. ibi, quod stante statuto, quod non possit minor 20. annis contrahere sine curatore, si soror contraxerit cum fratre, cui se iureiurando asseruit esse maiorem, non valet eiusmodi contractus: quia frater præsumitur scire sororis ætatem: idè non videtur decipi, sed potius decipere, & inducere sororem ad contrahendum.

143 De eadem re.

¶ Et quod voluit Dy. consi. quodam, incip. iure municipali cauetur, quod si stante statuto, quod filiusfam. non possit se obligare sine consensu patris, quispiam filiusfam. dicat se emancipatum creditori, qui id falsum esse sciat, non valet obligatio, quia dolus non infertur scienti. l. cum donationis. C. de transac. l. i. in fin. ff. de actio. empr. & sequitur Alexand. d. con. 122. col. 2. libr. 6. Et idem in statuto requirente consensum proximorum in contractu minoris, tenuit Angel. consilio 140. domina Catharina, col. vlt. Et bene facit text. in d. l. i. ibi, eiusque affirmationi credidisse iusta ratione edocere potes. C. ad S. Maced. & quæ ibi not. per Bald. & Salyc. & vide quæ dicam in seq. quæstione, præsertim num. 159. tamen si teneas.

144 Quid si uxor communi hominum opin. creditur, maritum non habere.

¶ DECIMO SEPTIMO quæro, Quid si communi hominum opinione mulier quæpiam existimetur maritum non habere, cum tamen habeat, an valeat contractus factus ab ea in scio marito? videtur quod non, per ea quæ iam diximus in præce. q. per id quoque quod voluit Iacob. Aretin. in sua dispu. incip. quæro, ego produco contra te instrumentum, quod non valet gesta ab eo, qui communi opi. reputatur tutor, cum non sit. l. 2. ff. de eo, qui pro tut. & l. qui neque. ff. de reb. eo. Et quod etiam voluit Bal. in l. 2. in fi. C. de sent. quod non valet testamentum filiusfam. vel. serui, qui communi hominum opinione reputatur esse sui iuris. & sequitur, & dicit singu. Alex. in l. i. col. 2. versu. & ex hoc deciditur. & ibi Iaf. col. 2. versu. istam legem sic extensam. C. de test. & idem Alex. consi. 147. viso themate. col. pen. versu. non obstat etiam, libr. 7. & Philip. Deci. qui hoc reputat sing. in l. si emancipati. colum. 3. versu. & ad prædicta notandum est. C. de colla. & Catel. Corta, qui etiam dicit sing. in memor. incip. opinio communis.

145 An valeat instrumentum à non notario confectum, qui communi opinione existimatur notarius, vide infra num. 153.

¶ Et quod maior pars Doc. tenet, non valere instrumentum confectum à non notario, qui videlicet nunquam creatus fuit notarius, licet communi opi. reputetur notarius. Ita enim voluit Azo in Summa, tit. in Auth. de fide instr. Andr. Pifa. Guli. Cu. Guid. Ray. Oldra. Bal. in repet. & Iaf. in l. Barbarius. ff. de offic. Præto. Spec. & Ioan. And. in tit. de iustru. edict. §. restat. versu. quid si is. & ibi quoque ipse Ioan. And. in versu. & scias, in addi. incip. ad intellectu illius. & iterum vterque in titu. de probat. §. probare. versu. illud autem, & sequen. Idem Specul. titu. de procur. §. ratione autem formæ. versu. 2. Cy. in l. comparationes. C. de fide instru. Iaco. Aret. in d. dispu. incip. quæro, ego produco contra te Bar. in l. Herennius. per illum tex. ff. de decur. & in l. actuarios. & ibi Io. Plat. C. de numera. & actu. lib. 12. Bald. in d. l. i. in 6. quæst. & ibi quoque Saly. Ange. in vna lec. & Alexand. qui ita dicit se consuluisse, & Corn. col. pen. C. de testa. Idem Bald. in d. l. 2. col. 2. C. de sent. & in l. ad testium. §. i. & ibi quoque Ang. Imol. Paul. Cast. & recentiores. ff. de testa. Idem Bal. in l. 2. col. 2. C. de ferui. & aqua. & in l. nihil. C. de manu. vindi. Can. communiter in c. i. de fide instru. Anto. in rep. c. cōsultationibus. col. 24. versu. venio ad secundum, de iure pat. Per. Anch. consi. 113. pro isto patre instituto, col. 2. versu. ad ista pater. & latè Alexand. consi. 138. opportunè consideratis, lib. 1. vbi adducit multa similia, quæ tu videre poteris. & Stepha. Bertran. consi. 23. venditio. in 3. dubio. lib. 1. & consi. 41. circa processum, nu. 2. eod. lib. 1.

146 De filiosfam. qui communi opin. reputatur sui iuris.

¶ Contrarium tamen videtur. Nam communis opinio de habilitate, & legitimatione agentis, tempore quò aliquid facit, operatur, vt illud valeat, ac si esset verè habilis ac legitima persona, quamuis postea appareat non fuisse huiusmodi. Quod hinc liquido patet, quod valet tenerque & obligat mutuū, quod accipit filiusfam. qui cōmuni opinione reputatur esse sui iuris, perinde ac si esset sui iuris. l. 2. C. ad S. C. Maced. & l. 3. ff. eo. Quibus innixus Bal. in l. vlt. §. necessitate. col. 3. versu. idè præcepta. C. de bon. quæ liber. dicit, quod licet alias filiusfam. non possit esse in iudicio, sine consensu patris, si tamen communi fama reputatur esse sui iuris, valet quod ab eo gestum est in iudicio, vel instrumento guarentigato, quod habet vim iudicij.

147 Presentatio ab eo facta.

¶ Item valet præsentatio ab eo facta, qui communi opinione existimatur esse patronus, & est in possessione eius rei: nec viriatur, licet postea appareat non fuisse patronum. d. cap. consultationibus. de iur. pat. & c. querelam. de elect. per quem etiam. text. idem dicimus de rectore putatiuo. Et idem

idem quoque de collatione facta ab eo, qui potestatem conferendi cōmuni opinione putabatur habere, per c. cum olim. de cau. pos. & per Rot. deci. 457. quidam impetrauit. in antiq.

148 ¶ Et soluens ei, qui communi opinione etiam reputatur procurator creditoris ad exigendas pecunias, liberatur, quamuis non sit procurator. l. eius qui in prouincia. ff. si cer. per. & l. si quis seruo. ff. de solu. cum simil. Et idem de soluente prælato putatiuo dicit Bart. in l. si vrbana. versu. vlti. per hanc l. & ibi quoque Bald. Angel. Paul. Cast. & recentiores, qui adferunt concordant. ff. de condit. indeb. vbi tamen videbis qualiter intelligatur, præsertim verò per Iason. de quo etiam vide gloss. Innoc. & alios in c. nihil. de elect. Bald. in c. in literis. col. 2. versu. sed nunquid debitores. extrà de restit. spol. & Panor. in c. cum super. in fi. de cau. poss. & proprie.

qui commun. opin. putatur patronus. Solutio facta ei, qui procurator cōmuni. opi. putatur. Et quæ sit prælato putatiuo.

149 ¶ Valet quoque testamentum, in quo seruus, qui communi opinione reputabatur liber, est testis adhibitus, per l. i. C. de testa. & §. sed si aliquis. Instit. eod. tit. licet seruus in testamento non possit esse testis, per l. qui testamento. §. seruus. ff. de testa. Et idem de teste infami, vel aliàs inhabili, qui communiter reputatur non infamis, & idoneus, voluerunt Iac. Rau. Cy. Bar. Bal. Pau. Cast. Rom. Alex. & recentiores, in d. l. i. C. de testamen. Imo. Raph. & Pau. Ca. in d. l. ad testium. §. i. ff. de testa. Bal. in l. i. C. de secun. nup. & in l. Calsius. ad fin. ff. de Senato. & in d. l. 2. col. 1. C. de senten. & ante hos glo. quam sequuntur recentiores in l. cum lege. in fi. ff. de testa. quam reputat singul. Bal. in c. super eod. le. i. extrà de testibus.

Seruus opinio. communi reputatus liber. Infamis reputatus bona fama.

150 ¶ Et valet gesta à seruo, tanquam iudice, qui communi opinione existimatur liber & iudex. d. l. Barbarius. ff. de offi. præto. & d. l. 2. C. de re iudi. licet seruus iudex esse non possit. l. cum prætor. ff. de iudic. & c. sciscitatus. de rescript. & §. tua. 3. q. 7. quod non in iudice tantum procedit, sed & in aliis ad alios magistratus assumptis, secundum Bal. in l. i. ad fi. C. qui & aduersus quos. Valet etiam sententia lata à iudice excommunicato, qui communi opinione habetur pro legitimo. ca. ad probandum. de re iudic. Valet & instrumenta confecta à notario excommunicato, qui communi opinione reputabatur non excommunicatus, glo. in c. decernimus. in glo. vlt. ante fin. de sentent. excom. lib. 6. Inno in c. pia. de excep. libr. 6. Ioan. And. in c. auaritia. de elect. lib. 6. & Panor. in cap. veritatis, col. 8. versu. & ampliando. extrà de dolo & contu.

De iisdem rebus.

151 ¶ Et faciunt not. in simili, per Inno. in c. i. de schisma. & in c. si verè. de sent. excom. & in d. c. veritatis. & ibi etiam Pan. quo loco supra citauimus: & per Specu. in tit. de lega. §. superest. versu. ergo si quis. & multa in eam rem exuberanter congesta per Maria. seniore, consi. 32. ex iis quæ superius, col. 7. versu. sed posset quispiam, & seq. col. Ex quibus consuluit valere conductiones ab eo factas, qui communi opinione reputabatur Rector, aut prælatus. Et idem de aliis contractibus ab eo factis, qui communiter reputatur Abbas, vel Episcopus, respondit Domi. (quem ille non citat) consi. 8. quidam Cardinalis. col. vlt. Cui & illud adde, quod sing. consuluit Feder. Senen. consi. 167. mulier accusata, excusari ab adulterio mulierem, cuius vir communi opinione mortuus reputatur, si alterius patiatur concubitum. Igitur cum in nostro casu huiusmodi mulier reputatur sui iuris, videtur valere gesta ab ea, tanquam sui iuris esset.

De iisdem rebus.

152 ¶ Hic paululum aduerte Lector. Nam quæ dicta sunt in præcedenti quæstione de muliere maritata, quæ se innuptam mentiebat, in hoc videntur differre ab iis, quæ nunc tractamus, quod hic nihil imputari possit ei, qui communi opini. credens, contraxit cum muliere. Ibi verò imputari potest, quod nulla communi opinione ductus, non inuestigauit de conditione illius, cum qua contraxit per l. qui cum alio. ff. de reg. iur. vbi gloss. dicit etiam non vacare culpa, qui id ignorat. Et illum text. valde no. dicit Bal. in c. rursus si fidelis, tit. quibus modis seu. amit. Et adde text. in l. si patronus. & ibi Iac. Aretin. & Bart. ff. de confir. tut. & in l. 2. §. quæsitum. ff. de separationibus. & ibi glof. quæ adfert alios, & in cap. innotuit, & ibi quoque gloss. in verbo, ignorantia, de elect. & quod tradit gloss. in l. Iulianus. ff. ad S. C. Maced. & alj quos tibi citauimus in nostro tractatu Rtractuum, tit. i. in fi. nu. 41. nonò quæro.

De iisdem rebus. Qui cum alio contrahit, non debet ignorare eius conditionem.

153 ¶ Nec similiter quicquã videtur facere, quod de Notario diximus. Nam præterquam quod nonnulli contrarium tenuerunt, videlicet Inno. in c. cum dilectus. de fid. instr. Host. in summa, eod. tit. in prin. col. 2. versu. quid ergo si Tabellio, Bart. in d. l. Barbarius. & ibi Alber. col. pen. & vlt. vbi dicit hanc op. de consuetudine obseruari. & Fulgo. qui hanc quoque partem dicit humaniorem, & in iudicio tenendam. ff. de offic. Præto. Bal. sibi contrarius in l. non ignorat. col. 3. versu. in contrarium facit. C. qui accu. pos. & Ang. in Auth. de tabel. in prin. col. 2. & in l. 2. in prin. ff. ad Maced. & consi. 140. quidam Mathæus. & Ioan. Fab. in §. sed cum aliquis, Instit. de testa.

De eo, quod dictum est de notario.

154 ¶ Dici etiam potest, nihil ad hunc casum pertinere rationes, quibus potissimum imittuntur qui priorrem partem sequuntur: sunt enim huiusmodi, quod qui se pro notario gerit, qui non est, falsum cōmittit, per l. eos. §. qui se pro milite. ff. de fal. ergo non potest instrumenta conficere, per l. si aliquid. C. de suscept. & arca. lib. 10. Item si solus Princeps confert tabellionatum, non rerum natura, non vsus priuatorum, vt no. Inno. in c. pen. de fide instr. cum si. Item officium non probatur, nisi per literas decernentes officium, & ideo cum sit data certa forma probandi, quasi possessio nihil operatur. l. i. C. de mand. Princ. & l. decernimus. C. de sacros. ecclesi. & l. si qua per calumniam. C. de Episc. & cleric. & l. probatorias. C. de diuersi. offic. & l. Herennius. ff. de Decuri. Quæ quidem rationes (vt videre licet) nihil ad hunc casum faciunt.

De eadem re.

155 ¶ Sed quod dictum est de testatore, seruo, vel filiosfam. reputato communi existimatione libero,

De eo quod aut

dictum est de seruo testatore.

aut sui iuris, non parum quadrat. Nam qui dicunt, non valere illius testamentum, ea ratione moventur, quod in eo casu defectus est in substantia, seu in causa efficiente, id est, in eo, qui actum gerit, qui multo est grauior eo, qui in causa materiali est vel in solennitate, vt in d.l.i. C. de testam. Hic autem in nostro casu, de quo loquimur, non tantum est defectus solennitatis, sed etiam substantia cum persona, quae actum gerit, non sit habilis. Ergo nihil operatur communis opinio.

156 Commu. opi. an & quando habeatur pro veritate.

¶ Præterea quod dicitur communem op. haberi pro veritate, procedit in his quæ respiciunt officium publicum, per d.l. Barbarius. secus si priuatum, secundum Inn. in c. cum dilectus. de consue. & in d.c. nihil. de elec. Compo. in c. cum Vinetionensis, eo. tit. & Io. And. in d.c. veritatis. & ibi alij, extrâ de dol. & contu. & in c. r. de rescrip. lib. 6. & Cald. in d.c. ad probandum. de re iudic. & in sua dispu. incip. excommunicatus. Fede. consi. 5. quidam monachus, col. vlt. Bald. in rep. d.l. Barbarius. sed tamen hic vide 2. seq. versu.

157

¶ Sed hic omnibus faciliè responderi potest. Nam primum de filiofamil. siue seruo testante, non est omnino indubitatum, quando sit gloss. contraria, in l. 2. in verbo, seruus. C. de edic. Di. Ad. col. quam sequuntur Docto. ibi, inter quos Ias. ibi solus, vt dicit, eam expendit contra dictum Bald. in d. l. 2. C. de sen. & eam ad hoc dicit sing. nisi dicas eam loqui in possessorio, non etiâ in petitorio. Sed quocūq; modo ea loquatur, certè de illa Bal. deci. dubitat Ias. in d.l. Barbarius col. 6. versu. quarto notabiliter limita, nec immeritò, cū in d. l. 2. C. ad Mace. & in l. 3. ff. eo. esset defectus in substantia, siue causa efficiente, id est, in eo, qui mutuum accipit, & tamen cōmunis opinio dat robur actui.

158

De iisdem rebus. Resolutio questionis.

¶ Ex quibus etiam iuribus refellitur, quod dictum est, cōmunem opinionem in his tantum operari, quæ ex publico officio dependent, quando illic de priuata tantum agitur. Ideo rebus maturè perpensis animaduersisque, nihil hic video, quo minùs valeat contractus factus à muliere, cōmuni opinione reputata sui iuris, cum esset tamen maritata, nisi fortè, quatenus cederet in præiudicium mariti, per id quod voluit Inn. in c. consuluit. de proc. & Bal. in repe. d.l. Barbarius. col. 9. versu. & nota quod materia. & ibi Ias. col. antep. versu. 2. limita. Calde. & Anto. in d.c. ad probandum. de re iudi. & not. in c. apostolica. & in c. proposuit. de cleri. exco. mi. Cogita Lector amantissime.

159

Quid si contra trahens cum ea muliere, scit hanc cōmunem opin. esse falsam.

¶ Tamen si teneas, valere huiusmodi contractum ob cōmunem hominum opinionem intelligas, nisi is, cum quo contrahitur, sciat eam op. esse falsam, & sic mulierem, cum qua contrahit, habere maritum: hic enim nihil illum iuuabit cōmunis opinio in contrarium, vt expressè & not. voluit, hoc modo limitans d.l. Barbarius, Io. Cald. in d.c. ad probandum, & ibi etiam Pan. & Feli. vterque col. pe. idem Cald. in sua dispu. incip. excommunicatus, qui cōmuni op. col. vlti. Io. And. subobscure in c. dilectus. le. 2. in gl. pen. & ibi clariùs Imo. col. 4. versu. & prædicta, & Panor. col. 3. versu. ex prædictis, de præb. Ant. in c. sciscitatus. ad fi. & ibi etiam Pan. de rescrip. ipse Pan. in c. si duobus, col. pe. versu. ad hoc quod not. de appel. & in c. post cessionem. colum. pe. versu. idem si erat occultum, de brobat. & in d.c. veritatis. vbi supra, de dol. & contu. & Ro. qui hoc sing. reputat, sing. 763. inci. lex Barbarius. Domi. in cap. sacerdotes. 2. q. 7. Nicol. Mil. in suo repertorio, versu. error communis non iuuat. & Philip. Deci. consi. 407. visis & diligenter consideratis, col. 1. cum multis si. collectis à Feli. in d.c. ad probandum. Et facit text. in c. si qui Episcopi. 1. q. 1. & in c. & si necesse, extrâ de donat. inter vir. & vxor. & quæ diximus supra in præcedenti q. nu. 142. incip. ideo si priorem. & sequen. Et vide super hac q. Alciat. in tracta. præsumpt. regula 2. præsumpt. 2. nu. 3. & seq.

160

Cōmunis opi. cuiusmodi esse debet, ut det robur actui.

¶ Sed antequam hinc digrediamur, operæpretium putamus scire, quid dicatur cōmunis opinio, vt robur det actui: an videlicet necesse sit, omnes eiusdem ciuitatis, aut regionis ita opinari. Dic satis esse, eius opinionis eos esse, qui verisimiliter hoc scire debent, puta vicinos, consanguineos, & qui mulierem hanc verisimiliter cognoscunt: vt voluit glo. in l. cum quidam. §. quod dicitur, in verbo, obstetrices, & ibi Bar. ff. de acqui. hære. & in l. inter omnes. in glo. 1. & ibi Bart. Bald. Alex. & recentiores. ff. qui satisd. cog. & in l. vlt. in glo. 1. C. sine cen. vel reli. Bart. Bal. Salyc. Raph. Ro. Alex. Corne. & Ias. in d.l. i. C. de testa. Bar. in l. de minore. §. plurimum. in 2. q. ff. de quæstio.

161

De eadem re.

¶ Quin sufficit, vt maior eorum pars, qui eam cognoscunt, ita existiment, etiam si non omnes, per d.l. 3. ff. ad Maced. iuncta l. 2. C. eod. & in simili voluit Spec. in tit. de teste. §. 1. versu. quid si tantum à maiori parte, ar. l. quod maior. ff. ad munici. cum si. Rai. Albe. Alex. Corn. & Ias. in d.l. i. C. de testa. Bart. in d.l. de minore. in 2. q. dum allegat d.l. i. Ang. & Franc. Aret. in d.l. ad testium. §. 1. ff. de testa. Io. Fab. in d. §. sed cum aliquis, Instit. eo. Anto. in c. quod per nouale. col. 5. & 6. de verb. signi. licet sint, qui contrariū teneant, videlicet Imol. in d.l. ad testium. §. 1. Roma. qui limitat, in d.l. i. de testa. & Angel. Aret. in d. §. sed cum aliquis. col. vlt. Insti. eod. tit.

162

Quid si uxor contrahat cū ecclesia aut pia causa sine consensu uiri.

¶ DECIMO OCTAuo quæro, Quid, si mulier contrahat in fauorem ecclesiæ aut alterius piæ causæ, vel etiâ clerici, sine cōsensu uiri, an vitabitur cōtractus ex defectu huius solennitatis: Videtur quod nō, per id quod voluit Bal. in l. generali. in 1. & 2. q. & ibi post eum Fulg. qui elegans hoc reputat, Pau. Ca. in fi. & And. Alci. C. de sacr. eccl. quod stâte statuto, quod mulier nō possit testari, aut se obligare sine consensu propinquorū, id tamē potest liberè facere in fauorē ecclesiæ, aut piæ causæ. Ecclesia enim, & alia quæcūq; pia causa, est priuilegiata: ideo non valet statutū contra priuilegium. l. vlt. C. eod. Et idem consuluit ipse Bal. in statuto requirente cōsensum mariti, consi. 95. super dictis pūctis, libr. 2. vbi hac ratione mouetur, quod ad piæ causas non seruatur Ius Ciuile, vel municipale. Sed tantum ius Canonicum, quo iure indubitanter testamentum, & contractus sine huiusmodi solennitate valet, per cōsuetud. de sepul. lib. 6. & c. cum esset. & c. relatum, le. 1. de testa.

¶ Et

163 ¶ Et illud primum dictum Bal. sequitur Pe. An. in rep. c. i. char. 22. versu. dicit etiam dominus Bal. qui est in 11. q. prin. de const. & Pan. in rep. c. ecclesia. col. 16. versu. quid enim si statutum, & ibi Feli. col. 61. versu. alia autem, de const. & idem Pan. in d.c. relatum. le. 1. col. 2. versu. & ex his infero, extrâ de rest. Pau. Ca. in l. 1. ad fi. & ibi Ias. col. vlt. C. de sacr. eccles. Mar. Soci. senior in tractatu oblationum, libello 9. in vlt. q. Phil. Fran. in c. vlt. de immu. eccl. lib. 6. & in sua dispu. petitorij, incip. ex nobilissima vrbe, in 4. dubio, col. pe. versu. soluēdo ergo. Alex. in addi Bar. in l. 1. in 5. q. prin. C. de sum. trit. & consi. 210. statutus accuratè perspectis, col. 2. in duobus locis, lib. 2. & consi. 105. viso ac diligenter considerato, col. 3. versu. ex quibus omnibus, & iterum versu. quinimo dicit vltra, lib. 4. Barb. latè consi. 139. bene enim cuncta geruntur, col. 9. versu. præterea ad hoc consideret. libr. 3. vbi etiam hoc elegans dicit Corne. si is est, cuius inter ipsius consi. est consi. 276. consuluit dominus, col. 2. & in subscriptione eiusdem consi. quæ haud dubiè est ipsius, lib. 1. & consi. 104. circa primum consultationis articulū, col. vlt. lib. 3. & consi. 259. dicta dispositio, col. 2. versu. his tamē minimè refragātibz, lib. 4. Fran. Are. qui hoc dicit sing. in l. mutum. col. vlt. versu. illud etiam scias. ff. de acqui. hæ. Lau. Calca. latè consi. 13. pro parte negatiua, col. 2. & multis seq. & ibi quoq; Marti. Laud. & Iac. Pute. in subscriptione illius consi. & Steph. Fed. in suo opere de legū interpretatione, parte 2. char. 6. versu. item fallit quatenus Firmia. in trac. de Episcopo, in 4. parte, li. 4. in fi. 31. q. Ias. in l. si vnus ex argētariis. §. pactus ne peteret. col. 9. versu. tertiò limita. ff. de pact. & in l. filiusfam. §. diui. in 2. lect. col. 11. nu. 84. ff. de leg. 1. vbi tamen nutat. Fel. in c. quæ in ecclesiarij. col. 28. versu. ceterum in quantum, & iterū col. seq. versu. sed in 2. impugnatione, de consti. & Phil. Deci. in c. in præsentia. in 14. no. versu. & ista conclusio, de proba. & consi. 455. placet conclusio, col. vlti. & consi. 504. in casu occurrenti, col. 1. & Io. Lup. qui hoc reputat sing. in rep. rubr. de don. inter vir. & vxor. §. 48. col. vlt. vbi tamen de hoc dubitat. And. Alci. lib. 1. de verbo. signi. charta 4. in fin. & Cæsar Lambert. in Tractatu de iure patro. in 3. artic. 5. q. prin. primæ partis. lib. 1. per totum illum articulum.

164 ¶ Quin aliàs generaliter in donationibus, & relictis ad piæ causas, non requiruntur solennitates statutorum, vt voluerunt præter illos, quos supra citauimus Bar. in d.l. in 5. q. 6. eiusque vlt. quæst. prin. & ibi Bal. C. de Sum. Tri. Io. Calde. in sua disputatione inci. Bononiensi statuto. Bal. in l. lect. & Pau. Ca. in l. 1. vterque ad fi. C. de sacros. eccl. idem Bal. & fermè omnes in Auth. cassā. C. eo. tit. Ant. Io. Ligna. Imo. & propè omnes in d.c. ecclesia sanctæ Mariæ, extrâ de constit. Ant. in ca. quod clericis, de for. compe. & in c. vlt. de rebus ecclesiæ non alienandis. & in d.c. relatum. le. 1. de testa. & dicemus postea latiùs. ideo & Pau. Cast. consi. 432. cū statutum, col. 2. versu. tertiò principaliter, lib. 1. illud etiam generaliter dicit, quod statuta, quæ certam solennitatem exigunt in contractibus, non habet locum in iis, quæ fiunt cum ecclesiis, & monasteriis. id quod dicit Oldra. determinasse in publica disputatione, illumque sequutū fuisse Bar. in l. vlt. C. de sacrosanctis ecclesiis. Quamuis tamen Oldradus istud non dixerit, sed de alio casu loquitur, vt licet etiam videre apud Bart. in d. l. vlt. col. vlti. versu. ex hoc concludo.

165 ¶ Sed contrarium voluit Alber. in 2. parte statutorum, q. 2. ex prædictis oritur, in fi. vbi loquitur in statuto disponente, quod quis non possit alienare sine licentia superioris, vel alia certa solennitate. & Saly. in d. Auth. cassā. in pe. q. quæ est in col. vlt. versu. quæro modò de statuto, vbi nominatim loquens in statuto requirente consensum proximorum, dicit quod huiusmodi solennitas debet obseruari, etiam si fiat contractus cum clerico. & idem quoque in ecclesia voluit expressim Card. Flor. in c. perpendimus. in 9. q. de senten. excom. vbi huius rei dicit rationem, quia ecclesia in hoc nullo iure speciali reperitur munita. & Ro. consi. 166. visa diligenter, in primo dubio, vbi mouetur, quia potest ciuitas statuere certam formam obseruandam in actu, per suum subditum celebrando, etiam cum ecclesia, per tex. in ca. 1. §. donare. tit. de prohib. feud. alien. per Fed. vbi vassallus non potest alienare feudum, etiam pro anima, nisi obseruata solennitate requisita, scilicet consensu domini, ideoque expressim carpit Bal. in d.l. generali. & rursum idem Ro. in repe. Auth. similiter in 16. speciali piæ causæ, inter contractus. C. ad legem Falcidiam, etiam per textum. in d. §. donare. & in l. d. generali. quam retorquet contra Bald. & Alexand. sibi contrarius, consi. 93. visis & ponderatis, colum. vlt. libr. 2. & Barba. sibi etiam contrarius, consi. xiiij. clementissimi Dei, col. 4. versu. & adduco, quod voluit, & multis seq. lib. 2. & consi. lxx. referamus in medium, colum. 8. versu. præterea accedit quod refert, libro 4. & Dominic. Bonti. cui subscripsit Corne. inter consil. ipsius Corne. consi. 64. consuluit, colum. 3. versu. ad idem not. libr. 3. & Philip. Deci. sibi quoque contrarius in d. cap. ecclesia. col. pen. de constitutio.

166 ¶ Pro quibus adduco rationem, nondum à quopiam, quem haftenus viderim, ad hoc annotatam. Libertas est actus pietatis, l. 1. ad fin. & ibi no. Bald. C. de com. ser. ma. & propterea libertas, & causa pia æquiparatur, vt voluerunt Bar. & Imo. in l. proximè. in fin. ff. de his quæ in testam. delen. idem Bar. in l. si vnus. C. de testa. & in l. Titio vsufructus. §. vlt. ff. de condit. & demon. & Bal. in l. 2. circa prin. C. de fideicom. liber. & in l. si iure. C. de manu. testa. & Alex. in l. centurio. col. 2. ff. de vulg. & pupil. cum aliis multis concord. per me adductis infra, tit. 16. §. 1. in glos. vlt. ad fin. Imò libertas est fauorabilior quauis alia causa pia, vt probauimus in repetit. l. si vnquam, in verbo, donatione largitus, nu. 329. libertas autem. Tamen minor viginti annis non potest seruum manumittere, nisi obseruatis certis solennitatibus: & si fecerit, non valebit manumissio, per text. in §. eadem lege. vbi hoc not. Ang. Aret. Instit. qui & ex qui. caus. manu. non poss.

¶ Adde

De eadem re

De eadem re

Contra supra dicta.

Nova ratio posterioris opinionis.

167
Minor non alienat in pijs causis sine decreto.

168
Statutum cōcernēs solennitatē contractus, seruari debet, etiam cū contrahitur cum clerico.

169
Eccles. nō potest cedere nobili contra popularem, statuto talē cessionem prohibente.

170
De iisdem rebus.

171
Statut. laicorum, ne bona alienentur in extraneos, cōprehendit ecclesiam & clericos.

172
Qui tenent contrarium.

¶ Adde item, quod pulchrè voluit Inn. & Io. And. in c. in præsentia, ille, col. 2. hic col. 3. vterque in verbo, minor annis, extrà de probat. quod licet minor 25. annis ingrediendo monasteriū sine curatore, & decreto, bona sua in monasterium transferat, per text. ibi, tamen si aliàs alienaret, etiam ad pijs causas, non valeret sine curatore, & decreto, ar. l. 2. §. voto. ff. de pollicit. Et illud dictū sequitur & dicit bene notandum Panor. in d. ca. in præsentia. in vlt. not. de quo per Maria in dicto tractat. oblationum, libello 9. in 5. quæst.

¶ Sed & hanc sententiam confirmat, quod voluit Ant. in c. 1. de sponsa. & Panor. sibi contrarius in repet. c. ecclesia sanctæ Mariæ. ad fin. de constitut. & rursus in c. quod clericis, col. vlti. versic. ego verò, de foro compet. quod si statutum concernat solennitatem adhibendam tempore contractus, siue sit statutum laici, siue clerici: si laicus contractum faciat cum clerico sine huiusmodi solennitate, non valebit contractus. Nam subditus non potest contrahere, etiā cum non subdito, præter lege sui superioris, imò peccat, si fecerit. c. 2. de maio. & obedi. cum si. quæ allegat. Et sic haud dubiè ex parte laici nulla fuit contracta obligatio, cū lex resistat. l. cū lex. ff. de fideiuf. & quod no. in c. si diligenti. de foro compe. & in c. cū contingat de iureiur. Idè etiam clericus, aut ecclesia ex sua parte nulliter contrahit, quia contractus non potest ex vna parte tantum subsistere: quin debet esse vtrò citroque obligatorius. l. Labeo. ff. de verb. signi. Et ideo secundum hoc statutum iudicabitur inter clericum & laicum in vtroque foro: quia si contractus non valet, non debet ex eo ius reddi, per no. per Cy. in l. 2. C. quæ sit long. consuet.

¶ Allegat etiam Pan. quod in simili voluit Fed. Senen. consi. 85. statuto ciuitatis Perusinae, quod si statuto caueatur, quod non valeat celsio facta nobili contra popularem: si ecclesia cesserit nobili contra popularem, non valet celsio: nec censetur tale statutum contra libertatem ecclesiæ, quæ licet possit contrahere cum quocunque, debet tamen intelligi de non prohibito lege generali, vel particulari. arg. l. si quando, in prin. C. de inoff. test. Alioquin (inquit) dici posset, quod ecclesia posset contrahere cum prodigo, cui bonis est interdictum, vel cum minore sine solennitate, & quod leges & iura non haberent locum in contractibus ecclesiæ, qui esset error maximus.

¶ Hæc fermè Fed. quæ etiam sequitur Domi. in c. vlt. col. vlt. de immu. eccle. lib. 6. & Alex. qui dicit in hoc non inueniri contradicentem. d. consi. 93. col. 2. versic. & puto quod dictum statutum libr. 2. vbi per hoc consuluit, quod potest statutum inhabilitare personas certas subiectas statutibus ad recipiendum inuestituram, nisi seruata aliqua solennitate. & Io. Bap. S. Seuer. in repet. l. cunctos populos. ad fi. C. de Sum. Trinit. Sed & illud dictum Pan. sequuntur Barb. & Franc. Arer. in d. cap. quod clericis, ille, col. 26. hic, col. vlt. de for. compet. idem Barb. in multis consi. supra alleg. Felin. in d. cap. ecclesia sanctæ Mariæ, in 8. quæst. in 4. casu, vbi & multa similia collegit, omnibus illic exposita: & nouissimè Roch. Cur. in repe. c. vlt. in 11. quæst. prin. in 4. limitatione, extrà de consuet. Et facit item quod scribit Saly. in Auth. cassa. col. vlt. versic. quæro modò de statutis. C. de sacro. eccle. quod statutum, vt in alienatione rei immobilis minoris interueniat consensus alicuius cognati ipsius minoris, habet etiam locum, si minor contrahat cum clerico.

¶ Facit in hanc partem, quod plerique voluerunt, quod statutum laicorum disponens, quod bona immobilia non possunt alienari in non subditos, compræhēdat ecclesiam, & clericos, vt videlicet in eos non possint bona immobilia alienari. In qua sententia fuit Iaco. But. in d. auth. cassa. C. de sacro. eccle. & in l. asiduis. C. qui poti. in pigno. habe. Signo. Homod. consi. 22. viso statuto ciuitatis Mediolani. vbi hoc probat 15. rationibus. Bal. in repe. d. l. 1. colum. 8. versic. sed. quid si statutum disponit, & ibi quoque Saly. col. vlt. vt à multis citatur. C. de sacro. eccle. cum alijs multis cōcord. ibi à me latè adductis, in tract. Retractuum, tit. 1. §. 1. glo. 13. in verbo, l'achepteur, nu. 5. & in simili, vt ibi videre poteris, ne hic repetam.

¶ Sunt tamen plerique, qui contrarium in hoc quoque vltimo tenuerunt, videlicet Io. And. Petr. Ancha. Lap. Domi. & Philip. Franc. in d. c. vlt. de immuni. eccle. libro 6. Io. And. in c. statutum. de hæreti. lib. 6. Fede. Senen. d. consi. 86. col. pe. vbi & hoc dicit determinasse Oldra. in quadā disputat. Albe. in 2. parte statutorum, q. 2. ex prædictis, col. 2. versic. sed supposito, & seq. vsque ad fi. vbi hanc rem latissimè omnium exequitur. Bart. in d. l. filius. §. Diui. col. 3. versic. secundum punctum, & ibi quoque ipse Albe. Ang. Floria. Imo. Raph. Alex. & Io. Crotus in repe. ff. de leg. 1. idem Bar. in l. vlt. col. vlt. versic. ex hoc concludo. & ibi Bal. sibi cōtrarius, col. 4. versic. extrà dicit hic. C. de sacro. eccle. Idem Bar. in l. dudū. C. de contrah. empt. & in l. vlt. C. de exac. tribu. libr. 10. Bal. in l. iubemus nullam. in 2. not. C. de sacro. eccle. Ange. consi. 48. quidam Franciscus. Imol. in d. c. ecclesia, col. pen. de constit. Ant. in c. tua nuper. per illum tex. de deci. Pan. in c. à nobis. le. 1. in 3. no. etiam per illum text. de sent. excom. & in c. relatum. le. 1. de testa. & consi. 26. casus, quidam officialis, col. 2. versic. 4. adduco, lib. 1. & cōsi. 63. videtur primò, col. 1. lib. 1. Raph. Co. consi. 84. præsupposito casu, in fi. Per. Anch. in repe. c. 1. in 3. q. princ. versic. dicit etiam Bal. de consti. Pau. Cast. consi. 89. posset quis dicere, in prin. lib. 2. Card. Flo. sibi contrarius. 66. in dubio præmisso. & iterum consi. 144. super themate, col. 1. Io. Plat. in l. 1. col. 1. versic. & per hanc. C. non lice. habi. lib. 11. Philip. Franc. in materia petitorij in 4. eodemq; vlt. dubio, col. vlt. Firmia in tracta. de Episcopo, in 4. parte, lib. 4. in 45. q. versic. quæro etiam an prohibitus, vbi & ita dicit se cōsuluisse. Soc. consi. 14. capio primū, post prin. lib. 4. Fab. à Montè S. Sab. in tract. emp. & vendit. in 21. q. 3. partis prin. Feli. in d. c. quæ in ecclesiarum, in 9. q. de constit. Fran. Ripa. libr. respon. 1. c. 2. clerici propria prædia, in 1. dubio.

¶ Ex

173 ¶ Ex quibus clarè liquet, hanc rem esse admodum dubiam. Ego tamen, quantum ad consuetudinem nostram attinet, haud dubiè existimo, mulierem non posse sine consensu mariti donare inter viuos, aut aliàs cōtrahere in fauorem piæ causæ, aut ecclesiæ. Nam de vltima voluntate alibi iam satis supra diximus. Et vt sic dicam, me mouent vltra allegata per Doct. in dictis locis, duo potissimum nostras consuetudines peculiariter tangentia, primum, quia hæ nostræ consuetudines sunt mixtæ clericorum, & laicorum, vt quæ fuerunt communi omnium consensu, & consilio, & industria, & reformata, vt est palàm omnibus, & testimonio perpetuo est, delegatorum in eam rem à Principe renuntiatio, id est (vt vulgò loquimur) processus verbalis. Ideoq; & inter laicos, & inter clericos, & in causis ecclesiasticis debent obseruari, vt voluit Bald. in c. cū venissent. col. iij. versic. oppo. dicitur hic, per text. ibi, quem ad hoc dicit nor. & ibi Panor. in ij. notab. extrà de eo qui mit. in poss. cum alijs multis, quos latè congeessimus in nostro tractatu Retractuum, tit. j. §. j. glo. xij. in verbo, l'achapteur, num. 2. sed hic quæstionis.

174 ¶ Alterum, quo maximè mouemur, id est, quia fauore mariti (vt supra sæpius diximus) mulier per nostram consuetudinem prohibetur contrahere, sine consensu illius. At vbiunque lex, aut statutum prohibet aliquem testari, aut contrahere fauore alterius, nunquam censetur talis prohibitio remissa, fauore piæ causæ, vt dicit Bart. in l. j. C. de sacro. fan. eccle. quem sequitur Panor. consil. lxij. videtur primò dictum legatum, col. iij. versic. quartò adduco, lib. 1. vbi hoc dicit apertè probari in c. licet. §. vlti. de sepul. lib. 6.

175 ¶ DECIMONONO quæro, Quid si mulier cum fisco, aut principe contraxit, sine autoritate mariti, an valeat contractus: videtur quod sic, per id quod voluit Iac. Arer. in l. si mercedem. §. si habitatoribus. ff. de acti. emp. quod stante statuto, quod filiusfam. non possit obligari, poterit tamen obligari fisco. & sequitur Ange. Arer. inter consi. Soci. in quadam subscriptione ipsius, quæ adicitur, consi. cccij. cuius hoc caput, videbatur primo aspectu, superscriptio autem ita incipit, diligenter thema propositum, col. iij. versic. secundò respondetur, lib. 2. Et confirmari potest, quoniam Princeps non subest statutis, & legibus subditorum, ex sententia Cardin. consil. ij. circa statutum, cum concord. à me traditis, in tract. Retractuum, tract. j. §. xij. in verbo, l'achapteur, nu. 38. postremò illud. Ac ne suis quidem. l. princeps. ff. de legib. & l. ex imperfecto. ff. de leg. iij. cum simi.

176 ¶ Contractum tamen videtur in hoc casu, quoniam hic agitur de iure alterius, videlicet mariti, quod Princeps ipse sine causa tollere non potest, per not. in l. quoties. C. de preci. Imper. offerend. & in l. vlti. C. si contra ius. cum similib. Et licet hoc ius sit ex statuto, aut consuetudine introductum, non potest tamen negari, quin sit Iurisgentium, postquam iam est quæsitū, per not. in l. hoc iure. ff. de iure nat. gen. & ciuili. Præterea huiusmodi consuetudo fundatur ratione naturali, & diuina. Nam vt supra in princ. huius operis plenè ostendimus, mulier est in potestate viri, iure diuino, & naturali, ideoq; congruum est, vt non possit sine viri ipsius autoritate quicquam agere, quod sibi noxium est. At consuetudo, siue statutum, quod ratione naturali nititur, ligat Principem, vt voluit Bald. in cap. 1. §. vlt. col. j. tit. qui feud. dar. poss. cum concord. etiam à me congeffis, titu. nostrarum Consuetudinum iij. §. j. in glo. v. & in dicta tract. Retractuum, vbi supra, num. 39. quod tamen intelligendum. Igitur cogita, quid sit dicendum.

177 ¶ VIGESIMO quæro, an consensus à marito præstitus, in contractu vxoris sit immediata causa transferendi dominium. Bal. in l. mater tua. in fi. C. de rei vend. loquens in statuto requirente consensum propinquorum, in contractu mulierum, dicit quod non: quia non possunt propinqui ipsi transferre dominium: sed est (inquit) causa habilitandi personam transferentem, & nihil aliud operatur iste consensus, per illam l. in princ. Et hoc sequitur Fran. Arer. in l. qui in potestate. col. iij. ff. de testa. & Albert. Brun. in tract. de constit. decret. stat. & consuet. in verbo, consensus, col. ix. versic. consensus propinquorum per statutum. & iterum in verbo, cōtrahere, col. ij. versic. statutum dicit, quod mulieres: Cuius autem effectus sit hoc, facilè cognosces ex notatis in ea ipsa l. mater tua. Porro illud planum est, consensum domini qui rem suam transfert, esse causam immediatā translationis dominij, vt videre licet apud Bal. in l. j. col. ij. versic. & facit ad quæstionem. & ibi quoque Alex. col. ij. versic. ex hac tamen glo. ff. fol. mat. Ex quibus etiam intelliges, quis sit eius rei effectus.

178 ¶ VIGESIMOPRIMO quæro, Mulier absque consensu mariti vendit, aut donat domum Titij, consentiente ipso Titio: demum mulier ipsa succedit Titio, dicitq; non valuisse venditionem, aut donationem, quam fecit sine consensu mariti, ex huiusmodi consuetudine: quid iuris? Bald. in l. vlti. in fin. C. de pact. loquens in statuto disponente, vt non possit minor promittere, siue aliqua solennitate, dicit, quod si minor quispiā promittit aliquid ex bonis Titij, cui ipse postea succedat, nō potest ipse minor, huiusmodi promissionem refringere per illud statutum. Nam ista promissio, non tantum robur accipit ex promissione minoris, sed ex consensu maioris, ex quo principaliter dependet: statutum enim est productum propter minoris imbecillitatem: sed hic iure communi vtitur obsequendo voluntati maioris: ideo nullo pacto læditur. argu. l. quidam cū filium. ff. de hæred. instit. & l. non videtur. ff. de in integr. restit. min. Et hanc Bald. decisionem sequitur Iason in d. l. vlti. col. iij. in vij. no. per illum tex. vbi prohibitus disponere de re alicuius, potest eo consentiente disponere, sequitur etiam Alex. (cuius Iason non meminit) consi. ccxv. ponderatis narratis in themate, col. j. lib. 6.

179 ¶ VIGESIMO SECVNDO quæro, Quid si maritus bene consentit vxori contrahenti, non ta-

Resolutio principalis rationis.

Consuetudo omnis laicorū & clericorū debet seruari in utroque foro.

Quid si uxor contrahat cū fisco, uel principe.

Princeps non subest statutis subditorum.

Nisi naturali ratione nitatur.

An consensus à viro præstitus sit causa immediata translationis dominij.

Vxor, quæ uendit rem alterius consentientis, cui post ea succedit, an possit hanc uenditionem impugnare.

Quid si uir

consentis non intelligit quid uxor contrahit.

men intelligit quid uxor contrahit: quia forte simulat vendere, dum donat, aut aliter regit, quod facit, an valeat contractus? Dic breuiter, quod non, tanquam factus sine consensu mariti. Neque enim consentit quis rei, quam ignorat. arg. l. mater decedens. ff. de inof. testa. & l. nec ignorans. C. de donat. cum si. Quemadmodum nec quis dicitur prestare presentiam, nisi intelligat quid agitur. l. diem proferre. §. coram. ff. de arbit. & l. coram. ff. de verb. signifi. & l. haeres palam. §. in testamentis. in verbo, certioreretur. ff. de testa. & optimus tex. loquens de tutore, in l. non multum. ff. de autor. tuto. vbi ita scribitur: Non multum interest, an abfuerit tutor, cum negotium contraheretur: an praesens ignorauerit, quale esset quod contraheretur. Et tantum abest, ut actus, qui solo consensu perficitur, possit fieri per ignorantem, ut nec per dubitantem quidem possit. l. si is ad quem. & l. haeres institutus. cum l. seq. ff. de acqui. haere. iuncta l. pro haerede in prin. & l. gerit. ff. eo. titu. & l. si aua. C. de iur. delib. Nihil enim interest, ignores, an dubites. l. vlt. §. si autem nescius & dubitans. & ibi Bart. qui dicit singu. & Ange. C. de furt. cum aliis multis a me collectis in repet. l. si vnquam. in praefatione, num. 98. secundo modo. C. de reuoc. donat.

De eadem re. Donatio non dicitur insinuata, nisi iudex aperte intelligat.

Et propterea Bald. in rub. C. qui admit. col. ij. vers. & ideo de facto, dicit, quod si partes simulat vendere, cum tamen donationem celebrant, licet iudex interponat decretum, non propterea dicitur donatio insinuata, quia non erat notum iudici, quod intenderant donationem conficere. Aperte ergo (vt subdit) & intelligibiliter natura negotij exponenda est, & declaranda iudici, per l. vlti. C. de edict. Diui Adri. tol. Alias non intelligitur factum in praesentia ipsius. Et idem est (inquit) si in aliquo actu requiratur praesentia propinquorum, vel amicorum: non debent actum clare intelligere: alia si esset simulatus, non dicuntur fuisse praesentes, vt voluit glof. quam ipse dicit singu. in l. seruus. §. tutor. (alia ille §. pro l. allegatur) ibi, amicis & iudice scientibus. ff. de bon. poss. Et illam Bald. decif. sequuntur recentiores in d. rubrica, & inter caeteros longè lateq; Barb. in repe. eius rub. in j. q. ipsius Bald. vbi ad hoc multa allegat: & idem Barbat. in c. causam matrimonij. & ibi quoque Felin. de offic. deleg. vbi ipse Barb. dicit etiam illam glof. singu. & ipse Barb. consi. xl. praclare, col. xvj. vers. & ad hoc accedit, lib. i. & consi. liij. quod est eodem capite, col. viij. vers. item in casu, lib. 2. Cardi. Flor. qui id dicit singu. in c. vlt. colum. vlti. in vij. & viij. quaest. extra de maior. & obedi. & Roma. in l. si sub specie, col. xj. vers. & ex praedictis. C. de postul. & Corne. consi. cv. circa primum, col. viij. vers. hinc est quod actus, lib. 2. & Socin. consi. xcij. in causa domini Antonij, col. ix. vers. sed ad hoc responderetur, lib. 3. Anto. Canar. in tracta de insinuationibus, in xj. quaestio. & Iaf. in l. j. §. item acquirimus. col. iij. in vtraque lect. ff. de acqui. possessio. & Anto. Corse. in suis singu. in verbo, minor, si ex dispositione statuti.

De eadem re.

Et idem propè voluit idem Bald. consi. cclxxv. certum est quod filia, col. ij. vers. sed videamus in proposito, lib. 3. quod per decretum iudicis appositum super donatione, non censetur fuisse facta insinuatio donationis, si causa non fuerit coram iudice exposita. Nominatim enim debet pars dicere, quod vult donare, ita vt iudici quid agatur, & quid contrahatur innotescat. l. j. C. de praedi. Curial. lib. 10. Super eo enim, quod iudex non examinat, & quod ei bona fide non narratur, decretum interponere non videtur. Errat enim in facti causa, aut ignorat. l. tutor si petitus. ff. de tutor. & curat. dat. ab his. & l. cum Aquiliana. ff. de transact. & idem etiam voluit Laur. Calca. consi. xxv. Titius nobilis. col. xij. vers. vnde cum non interuenerit.

De eadem re.

Et simile quippiam tradit ipse Bal. in l. j. col. ix. vers. sed pone in actu. C. eod. qui admit. quod si minor emancipatus praeteritus, coram iudice recipit solutionem a debitore haereditario, & iudex intelligit hunc filium esse in casu agnoscendi, videtur agnoscere coram iudice, sicuti contra repudiare. l. si praeteritus. ff. de bono. poss. contr. tab. & l. si filius. ff. de mino. Sed si iudex hoc non intelligit, non videtur factum coram iudice. Nam non videtur intelligere, qui causam ignorat. l. si is ad quem. & l. pupillus. ff. de acq. haere. scientia enim est certitudo cuiuslibet rei sensitiua, vel speculatiua, quam quis habet per se, vel per aliu. l. in bonorum. ff. de bon. pos. & sequitur Cor. vbi supra.

Ratificatio plenam actus notitiam requirit. Notitia debet esse plena.

Et generaliter ad hoc vt ratificatio, siue approbatio, aut autoritas, vel consensus det robur actui, necesse est, vt ratificans, vel approbans, siue consensum aut auctoritatem praestans, habeat plenam ipsius actus notitiam, vt scribit Dyn. in c. ratum. col. j. de reg. iur. lib. 6. per l. cum testamentum. & l. non idcirco. C. de iuris & fac. igno. & Card. Flor. consi. xliij. quod ratificatio, circa medium, per l. quo enim. §. Iulianus. ibi, certior factus. ff. rem rat. hab. Nec dicitur quis habere alicuius rei notitiam siue scientiam, nisi plenè sciuerit, & cum omnibus eius rei qualitatibus, & circumstantiis, ex sententia glo. not. in c. concertationi. in verbo, sciuerit. & ibi Dom. & Philip. Franc. & alij, de appell. lib. 6. Roma. qui eam dicit not. consi. cccxliij. ex proposito, paulò ante fin. & alij multi, quos tibi late cumulaui in nostro tractatu Retractuum, titu. j. §. xxxvj. glo. ij. in verbo, notifier au greffe, num. 30. porro si teneas. Sed interim non praetermittam text. haec omnia viuè comprobantem, in lege, in totum. ff. de regu. iur. vbi ita scribitur, In totum omnia, quae animi sui destinatione agenda sunt, non nisi vera & certa scientia perfici possunt.

Si testator iussit aliquid uendi, an uxor illius haeres id possit

VIGESIMOTERTIO quæro, Testator iussit testamento vendi Titio domum suam certo pretio: idque facit uxor mea haeres illius, sine meo consensu: an valeat venditio? Barb. consi. xxxix. bene etenim cuncta geruntur, col. vij. in iij. dubio, lib. 3. consuluit in casu statuti prohibentis mulierem contrahere sine consensu propinquorum, posse eam etiam contrahendo, mandatum testatoris, cuius haeres est, adimplere. Mouetur, quia id factum videtur a testatore, non a muliere ipsius haerede,

haerede, quæ tantum voluntatem illius adimpleuit, per l. vnum ex familia. §. si de Falcidia. ff. de leg. ij. per quem Imol. post alios dicit, quod officialis electus per habentem potestatem a consilio generali ciuitatis, intelligitur esse electus ab ipso consilio. & facit l. item eorum. §. si Decuriones. ff. quod cuiusque vnuer. hæc fermè Barb.

facere sine mariti consensu.

185 Cui adde & tex. in l. pater ex prouincia. ff. de manu. vin. vbi similiter probatur, id cenferi factum a testatore, quod eo mandante factum est. Quem text. in simili casu adduxit Alexander consil. ccxv. ponderatis narratis, col. iij. lib. 6. vbi ex hoc consuluit, posse executores testamenti alienare bona ex mandato testatoris, cui successerunt pupilli, sine decreto & citatione amicorum, licet sit statutum, quod bona pupilli non possint alienari sine ea solennitate. Quod & idem consuluit ipse Alex. consi. xxvij. attentis narratis, col. j. lib. 3. Sed & his adde, quod tradidit Guliel. Cum. in l. cum hi. in vers. Planè. & ibi quoque Bald. in vtraque lectu. ff. de transact. quod si testator damnauit haeredem vendere alimenta, isque ea vendidit, non poterit transigi super huiusmodi obligatione, tanquam dependente ex testamento, inspecta scilicet causa originali, per l. uxorem. §. agri plagam. ff. de lega. iij. & alia iura, quæ ibi videre poteris.

De eadem re.

186 Confirma per alium tex. not. in l. si tibi pecuniam. ff. si cert. per. & ibi Doct. inter quos Fran. Are. in iij. no. dicit ex eo sing. not. eum qui contrahit ex necessitate praecedentis obligationis, vel promissionis, non dici proprie contrahere. Ideoq; per eum tex. tenuisse Iaco. But. (vti etiam refert & sequitur Ro. ibi.) statutum disponens, quod qui vendit rem extraneo, incidit in poenam, non comprehendere haeredem, qui in testamento damnatus est vendere: nam est obligatus vi praecedentis obligationis: ideo hæc non est proprie venditio, per illum text. & d. l. uxorem. §. agri plagam. ff. de legat. iij. Et hoc quoque in casu illius statuti voluit Ioan. And. post ipsum Iac. But. & Oldr. in addit. Specu. in rubr. de rer. permu. col. pen. vers. expeditis beneficialibus. Bald. in l. si haeres. per illum tex. ff. de acti. empt. Alberi. in ij. parte statutorum, quaest. ij. ex praedictis oritur, in princip. & iterum quaest. cclxxvij. incip. Iac. etiam But. disputauit & alij quoque plurimi a me congesti in d. Tractatu Retractuum, titu. j. in fin. num. 6. facit item. Quanquam multi alij tenent contrarium, quos etiam videbis in eodem loco, num. 8. nam & in eo, ne hic repetamus.

Contrahes ex necessitate praecedentis oblig. proprie non contrahit. Vendens iussu testatoris, an incidat in poenam statuti.

187 Huc etiam pertinet tex. in l. j. in prin. ibi, tanquam enim. ff. de contrar. & vtil. acti. tutel. vbi licet regulariter non obligetur pupillus, sine tutoris auctoritate, tamen sine ea obligatur, & ipsi quidem tutori, qui pro eo aliquid de suo soluit: quoniam hæc obligatio necessariò ex ipsa solutione proficiscitur. Cuius arg. Rom. ex facto interrogatus, consi. cclxxx. quod ad verbu repetitur, consil. 394. praesupposito, respòdit, mulierem posse liberare maritum, qui ei quippiam, quod ei debebatur, soluit sine consensu propinquorum, qui ex statuto requiritur, cum id sit necessitatis, per l. sicut datam. C. de libe. cau. cum si. licet aliàs liberare non posset, vt late tractauimus supra, in glo. iij. in j. q.

Mulier liberè potest liberare soluentem sine consensu propinq. requisito ex statuto.

188 Et quod voluit glo. ordi. in l. vlt. in verbo, teneri, secundum vlt. intellectum. C. de legib. tur. quod bona minoris sunt tacite obligata pro dote, licet non interuenerit tutoris auctoritas, aut decretum iudicis, quia hæc obligatio legalis, est ex necessitate, & consequentia actus permisi, vti etiam voluerunt Pet. Cy. Ray. Forl. Io. Fab. Bal. qui hanc dicit esse comunem opi. Ang. & Saly. sequentes eam glo. ibi Io. And. qui & alios antiquiores citat, in addi. Spec. tit. de dote post diuor. restit. §. vlt. vers. quid si mulier. Iac. Arret. & post eum Albe. in l. sed hic. quæ est secunda, in prin. ff. de reb. ec. Idem Iac. Arret. Bal. Ang. Rom. Alex. & Iaf. in l. si constante. in princ. ff. solu. matr. Guli. Cu. Bal. Ang. Pau. Cast. & Alex. in litem quia. ff. de pact. Ipse Ioan. Fab. in §. fuerat. col. v. vers. item quid si maritus, Instit. de acti. Bald. in l. certi. in viij. q. & ibi Ang. circa medium. C. loc. & in l. j. §. & vt pleniùs. C. de rei vxor. actio. vbi hoc reputat not. & in l. j. col. ij. vers. item pro dote. C. de priuil. dotis. Roma. d. consi. cclxxx. col. ij. vers. secundò ad idem. Corn. consi. clj. videtur in hac cõsultatione, col. ij. lib. 4. Calca. consi. xliij. pro parte negatiua. col. iij. vers. nec obstat quod dicit. Socin. consi. lxxx. praesens cõsultatio, col. iij. vers. & pro his optimè, lib. 4. & Carol. Ruin. consi. lxj. ex themate. col. ij. nu. 4. lib. 3. & idem in non dissimili casu respondit Anto. conf. xxxv. visa forma contractus, in ij. dubio.

Minoris bona tacite obligantur pro dote sine alia solennitate. uide nu. 193.

189 Et simile est, quod voluit Bald. in d. l. certi. in viij. quaest. C. loc. quod si minor conduxit domum sibi conducibilem & vtilem, & quædam bona inuexit in eam, ea sunt domino tacite obligata, vt & bona caeterorum illata: licet non interuenerit decretum iudicis quia non ipse est, qui obligat, sed lex: nec dicitur lædi minor ex obligatione legali, & necessaria, vel etiam probabili, vt dicit ipse Bald. qui & hoc dicit tenuisse Nicol. Mat. & idem quoque voluere Iacob. Arret. & Alberi. in d. l. sed hic. ff. de rebus eorum.

Minoris bona inuicta obligata pro condictione. uide num. 193.

190 Nec admodum dissimile est, quod plerique voluerunt, bona minoris intrantis religionem, ipso iure, & sine aliqua solennitate aliàs requisita de iure communi, vel municipali, transferri in monasterium: quia huiusmodi translatio ex lege necessariò resultat. Ita enim voluerunt Inno. & Io. An. in c. in praesentia. vterque in verbo, minor annis, & ibi quoq; Pan. col. v. vers. vltimò no. de proba. Iac. Arret. in l. quidam. ff. de reb. dub. Spec. tit. de sta. mona. §. j. vers. xlviij. quaeritur, vtrum minor. Io. Fab. in auth. ingressi, col. vlt. vers. nec est opus. C. de sacro. eccl. Bart. distinguens inter pupillum & adultum, in d. l. ij. ff. de reb. eor. & Rom. in d. consi. cclxxxj. col. ij. vers. tercio. Et illud quoque de minore ingrediente monasterium, late voluit Mari. Socin. in Tractatu Oblationum, libel. 9. in v. q.

Minoris intratis relig. bona transferuntur in monasteriu.

191 Et pro ea sententia optimè facit tex. ille in d. l. i. iuncto §. vlti. l. j. ff. de reb. eor. ex quo illud aperte colligitur, minorem obligari obligatione legali, sine tutoris auctoritate, aut decreto iudicis, prout il-

Minores tenent obligatio legalis.

Et statuta

ibi expendit Dy. Bart. & plerique omnes ibi: nam loquitur de pignore, quod ex lege contrahitur ad solutionem pretij rei venditæ. & idem dicit Bar. in obligatione consuetudinaria, vel statutaria, per l. sine hærede. §. Lucius. ff. de adm. tut. vbi & idem Bar. not. consuetudinæ respicientem rem, ligare etiam minores: de quo nos latius diximus in Tractatu Retractuum, tit. j. §. j. glo. xiiij. in verbo, *l'achapteur*, nu. 13. quid autem si emptor, & in fi. eiusdem tit. nu. 54. d. autem §. Lucius. vbi videre poteris.

192
Alienare pro
hibitus, actus,
ex quo aliena
tio sequitur,
facere prohibe
tur.

¶ Quamquam ne illud omittam, contra illa, quæ diximus, facit, quod qui non potest alienare, debet agere & curare, ne ex actu quem facit, sequatur alienatio ex dispositione legali: & si contra facit, actus ille non valet, per text. in l. codicillis. §. matre. & ibi Bart. ff. de legat. ij. & glof. nor. in l. si quis promiserit. §. ea lege. & ibi Bald. Raph. Co. Franc. Aret. & Iason. ff. de verbor. obliga. cum aliis multis concord. & text. & Docto. à me latè cumulatim, in d. Tracta. Retractuum, tit. j. §. j. glo. xiiij. in verbo, *ou equipollent*, num. 14. ex quo Bald. ipse.

193
Contra super
viora.

¶ Ideoq; sunt, qui contrarium tenent eorum, quæ supra diximus de obligatione bonorum minoris pro dote, & inuektorum pro conductione. Videlicet in priore casu, Barto. & Fulgo. in d. l. item quia. de pactis. & idem Bart. in d. l. si constante in iij. q. iij. partis princ. & ibi etiam Imo. & Raph. ff. solut. matr. per l. dos data. C. de donat. ante nupt. iuncta l. Titia, cum ibi not. ff. de iure dot. & Saicy. in d. l. ceteri. in iij. q. C. loca. Petr. Anch. confi. xciiij. ista domina Ioanna, post prin. Angel. Areti. in §. item Seruiana. col. ij. vers. quid in minore. ff. de actio. De secundo glof. Guliel. Cu. Bart. ipse, Saly. & Raph. Fulg. in d. l. item quia. Cy. in d. l. certi. in iij. q. & ibi Ioan. Fab. Ange. statim post princ. & Saly. in d. iij. q. C. loca. Dyn. in d. §. item Seruiana. & ibi quoque Ioan. Fab. col. ij. vers. sed quid de minore. Sed & contra tertium illum casum de minore ingrediente religionem, tenuit Nicolaus Castellanus inter consil. Bart. confi. cccclxxv. casus super quo. col. vlt. vers. item ratione. & ante illum. Cyn. post Petr. in auth. ingressi, col. ij. vers. quinto quæro. C. de sacrosan. eccles.

194
Minor sine de
creto vendit
quod testator
vendit iussit.

¶ Sed quicquid sit in illis tribus casibus, illud certum est, vt propius ad nostrum casum accedamus, minorem, aut tutorem illius, posse sine solennitate decreti alienare prædium, quod testator iussit vel promisit se venditurum, vel stipulanti sponderit: quia hæc alienatio huiusmodi est, quæ necessariò ex voluntate testatoris dimanat. Hæc enim scribuntur in l. j. §. j. & l. magis puto. §. si pupillus. & l. vlti. ff. de reb. eor. & in l. j. & l. prædium. & ibi glof. Fab. & alij. C. quando decret. op. non est. & id latè prosequuntur Bart. Bald. Fran. Aret. & alij recentiores, in l. qui Romæ. §. cohæredes. ff. de verbor. oblig. Et illius quidem l. prædium. arg. Guliel. Cu. in l. cum hi, in vers. planè, & ibi quoque Bald. in ij. lectu. ff. de transactionib. tradunt, quod testator potest permittere, vt transigatur suæ per futuris alimentis legatis sine decreto.

195
Tutor potest
compromitte
re ex statuto.

¶ Suffragatur præcedentibus, quod licet tutor non possit compromittere super re aut lite pupillari, vt voluit Ang. in l. Imperatores. ff. de pact. Pau. Cast. Alex. & recentiores in l. iuris gentium. §. vlt. eo. tit. potest tamen, si statuto caueatur, quod quælibet causa compromittatur, cum id ex necessitate statuti faciat: vt voluerunt Bal. Ang. qui ita dicit seruari in practica. Pau. Cast. Alex. & Ias. in d. §. vlti. per tex. ibi, qui tutori potestatem facit remittendi gratis, quod necessariò remittendum est, quem dicit fing. ad hoc Paul. Sed & illud de compromisso voluerunt Bald. Saly. Pau. & Alex. in l. vlti. per illum tex. C. de in integ. restit. minor. Bal. confi. cclviij. super eo, col. ij. vers. præterea pupilli, lib. 3. & confi. xcvi. pupillus, in prin. lib. 5. Ang. in l. si plures ad prin. ff. de pact. Roma. in l. j. col. ix. vers. adde tamen, quod vbi Prælat. ff. de arbit. Barb. confi. xliij. illud afferam, col. pen. lib. 3.

196
Statutum exi
gens consensum
viri in obliga
tione.

¶ Ad stipulatur quoque, quod pulchrè consuluit Pau. Cast. confi. clxxxij. in causa quæ vertitur coram domino, col. vlt. vers. non obstat statutum, lib. 1. quod statutum exigens consensum mariti, in obligationibus, & contractibus vxoris, intelligitur de noua, & voluntaria obligatione, & non de ea, quæ descendit ex statuto, vel consuetudine de gabellis, & aliis istiusmodi iuribus soluedis: quia pro illis poterit vxor se obligare sine autoritate viri, per l. ij. & ibi notat. ff. de rebus eorum.

197
Mulier sine so
lennitate statu
ti potest secun
do viro in do
tem dare, quæ
dederat primo

¶ Nec hinc longius distat, quod & pulchrè consuluit Soci. confi. 80. præsens consultatio, col. pen. vers. ista conclusio, & per totum illud confi. lib. 4. quod stante statuto, quod mulier non possit contrahere sine consensu Mundualdi, poterit tamen mulier eo inscio, in dotem dare secundo marito, quæ primo dederat, tum quia huiusmodi dotis constitutio venit ex dispositione, & interpretatione legis per l. dotem. ff. de iure dot. tum quia mulier tenetur dotare, etiam si matrimonium contractum fuerit, nulla dotis mentione facta, vt dicit Bal. in l. vlt. C. de sent. quæ sine cer. quanti. arg. glo. in §. vlt. in auth. de non elig. secum nub. idq; maxime in secundo matrimonio, arg. gl. auth. sed quamuis. C. de rei vxo. acti. Igitur cum in ad constituendam dotem cogi posset, consequens est (inquit) vt sine illa solennitate id possit facere, arg. d. l. j. vers. quamquam. ff. de contra. & vtil. acti. tute. Et idem quoque respondit in eodem propè statuto Carol. Rui. d. confi. lxxj. ex themate, in j. dubio, lib. 3. Et vide quæ supra diximus in glof. v. nu. 13. incip. postremò illud quærimus, & tribus seq.

198
Mulier minor
contrahens ma
trimonium, an
dote in rebus
immob. possit
constituere.

¶ Et his admodum concinere videtur, quod ex facto interrogatus Bald. not. respondit, confi. xcix. in causa ista considerandum, col. ij. vers. mouetur & aliud dubium, quod licet adulta minor 25. annis, non possit alienare immobilia, sine decreto iudicis. l. prædia. C. de præd. minor. cum similib. tamen contrahendo matrimonium cum pari, potest dotem constituere, per multa quæ illic allegat, repræhenditq; Bart. contrarium tenentem, in d. l. si constante. ff. solut. matri. Quod an procedat, cum ex statuto vir lucratur dotem, vide Rapha. Co. confi. cix. domina Ioanna, in j. dubio. Sed & tu super illa Bart. & Bald. controuersia, vide glof. in l. lex. quæ tutores. in verbo, vel in dotem, & ibi Doct.

ibi Doct. C. de admin. tuto. & in l. ij. in verbo, omnia bona sua. C. si aduer. dot.

199 ¶ Huc item quadrat, quod licet non valeat pactum de successione futura, certo modo disponenda, sine consensu eius, de cuius successione tractatur, per l. vlti. C. de pact. cum similib. tamen si huiusmodi pactum fiat ex necessitate præcedentis contractus liciti, valet, per tex. in l. si quis seruum. ff. de actio. empt. vbi hoc not. glo. Bart. & alij, & Bald. in d. l. vlti. col. vlt. & ibi Iason, col. iij. in vj. limitatione. ff. de pactis.

Pactum de
tura success.
futura success.

200 ¶ Omnibus his suffragantur duæ regulæ à legibus traditæ. Prima, quod quæcunque generalis alienationis prohibitio, non includit necessariam alienationem. l. alienationes. ff. fami. ercif. & l. Diuus. ff. de peti. hære. & l. mulier. §. si hæres. ff. ad Trebel. & l. qui potuerunt. ff. de manu. testa. & l. j. ff. de fund. dota. & l. filiusfa. §. Diui. de leg. j. & §. licet. Instit. qui manu. non pos. & no. Bart. in l. quem admodum. C. de agr. & cens. lib. 11. & in l. si finita. §. si de vestigalibus. ff. de damn. infect. cum aliis prope infinitis concor. & tex. & Doct. à me adductis in tract. Retractuum, tit. j. §. j. glo. xiiij. in verbo, *ou equipollent à vente*, num. 11. & generale est.

Alienationis
prohibitio nõ
comprehendit
necessariam.

201 ¶ Secunda & ea quidem generalior, quod actus ex necessitate factus, nõ comprehenditur sub lege prohibente actum fieri. l. j. ff. de offi. Proconf. & l. ij. §. itidem agitur. ff. ad legè Rho. de iact. & l. j. ff. de excu. tuto. & l. vt gradatim. C. de muner. & honor. & l. generaliter. §. spurij. ff. de Decurio. & l. cum specialis. C. de iudic. & c. si quis per necessitatem, extrà de furt. & ca. quod non est licitum, extrà de reg. iur. & cap. ab arbitris. de offic. deleg. lib. 6. cum aliis quòque plurimis concord. à me item collectis in illo tract. Retractuum, tit. j. §. xxvj. nu. 14. illud autem scio, & multis seq. quibus ostendimus necessitatem legi non subesse.

Actus necessa
rius non com
prehenditur
sub lege.

202 ¶ Quas regulas adscribit Rom. consil. cccix. ex themate consultationis præmissæ, vbi illis subnixus consuluit, quod dispositio. l. hac edictali. C. de secund. nuptis. qua prohibetur mulier secundò nubens, titulo dotis plus in virum transferre, quàm in vnum ex filiis primi matrimonij, non habet locum in translatione necessaria. Propterea si mulieri aliquid fuerit relictum ea conditione, vt in dotem det marito, poterit secundò nubens & hoc dare in dotem, licet non tantum relinquat filiis primi matrimonij.

De iisdem re
bus.

203 ¶ Sed & ex illa priori regula scribit Pet. Ferra. in tit. forma libel. in acti. rea. decla. in glo. veris ac legitimis titulis, col. viij. vers. sed circa hoc quæro, quod licet prohibitio alienandi facta à testatore, alienationem ipsam impediatur. l. peto. §. vlti. & l. cum pater. §. libertis. ff. de leg. ij. & l. cum pater. §. filiam. ff. de lega. iij. non impedit tamen alienationem, quæ fit ex causa necessaria trahente originem ab ipso testatore, qui obligauit se, & sua creditorum. & idè hæres tradit in solutum creditori, per text. in d. l. filiusfam. §. Diui. & alia quædam in d. j. regula, allegata.

Prohibitio tes
tatoris alienã
di, nõ impedit
alienationem
necessariam.

204 ¶ Et per hæc aliquando dixi, valere venditionem, quam fecerat mulier sine consensu mariti, cuiuspiam rei, quam ante matrimonium mulier ipsa emerat, cum pacto reuendendi, quoniam mulier cogebatur eam reuenditionem facere ex huiusmodi pacto apposito, in primo contractu venditionis. Quibus adde, quæ & nos diximus supra in v. glof. in verbo, *contracter*, num. 165. incip. sed hoc intellige, nisi daret, & aliis seq. & iterum num. 196. incip. secundum membrum. Et ex his omnibus facile poteris intelligere, hanc nostram consuetudinem non procedere, vbi mulier ex necessitate contraheret. Licet sciam Paul. Castr. Alex. Franc. Purpu. in l. certi conditio. §. quoniam. ff. si cert. peti. fuisse in ea opin. vt in casu statuti prohibentis mulierem obligari sine consensu propinquorum, non valeat promissio facta à muliere sine eo consensu, etiam in eo, de quo efficaciter tenebatur: quibus autem rationibus, ibi videre poteris.

Vxor liberè
potest reuen
dere à se prius
emptum cum
facultate redi
mendi.
Contra supra
dicta.

205 ¶ VIGESIMO QUARTO quæro, Mulier non obseruata solennitate huius consuetudinis, vendidit emphyteusim sine consensu domini: an res cadat in commissum? iuxta l. iij. C. de iure emphyt. quæ quidem lex in Gallia non obseruatur. Verum non nobis tantum scribimus, sed & aliis. Bal. in l. ij. col. ij. vers. ex prædictis videtur. C. de Episc. audi. loquens in casu statuti requirentis consensum propinquorum in contractibus mulierum, dicit mulierem ipsam nõ cadere emphyteusi, quæ ita alienauit: quia verbum, vendidi, absolutè prolatur, non comprehendit venditionem nullam ex defectu solennitatis, arg. l. iij. §. condemnatum. ff. de re iudi. & l. alienationem. ff. de verb. signifi. & sequuntur alij penè infiniti, quos tibi collegi in tract. Retractuum, tit. j. §. j. glof. ij. in verbo, *a vendi*, num. 6. horum opinionem. Quibus addes Sebast. à Monte S. Sab. in tract. empt. & vendi. in xxxv. q. iij. q. prin. Hip. Marsil. sing. 28. emphyteuta. & Fran. Rip. in d. §. condemnatum, col. j. nu. 5.

Si mulier uen
dit emphyteu
sim sine mari
to, an cadat
emphyteusi.

206 ¶ Contrarium tamen, cum ex facto consuleretur, in eodem casu respondit Raph. Fulg. confi. cccix. visis binis processibus, col. pen. vers. aliis quoque multis: motus, quia per d. l. iij. de iure emphyt. venditio facta inconsulto domino, est nulla ipso iure, & tamen ipse emphyteuta per eam venditionem cadit re ipsa. Nam & aliàs (inquit) sufficit de facto contra facere, vt pena committatur, quando ex ipsa contrauentione damnum potest versari, vt not. per Bartol. in l. vbi pactum. C. de transact. & in l. Mutianæ. ff. de condi. & demonst. Cui adde tex. in l. j. C. de sepul. vio. & in l. cum qui duas. C. de adult. & in l. quid ergo. §. cum autem. & ibi glo. Alber. & Bal. ff. de his qui not. infra. & in l. iij. §. si quis codicillis. vers. item sine iure valeat. ff. de S. C. Syllan. cum aliis multis si. & concord. tex. & Doct. à me adductis, in tract. Retractuum. §. xxvj. glo. ij. nu. 11. quæ autem dicta sunt.

De eadem re.

207 ¶ Et ex illis dictis intelliges, hæc postrema & similia procedere, cum non aliunde actus nullus est, quàm quod gestus est contra constitutionem actum prohibentem, & ipsum annullantem. Quod

De eadem re.

si ex alio capite sit nullus, vt quia gestus est sine solennitate aliàs requisita à lege, vel à statuto, tunc nullitas impedit, ne contrahens cadat re alienata. Et ita omnia hæc contraria quæ videntur, componit Cardin. Alex. in cap. i. col. j. titu. de prohib. feud. alie. per Feder. Et id verum puto. Quamquam huic aduersari videtur, quod tradit Bald. consil. cccxlix. qui litem habebat, lib. 2. quod qui vendit feudum litigiosum sine consensu domini, eodem cadit: licet venditio nulla sit, propter vitium litigiosi, quia in prohibitis non requiritur iuris effectus.

208 *De eadem re.* ¶ Sed vt redeamus, prior illa sententia Bald. in d. l. ij. de Episc. aud. multis similibus comprobatur. Primò per text. in l. j. §. vlti. ff. quod quisque iuris, vbi lex puniens aliquem facientem actum, non comprehendit actum nullum. Ex quo not. Bald. quod ineptè, & ita inutiliter opponens exceptio nem, non cadit in penam statuti. Sed & ex eo notat Ang. & post eum Alex. & recentiores, quod iudex, qui tulit sententiam nullam, non facit litem suam, quod & voluit glo. in l. vlt. in prin. ff. de var. & extraord. cog. & Bart. in quæst. per eum disputata. incip. à sententia iudicis.

209 *De eadem re.* ¶ Secundò, ex eo quod voluit Bart. in l. filium. §. si quis bonorum. per illum text. & alios, quos allegat. ff. de legat. præstan. quod stante statuto, quod si aliquis cesserit actione alicui nobili, cadat à iure suo: si quis cesserit, qui cadere non potuit, vel aliàs cessio fuit inutilis, non cadet à iure suo. Quod monet menti tenendum. Et idem quoque voluit ipse Bar. in l. non putauit. §. non quæuis. per illum textum. ff. de bono. poss. contr. tab. & Ro. in repet. l. si verò. §. de viro. in xxxij. fal. ff. solu. mati. Firm. in traçt. Gabel. in ij. parte viij. partis princ. q. xxxij. versicu. item sequitur quod cedens. Iason in d. l. j. §. j. in v. not. ff. quod quisque iur. & in d. l. iij. colum. antepenult. versicu. xxij. C. de iure emphyt. & Franc. Rip. in d. §. condemnatus. col. j. num. 4. licet contrarium teneat Bald. in d. l. quid ergo. §. cum autem. ad fin. per illum text. ff. de his qui not. infa.

210 *De eadem re.* ¶ Tertio, quod notabiliter consuluit Bald. consil. ix. factum tale est, anno domini, colum. pen. lib. i. quod si minor sine decreto iudicis vendat feudum, non ob id perdit feudum ipsum, cum venditio non teneat. & ad hoc illic multa allegat, quæ tu ipse videre poteris.

211 *De eadem re.* ¶ Quarto, & quod eleganter consuluit idem Bal. consil. cxxxix. factum tale est. d. A. paulò ante fin. lib. 2. quod statutum in duplum puniens eum, qui cesserit alteri debitum prius solutum, non habet locum in minore, qui sine consensu patris & coniunctorum, qui ex alio statuto debet interuenire, cessit debitum sibi antè solutum.

212 *De eadem re.* ¶ Quintò, quod generalitèr voluerunt idem Bald. & Saly. in l. ea quidem. in ij. not. per illum text. C. si mancip. ita fuer. alic. ne vaneat. quod frustratorium factum penam efficaciter non committit: quia secundum Philosophos, ex nihilo nihil sequitur, de quo tamen videbis per Bartol. in d. l. vbi pactum. col. vlti. & ibi recentiores. C. de transact. & eundem Bar. in l. conuenius. §. cum quis. ff. de verb. oblig. & latè Felin. qui alios multos citat, in c. tua nos. col. iij. extrà de iureiur.

213 ¶ At suprà dictis aliud ob stare videtur, quod licet contractus factus contra legem communem vel municipalem, non valeat quantum ad commodum eorum qui ita contrahunt: valet tamen quantum ad eorum incommodum. l. peto. §. fratre. ff. de legat. ij. & l. pater. §. Iulius Agrippa, à contrario sensu. & §. seq. ff. de leg. iij. & cap. si religiosus. in princ. & ibi Domi. in vlti. not. de elect. lib. 6. Bart. in l. non dubium. col. iij. versu. oppo. quod secundum, & ibi etiam Fulg. col. x. C. de legib. & plenius diximus in dicto Tractatu Retractuum, lib. i. §. xxvj. glo. ij. num. 8. incip. & facit etiam. Sed hæc & similia procedunt, vbi qui cum actum facit, habet personam integram, & legitimam, nullius alterius consensum, aut auctoritatem requirentem. Aliàs enim quotidie videremus minores, prodigos, & cæteros id genus, contrahendo contra leges, suis rebus cadere.

214 *An id statutum sit favorabile an uerò odiosum.* ¶ VIGESIMO QVINTO, quæro, an istud statutum sit favorabile, an odiosum? æquum, an ini- quum? De quo dicere debuimus omnino in principio, vt proinde sciremus in multis quæstioni- bus iam tractatis, an debeat extendi, an potius restringi. Et quidè omnes fermè de hac re loquen- tes, in statuto requirente consensum propinquorum in contractu mulieris, aut minoris, dicunt tale statutum esse favorabile & inter cæteros Bart. in l. qui exceptionem. in prin. ff. de condi. indeb. Bal. consil. lx. quædam soror de ordine minorum, lib. 5. & in l. transactionem. & ibi quoque Paul. Castr. Alex. & Iaf. C. de transact. Ange. consil. 88. præmitto primò. col. ij. Alex. consil. ccvij. ponderatis ver- bis statuti, col. ij. lib. 6. Fran. Aret. consil. ij. intellecta diligenter, col. ij. Socin. consil. lxxvij. in præsentis consultatione, col. antepe. & iterum col. pen. Baldus de Bartoli. in rub. ff. de verb. obli. col. pen. Et di- cit Bal. in l. ij. in ix. q. C. de rescind. vendi. huiusmodi statutum esse æquissimum. Omnium fermè fundamentum est, quia est exclusiuum doli, & metus. per not. in d. l. transactionem. de transactio. Idem Bal. in c. 2. col. pen. de probat. dicit id statutum in se habere rationem naturalem.

215 *De eadem re.* ¶ Baldus tamen secum hic apertè pugnans, vt sæpe aliàs, (adèd inconstanti ingenio est) in l. om- nes populi. col. vij. versicu. item si statutum dicat. ff. de iusti. & iur. constanter asseuerat huiusmodi statutum esse iniustum, & iniquum, proindeq; restringendum. Nec solus fuit in ea sententia, nam eum nuncupatim sequitur Corn. vir haud dubiè optimi & solidissimi iudicij, consil. ccxlj. de duo- bus quæritur. col. ij. versicu. ij. pro hoc facit, & rursus in fine primi dubij, lib. 2. Et quod sit etiam strictè interpretandum, tradit Imol. consil. lxxiiij. in casu præmissio. quod & nos alibi diximus, & Paul. Parisen. consil. xcix. in hærendo, col. pen. num. 51. lib. i. Verùm pro priori sententia faciunt, quæ diximus suprà in prima lege connubiali, num. 71. incip. sed quisnam miretur, & seq. & in glo. vj. nu. 37. restat igitur, rursusq; in hac glo. num. i. & iij. seq.

216 ¶ VIGESIMO SEXTO quæro, Quid si vxor alicuius Pictauiensis non contrahat in Pictauiâ, sed in alia prouincia, in qua possit mulier contrahere sine consensu mariti: an valebit contractus? Et videtur quod sic. quia quando statutum requirit in actu aliquam solennitatem, non attenditur in actu facto extra territorij, etiam si statutum sit prohibitorium, non absolutè quidem, sed ratione solennitatis omittæ: vt voluerunt Bar. Bal. Salyc. & alij in l. cunctos populos. C. de Sum. Trinit. & fide catho. & Pet. Anch. in repet. c. i. extrà de constit.

217 ¶ Et hoc generale est, quod circa solennitates attenditur statutum, & cõsuetudo loci, vbi actus ce- lebratur. l. i. C. de eman. libe. & l. si non speciali. & l. vlt. C. de test. & l. si fundus vnerit. ff. de euic. & l. i. in fi. ff. de vent. in spic. & l. semper in stipulationibus. ff. de regu. iur. & l. 2. C. quemad. test. ape. & l. vlt. ff. de testa. milit. & l. i. C. de Decur. lib. 10. & not. Innoc. Io. And. Compo. & plerique omnes in rubr. extrà de confuet. & videtur esse gloss. ordi. in l. 2. ff. de eo quod certo loco.

218 ¶ Et ita in statuto prohibente mulierem contrahere sine consensu viri, consuluit Fran. Aret. cõsi. 54. in causa magistri Blasij, col. 2. versu. tertia ratio principalis. Sed & in statuto prohibente filiumfa- miliàs obligari sine consensu patris, hoc quoque tenuit idem Franc. Aretin. consil. 73. diligenter & maturè, col. 4. versu. his ergo præmissis, vbi & in eam sententiam multa allegat. Et idem quoque in statuto prohibente, ne possit mulier testari sine consensu viri, consuluit. Corne. consil. 241. de duobus quæritur, in primo dubio, libro 2. vbi & alia quoque allegat, dicitque ita consuluisse Bald. consil. incip. factum sic proponitur, domina B. de Perusio, cui se subscripserunt Petrus frater ipsius, & Hono. de Bart. sed illud consilium reperire non potui.

219 ¶ Contrà non videtur posse mulierè Pictauiam, etiam extra territorium Pictauiæ cõtrahere sine consensu viri, multis rationibus, quas hic continenter subiiciemus. Prima, quia cõsuetudo hæc disponit circa personam, & quidè respectu ipsius personæ simpliciter, non respectu personæ in loco. Idèd vbiq; mulier subdita contrahat, non valet contractus, non seruata forma, quæ respicit habilitatè, siue inhabilitatè personæ. Sicuti si daretur hic curator minori Pictauiæ, is certè nullibi terrarum poterit cõtrahere, sine auctoritate huius curatoris. l. si curatorè habens. C. de in integ. restit. mino. cum si. Similiter, si alicui est bonis interdictum, huiusmodi interdictio vbiq; vim habet, nedum in loco interditionis, per l. is cui bonis. ff. de verb. oblig. & l. Iulianus. ff. de curat. furio. & l. relocatori. §. interdicere. ff. de interdi. & releg. Item suspensus ab officio, vel excõmunicatus, vbiq; intelligitur suspensus & excõmunicatus. c. quisquis, 4. q. 5. & no glo. in l. ex ea causa. ff. de postu. & Archid. in ca. si quis presbyter. 7. q. 1. Præterea sententia, quæ afficit personam, vbiq; vim suam extendit. l. i. C. vbi de cri. agi oportet. & c. vlt. de fo. compe. Ad hæc constitutio Papæ vel Imperatoris ligat subditos, quocunq; se conferant. l. leges sacratissimæ. C. de legi. & l. 2. C. de cõmer. & mer. & l. 2. C. de veçtig. & c. vlt. extrà de consti. Ergo & statutum, ar. l. si dup. ff. de administ. tut. vbi Bar. per illum text. dicit, quod si per statutum minor, vel filiusfamiliàs, vel mulier prohibetur aliquod genus contractus celebrare, ita porrigitur effectus illius quocunq; sicut porrigitur effectus vniuersalis interditionis administrationis. Idem quoque Bar. in l. ex castrensi. ff. de cast. pecu. dicit quod sta- tutum disponens, quod non possit filiusfamiliàs obligari sine consensu patris, vires suas extendit ad contractum factum extra territorium statuti. Et alibi scribit idem Bar. videlicet in d. l. cunctos populos. in 6. q. quod statutum prohibens minorè testari, trahitur ad subditum vbiq; testatè. & idem ibi dicit Bal. quo ad bona ibi sita, & Saly. etiã ibi. Præterea potestas statuèdi inter subditos suos, non arctatur territorio. l. vlt. ff. de decret. ab ordi. fac. & l. si quis in hoc. C. de Episc. & cleric. & c. tua. & c. vlt. extrà de clericis non resid. Et ex differentia locorum non debent variari iura sta- tutori. l. vlt. C. de temp. in integ. resti. Item istud statutum est favorabile, vt suprà dictum est: ergo vim suam porrigit extra territorium. d. l. 2. ff. quod certo loco. & c. vt animarum. de constit. lib. 6. Deniq; si aliter diceremus, facilè redderetur hæc cõstitutio elusoria, etsetq; ludibrio, quia semper mulier vt contraheret, sine consensu viri, alibi contraheret. quod esset absurdum arg. l. mercatores. C. de cõmer. & merc. & l. 2. C. de eunuch. Et facit l. si prætor. in prin. ff. de iudi. & l. 1. §. exceptiones. ff. quar. re. act. non dat. l. vlt. C. de vsu. rei iud. & ca. abbate. de verb. sign. & c. cõmissa. de elect. lib. 6.

220 ¶ Et ita in hanc partem concludit Bald. consil. 418. super primo puncto, libr. 4. & iterum consil. 60. quædam soror de ordine minorum, lib. 5. loquès vtrouque in statuto disponente, non valere con- tractus, aut testamentum mulierum, sine præsentia & consensu consanguineorū. Et Bap. de S. Seue- rino, loquens in eodem statuto. in repet. d. l. i. col. 54. de Summa Trinit. Floria. in l. i. ff. de vsu. vbi loquitur de statuto disponente, quod minor non possit cõtrahere sine præsentia cõsanguineorum, & Firmia. in traçt. Gabel. in 6. parte principali. in 5. q. vbi dicit, se iudicasse in Capitulo Vrbs, mu- lierem Viturchianã non potuisse conficere testamentum in ciuitate Viterbij, sine consensu propin- quorum, qui requirebatur ex statuto Viturchiano. Et faciunt scripta in non dissimilibus casibus, à Roma. consil. 39. in propõsita quæstione. & Barb. consil. vlt. illud referam. col. 19. versu. non obstat cum dicebat, & multis seq. lib. 5. & Benedic. Capr. consil. 21. cum de duobus, col. 2. versu. sed his non obstantibus, & consil. 144. pro præfati dubij declaratione, col. 3. vbi tamen dubitanter loquitur.

221 ¶ Sunt autem, qui hanc controuersiam ita componunt, vt videlicet tale statutum prohibens, ne mulier possit testari sine consensu certorum propinquorū, non porrigatur ad testamentum factum extra territorium, per allega. pro priori parte, nisi actus fieret extra locum statuti in fraudem illius, vt expresse voluit Salyc. in d. l. cunctos populos. vbi ita dicit se consuluisse apud Rhegium, & suo

An mulier Pictauiæ possit alibi contrahere sine consensu viri.

De eadem re.

De eadem re.

De eadem re.

Distinctio. De eadem re.

consil. subscripsisse Ray. & Ioan. Lig. & sequitur Franc. Are. ibi, col. 12. versi. secundò principaliter. & dicto consi. 54. & dicto consi. 73. & Alex. consi. 41. visis quæ subtiliter, colum. 2. libro 5. repetito consi. 116. lib. 6. vbi hanc rem late tractat. Et hæc distinctio confirmatur ex iis, quæ scribit Imol. in l. pupillus. in fin. ff. ad leg. Falcid. & Philip. Corn. consi. 89. viso supra scripto puncto. col. 4. versic. nec obstat quod de facili lib. 3.

222 *Alia distinctio.* ¶ Sed Petrus Ancha. in repet. c. 1. in 12. q. princip. versicu. hic cadit quæstio, qui est in 40. charta, in paruis, de consi. loquens etiam in statuto disponente, ne mulier possit contrahere sine consensu duorum propinquorum, scribit Zachariam Triuisanum profundæ scientiæ virum, hanc quæstionem disputasse, an huiusmodi statutum liget mulierem alibi contrahentem sine consilio duorum propinquorum, in eamque sententiam tandem inclinasse, vt non valeat talis contractus, si is qui cum muliere contraxit, habeat huius statuti notitiam: secus, si ignorabat.

223 *Alia item.* ¶ Bald. autem in simili, in repe. l. vlt. ff. de iurisdic. omni. iudi. dicit, quòd si subditus cum subdito contrahat extrà territorium, non valebit contractus: si cum non subdito, valebit. Nam ad non subditum, non extenditur præiudicium, neque commodum legis municipalis. Refert tamen alios dicere, quòd statutum potest in habitare subditum, vbicunque gerat actum à statuto prohibitum, si eiusmodi actus sit, qui ab eo solùm pendeat, vt factio testamenti minoris viginti annis. Nam siue subditum, siue extraneum hæredem instituat extrà territorium, non valebit: sed in contractu vltro citroque obligatorio, æquam esse illam distinctionem, an non subditus sciuerit prohibitionem statuti, an ignorauerit. Et hoc sequitur Per. Anch. vbi supra, & Alex. d. consi. 41. lib. 5. & Roch. Cur. in c. vlt. in 13. q. in tertia limita extrà de consuet.

224 *Alia quoque.* ¶ Verùm idem Bal. (vt parum sibi constat) aliter distinguit, consi. 474. statutum est in ciuitate, libro 4. consultus super statuto prohibente nullam personam posse testari, nisi reseruauerit ius communis Eugub. Nam quispiam eius ciuitatis fecerat testamentum in alio loco, in quo nec iure communi viuebatur, & in eo testamento hanc reseruacionem non fecerat, dubitabaturque an valeret huiusmodi testamentum, & respondit non valere in bonis tributariis illius cõmunis, in ceteris autem valere: tanquam in huiusmodi rebus inspiciendus sit locus bonorum, vt aliàs sæpe in statutis, præsertim realibus, vt per Bart. & alios in d. l. cunctos populos. Nos verò sequimur eam opinionem, quæ irritum facit contractum vbicunque factum sine consensu mariti.

225 *Quid è diuerso, si mulier extranea contrahat in Pictauiâ.* ¶ VIGESIMO SEPTIMO quæro, quid contrà, si mulier extranea cõtrahat in Pictauiâ, an sit adhibendus consensus mariti, vt valeat. Hanc quæstionem in nostro casu posuit Bal. in l. velles. in fi. C. de reuocat. donat. nec tamen decidit eam, sed tantum dicit eius rei decisionem colligi ex nota. in d. l. cunctos. C. de Summa Trinit. Videtur autem primùm, quòd non: nam statuta non possunt habitare, vel in habitare non subditos, per l. i. in fi. ff. de tut. & curat. dat. ab his. & l. etiam, secundum vnam lect. ff. de tutel. Et ideo dicunt nostri Docti. quòd statutum prohibens virum instituere vxorem, aut filium familiæ, vel minorem 22. annis testari, & similia, non trahuntur ad forenses actum conficientes in ipso loco statuti. Ita voluit Spec. tit. de sentent. prolat. §. qualiter. versic. item pone, quidam Flandren. Bar. in d. l. de tuto. & curat. dat. ab his. & in d. l. cunctos populos. col. 3. versic. sed circa hoc dubitatur. & ibi quoque Bal. col. 9. versic. circa istam inhabilitatē. Saly. Franc. Arct. col. 10. versic. quærit nunc. & alij recentiores. C. de Summa Trin. Pet. Anch. in d. c. 1. in 12. quæst. prin. versic. quæro vltèrius circa ista statuta, de consuet. vbi & hoc post Bal. ampliat, vt procedat etiam quoad bona ibi sita, quia bona veniunt accessoriè ad personam, vbicunque sunt sita: nec ratione eorum potest fundari iurisdic. & potestas statuendi in forenses. arg. not. in l. i. C. vbi per. tuto. & voluit Innoc. in c. pastoralis. de priuileg. & facit l. libertus. §. sola. ff. ad municipa. Et hanc quoque partem tenuit Philip. Corne. consi. 152 licet in hac consultatione. col. 2. versic. confert etiam lib. 1.

226 *De eadem re.* ¶ Contrarium tamen in nostro casu videtur ex eo, quod not. Bal. in repet. d. l. vlt. ff. de iurisdic. omni. iud. vbi dicit, quòd statutum disponens, ne minor 22. annis possit cõtrahere, sine cõsensu duorum proximorum, vel sine autoritate iudicis, debet obseruari & in forensi minore ibi cõtrahente. Quem refert Pet. Anch. in d. c. 1. in 12. q. versic. quid dices in obligatione personali, de consuet. vbi dicit hoc primùm videri repugnare doctrinæ Bar. & ipsius Bal. in d. l. cunctos populos. nisi (inquit) quod ibi loquuntur, cum statutum disponit simpliciter de statu personæ, ad actum sibi per statutum, vel prohibitum, vel promissum: quo casu tale statutum non compræhedit forenses: sed in hoc casu statutum non simpliciter disponit de habilitate, vel inhabilitate personæ, sed persona contrahente adhibet certam formam, & solennitatē: ideo & ad forenses trahitur illic cõtrahentem. Actus enim solennis, siue sit iudicialis, siue extraiudicialis, sortitur essentiam secundum legem loci, vbi fit, per l. i. C. de emancip. lib. & l. si non speciali. C. de test. cum simi. & ita refert Pet. Anc. vbi supra, quem sequitur Fran. Arct. d. consi. 54. col. 2. & rursum d. consi. 73. col. 4. Et idem in statuto requirete præsentiam iudicis in donatione, consuluit Corne. consi. 185. tria principaliter, col. 6. lib. 2. Cogita, quia si statutum hoc videtur factum in fauorem mariti (de quo alibi diximus) fortè aliud dicendum est.

227 *An hoc statutum in muliere Pictauiâ habeat locum.* ¶ VIGESIMO OCTAuo, quæro, an hæc cõsuetudo procederet in muliere Pictauiâ, etiã quoad bona alibi sita. Et videtur quòd non: Nam bona dicuntur sub illius iurisdic. in cuius territorio sunt sita. l. iubemus nullam. C. de sacrosan. eccle. & c. postulasti. & ibi Inno. de foro compet. Ergo licet statutum habeat ciuem sibi subditum, atramè non videtur posse trahi ad bona ipsius existentiæ in alieno territorio: quia in eis deficit iurisdic. quæ est causa efficiens & extèriua ipsius statuti cap. per

cap. per venerabilem. cum ibi nota. per Inno. & alios, extrà qui filij sunt legitimi. & quod not. Bar. in l. i. C. de Summa Trinit. quòd legitimatio facta per principem, non trahitur ad bona existentiæ in territorio alieno. Item sicut statutum non compræhedit personam non subiectam, vt diximus in præcedenti quæst. ita nec bona sibi non subiecta, arg. illo à personis ad res. l. qui plures liberos. ff. de vulga. & pupil. & l. si quis inquilinos. §. si ita legatum. ff. de legat. i. cum simi.

228 ¶ Contrarium tamen in si nili decidit Bart. in dicta l. i. C. de Sum. Trinit. & in l. si duo. C. de admitt. & post eum Ro. d. consi. 39. in proposita quæstione, in secundo dubio. Est enim (inquit) considerandum, quòd statutum aliquando statuit principaliter & directè, circa bona sui subditi, in alieno territorio existentiæ: & tunc non valet ratione defectus iurisdictionis, quam in eis certum est non habere. cum extrà territorium habeatur loco priuati. l. 3. ff. de offic. Præsid. & l. vltim. ff. de iurisdic. omnium iudicum. & l. i. §. sed & si quid. & l. vltim. ff. de offic. Præf. & l. iuris peritos. §. cum oriundus. & l. illud. ff. de excu. tuto. & ca. vt animarum. de consuet. libr. 6. Aliquando autem statuit principaliter & directè, circa personam sibi subiectam, & tunc statutum extenditur ad bona alibi sita, tanquam accessoria ipsius personæ. l. propter lites. §. licet. ff. de excusat. tuto. & l. 2. C. eo. & l. si fideicommissum. §. tractatum est. & l. argentarium. §. nomine. ff. de iudic. & l. magis puto. §. illud queritur. ff. de rebus eor. & l. cum vnus. §. is qui iuncta gloss. ff. de bono. auto. iudi. poss. & l. à Diuo Pio. §. i. ff. de re iudic. & l. properandum. C. de iudic. & c. Romana. §. contrahentes. de foro compet. lib. 6. Sed tu vide, quæ multò latius dicam in Tractatu Primigeniorum, in ea quæstione. an statutum deferens quandam primogenituræ prærogatiuam trahatur ad bona alibi sita: quæ quidem est. 46. eius Tractatus, & vide etiam hic Cald. consi. 17. statuto ciuitatis, tit. de consuet. & consi. 34. statuto Ferrariensi, tit. de test.

229 ¶ VIGESIMO NONO, Quid in muliere hic matrimonio copulata, quæ tamen est de origine alterius prouinciæ, quæ iure cõmuni vitur, an ea poterit contrahere sine cõsensu mariti, cõsiderata ipsius origine: an verò non poterit cõsiderato statuto mariti? Super hoc expressim consuluit Bald. consi. 139. statuto cõmunis Alsifij cauetur, libr. 5. vbi multa allegat ad interpretationem statuti illius, quæ nihil ad nostrum casum pertinent: tandem verò cõcludit, huiusmodi mulierem cõsiderari esse eius prouinciæ, cuius est maritus: proindeque ligari eo statuto, quod prohibet mulierem contrahere vel testari, sine præsentia, vel consensu mariti. Et id sequitur & dicit singu. Cat. Corta, in memor. incipit. statutum quòd vxor. Et id quidem sequor, licet Corne. apertè contrariu cõsulerit, consi. 241. de duobus quæritur in primo dubio. Sed tu pro Bald. sententia vide, quæ diximus in prima lege connubiali, nu. 28. incip. illud etiam ex eodem fonte, & duobus seq. & iterum in gloss. 2. num. 45. incip. item quæro secundò, & multis seq. Vide tamen q. proximè sequentem.

230 ¶ TRIGESIMO, Quid si è diuerso, mulier Pictauiâ origine, nubat marito alterius prouinciæ, qui hac consuetudine non vtatur, an poterit contrahere sine consensu mariti, inspecta origine istius mulieris, an non poterit inspecto domicilio mariti? Videtur inspiciendum esse domicilium mariti, per id, quod dictum est in q. præcedenti, & locis inibi allegatis: tamen Bald. consi. 226. præmissis verbis statuti, lib. 5. loquens in statuto prohibente mulierem habentem filios, testari extrà personas filiorum, multa in vtranque partem allegat. Et tandem videtur cõcludere, quòd possit testari de bonis, quæ sunt sita in prouincia mariti, non etiam in his quæ sunt suæ prouinciæ per l. i. C. non lice. habit. metro. lib. 11. Quæ decisio si bene expendatur, videtur aduersari iis, quæ diximus in præcedentibus quæstionibus. Ideo cogita.

231 ¶ TRIGESIMO PRIMO, Retenta ea opinione, quæ vult hoc casu requiri consensum mariti in contractu, qui hic cõficitur, non etiam alibi, & mulierem extraneam non posse hic cõtrahere sine consensu mariti: pone, quòd mulier quæpiam in alieno territorio constituit procuratorem ad contrahendum: procurator in hac prouincia contrahit sine consensu mariti: an valeat contractus? Videtur quòd sic, quia videtur inspiciendus locus, in quo mulier fuit, cuius mandato res geritur, sicut etiam attenditur eius persona: quia qui per alium facit, per seipsum facere videtur. l. i. §. de iur. iur. ff. de vi & vi arma. & c. qui per alium, de regu. iur. lib. 6. cum concord.

232 ¶ Tu autem dicito contrarium, videlicet inspiciendum esse locum in quo cõtrahitur, non mādati: nam inter mandantem, & mandatariu fit contractus mandati, & eius respectu debet cõsiderari ius, vel consuetudo loci ipsius mādati. At principalis cõtractus fit postea inter procuratorem nomine mandantis, & alium cum quo cõtrahitur. Ideoque quantum ad istum, cum quo scilicet contrahitur, attenditur locus principalis cõtractus, in quo ipse interuenit cum procuratore: cum actus recipiat subsistentiam vt diximus, in personam procuratoris. l. quæcunq. gerimus. ff. de actio. & oblig. ideo quo ad ipsum contractum inspiciendus est locus ipsius, non locus mādati, prout in simili dicit. Bart. in l. non solum. §. si mandato. ff. de iniur. quòd in delicto cõmissio per mandatariu nomine mandantis attenditur locus & tempus commissi maleficii, non mandati, per l. Prætor ait. la. 2. §. hoc autem edito. ff. de vi bono. rapt. Et quia ipse mandans obligatur ex delicto propter mandatum, non ex mandato propter delictum, arguendo à simili, quòd mandans obligatur ex contractu celebrato propter mandatum, non ex mandato propter contractum, per l. si quis vxoris. §. neque verbo. & l. qui seruo. §. i. ff. de furt. Et sic arguit Bart. de contractu ad delictum. Vnde sicuti in delicto concluditur attendi locum delicti, ita quoque in contractibus dicendum est, in quibus id videtur habere pro re minus dubia. Et id quoque suadet ratio: nam ex quo in contractu duæ personæ sunt

cum in bonis alibi sitis.

De eadem re.

Quid de muliere alterius originis nupta in Pictauiâ.

Quid è diuerso in muliere Pictauiâ alibi nupta.

An in his quæstio. inspicitur locus constitutionis procuratoris, an cõtractus à procur. facti.

De eadem re.

sunt æquè principales. l. i. ff. de pact. videtur quòd non debeat attendi tempus vel locus mandati, in quo nullo pacto interuenit altera persona principaliter contrahentium. Et ita in hanc partem concludit Corne. confi. 136. tria principiter, col. 6. versic. nec obstat si dicatur, lib. 2. loquens in statuto disponente, quòd donatio non valeat sine consensu iudicis.

233 Si mulier habet uerū maritum quē putat mortuum, & alterū, cuius consensu contrahit, an ualeat.

TRIGESIMO SECVNDO, Quid si mulier habet uerum maritū, quem fortè putat mortuum, ideoq; & alteri nupsit, qui putatur esse maritus, cum non sit, & hoc consentiente cōtrahit: postea compertum est, uerum maritum uiuere, qui non consensit, an ualebit cōtractus? De hoc loquitur Bal. confi. 132. uerum maritum, libr. 4. ubi adeò obscure loquitur, ut vix scias, quid de hac re sentiat: videtur tamen in eam sententiā inclinare, ut non ualeat. Sed tu vide, quid dicam in seq. q. & not. in simili per Ang. Pau. Cast. Alex. & Ias. in l. si tibi decem. §. cum possessor. ff. de pact. Pau. Cast. & Alex. in l. ius iurandum quod ex conuentione. ff. de iure iur. Imo. & alios Cano. in c. nihil. & in cap. transmissum. de elect. cum multis concord. adductis per Iaso. in d. §. cum possessor.

234 Quid si uxor nō habet uerū sed tantū putatiuum, an eius cōsensus requiritur.

TRIGESIMO TERTIO, Quid autem, si cum vxor non haberet uerum maritum, sed tantū putatiuum, ut uocamus, contraxit sine ipsius autoritate, aut consensu: an ualebit huiusmodi cōtractus, comperto illum non fuisse maritum, fortè propter impedimentū ab initio cōtrahentibus ignotum, nunc uerò compertum? Et uidetur primò ualere, quia cum fœmina non habet maritum uerum, non habet locum in ea statutum requirens mariti consensum, ut latè diximus supra in eadem glo. in 7. q. At ista non habet maritum uerum, sed tantū putatiuum, qui simpliciter maritus non est: sicut nec falsus & putatiuus denarius, est denarius, nec falsa fides, fides est, per text. in l. omnes. & ibi gloss. in uerbo non habent. C. de hæret. cum simil. alibi à me collectis, in nostro Tract. Retractuum, tit. 1. §. 1. in glo. 20. in uerbo, d'or ou d'argent, nu. 11. incip. at illud quoque, & seq. ubi idem uidebis de falso tutore, iudice, testamento, instrumento, modio, & ceteris.

235 Leges loquentes de uiro & uxore, nō intelliguntur de putatiuo

Ideoque (ut propius accedamus ad casum nostrum) nec iura loquētia de marito, & vxore, habēt locū in his, qui putantur tantū maritus & vxor esse, non sunt tamen, per text. in l. si cōcubina. in prin. ff. rerum amot. ubi vxor putatiua non habet priuilegium, ne furti conueniatur, sicut uera vxor. Et hinc Bar. ibi not. quòd licet matrimonii putatiuum habeat quædā priuilegia circa dotem putatiuam, per l. si cum dotem. §. transgrediamur. qui est vlti. ff. sol. matr. non tamen circa alia. Cui accedit text. no. in c. 1. in uerbo, totam dotem, extrà de donat. inter vir. & vxor. ubi maritus putatiuus non habet priuilegiū ueri mariti, ne uidelicet cōueniatur, nisi inquantū facere potest, ut no. Io. And. Ant. & Pan. ibi, & Bal. Imo. Alex. & Fran. Aret. in l. diuortio. §. impendia, ad ff. solu. mat. & Iacob. Bel. in l. 1. in fi. C. de rei vxor. acti. Bal. Imo. & Pau. Cast. in l. filio. la. 2. ff. sol. matri. Rom. qui illum text. dicit sing. in d. l. si cum dotem. §. transgrediamur, col. 7. vers. 2. & ibi quoque Alex. col. 1. & idem Alex. in l. si maritum. post prin. eo. tit. Barb. in c. iurauit. col. 3. nu. 18. de proba. & in cap. ex literis. col. vlt. extrà de pigno. & confi. 46. scripsit præclarè, col. 9. vers. capio modò. tertiam, libr. 2. & Phil. Dec. confi. 153. in effectu queritur, col. 1. Fran. Ripa. in rub. ff. sol. matr. nu. 63.

236 Dos putati. an admittit exceptio. compensa. Mari. puta. non lucratur fructus dotis. uide 261.

Imò nec etiam semper circa dotem habet matrimonium putatiuum priuilegia ueri. Nam licet in uero matrimonio dos habeat priuilegium, ut non possit opponi exceptio compensationis, per d. l. 1. §. taceat. C. de rei vxor. act. non tamen in matrimonio putatiuo, secundū glo. in d. §. impedia. quam ita intelligit & sequitur Alex. ibi. Ex qua & illud etiam apertè colligitur, quòd licet maritus uerus lucretur fructus dotis, per text. ibi, non tamen putatiuus, per text. in l. in insulam. §. fructus, eod. tit. sol. mat. quam glo. sequuntur communiter omnes, in d. §. impendia. & uoluit etiam Bal. in l. pen. §. Iulianus. ff. quod fal. tut. auto. & Rom. in d. §. transgrediamur. col. 7. vers. 4. Sed & ex d. §. fructus. uidere licet, quòd quamuis uerus maritus adeò lucretur fructus, ut nec impensas quoque in dotem factas non deducat: tamen putatiuus deducit sumptus gratia eius factos. & ad hoc dicit illum text. sing. Rom. post Dy. ibi. & no. ipse Ro. ubi supra, vers. 5.

237 Mari. puta. an lucratur dotem ex pacto uel statu. uide 264

Similiter nec lucratur maritus putatiuus dotem ex pacto, vel statuto, de dote lucranda, ut de primo, id est de pacto, est text. in l. 1. ubi id not. Bal. Saly. & Ang. C. de cond. ob cau. & in d. §. Iulianus, & ibi glo. & Bal. in §. si uerò ab initio, & iterum in §. adscripto, & ibi Ang. in Auth. de nupt. & uoluit prætereà Franc. Are. in l. si ante, col. 3. ff. sol. mat. Barb. in d. c. ex literis, col. vlt. de pigno. & d. confi. 46. lib. 2. De statuto etiam uoluerunt Bal. Ang. Saly. in d. l. 1. de condi. ob cau. idem Bal. confi. 184. si qua inquit mulier, lib. 3. Pau. Ca. Rom. qui id declarat, & Alex. in d. l. si cum dotem. §. vlti. ff. sol. mat. Fran. Ripa. in d. rub. ff. sol. mat. De utroque Bal. in c. iurauit, col. 1. & ibi Barba. in c. iurauit, col. 3. & Fely. col. vlt. de prob. Imol. Pau. Cast. & Ro. in d. l. si ante, sol. mat. Barb. confi. vlti. col. pen. lib. 2. Hipp. Marfil. sing. 129. dum effem aliàs.

238 Mari. puta. nō lucratur dotem ob adulterium uxoris. uide nu. 265.

Prætereà licet maritus uerus lucretur dotem ob vxoris adulterium. l. consensu. §. vir quoq; C. de repudi. & c. plerunq; extrà de dona. inter vir. & vxor. idque ueteri iure Romanorū, ut ex eo constat, quod scribit Valerius Maximus, lib. 8. cap. 2. C. Marium damnasse Ticinium quendam, qui de industria, Fanniam impudicā fœminam duxerat, ut eo crimine postea repudiatam dote spoliaret. Quod è nostris retulit Io. And. in d. cap. plerunq; in prin. Et huc alludens Horatius li. Sermon. 1. Satyr. 2. loquens de muliere, quæ ueretur depræhendi in adulterio, metuens doti, inquit:

—Vel pallida lecto,
Desiliat mulier: miseram se conscia clamet:
Curribus hæc metuat, doti deprensâ.—

Tamen

Tamen putatiuus maritus id lucrum non consequitur, ut uoluit expressim glo. in d. §. vir quoque. in uerbo, sibi habere. & Ant. in d. c. plerunq; Roma. in l. Lucius Titius. col. 6. versic. sed succedit. ff. sol. matri. & Alexand. in d. l. si cum dotem. §. vlt. col. 2. ff. eod. tit.

Nec habet dilationē restituende dotis.

239 Nec etiam is maritus putatiuus habet dilationem, quæ ueris maritis cōceditur ad restitutionem dotis, sed illic debet eam reddere, æquè ac quilibet extraneus, secundum glossam in dicta l. 1. §. exactione. in gloss. magna, post principium. C. de rei vxor. actio quam sequuntur expressim Rayn. & Saly. ibi. & Panormit. in cap. de prudentia. extrà de donationi. inter vir. & vxor. & Alex. in d. l. si cum dotem. §. vlt. solut. matri.

Nec possess. bonorum ex edit. unde uir & uxor.

240 Nec item habet locum successio ab intestato ex bonorum possessione, unde uir & vxor, inter coniuges putatiuos, ut apertissimè declarat text. in l. 1. ff. unde uir & vxor, cuius hæc uerba sunt: Ut bonorum possessio peti possit, unde uir & vxor, iustum esse matrimonii oportet. Ceterum si iniustum fuerit matrimonium, nequaquam bonorum possessio peti poterit. An autem ex testamento capere possit, uide textum, qui illic sequitur, atque etiam text. in l. vxori maritus. & ibi glo. & Doct. ff. de usufr. lega. & in l. Præfectus. ff. de rit. nupti. & in l. 2. §. 1. ff. de his quib. ut indig. & in l. qui contra. & l. si quis incesti. C. de incest. nupt.

Vxor putat. non sequitur forum uiri.

241 Nec vxor putatiua sequitur forum uiri putatiui. l. de iure. §. vlt. ff. ad municip. glo. in c. eos. 32. dist. & in c. 3. in glo. 1. ad fi. 12. q. 1. Bart. in l. vlt. §. item rescripserunt. le. 2. in 3. q. ff. ad municip. Bald. qui ex eo dicit sing. in ea non procedere. l. exigere dotem. ff. de iudi. in d. cap. iurauit. col. 1. & ibi quoque Fel. col. vlt. de prob. idem Bal. confi. 439. super primo puncto. col. 2. vers. item nuptiæ, lib. 4. Maria. Socin. in c. 1. col. 10. in 17. declaratione, extrà de for. compet. Card. Alex. in cap. 1. col. pe. de sponsa. & ibi quoque Fel. col. pen. vers. secundò limita, qui dicit sing. id quod dictum est de d. l. exigere dotem. & Ias. in l. cunctos populos. in 6. limit. C. de Sum. Trini.

Dos putat. nō habet tacitam stipulationem.

242 Nec in dote putatiua inducitur tacita illa stipulatio, quæ in uera inducitur, ex dicta l. 1. in princ. C. de rei vxor. act. ut uoluit glo. not. in §. si aduersus, in uerbo, exactioni, Instit. de nupt. & Ang. in l. 2. §. vlt. per glo. ibi. ff. de priuileg. cred. Quod uel hinc satis liquidè probatur, quòd pro huiusmodi dote repetenda datur cōdictio ob causam, uel sine causa, ut habetur in l. 1. C. de cond. ob cau. & in l. vlt. ff. de cond. sine cau. & uoluit etiam glo. in rub. ff. sol. mat. in d. §. si aduersus. & in d. c. de prudentia. in glo. 1. de dona. inter vir. & vxor. & Spe. tit. de dote post diuort. restit. §. formati. versicu. quid si mulier agit, ibi, sed si matrimonium.

Dotis putat. dominiū ipso iure nō trāsfit in uxorem.

243 Et ex hoc aliud assumitur huic nostro proposito satis accommodatum, quòd quamuis ex uero matrimonio dissoluto ipso iure trāsseat dominiū dotis in vxorem. l. in rebus. C. de iure doti. non sic autè ex putatiuo: quòd hinc manifestè liquet, quòd nulla cōdictio datur domino. l. 1. ff. usufr. quemadmo. cau. & §. sic itaque. Insti. de actio. & ita nuncupatim annotauit Bal. à Bar. quæ Nouellum appellat, in d. l. si cum dotem. §. vlt. ff. sol. matri. & iterum in tractatu dotium, in 8. parte, in 6. priuilegio. in 12. limitatione, & iterum in 11. parte. col. 15. vers. vn decima differentia.

Maritus putat. nō accusat uxore adulter. iure mariti. Iusta uxor quæ.

244 Nec hęc quoque maritus putatiuus potest accusare vxorem putatiuam iure mariti, sed tantū iure extranei. l. si vxor. §. sed si ea sit. ff. de adul. cuius hæc uerba sunt: Sed si ea sit, cum qua incestū commissum sit: uel ea, quæ quamuis vxoris nomine animo haberetur, vxor tamè esse non potest: dicendum est, iure mariti eam accusari non posse, iure extranei posse. Nam quòd prius in eadem l. post principii scriptum fuerat, in hunc modum, Planè siue iusta vxor fuerit, siue iniusta, accusationem instituere uir potest: intelligi non potest, scilicet iusta vxor, pro uera & legitima, & iniusta pro putatiua, & illegitima, ut intelligunt glo. Bar. & alij ibi. aliàs uterque locus eiusdem l. è diametro secum pugnaret, quòd cum in alijs uerisimile non sit, per l. nō ad ea. ff. de cond. & demon. tamen multo minus in Iuriscōsulto. Sed prior ille locus iniustam vxorem uocat, cum qua matrimonium est, sed non solenniter celebratum, ex Homero, lib. 9. Iliad.

ἢ μὲνοι φίλεσ' ἀλόχης μερόπων ἀνθρώπων ἀτρέδαι.

Et cætera quæ sequuntur.

Quem locum & ipse Iuriscōsultus inibi citat. Quod si plenius scire uis, quæ sit iusta & iniusta vxor; quid uel differat iusta vxor à pallaca: uide Budæum in Annotationibus eius loci: sed ita ut cōsideres illum locum Liuji, libro nono belli Macedonici, Hunc iusta matrefamilias, illum pellice ortum esse. & alium Suetonij in Vespasiano, c. 3. Cænicem Antoniæ libertam, & à manu dilectam quondam sibi reuocauit in contubernium, habuitque eam Imperator penè iustæ vxoris loco. Cui iunge & alium locum eiusdem, c. 21. Post decisa, quæcunque obuissent, negotia, gestationi, & inde quieti uacabat accubante aliqua pallacarum, quas in defunctæ locum Cænidis plurimas constituerat. Nam quòd de pellice, & pallaca Iuriscōsulti nostri tradunt in l. Massurius, de uerbo. signifi. & Alciat. inibi, atque etiam in libro 4. eod. tit. & Floridus Sabinus in lib. de Iuris ciuilibus interpretibus, uix ad hunc locum pertinet, sed id obiter tibi dicere uoluimus.

Pallaca. Iusta mater familiæ. Pellex.

245 Sed ab eo, quòd diximus in principio uerfi. præcedentis, non admodum distat, quòd scribit Bart. in l. marito. §. illud. qui est vlt. vers. quæro, utrum si vxor. ff. de adul. quòd maritus putatiuus, qui scilicet duxit vxorem, quam non licebat, non potest adulterum interimere, etiam eo casu quo uerus maritus potest. Nam cum eum, nec vxorem putatiuam accusare non possit, ut diximus in d. præcedenti uerficu. sequitur, neque ei licere eos occidere. Et id (inquit ipse Barto.) uerum est, licet gloss. dicat contrarium, & malè, in l. pennult. §. vlt. ff. ad municipal. quæ dicit, non legitimum matrimo

Maritus putatiuus an possit occidere adulterum.

mattimonium, quo ad aliquid pro legitimo haberi, vt quia adulterium committitur, per d. l. si vxor, §. planè. cuius verba in d. præcedenti versu. posuimus.

246 De iisdem rebus.

¶ Ego verò putarem, si huiusmodi vxor non iniuste putabatur esse vera vxor, cum tamen talis non esset, ob aliquod impedimentum, quod maritus ipse non abs re ignorabat, licuisse illi adulterum impunè occidere: vt etiam in præcedenti illo casu hunc maritum posse eam vxorem adulterij accusare, si ea tenebatur, & tractabatur, vt vera vxor etiam si vxor esse non poterat, vt per ipsum Bar. in d. l. si vxor. §. sed si ea sit. De quo tamen antequam tuum iudicium interponas, vide Bal. in l. non ignorat. col. 3. versu. vel aliter in hoc puncto. C. qui acc. non poss.

247 Pater nõ obligatur pro dote putatiua data filiofamiliã.

¶ Et licet pater obligetur pro dote data filiofamiliã, vt latè per omnes in dicta l. si cum dote. §. transgrediamur. ff. sol. matr. id tamen non procedit in matrimonio putatiuo, quod scilicet nullum est: vt à Roma. scriptum est in illo ipso §. transgrediamur. col. 4. versu. quod tamen declara. & ibi quoque Alexander, col. 1. versu. quod limitat. sol. matr. Quos refert & sequitur Ioan. Lupus in repet. rubr. extrà de donat. inter vir. & vxor. §. 21. col. 3. versu. prædicta sunt plana. Innititurque Rom. ra. eius quod infimili, & eo quidem no. vt ipse dicit, casu scribitur in l. 1. versu. pro infante. C. de munerib. & hono. non conti. lib. 10.

248 Dos vera non retinetur ob impensas: cõtra in dote putatiua.

¶ Sed & quãuis propter impensas factas in vera dote, non habeat locum retentio ipsius dotis, per dictã l. 1. §. sed nec ob impensas. C. de rei vxor. act. & l. dote. ff. de dote. præleg. tamen ea locum habet in dote putatiua, propter ipsas impensas in ea factas. l. sed & si quid. & ibi gloss. & Ro. qui eam l. legit cum §. transgrediamur. colum. 7. versu. duodecimò, quod quamuis. ff. solu. matr. vbi dicit eum casum esse notandum.

249 Donatio inter coniuges putatiuos an cõfirmetur morte.

¶ Deinde donatio facta inter coniuges putatiuos, non confirmatur morte, per text. not. in l. cum hic status. §. si quis sponsam. ff. de do. inter vir & vxor. quem in id dicit sing. Bald. in l. eam quam, col. 5. versu. modò ego quæro. C. de fideic. & in sua marga. col. 2. versu. donatio. in verbo, donatio facta per virum. & Roma. in d. §. transgrediamur. col. 7. versu. sextò, quod quamuis donatio. & ibi quoque Alex. col. 2. versu. ex hoc verificatur. & iidem Rom. & Alexan. in l. si donatione, ille col. 4. versu. in eadem glo. ibi, nec tenet: hic col. 5. versu. in eadem, ibi, nec postea, & iterum col. seq. versu. nec obstat, d. §. C. de collat. qui & ipsi dicit sing. d. §. si quis sponsam. Alex. in addit. Bart. in l. donationes. la. 1. C. de don. inter vir. & vxor. & Barb. in l. si diuortio. col. 14. ff. de verb. obli. & in c. iuravit. col. 3. nu. 15. de prob. & in d. c. ex literis. col. vlt. de pign. & Iacob. à S. Georg. in l. si pater. C. de hære. instit. Sed est similis text. in l. si ex volũtate. vbi & Bald. ipse no. C. de donation. inter vir. & vxor. & alius item in l. 2. in fin. cum seq. ff. de priuil. credi. & voluerunt propè omnes in d. l. si pater. & Stepha. Bertr. qui alios citat confi. 17. ex eo quod apparet, col. 7. lib. 4. & Ioan. Lup. in repet. d. rub. de donat. inter vir. & vxor. §. 36. col. 3. versu. & ideo non valet.

250 Putatiui alij non veniunt in considerationem.

¶ Nectantùm in hoc casu coniugum putatiuorum, sed aliàs semper, non habent locum leges in quibusuis aliis putatiuis. Nam habes text. in l. si is qui. ff. de eo qui pro tut. non valere alienationem etiã factã cum decreto de re pupilli, cum autoritate tutoris putatiui. & ibi Bar. & Bald. eum tex. ad hoc not. & aliũ tex. in l. qui in aliena. §. si is qui putabat. & ibi glo. & Ro. ff. de acq. hære. vbi filius putatiuus non querit patri putatiuo, vt verus vero. Et idem Bal. in l. 1. col. 11. versu. quod ad nouum. C. qui adm. latè probat filium putatiuum institutum hæredẽ, etiam fauore patris putatiui, non teneri adire hæreditatem eo iubente, per text. inter cetera in l. iusto. in princ. ff. de vfucap. & sequitur Iaf. in l. qui aliena. §. si is qui putabat. ff. de acq. hæred.

251

¶ Sed & tex. est in l. si pater. & in l. nec apud. C. de hære. inst. non valere institutionem factam de filio aut fratre putatiuo, siue instituens errauerit in facto, vt loquitur d. l. si pater. siue in iure, vt loquitur d. l. nec apud. Idq; etiam procedit in donatione inter viuos, vt voluit Bal. in d. l. nec apud, quem sequuntur Alex. Corn. Iacob. à S. Georg. ibi, per tex. in d. l. cum hic status. §. si quis sponsam. Licet Pet. Cyn. & Ange. tenuerunt contrarium in d. l. nec apud.

252

¶ Eius autem l. autoritate subnixus Raph. Fulg. confi. 23. Engelpertus, col. vlt. versu. ad secundum, respondit non valere institutionem filij naturalis, qui putabatur legitime legitimatus, cum eius legitimatio non valeat. Et idem quoque voluit Pau. Cast. in l. eam quam. col. 2. versu. & per istam l. C. de fideicom. per text. ibi, secundum lect. Azo. & ita dicit se consuluisse, & sequitur recetiores ibi. De quo tamen Phil. Dec. confi. 166. viso themate, col. 2. versu. sed prædictis, & iterum col. 4. versu. secundò principaliter, & col. seq. versu. & ita requisitus, vbi de hoc nutat: tamen videtur tandem id sequi, vt etiam facit confi. eccclij. consultum fuit in fin.

253 Contrã supra dicta.

¶ CONTRARIUM tamen videtur, matrimonium putatiuum habere priuilegia veri: Primùm per text. in d. l. si cum dote. §. vlt. sol. matr. vbi duo ad eam rem probantur: Primùm, quod res. empta ex pecunia dotali, in matrimonio putatiuo, est quasi dotalis, sicut in vero est dotalis, per l. ita constante. ff. de iure dotium. cum si. Et ad hoc eum text. in d. §. vlti. expendant omnes ibi: inter quos Ro. versu. 7. dicit esse not. & Io. Lup. in repet. c. per vestras. §. 32. de donatio. inter vir. & vxor. Et id. quoq; voluit Pe. Anc. in d. c. 1. col. 1. eo. tit. per tex. in d. l. ita constante. quã tamẽ, vt diximus, loquitur de vero matrimonio. Alterũ, quod probatur ex d. l. si cum dote. §. vlt. (vt eò redeamus) est, quod vxor putatiua habet priuilegium, vt præferatur ceteris creditoribus, quibus & vera præferretur. Ad quod etiã bene facit tex. in l. si sponsa. ff. de iure dot. Sed id quomodo intelligatur, videbis apud Bald. Nouellũ in d. tractatu dotij, in 2. parte 11. partis princ. col. 1. & 2. vbi id tribus modis limitat.

Vxor putatiua habet priuilegium prælationis.

¶ Et

254 ¶ Et ad hoc bene facit, quod plerique non paræ autoritatis tradunt, actionem quæ pro dote putatiua datur vxori putatiuæ, æquè priuilegiatam esse, atque eam quæ veræ vxori datur. Ita enim voluerunt glo. & Bald. qui id dicit not. Alberi. & Saly. qui id dicit communiter teneri, in d. l. j. C. de condic. ob cau. Hosti. Ioan. And. & Panorm. in d. c. de prudentia. extrà de donat. inter vir. & vxor. Specu. in eodem titu. vt plurimi citant: sed & in tit. de dot. post diuor. restit. §. j. versu. sed si matrimonium, aliàs est sub versu. quid si mulier.

Actio, que datur pro dote putatiua, priuilegiata est.

255 ¶ Et hæc quidem ita procedunt, vt vxor ipsa putatiua in iis habeat & tacitam hypothecã, & eam quidem priuilegiatam, vt expressim dicit gloss. in d. l. si cum dote. §. vltim. de quo tamen latè per Bart. Imo. Paul. Cast. Rom. & alios ibi. & etiam per glo. & alios in l. ij. §. vlti. ff. de priuilegiis credi. & gloss. in l. vlti. ad finem magnæ glo. & ibi Cyn. in vij. quæst. Bar. Bal. col. vlt. Ioan. Fab. paulò post medium, & Saly. in vj. q. C. qui poti. in pigno. hab. Bald. in l. eos qui. C. eod. tit. & in l. dotis appellatio: ff. de iure doti. & in d. l. j. in fin. C. de condi. ob cau. Collect. Imo. Petr. Ancha. & Barb. in d. c. ex literis. de pigno. & idem Ancha. in d. c. 1. col. j. de donat. inter vir. & vxor. Barba. d. confi. xlvj. vbi suprã, lib. 2. & latè Bald. Nouell. vbi suprã, col. iij. versu. secundò conueniunt. & col. seq. versu. tertio conueniunt, & etiam in x. parte princ. in xij. limitatione.

Vxor putatiua an habeat hypothecam, & eam priuilegiatam.

256 ¶ Et quemadmodum dos vera illud habet priuilegiũ, ne alienari possit. l. j. & propè per totum tit. ff. de fun. dotal. & cap. cum contingat. de iureiur. ita & putatiua, vt voluit gloss. not. in l. dotale prædium. la. j. §. dotale. in verbo præstabitur. ff. de fun. dota. per d. l. si cum dote. §. vlti. ff. solu. matr. quo in loco Rom. col. vij. versu. est ergo. & Alex. eam glo. sequuntur. & dicit ipse Roma. sing. vbi etiam Barb. in d. c. iuravit. col. iij. sub num. 18. de prob. & in d. c. ex literis. col. vlt. de pign. & Bald. Nouel. in d. tra. tractatu dotium, in vj. parte princ. in j. special. in xv. limit. vbi & id dicit communiter teneri. & Ioan. Lupus in repet. d. rub. de dona. inter vir. & vxor. §. xxxvj. col. ij. versu. habet etiam vxor putatiua. & Thomas Parp. in repe. rub. ff. solu. matr. col. iij. versu. in tertio casu.

Dos putatiua alienari non potest.

257 ¶ Et si instrumenta dotalia habent executionem paratam ex statuto, cuiusmodi sunt plurima in Italia, æquè habent instrumenta dotalia putatiui matrimonij, vt verisimilitudine pulchrè voluerunt Bal. & Saly. in d. l. j. in fin. ff. de condi. ob cau. & sequuntur Paul. Cast. & Alex. in d. l. si cum dote. §. vlti. vbi Alex. ipse dicit mirandum, cum talia statuta sint correctoria iuris communis, ex quo instrumenta publica non habent huiusmodi executionem paratam. l. minor annis 25. cui fideicommissum in princ. ff. de minori. & dicemus alibi latius.

Instrumenta dotalia putatiui matrimonij habent executionem paratam.

258 ¶ Et generaliter omnia veræ dotis priuilegia comperere & putatiuæ, magna autoritate confirmat Spec. tit. de dote post diuor. restit. §. formati. versu. sed si mulier agit, ibi, sed si matrimonium, arg. l. ex facto. ff. de pecul. & d. l. ij. §. vlt. cum l. seq. ff. de priuil. credi. vbi scribitur, priuilegia dotis habere locum, etiam matrimonio non sequuto. Quæ res si obtinet, maiori, aut saltem eadem ratione obtinere debet in matrimonio putatiuo sequuto.

In uniuersum.

259 ¶ Verùm hæc tantùm procedunt, vt ij dicunt, quos suprã pro priori parte citauimus, cum agitur de fauore mulieris. Interest enim reipublicæ, vt scemina dote quibuscunque modis consequatur, vt deinde nubere possit: vt est tex. no. loquens de vxore putatiua, in l. iij. ff. de priuil. credi. dum reddit rationem præcedentis §. vlt. l. ij. priuilegium doti putatiuæ concedentis, vt nuper diximus. Quæ ratio non habet locum ex parte viri putatiui, & ideo non debet consequi priuilegia concessa veris, vt suprã dictum est in priori illa parte.

Declaratio præcedentium.

260 ¶ Sed hoc nondum in rem iudicatam transit: quandoquidem habemus glo. ordi. quæ cõtra illud, quod suprã in illa priori parte diximus, scilicet nu. 235. incip. ideoq; vt propius, voluit maritum putatiuum, non magis conueniendum, vltra quàm facere posset, quàm verum. in d. c. 1. extrà de donat. inter vir. & vxor. quam sequuntur Pet. Anc. & vterque Card. Flo. & Alex. ibi. Ex quibus posterior dicit quod hæc opinio seruatur in practica. Sequitur etiã Raph. in d. l. si cum dote. §. vlti. sol. matr.

Maritus putatiuus non conueniendus, nisi in quantum facere potest.

261 ¶ Sicuti & contra illud, quod dictum est, num. 236. incip. imò nec etiam, maritum putatiuum non lucrari fructus dotis, plurimi tenuerunt: de quo per gloss. Petr. Dyn. Alber. Bart. Ro. & omnes in d. l. si ante nuptias. ff. solu. matr. glo. Cy. Bal. & alios, in l. ij. C. de dotis promiss. glo. & Odofr. in l. dotis fructus, in prin. ff. de iur. doti. & in d. l. penult. ff. quod falso tut. aut. Azo in Summa, C. de iure doti. Spec. d. tit. de dote post diuor. restit. §. formati. versu. quid si mulier minor. & ibi Bal. in addi. & eundem Bal. in l. j. C. de vfucap. pro dote. Ang. in l. si adulterium cum inest. §. quare. ff. de adul. & in l. nec vllam. §. omnibus. ff. de peti. hære. Ro. in d. §. transgrediamur, col. vij. versu. iij. & in d. l. in insulam. §. fructus. quem legit cum l. viro. nu. 18. ff. solu. matr. Barb. in d. c. ex literis. col. pen. ff. de pign. Bal. Nouellum in d. tra. tra. doti. in j. parte princ. in vj. combinatione.

Maritus putatiuus an lucretur fructus dotis.

262 ¶ Nam quod hanc opinionem multum confirmat, sicuti verus maritus dicitur habere causam onerosam in dote, non lucratiuam. l. ex promissione. ff. de acti. & oblig. & l. pro oneribus, & ibi Bar. & alij. C. de iure doti. cum simil. idque etiam in ipsius dotis lucro, per text. not. in l. j. §. si verò. iuncta gloss. in verbo, ad lucrum. & ibi Bald. & Ioan. Plat. C. de impo. lucra. descrip. lib. 10. & gloss. Bald. Rom. Alexan. & recentio. in l. si donaturus. ff. de condi. ob cau. cum aliis concord. à me collectis in repetit. l. si vnquam, in verbo, donatione largitus, num. 217. incip. posterior. Ita & maritus putatiuus, vt voluit glo. no. in l. Proculus. in glo. vlti. ff. eod. titu. de iure doti. quam nuncupatim sequitur Rom. qui eam dicit singul. in d. §. transgrediamur. col. vij. versu. vij. Iafon in d. l. si donaturus. §. j. in glo. j. & in l. Nefennius. col. ij. ff. de re iudic. & confi. clxxj. viso instrumento dotis. col. v. versu. ex

Maritus putatiuus habet causam onerosam, etiam in lucro dotis.

istis omnibus, lib. 4. & Ioan. Lupus, qui eam dicit sing. reper. cap. per vestras. §. xxij. col. iij. versu. intellige prædicta, de donat. inter vir. & vxor.

263
Dos putatiua præbet iustum titu. ad præscribendum.

¶ Et mentio illius l. Proculus. monet vt aliud dicam, antequam ad alia progrediamur, quod & ipsum ad hanc tractationem pertinet. Nempe quod sicut dos vera præbet iustum titulum ad præscribendum, per l. Pomponius. §. in dote. ff. de acqui. poss. & per totum tit. ff. & C. de vsuc. pro dote. Ita & dos quoque putatiua, vt est tex. not. in d. l. Proculus. quem ad hoc expendit Roma. in d. §. transgrediamur. col. vij. versu. xj. de cuius super hoc interpretatione vide omnino, Bal. Nouellum, in d. tract. dotium, in ij. parte xj. partis prin. col. vij. versu. & ex hoc potest inferri, cum multis seq.

264
Maritus putatiuus an lucretur dotem ex pacto.

¶ Sed & contra illud, quod in ea priori parte dictum est ex aliorum opinione, in nu. 237. incip. similiter nec lucratur, maritum putatiuum non lucrari dotem ex pacto apposito in contractu matrimonij putatiui, tenent Dy. & Alb. vterque apud omnes autoritatis maxime, in d. l. si ante nuptias. ff. solu. matri. nam licet ij loquantur de pacto lucrandi fructus: tamen eadem ratio est lucrandi & ipsam dotem ex pacto, si nihil aliud obstat. Ego tamen de hoc dubitarem, cum mulier hic pacifica tur tanquam cum viro futuro, non tanquam extraneo, vt dicemus postea, nu. 271. & quemadmodum.

265
Maritus putatiuus an lucretur dotem ob adult. uxore.

¶ Vti etiam contra illud, quod dictum est in nu. 238. incip. præterea licet, maritum putatiuum non lucrari dotem ex adulterio vxoris putatiuæ, tenuit glo. ordi. in d. c. plerunque. & ibi quoque Inn. Hostien. Goffre. Ioan. And. Philip. Cardin. Flor. Panor. qui eam dicit singul. & Cardin. Alex. extra de donatio. inter virum & vxorem, & Barptol. Brixi. in disputat. 63. mulier quædam. Petr. Anchar. in d. c. i. in fin. eo. tit. Paul. Castr. confi. cxlvij. reuocatur in dubium, col. j. lib. 2. Lud. Bolo. confi. xxv. maritus quidam, col. ij. Tho. Parp. in repet. rub. ff. solu. matr. col. ij. in fine, Hippol. Marsil. confi. xij. diuini numinis, col. penult. in fin. & Ioan. Lup. in repet. rub. de donatio. inter vir. & vxor. §. xxxvj. col. ij. versu. ad prædicta etiam facit.

266
Maritus putatiuus an habeat dilationem.

¶ Sed & contra illud, quod dictum est num. 239. incip. nec etiam is. maritum putatiuum non habere dilationem ad solutionem dotis putatiuæ, satis sentire videtur glo. in d. cap. de prudentia. in glof. j. illam referendo ad textum, qui loquitur de matrimonio inualido: quam & ita intellectam, sequuntur quidam recentiores in d. l. si cum dotem. §. vlti. solu. matr. prout retulit Bal. Nouel. in d. tract. dotium, in ij. parte xj. partis prin. col. xv. versu. xij. differentia. Et ex antiquioribus quoque voluerunt, Iaco. Aret. in l. j. §. exactio. C. de rei vxor. actio. & Collect. in d. c. i. col. ij. versu. sed quid si matrimonium, extra de donatio. inter vir. & vxorem. Illam autem glossam ad verbum refert, & sequitur Hostien. in d. c. de prudentia.

267

¶ Sed vt & ad alia accedamus, si sit statutum, ne mulier dotata succedat extantibus masculis, vt sunt plurima in Italia, id vtrique obtinebit, si quepiam dotata sit in matrimonio inualido. Ita enim fuisse Pisis consultum per solennes Doct. & se eorum consil. subscripsisse tradit Bal. Nouel. in d. tract. dotium, in d. ij. parte xj. partis prin. col. x. versu. duodecima conuenientia.

268
Dos putatiua impensa minuitur, ut uera.

¶ Et sicut impensa necessaria dotem minuit in vero matrimonio. l. quod dicitur. ff. de impen. in reb. dota. fac. & l. j. §. quod diximus. ff. de dot. præleg. cum sim. Ita quoque in matrimonio putatiuo, & illicito, vt est tex. expressus, in l. dote. ff. de ritu nupti. quem ad hoc dicit singul. Bald. Nouel. in eo tract. vbi supra, col. v. versu. septima conuenientia. & iterum colum. xv. versu. decima differentia, vbi hoc latius tractat, & declarat.

269

¶ Ex quibus facile intelligis, matrimonium putatiuum non solum habere priuilegia veri, in fauorem mulieris, sed & contra eam. Sed vt intelligas id non solum procedere quantum ad dotem, sed & quantum ad cetera, habes text. in c. ad audientiam, de spons. probantem ex matrimonio putatiuo contrahi publicam honestatem, vt ex vero, de quo in c. sponsam. eod. tit. & alium quoque text. in cap. nuper. de biga. non ordi. quo cauetur, pœnam & effectum bigamiæ contrahi etiam ex matrimonio putatiuo.

270
Conquestus commun. inter coniuges putatiuos.

¶ Quid, quod si ex statuto, conquestus (ita vulgò vocamus in Gallia conquestus factos constante matrimonio) sunt communes inter maritum, & vxorem, id quoque statutum habebit locum inter coniuges putatiuos: ita enim post alios antiquiores voluit Panor. in cap. 2. per illum text. iuncta glof. & ibi etiam Cardin. Alex. extra de donat. inter vir. & vxor. & sequitur etiam Barb. in d. cap. iurauit. col. iij. num. 17. de proba. & in d. c. ex literis. col. vlti. de pign. & Ioan. Lup. in repeti. rub. de donat. inter vir. & vxorem. §. xxxvj. versu. & hinc est: & iterum §. lxxij. col. pen. versu. ampliabis ista. & vtrouique dicit, ita disponere legem regni, For. leg. lib. 3. tit. vj. l. iij. & iterum char. xxxij. col. ij.

271
Quæsitæ ab uxore præsumi quæsitæ ex bonis viri.

¶ Sed ex eodem tex. in d. c. iuncta etiam glo. vlt. aperte probatur, quod quemadmodum quæsitæ ab vxore, constante matrimonio, præsumuntur fuisse quæsitæ ex bonis viri, vt turpis quæstus suspicio vitetur. l. Quintus. ff. de donat. inter vir. & vxor. & l. etiam. C. eod. titu. vbi Bart. dicit ad hoc semper text. allegari, nam & apud Plautum (vt ita obiter dicam) in Casina, Myrina mulier ita Cleostratam alloquitur, quæ dicebat ancillam quampiam suam esse:

Similiter & ab uxore putatiua.

*Vnde ea tibi stenam peculi probam nihil habere addecer.
Clam viro, & qua habet partum, ei haud commodu' st quin viro aut subtrahat,
Aut supro inuenerit: hoc viri censio esse nunc, quicquid tuum est.*

Similiter & id procedit in matrimonio putatiuo, vt probatur ex illo tex. & glof. vt diximus.

272
Donatio inter

¶ Et quemadmodum non valet donatio inter veros coniuges, ita nec inter putatiuos, vt satis probatur ex l. iij. §. videamus. ff. de don. inter vir. & vxorem, & l. si ex voluntate. & ibi Doc. C. eo. tit. & voluit

voluit etiam gl. in c. vlt. in prin. & ibi quoque Io. And. & alij, extra eo. quoque tit. & Azo. in summa. C. eo. item tit. col. j. & Pau. Cast. confi. cclij. curator datur, col. vlt. lib. i. Nec ob aliam causam videtur huiusmodi donationem factam inter coniuges putatiuos, non confirmari morte, quemadmodum inter viuos, vt supra diximus in priori parte, nisi quia huiusmodi confirmatio censeretur fieri contra mentem vxoris donantis, quæ non quasi extraneo, sed quasi marito aut econtrario donauerit: vt dicit tex. in d. l. cum hic status. §. si quis sponsam. ff. de donat. inter vir. & vxor.

coniuges putatiuos non valet.

273 ¶ Sed & aliud præterea dicit Paul. Castr. confi. cclij. quod & ad hunc locum pertinet, ideoque nobis non esse prætereundum duximus: videlicet, quod sicut non valet donatio facta à minore vero suo curatori, cum idem autor esse non possit donationi, etiam alteri faciendæ, cum idipsum, scilicet donare, non pertineat ad administrationem, sed potius ad dissipationem. l. cõtra. §. i. ff. de pactis. & l. ab agnato. & l. vlti. ff. de curat. furios. cum similibus, ita nec donatio facta ab ipso minore curatori putatiuo, per multa illic allegata, quæ tu videre poteris.

274 ¶ Et sicuti maritus verus potest interuenire pro vxore, l. maritus. C. de procura. & l. vlti. C. de pact. conuen. ita quoque putatiuus, vt not. voluit Alber. post Vber. Bobi. in d. l. maritus. in princ. arg. d. l. dote. ff. de rit. nup. & d. l. iij. §. videamus. ff. de donat. inter vir. & vxor. At Iason in d. l. maritus. col. ij. versu. extendit istam l. tenet contrarium hac ratione, quam supra diximus in priori parte, quod matrimonium putatiuum habet priuilegia veri, circa dotem tantum. Quod tamen verum non esse liquidò apparet ex multis, quæ diximus.

Maritus putatiuus potest interuenire pro uxore.

275 ¶ Et quia supra in fin. prioris partis, num. scilicet 249. incip. nec tantum in hoc casu, & ij. seq. locuti sumus de tutore putatiuo, & similiter de patre & aliis, possunt quoque pro hac parte adduci multa similia, vt de solutione facta ex iusta causa creditori putatiuo, quæ parit liberationem, etiam si sine iudice facta fuerit. l. j. §. si rem à seruo. ff. depositi. Bart. & Alber. in l. vrbana. ff. de condi. indeb. Carol. Ruin. confi. clxxj. visis consiliis, col. j. num. 4. lib. 4. Quod tamen postea, scilicet col. vlt. intelligit in debitore speciei, non etiam in debitore quantitatis, secundum Doctor. communiter, in l. cum fundus. §. seruum tuum imprudens. ff. si cert. pet. & alios, quos ibi citat, col. pen. num. 8. Et sic hic casus facit pro vtraque parte.

Quædam similia.

276 ¶ Quodque tradit Bald. in l. eam quam. col. ij. versu. extra quæritur. C. de fideicom. quod ecclesia acquirit etiam per sacerdotem putatiuum, arg. l. peto. §. mater. ff. de leg. ij. & quæ aliàs de Prælo putatiuo scribit Innoc. in c. querelam, de elect. & in c. in literis. de resti. spoli. & Ioan. And. in c. per venerabilem, in verbo, loco, qui fil. sunt legi. & Bal. in l. si is qui. ff. de eo qui pro tut. & Lapum alleg. 89. factum, col. xvj. in paruis. & Doct. sæpe, & quæ diximus supra in xvij. q. num. 148. incip. & soluens ei, & alij multis versu. illius quæsti. Et quæ nostris legibus traduntur de his, qui se pro tutoribus gerunt, quæ sunt omnibus obuia.

277 ¶ TRIGESIMO QUARTO, Quid si mulier sine consensu vendidit, & tradidit rem venditam, quæ postea perit casu fortuito: cuius erit periculum, emptorisne, an mulieris? Et videtur, mulieris, quæ propter non obseruatam huius statuti solennitatem remansit domina, cum contractus sic factus sit nullus ipso iure, vt patet ex iis, quæ latè diximus supra in glo. iij. post princ. Res enim perit eius periculo, cuius ea est. l. pignus. C. de pignor. actio. & ff. de pericul. & commod. rei vendi. ferè per totum. & ita nuncupatim in causa similis statuti voluere vterque Deci. Lancel. & Philip. in l. non omnis. §. si pupillus. ff. si cert. pet.

Si uxor uendidit viro non consentiente, cui res uendita perit.

278 ¶ At contrarium quoque videtur hoc quidem casu, quo scilicet dominium remansit apud mulierem, non ex iure communi, sed potius de iure speciali, & veluti ex priuilegio, quo casu cessat d. l. pignus. & si. vt voluit gl. no. in d. §. si pupillus, in glo. j. quam not. & commendat Ro. ibi, qui se iactat ad primū ex ea annotasse, dicitque per hoc obtinuisse contra multos Doct. qui valde mirabantur, quod stante statuto, quod contractus à muliere initus sine autoritate consanguineorū, sit nullus, si mulier contraxerit ea solennitate non seruata, & tradiderit: quāuis mulier remaneat domina, non tamē res ipsi perit, sed emptori: ne quod in fauorem ipsius mulieris statutum est, in ipsius damnum detorqueatur. l. quod fauore. ff. de legib. Et sequuntur Alex. & Ias. in d. §. si pupillus. Et illam quoque vltra Roman. not. Paul. Cast. Soci. & ipse Iason ibi, ex quibus Paul. & Iason eam dicunt singul. & idem Ias. in l. j. col. iij. versu. aduerte etiam quod illud. C. de iure emphyt. vbi & ad id dicit facere l. Iulianus. §. si à pupillo. ff. de actio. empt. cum sim.

De eadem re.

279 ¶ Sed his continuò occurrit ipse Philip. Deci. in d. §. si pupillus. Nam regula (inquit) l. quod fauore, qua innituntur ea glo. Rom. & sequaces, intelligitur, quando principaliter resultaret in odium illius: secus si odium veniret ex consequentia, & natura rei, vt not. Bald. in d. l. quod fauore. in vij. oppo. per l. cum ex oratione. ff. de excus. tuto. & ideo dicit ipse Bal. quod receptus in ciuem, tenetur ad onera, quæ ciuibus incumbunt, quem sequitur idem Rom. confi. ccxvj. electio domini, col. j. versu. hoc primò probatur. Et facit tex. in l. fed & milites. §. scribit autem. ff. de excu. tut. vbi à ciuitate pulsus excusatur ab vrbica tutela, quia ei vrbem ingredi non licet, & excommunicatus non debet celebrare, cap. 2. de cleri. excom. & tutor remotus ob suspensionem, non obligatur vterius pro administratione tutelæ. l. decreto. ff. de suspec. tut. Ergo in proposito licet in fauorem pupilli dominium non transferatur, videtur tamen, quod periculum rei ad eum spectat: nam hoc in consequentiam venit, ex natura rei, quia periculum ad dominum spectat.

De eadem re.

280 ¶ Præterea, si pupillus, vel minor alienauit prædium, sine solennitate requisita, venditio non te-

De eadem re.

net, & potest res vendicari cum fructibus. l. si prædium. & l. prædiorū. & l. non solum. C. de præd. mino. & tale dominium retinetur iure speciali. l. si minor. eo. tit. Et cum ratione dominij debeantur fructus, per d. l. si prædium. esset absurdum, vt ad emptorem spectaret periculum, arg. l. secundum naturam. ff. de regu. iur. Et facit (inquit) quia res eodem modo fuisset peritura apud pupillum, & sic lucraretur ex tali contractu: quod minimè dicendum est, sed satis est vt damnum non patiat. Ideo & is pretium reddit. d. l. si prædium. & facit item text. in l. si à furioso. ff. si cert. peta. vbi tum demum accipiens à furioso obligatur, si in eius vtilitatem consumpta est pecunia, & non aliter. Et quia si pecunia casu perita sit, non sunt consumpti nummi secundum voluntatē dantis, vt dicitur in l. si ego. eo. tit. Et quia pecunia in effectum non venit ad accipientem. l. ij. §. peruenisse. ff. de hære. vel actio. vendi. vbi tamen requiritur in casu d. §. si pupillus. Et quia etiam ille, qui recipit in solutum, non dicitur locupletior, si res perita sit: & id consideratur in liberatione. l. Casius. ff. de soluti. Et quia vterque tractat de damno vitando, durior est causa actoris. l. si feruum. §. sequitur. ff. de verb. oblig. Hæc propemodum Philip. Deci.

281. **De eadem re.** Porro Franc. Ripa. in c. cum ecclesia Sutrina. col. xx. vers. prædicta etiam conclusio, extrà de cau. poss. & propr. post relatam vtriusque illam opi. dicit quod prior opin. possit sustineri, si constaret rem similiter fuisse perituram penes mulierem quæ vendidit, vt perit penes emptorem: quia tunc cessaret ratio glo. d. §. si pupillus. Pro quo facit, quod in simili dicitur in l. si plures. §. j. ff. de posi. & in l. si is qui. in prin. ff. de iure dot. & per glo. Bart. & alios, in l. quod te mihi. ff. si cert. pet. & alios à me relatos in tractatu Retractuum, tit. j. §. xv. glo. ij. num. ii. & id quidem.

282. **An uxor captiua possit contrahere pro sua redemptione sine consensu uiri.** TRIGESIMO QUINTO quæro, Quid si mulier captiua contrahat sine autoritate mariti, quò se captiuitate liberet: Ludo. Rom. confi. cccxvj. circa propositum, col. vlti. vers. postremò considerandum, respondit statutum prohibens contrahere sine quapiam solennitate, non habere locum, si prohibitus contrahat, vt se redimat captiuitate: nam iura (inquit) prohibitiua relaxantur in huiusmodi contractibus, qui ad captiuorum redemptionem celebrantur. l. quamuis. & seq. ff. solu. matr. quia permittitur mulieri vendere rem dotalem, vt parentes, aut fratres, aut alios necessarios ab hostibus ex vinculis redimeret. & authen. sancimus. C. de sacrosanct. eccles. & cap. sacrorum. xij. quæst. ij. quibus permixtum est vendere res sacras, & ecclesiasticas ob redemptionem captiuorum, & in l. si quis pro redemptione. C. de donat. vbi tollitur prohibitio donationis excedentis quinquaginta solidos, sine insinuatione, cum titu. ad redemptionem captiuorum. Et hanc Rom. decisionem sequitur, & dicit singu. Bened. in repet. c. Raynutius. in verbo, & vxorem nomine Adelsiam, num. 803. de testa. Et idem voluit Masuer. in tit. de dote. & matrim. §. item maritus & vxor. per l. mutus. §. manente. ff. de iure dotium.

283. **Res subiecta restitutioni.** Quam tu aliis multis potes confirmare: nam res subiecta restitutioni, & ita prohibita interim alienari, potest tamen alienari propter redemptionem eius, qui restituere tenebatur, vt expressim voluit Bart. in l. quemadmodum. col. ij. C. de agri. & censit. lib. ii. Imò & propter redemptionem sui filij, idem Bart. Bald. Ange. Paul. Cast. & Corne. in auth. res quæ. C. commu. de legat. Nam si licet (inquiunt) id facere pro dote filiarum, vt ibi dicit tex. multò magis pro redemptione, per not. glo. in l. ob æs. C. de præd. minor. Et patris quoque, vt dicunt Paul. Castren. & Corn. qui id dicit communiter teneri, in d. authen. res quæ.

284. **Quarta diminutio. Legatum incertum. Sine mandato ualet alienatio. Exhereditatio ob patrem non redemptum. Priuatio successione.** Vt vt alia simul iungam, adde text. in §. sed & hoc præfenti. in authen. de sanctis. Episc. vbi licet datum causa dotis, vel propter nuptias, aut etiam legatum factum sub conditione nuptiarum, vel filiorum non existentium, non deficiat, si legatarius aut donatarius grauatus restituere, efficitur monachus, deficiente causa, aut conditione: fallit tamen, vbi ea restitutio debet fieri in redemptionem captiuorum. Et text. in §. si verò & ipsam quartam. in auth. de restit. vbi non permittitur diminutio quartæ, quæ de fideicommissis debetur, nisi ob captiuorum redemptionem, & ibi gloss. nota. quædam pro captiuis alienari, quæ aliàs sunt inalienabilia. Et tex. in l. nulli. & l. si quis ad declinandam. C. de Episc. & cleric. quibus constat valere legatum factum pro redemptione captiuorum, sine denominatione cuiuspiam personæ, licet aliàs legatum ita incertum vitaretur. l. qui plures. ff. de usufruct. lega. & §. incertis. Instit. de legat. Et text. in §. si vnum. in auth. vt cum de appel. cog. & in auth. si captiui, C. de Episc. & cleri. vbi sine mandato potest res alterius alienari ob redemptionem. & ibi in priore loco dicit gloss. id esse mirabile: & quod mirabilis est, captiuus tenetur eam alienationem sine eius mandato factam, habere ratam, vt in iisdem locis scribitur, & voluit Raph. Co. confi. lxxxj. in causa quæ vertitur, versic. concludo. Et tex. in §. causas. in d. authen. vt cum de appellat. cogn. quòd filius, qui neglexit patrem captiuum redimere, potest exheredari. Imò verò, etiam si non fuerit exhereditatus, tamen priuatur illius successione. l. si captiui. C. de Episc. & cleric. vbi plus dicit, quòd filius 18. annos natus, in hoc reputatur maior, vt non excusetur. Et in simili dicit gloss. not. & singul. in l. alio. C. de liber. caus. quòd libertus, qui neglexit redimere dominum, in seruitutem reuocatur.

285. **Vxor se obligare potest pro redemptione mariti.** Quid, quòd Bald. confi. v. considerata causa, lib. 5. videtur in hoc residere, vt vxor possit se obligare pro redemptione mariti captiui, licet huiusmodi obligationes, quæ pro maritis fiunt, magis prohibeantur, quàm pro cæteris, vt constat ex authen. si qua mulier. C. ad Senarusconf. Macedon. Idem confi. ccxij. occurrit dubium, lib. 2. videtur item in ea sententia manere, vt filiusfamil. possit se obligare pro redemptione patris, cum consensu ipsius, stante statuto ne filiusfamil. possit se obligare

obligare sine consensu patris, licet alioqui potuisset videri dubium, an pater potuisset huiusmodi consensum præstare, per ea quæ latissimè diximus suprà, in xij. q. huius gloss.

286. **Et filiusfamil. pro redemptione patris. Redemptio captiuitatis, pia causa.** Nec prætermittendum interim huiusmodi captiuorum redemptionem reponi à nostris inter alias causas rerum omnium fauorabilissimas, per tex. in d. l. si quis pro redemptione. in illis verbis, piissimam administrationem, C. de donat. & in d. §. si vnum de prædictis. ibi, ex hac causa piissima, in auth. vt cum de appel. cognoscitur. Nam ita voluerunt Doctores ibi, & inter cæteros Bald. & Paul. Cast. in l. illud. C. de sacrosanct. eccles. & Bal. in aut. h. similiter. C. ad leg. Falcid. & quos citabo versic. abhinc ij. & seq. Et constat etiam ex infinitis, cap. 12. q. ij.

287. **De iisdem rebus, ex externis scriptoribus.** Et vt aliquid adferam ex mansuetioribus literis, Cicero vir quidem pietissimus, scribit hanc pietatem etiam Reipub. vtilem esse, redimi à seruitute captos. Lactantius quoque nostræ religionis defensor acerrimus, lib. 6. Diuinarum Institutionum, qui de vero cultu inscribitur, cap. 12. Captiuorum (inquit) redemptio magnum ac præclarum iustitiæ munus est. Subditq; hanc se consuetudinem benignitatis largitioni munus longè antepone. Hanc enim esse grauium hominum atque magnorum: proprium autem iustorum opus esse, redimere captiuos. Illud autem ex Festi Pompeij commentariis annotauimus, omnem priuatum luctum apud Romanos deponi solitum, cum pater, aut filius, aut frater ab hoste captus, rediret.

288. **An autem superiora obtineant in captiuis ob scelera.** Sed quæstionis est, an hæc procederent in redemptione eius, qui ob scelera in vinculis detinetur: quod placuit glo. in d. c. sacrorum. xij. q. ij. Bal. Imol. Rom. Alex. in d. l. quamuis. & seq. ff. solu. matr. per tex. ibi in verbis, ex vinculis Bal. in d. l. illud. in princ. C. de sacrosanct. eccles. & in d. auth. similiter. etiam in prin. C. ad leg. Falc. & in d. auth. res quæ. col. ij. versic. quæro vtrum per istam, & seq. & ibi quoque Fulg. C. com. de leg. & idem Bal. in §. interdicimus, in auth. de eccle. tit. Io. Ana. in c. significauit, col. iij. vers. nunquid autè iura. de Iudeis. Ang. Aret. in tract. malef. in verbo, qui iudex dictum Caium retineri & carcerari iussit, col. iij. Alex. in l. Marcellus. §. res quæ. col. j. post prin. ff. ad S. C. Treb. vbi hanc dicit esse de iure veriorem, & Aufre. in Decif. Tolo. q. ccxiiij. item fuit quæsitum, an laicus. & Ioan. Lup. in repet. rub. de donat. inter vir. & vxor. §. lxxvij. col. vlt. versic. facit ad prædicta. Et afferunt multas rationes, quas hic adscribere superfedemus.

289. **De eadem re.** At sunt multò plures, qui tenent contrarium, videlicet glo. in c. non satis. in verbis, propter debitum, 86. dist. And. Iser. in c. porro. §. item si fidelis. & ibi post eum Mart. Lau. Iac. Alua. & Card. Ale. post prin. tit. quæ fuit pri. cau. bene. amit. Idem And. in c. i. per eum tex. tit. hic finit lex Corra. Alberi. in suo Dictionario, in verbo, dominus Bal. sibi contrarius, in auth. contra rogatus. in duobus locis, videlicet primùm super tex. in verbo, captiuorum, deinde in vers. vlti. glof. quærit. C. ad S. C. Treb. Ang. no. & Ro. in d. l. Marcellus. §. res quæ. ff. eo. tit. idem Ang. Saly. Pau. Cast. & Iaf. qui hæc dicit esse communem opin. in d. auth. res quæ. & ibi quoque ante eos Bar. sed subdubius. Alex. in addit. ipsius Bart. in l. placet. C. de excu. mune. lib. 10. Iaco. à S. Georg. in tract. feud. in verbo dicti; vasalli promiserunt, col. xj. vers. xij. causa. Matth. Afflit. in constit. Siciliae, incip. domini à vasallis, col. iij. vers. ij. no. & in constit. quamplurimum, in iij. nota. Et afferunt quoque alias non contemnendas rationes, quæ omnes propemodum in id recidunt, vt non sit eis subueniendum, qui ipsi sibi suo scelere id mali adscuerunt: de quo multa videbis ad aliud propositum à me collecta in repet. l. si vnquam. in verbo, bona, num. 5. sed nec illud, & seq.

290. **De eadem re.** Nec defunt, qui hanc tam contouersam contouersiam ita componere nituntur, vt si agitur de alterius præiudicio, vt in casu rei subiectæ restitutioni, & similibus, non ei subuenitur, qui sua culpa incidit in eam captiuitatem, cum præiudicio alterius. At si nullum versaretur alterius præiudicium, aliud dicendum. ita voluerunt Imol. Ro. & Alex. in d. l. Marcellus. §. res quæ. ff. ad S. C. Treb. & Felin. in cap. quæ in ecclesiarum. col. xxvj. versic. nec istud repugnat prædictis, extrà de constit. & satis videtur voluisse Iason in d. authen. res quæ. col. vj. versic. vj. & vltim. Vide Philip. Deci. in d. c. quæ in ecclesiarum, colum. penult.

291. **TRIGESIMO SEXTO** quæro, Quid si vxor incisco marito conferat suum contractum in tempus soluti matrimonij: an saltem hoc casu valebit: Quod videtur per text. in l. si seruum. §. vlt. ff. de donat. inter vir. & vxor. vbi donatio aliàs prohibita inter virum & vxorem, valet tamen, si conferatur in tempus soluti matrimonij. Et aliàs semper paria sunt, facere tempore permissio, & in ipsum tempus permissum conferre, & ediuerso: vt scilicet magis inspicatur tempus, in quod actus conferatur, quàm tempus, in quo confertur. l. eum qui. ff. de iurisd. omn. iudic. & in l. in tempus. ff. de hære. institu. cum multis similibus à me collectis in Tract. Constit. in ij. limit. num. 3. incip. ad huius autem limitationis confirmationem.

292. **Verum duo sui seculi lumina in eadem facti specie interrogati, scilicet Carol. Ruin. & Philipp. Deci. ille confi. cxlv. circa primum, col. ij. vers. nec obstat quòd dicta, lib. i. alter confi. 502. ex duobus, col. j. Nam id (inquiunt) statutum resistit initio: ideo nec in aliud tempus conferri potest, vt valeat: vt in simili dicitur in l. si minor. C. de seruis export. vbi sicuti minor non potest purè actum facere, ita nec potest in tempus commissum conferre: quia scilicet lex initio resistit, secundum Bar. in l. §. nuntiatio. ff. de oper. nou. nunt. & Imo. in d. l. in tempus. in princ. ff. de hæred. instit. Sed id ex eo pendet, an id statutum requirat consensum mariti ad integrandam personam mulieris, an ob viri ipsius præiudicium: de quo tam sæpe suprà diximus, præsertim in glof. vj. num. 37. & seq. Nam primo casu non valeret, secundo contra.**

Ne les siens propres.



MARTVS ergo secundum consuetudinem nostram, habet administrationem bonorum vxoris, non modò dotalium, sed & eorum, quæ præter dotem sunt, (quæ Græci dicunt Parapherna, & ἑρπῆρα, quod est præter, & ὄρεν, dos) vel inuita vxore, quod est contra ius commune, vt diximus suprâ, in glossa præcedenti, in princ. & est text. elegans in l. hac lege. C. de pac. conuen. in hæc verba: Quamuis bonum erat mulierem, quæ seipsa n marito cõmiserit, res etiam eiusdem pari arbitrio gubernari: attamen quoniam conditores legum æquitatis conuenit esse fautores, nullo modo, prohibente muliere, virum in paraphernis se volumus immiscere. Hæc ibi. At etiam de iure communi, si mulier ipsa viro rerum suarum administrationem non prohibeat, potest ipse eas liberè administrare: & ita fructus earum lucro ipsius mariti cedunt: vt dicit Ioan. Fab. in d. l. hac lege. per tex. in l. vlt. eo. tit. & in l. maritus. C. de procura. In quo videtur sentire, satis esse, mulierem non pati, vt vir administret, vt fructus lucretur.

¶ Super quo vide glo. Bald. Ang. & alios, in l. vbi adhuc. C. de iure dot. glo. Ray. Odo. Cyn. Bald. Saly. & alios in l. vlt. C. de pact. conuen. glo. Barr. Bal. Ang. Imo. Pau. Cast. & Alex. in l. maritus. quæ est pen. in prin. ff. ad leg. Falc. Io. And. in c. per vestras. col. ij. in glo. iij. & ibi Pet. Anc. col. iij. vers. vlti. de dona. inter virum & vxorem. Bart. Bal. Paul. Cast. & alios in d. l. maritus. C. de procur. Bart. confi. cxxxv. quæstio talis est, Titius habes vxorem. Bal. in l. asiduis. col. iij. vers. quid de fructibus. C. qui pot. in pig. hab. & in l. dotis causa. ff. de iure dot. & in l. si viua. ad fi. C. de bonis mater. & in c. ex parte. col. vlt. de consuet. & confi. cclxxvj. verba statutorum, lib. 3. & 293. factum sic proponitur, domina Bartolina, col. vlt. eo. lib. 3. & inter ipsius confi. And. Alpheum, confi. cclxxvj. ad eundem, lib. 2. & eundem Bal. confi. seq. & Io. Capic. & Argent. inter consilia eiusdem. confi. ccccxxvij. super dubia, col. ij. vers. & breuissimè videtur dicendum, lib. 3. & ipsum Bal. confi. ccccxxvij. quædam sunt res, lib. 5. Raph. Co. Imo. Pau. Cast. Flo. & alios quosdam, inter cõsilia ipsius Raph. confi. ciiiij. quæritur nunquid bona. Pet. Anch. confi. xciiiij. ista domina. & Pau. Ca. confi. cxcix. super primo reperio, lib. 2. Fran. Are. confi. clx. longa est, col. ij. vers. his præmissis. Alex. confi. xlij. super præmissis themate, col. 1. & iterum col. vj. vers. nec obstat quòd dicta bona, & col. seq. lib. 1. & confi. lxiiij. super primo dubio, lib. 2. & Corn. confi. cxxix. ad euentiam, col. j. & ij. lib. 4. & omnino Soc. confi. lxxxij. in causa vertente, col. iij. & multis seq. lib. 4. & Guid. Pap. deci. cccclxviiij. de fructibus. Caro. Ruin. confi. cccxxij. ad euentiam, col. j. & seq. lib. 1. & Stepha. Bertrand. confi. xix. ponitur in facto, in iij. dubio, lib. 3. & Math. Afflict. Deci. Neapo. 44. de tribus, num. 5. & seq.

¶ **Q**UID AVTEM, si quispiam duxerit vxorẽ nondum nubilem: Videtur non esse locum huic consuetudini, per id quod voluit gloss. in l. si ante. ff. solut. matri. quòd maritus, qui duxit vxorem non nubilem, non facit fructus dotis suos, per tex. ibi, & in l. præced. loquentem de nuptiis & matrimonio: tanquam hoc casu, non sit matrimonium, nisi de facto, & idem voluit gloss. in l. dotis. ff. de iur. dot. & sequitur ibi Bart. ea ratione morus, quòd pupilla nec expressè, nec tacitè potest donare. & Bald. in l. si pro dote. C. de dot. promiss. vbi & hoc dicit potissimum procedere, vbi maritus debet lucrari quosdam fructus ex forma statuti loquentis de matrimonio: quia statutum strictè est intelligendum: & hoc casu non est propriè matrimonium.

¶ **C**ontrarium tamen voluerunt Azo in d. l. si ante. & in d. l. si pro dote. & in summa, C. de iure dot. col. pen. Odo. in d. l. dotis fructus. vbi dicit sic fuisse pluries iudicatũ. Spec. tit. de don. inter vir. & vxor. §. vlt. vers. quid si mulier. Hosti. in summa, eo. tit. Sed tamen super hoc vide omnino Dy. Cyn. & alios, in d. l. si pro dote. Bart. Imo. Rom. Fran. Arer. & alios, in d. l. si ante. vbi multa videbis in eam rem adducta per recentiores. Sed & tu vide, quæ diximus in præced. gloss. in xxxiiij. q. & Bald. in l. dotis fructus. ff. de iure dot. Et hæc quidem quæstio non inutilis est. Nam si vxor ipsa moriatur, antequam sit facta nubilis, stante prima opin. hæredes poterunt reperere fructus, quos vir ipse percepit, tanquam nihil omnino iuris habuerit in illis.

¶ **Q**UÆRO SECUNDO, quid si vxori competit ius patronatus, vter presentabit, vir an vxor? Videtur quòd maritus: nam ipse habet omnimodam bonorum vxoris administrationem, vt hic dicitur. Quin etiam (quod aliis administratoribus non competit) potest liberè disponere de fructibus eorum, vt alibi expressius dicitur. Imò verò censetur ex nostra consuetudine, dominus non dotis tantum, quod ius cõmune iam sanxit. in l. doce ancillam. C. de rei vendi. sed & aliorum quorumcumque, ex nostris Consuetudinibus Franciæ, quibus maritus ipse, non vxor, eorum præstabat homagium, quodq; per mortem illius, veluti domino eorũ mutato, superior dominus ius habet rachatus, vt vocamus. Præsentatio autem est in fructu, vt dicit gloss. ordi. in c. cum Bertoldus. in glo. vlt. de re iudi. Inno. & alij, in c. consultationibus. de iure pat. & Bald. in l. j. C. de distr. pigno. Sicuti etiam collatio beneficij, secundum glo. in c. cum olim. de maio. & obe. & ibi Doct.

¶ **P**ropterea Domini à Rot. Deci. 422. fuit dubitatum virum valeret. in nouis, in simili casu, videlicet in iure patronatus competente ratione rei dotalis; dicunt huiusmodi ius transire in maritum, hocq; de consuetudine obseruari. Tamen subdunt, quòd si vir & vxor presentarent, præferendus

rendus est presentatus ab vxore, instar eius, quod de pupillo, & tutore presentantibus tradit glo. post Tancr. & Bar. Brix. in c. ex co. in verbo suffragium, in fi. vbi etiam recentiores, de elect. lib. 6. & Pet. An. (vt hoc illis addam) confi. 355. visis pũct. & quæstis, in vlt. dubio, quod inculcatur inter confi. Anto. confi. 3. Sequitur per omnia Card. Alex. in c. per vestras. col. 3. vers. itẽ quæro, dicitur, & seq. de dona. inter vir. & vxor. Feli. in c. quoniam. in calce, de testi. vbi per hoc limitat, quod dicit Bal. in l. i. ff. de Senat. quòd si non conueniat inter masculum, & foeminam patronos in presentando, præfertur presentatus à masculino, quod & idem tenet Fulg. ibid. vt videlicet procedat, cum vterq; ius æquale habeat in iure patronatus, secus si inæquale, vt in hoc casu. Sequitur etiam Pau. Cita. in tractatu de iure pat. in 6. parte, art. 3. q. 39. & iterum in 7. parte. q. 15. eademq; vlti. & Cæsar Lambert. in tract. eiusdem tit. in 3. art. 6. quæst. princip. 3. partis, 2. libr. & Gaie. in repet. c. vlti. col. 35. vers. ex hoc inferit, de elect. lib. 6. & Bened. in c. Raynutius. in verbo, duas habens filias, col. 2. nu. 3. de testa. & D. Ioan. à Selua, in tracta. de benefic. in 6. q. 2. partis, col. vlt.

7 ¶ Sed & simpliciter, quantum ad primam partem pertinet, vt scilicet transeat id ius in virum, sequitur Card. Flo. in c. ex literis. de iure patr. & in clem. plures, in prin. in 6. q. eo. tit. & Card. Alex. in d. c. per vestras. col. 3. vers. item quæro, dicitur in tex. & ibi Io. Lup. in rep. §. 43. extrâ de donat. inter vir. & vxor. & subobscurè Feli. in d. c. cum Bertoldus. col. vlt. de re iud. & latissimè Roch. Cur. in tracta. de iure patro. in verbo, ipse vel is, à quo causam habuit, in 28. q. vbi ita dicit transire in virum vt ad vxorem non spectet, in hoc discedens à sententiâ Rotæ, suffultus primùm autoritate d. c. ex literis. de iure patro. vbi id ius transit omnino in conductorem vnuerstitatis, nec competit locatori. At certum est, pinguius esse ius mariti in dote quàm conductoris in re conductâ, vt expressè dicit Bal. in d. l. doce. Nam vir dicitur proprie habere dominium dotis, vt dicit idem Bald. in l. in rebus. in 3. notab. C. de iure dotiũ. Igitur si ad conductorem ita transit ius patronatus, vt locatori non competat, multo magis in maritum, vt vxori etiam non competat.

8 ¶ Et illam eandem rationem ante Rochum (licet non alleget) voluit Card. Alex. vbi suprâ. Nam non simile est (inquit) quod dictum est de pupillo, & tutore. nam pupillus est dominus, & liberè vti potest, sine consensu & autoritate alterius hoc iure spirituali, si sit maior septennio, per cap. si anuum. de iudi. lib. 6. nam & is contrahit sponsalia. c. literas. & c. accessit. de sponsa. impu. Ideò licet non possit eligere per d. c. ex eod. de elect. lib. 6. potest tamen presentare, cum per hoc cõtrahatur matrimonium spirituale, sicut per electionem, nec vllò iure cauetur secundum Arch. in dicto cap. ex eo quòd tutor detur spiritualibus. Igitur nec ad id, quod est spirituali annexum. Quod videtur tenere idem Archidia. in cap. decernimus. 15. quæstione 7. in princip. Secus in marito, qui est dominus dotalium.

9 ¶ Adde autem & tu quod in simili dicimus, quòd si mulier in dotem castrum dederit, fructus iurisdictionis ratione castri competenti spectant ad maritum, vt voluerunt Bar. Bal. Ang. & recentiores in l. diuortio. §. si vir in fundo. ff. sol. matr. Bart. in l. vlt. ff. eod. Ang. in l. si cõstante. §. quories. ff. eod. Bald. in l. i. col. 3. C. de fructibus. & lit. expen. Pet. Anch. in c. 2. ne præl. vic. suas. Bened. in repe. c. Raynutius in verbo, cætera bona, num. 36. extrâ de testa.

10 ¶ Sed & sunt nonnulli, qui ex professo in ea sunt sententia, vt præferatur presentatus à marito, presentato ab vxore. Quod & idem est, quod suprâ ex aliis diximus: inter quos est Philip. Franc. in d. c. ex eo. col. 1. vers. & ad prædicta, de elect. lib. 6. vbi tamen erratè dicit, ita tenere Do. à Rota, vbi suprâ. Verum Cæsar Lambert. omnium, vt opinor solus, in d. tract. de iure patro. in 3. art. 6. q. princip. 3. partis, lib. 2. dicit locum esse præuentioni.

11 ¶ Sunt tamen, qui tenent, nullo pacto transire in virum ius patronatus ratione rei dotalis competens, videlicet Paul. Liuz. in repet. c. à nobis. col. pen. de iure pronâ. & iterum in sua 4. disputat. inci. patronus. eccles. sancti Iaco. col. vlt. Anton. Imol. Pan. in d. c. vlt. de concess. præb. Pet. Anch. in dicta Clem. 2. col. 3. vers. 2. potest. & iterum. vers. quo ad aliud, de iure pat. Feli. sibi contrarius in c. cum olim. colum. 2. de maio. & obedien. in cap. causa. col. 4. vers. & si dicis sicut. ibi, vnde si dico, de præscript. & Iason in d. l. diuortio. §. si vir in fundo. col. vlt. ff. solu. mat. & in d. l. vlt. in fin. ff. eod. tit. & Bened. in d. c. Raynutius. vbi suprâ, num. 37. & Io. Montefer. in repet. l. frater à fratre. in 23. q. ff. de condi. indebi.

12 ¶ Mouentur isti, quoniam ius patronatus est quædam honorificentia (vt ipsi appellant) quæ nihil habet proportionabile ad onera matrimonij, propter quæ fructus rei dotalis cedunt marito. d. ca. per vestras. de donat. inter vir. & vxor. & ca. salubriter. de vsur. quoniam ex presentatione nullum fructum reipsa existimabilem consequitur, ex quo possit sufferre onera ipsa matrimonij: sicuti etiam dicimus, quòd ius patronatus non transit in creditorem, ex pignore sibi dato, quoniam huiusmodi fructus non sit æstimabilis, vt possit computari in fortem, nec habeat aliquid proportionis ad debitum, vt no. Inn. Host. Bal. & omnes, in d. c. cum Bertoldus, de re iudi. & latè diximus suprâ tit. omnium 1. §. item 1. in glof. 4. in vltim. quæst. Item maritus ex dote non potest percipere fructus, qui breui non renascuntur. d. l. diuortio. §. si vir in fundo. ff. solu. matri. presentatio autem est eiuscemodi. ergo ad maritum non pertinet.

13 ¶ Sed his rationibus facilè responderi potest. Nam quantum ad priorem pertinet, ea prorsus inuertitur ex d. cap. ex literis. vbi ius patronatus transit ad conductorem, nulla eius ratione habita, quòd nihil hoc ius habeat proportionis ad pretium conductionis, ratione cuius pertinent fru-

Parapherna que dicantur.

De eadem re.

Quid si uxorem nondum nubilem duxerit.

De eadem re.

Si uxori competit ius patronatus, vter presentabit, vir an vxor.

Presentatio in fructu. Et collatio.

De eadem re.

De eadem re.

De eadem re.

Fructus iurisdictionis rei dotalis spectant ad maritum.

Contra suprâ dicta.

Horum rationes. Ius patronatus non transit ad creditorem.

Responsio ad eas rationes.

ctus ad conductorē: sed eo tantum considerato, quod ius patronatus transit cum vniuersitate, vt alijs quoque in venditione fit, licet etiam non sit pretium quouis modo proportionabile ad ius patronatus. c. cum seculū. de iure patro. nec enim consideratur ius ipsum patronatus in ipsa conductione, aut venditione, sed accessorie transit, vt etiam annotat Panor. in d. c. ex literis. in 3. no. Sic igitur in specie proposita, licet tale ius nihil spectet, nihil proficit, nihil conferat ad onera matrimonij: nihil tamen prohibet, quin transeat cum vniuersitate in dotē data: quia non consideratur per se, sed venit tantum accessorie. Secunda autem ratio falsa est: neque enim ille §. si vir in fundo. loquitur de fructu, qui breui non renascitur: sed id tantum dicit, non esse in fructu, quod non renascitur: presentatio autem renascitur: ideoque in fructu est, vt iam diximus, & nemo negat.

14 ¶ Et hæc quidem procedunt ex mero iure communi, ex quo vxor non est in potestate viri, sed potest liberè bona sua administrare, sine consensu & autoritate viri. l. velles. C. de donat. & alibi supra sæpe diximus. Sed stante hac consuetudine prohibente (vt supra in principio huius questionis dictum est) vxori bonorum suorum administrationem, & eam marito, in cuius potestate est concedente, maius dubium est, an vxor sola, sine consensu & autoritate mariti, possit presentare. Nam (ne id ignores) presentatio est in bonis, vt non obscurè voluit Bal. consi. 32. quidam nobilis. col. i. libr. i. & clariùs Panor. in d. c. ex literis, de iure pat. & latè diximus & probauimus in rep. l. si vnquam. in verb. donatione largitus, in 2. q. nu. 355. incip. sed de hoc admodum dubito. C. de reuo. dona. Quod si dicatur, vt iam dictum est, nihil in huiusmodi rebus curari alienam potestatem, siue autoritatē, per d. c. 2. de iudi. lib. 6. cum similibus. potest responderi ex eo quod dicitur, pupillum posse presentare cum autoritate tutoris, vt per Io. And. in d. c. ex eo. col. i. versi. in glo. sed de iure. & col. seq. versi. in glo. ibi, ipsi, de elect. lib. 6. Ideo cogita, & vide quæ diximus supra in glo. 5. in verbo contracter, in 2. q. quæ est nu. 221. & sequen.

F I N I S .



T A B V L A A L P H A

B E T I C A G E N E R A L I S O M N I V M

R E R V M H I C T R A C T A T A R V M .

Quam sequetur alia, rerum & questionum, hanc nostram

Consuetudinem priuatim tangentium.

A



Bbas non habens capitulum, debet adhibere auctoritatem superioris in alienatione rei. ecclesiasticæ, glof. 8. nu. 21
Abimelech non prius Dauid esuriētī panes sanctificatos dedit, quàm professus esset à mulieribus triduo se continuisse, l. 15. nu. 111
Abraham ob vxoris formam in mortis discrimen adductus, l. 2. num. 14
Abraham annis decem vxore senior, l. 6. num. 49.
Abraham sollicitus, vt de sancta gente vxor. filio duceretur, l. 7. num. 68
Abraham iussus à domino sequi vxoris monitum, l. 11. num. 8
Absens perinde habetur, ac si non esset, glo. 8. nu. 25.
Absentis locum supplet iudex, glof. 8. nu. 36.
Absentia eorum, quorum consensus requiritur, facit, vt actus expediti possit sine eorum consensu, gloss. 8. nu. 6. & multis seq.
Quod tamen intelligitur, cum absentia futura est diuturna, & in longinquis partibus, ibid. nu. 19
An autem tunc autoritas iudicis requiratur, ibid. nu. 20. & seq.
An item alij in eorum locum sint subrogandi, ibidem num. 27
Absentianē an presentia, potius præsumatur, gloss. 8. num. 29. & 2. seq.
Absolutio excommunicationis simplici verbo fit, vt ipsa excommunicatio, glof. 5. nu. 14
Absoluendi & condemnadi verba, licet sint de solennitate, possunt tamen verbis æquipollentibus proferri glof. 7. num. 14
Abstēmos quæ faciunt, l. 9. nu. 63
Absurda quædam, glof. 5. num. 124
Abusio maior in fœminis, quàm in viris, l. 9. num. 53
Acanthus primus autor fuit nudadi corporis in certaminibus, l. 4. nu. 36
Accusatio facta de crimine facto in palatio, sine alia declaratione finium, an valeat, glo. 7. nu. 132. & seq.
Acedia, non accidia, pro desidia, l. 9. num. 25
Achaz rex annos 10. aut 11. natus, filium genuit, l. 6. num. 37
Achilles muliebri veste vsus, l. 3. nu. 68
Achilles veste muliebri dilaniata, clypeum & hastam arripuit, ibid.
Achilli quod nomen fuerit inter virgines, ibid.
Achiua, non Achiui, l. 1. nu. 89
Αχαιῶσι qui dicantur, l. 15. nu. 63
Acquirere prohibiti per contractum, non prohibentur acquirere ex testamento, glof. 5. nu. 93
Ακραιῶσι qui dicantur, l. 15. nu. 63
Actum in ceruum mutatus, quod Dianam nudam vidisset, l. 4. nu. 24
Actio quæ datur pro dote putatiua, æquè priuilegiata

est, ac quæ datur pro vera, l. 8. nu. 254
Actor sequitur forum rei in distractu, vt in contractu, glof. 5. num. 8
Actus attribuitur agenti, non consentienti actui, glof. 6. num. 18
Actus à principio inualidus ex defectu consensus alterius, non potest validari per consensum eius prestitum post mortem eius, qui eum actum fecit, glo. 6. num. 18
Actus factus à non domino, aut in habili, sortitur effectum, si postea fiat dominus, aut habilis, glof. 8. num. 99
Actus, qui venit ad eum casum, à quo incipere potuit, reconstituitur, ibid.
Actus necessarius non comprehenditur sub lege actum prohibente, l. 8. num. 201
Adam plus peccauit, quàm Eua, l. 1. num. 86
Adam & Eua non erubuerūt se nudos esse, l. 4. nu. 86
Adamiani mares & fœminæ nudi conueniebāt, l. 4. num. 22
Administrator quilibet potest liberè contrahere ad commodum suæ ecclesiæ, glo. 8. nu. 80
Adrianus ille sanctus vxorem dominam vocabat, l. 5. num. 13
Adulterium in maribusne, an in fœminis sit grauius, l. 1. nu. 46. & nu. 85. & seq. & l. 9. nu. 90
Adulterium an præsumatur ex deprehensione viri & mulieris formosæ, l. 2. nu. 9
Adulterium ex similitudine deprehendi, l. 7. nu. 52
Adulterium & veneficium proxima, l. 8. nume. 22. & 2. seq.
Adulterium bruta quoque animantia detestatur, l. 13. num. 1
Adulterij pœna apud diuersas gentes, l. 13. nu. 6. & seq. vsque ad num. 24
Adulterij pœna ante leges Mosaicæ, nu. 6. ibid.
Adulterium an de iure ff. pœna mortis puniatur, l. 13. nu. 19. & seq.
Adulterium graue scelus, l. 13. num. 26
Adulterium grauius periurio, ibid.
Adulterium grauius idololatria, ibid.
Adulterium virorū vxores impudicas facit, l. 13. num. 35
Adulterium, curiositas est alienæ voluptatis, l. 9. num. 34
Adulterorum filij patribus vultu similes, l. 7. num. 50. & 51
Adulterorum castratio, l. 13. nu. 7
Adulterorum vxores, ipse quoque sæpe adulteræ, l. 9. nu. 230. & l. 13. nu. 35. & seq.
Adulteri iunctis corporibus viui incensi, l. 13. num. 17
Adultera dote priuatur, l. 1. nu. 45. ad fi. & iterum glo. 8. num. 238
Adultus habens curatorē, an liberè possit donare causa mortis, sine illius autoritate, glof. 5. num. 72. & 83
An &

An & disponere de rebus immobilibus, d. l. num. 72
 Adirnachidæ virgines nuptas regi stuprandas exhibent, l. 7. nu. 62
 Aëas philosophus ter tantum per omne vitæ tempus cum vxore concubuit, l. 15. nu. 83
 Aedium non est, quod earum causa paratum est, glos. 2. num. 30
 Aegrotodum anima est, spes est, glos. 2. num. 29
 Aegyptiorum lex, l. 1. num. 57
 Aegyptiorum opinio de elementorum sexibus diuersis, l. 1. num. 68
 Aegyptij singuli plures vxores habent, præter sacerdotes, qui vnam tantum ducunt, l. 7. num. 22
 Aegyptij cū matribus, filiabus, sororibus nuptias contrahunt, l. 7. num. 34. & seq.
 Aegyptiorum lex à cæteris gentibus diuersa, l. 10. num. 5
 Aegyptiorum viri domestica negotia, fœminæ extranea administrant, ibid.
 Aegyptiæ mulieres calciamentis non vtuntur, & quare, l. 10. nu. 17
 Aegyptiorum pœna in adulteros, l. 3. num. 7
 Aegyptica fabula de mendacio mulierum, l. 9. nu. 53
 Aegyptij in templis coitu abstinebant, l. 15. nu. 105
 Aegyptiorum sacerdotes castitatem inoffensam seruabant, l. 15. nu. 122
 Aemylius vxorem zelotypam incautam incautus interfecit, l. 16. nu. 4
 Aemilia pellicem viri matrimonio collocavit, & liberaliter dorauit, l. 13. nu. 34
 Aeneas formosus l. 2. nu. 40
 Aeolus filios & filias simul matrimonio iunxit, l. 7. num. 35
 Aequalitas amicitia mater, l. 4. nu. 20. & seq.
 Aequalitas coniugum in ætate seruanda, l. 6. nu. 1
 Aequalitas ætatis coniugum respectu finis consideranda, l. 6. num. 46
 Aeschylus reprehensus, quod bis idem dixerit, l. 9. num. 26
 Aesopi apologia de carbonario & fullone, l. 5. num. 24
 Eiusdem altera apologia de vitanda potentiorū societate, l. 5. num. 34
 Eiusdem quoque alia apologia de canis inuidia, l. 9. num. 212
 Eiusdem item alia de cæteris membris, quæ aduersus ventrem conspirant, l. 15. num. 32
 Aetas contrahendi matrimonij, & marium, & fœminarum, l. 6. nu. 35. & 40
 Aetas ferendi seminis, & eius prolifici, ibid. nu. 36
 Aethiopes regem constituiebant, qui forma cæteros excellent, l. 2. nu. 44
 Aethiopes non suis, sed sororum filiis regnum relinquiebant, ibid.
 Aethiopes occursus, mortis portentum, l. 2. num. 60
 Aethiopes vxores ducunt matres, filias, sorores, l. 7. num. 33
 Aethiopes Garamantes vxores communes habent, l. 7. num. 51
 Aëtij medici sententia de ætate contrahendi matrimonij virorum & fœminarum l. 6. num. 41
 Aëtiusne, an Paulus Ægineta prior fuerit, l. 15. nu. 76
 Aëtij locus, ibidem.
 Aethneus piscis nunquam aliam fœminā contingit, l. 13. num. 5
 Affectionis eiusdem esse quis præsumitur, cuius patria est, l. 7. num. 17
 Affectus animi eodem modo deponuntur, quo assumuntur, glos. 5. num. 24. Et quare, ibid. nu. 25
 Africanus laudatus ob cultus negligentiam, l. 3. nu. 47
 Afri subdoli, l. 7. num. 15
 Agamemnonis vxor impudica, l. 9. nu. 121
 Agape Elpidium in errorem duxit, l. 9. nu. 31
 Agathirsi vxoribus communibus vtuntur, l. 7. nu. 53

Agens nobilius patiente, l. 1. nu. 95
 Agidis Lacedæmoniorum regis vxor impudica, l. 9. num. 164. & l. 16. nu. 60
 Agnodice puella virili habitu medicinæ operam dedit, l. 3. num. 69
 Agricola ob modicum cultum laudatus, l. 3. num. 47
 Agrippina filio Neroni commixta, l. 9. num. 101
 Ajax Oilei filius à Pallade fulmine ictus, quod Casandram in eius templo vitiasset, l. 15. num. 109
 Aioth ambidexter, l. 1. nu. 63
 Albedo corporis à frigore, l. 9. nu. 147
 Alberti magni sententia de ætate generationi idonea, l. 6. num. 48
 Alcinous Phæacum rex filiam fratris vxorem duxit, l. 7. num. 42
 Alcippe elephantum peperit, l. 9. num. 108
 Alemannorum lex, ne liceat duorum fratrum vel sororum liberos matrimonio iungere, l. 7. num. 43
 Alexander Pyrrhi filius Olympidem sororem duxit vxorem, l. 7. num. 36
 Alexander Magnus sine vlla capillorum cura, l. 3. num. 47
 Alexandri Magni familiares ceruicem eius inflexam representabant, l. 16. nu. 20.
 Alexander Magnus vituperatus, quod peregrinis vestibus vteretur, l. 3. nu. 57
 Alexander Magnus Perfas docuit matres reuereri, earumque nuptiis abstinere, l. 7. nu. 31
 Alexandri Magni historia memorabilis, l. 10. nu. 42
 Alexandri Magni sorores beneficium dedit, ibid.
 Alexander Magnus Deum se non esse ex coitu cognouit, l. 15. nu. 63
 Alexander Magnus parum in Venerem strenuus, quia erat vinolentus l. 15. num. 63
 Alexander Seuerus Imp. Rom. vestes sericas raras habuit, holofericas nunquam induit, l. 3. nu. 17
 Alexander Seuerus Imperator gēnas possidere muliebri existimabat, l. 3. nu. 20
 Alexander Seuerus Imperator, qua pœna adulteros puniuit, l. 13. nu. 20
 Alexander Pheræus ob pellicatus suspicionem, ab vxore interfectus, l. 13. nu. 29
 Alienari prohibita extra familiam, an in fœminam nuptam alienari possit, glos. 4. nu. 7
 Alienare prohibitus simpliciter, an per testamentum alienare possit, glos. 5. nu. 100
 Alienatione prohibita, pignus prohibitum censetur in fauorabilibus, glos. 5. nu. 109
 Alienatione prohibita in fauorem alterius, delinquendo ei non præiudicat, glos. 5. nu. 156
 Alienationis permissio non trahitur ad alienationem, quæ fit ex delicto, ibid. num. 158
 Alienare non dicitur, qui possessionem tantum amittit, glos. 5. nu. 161
 Alienatione prohibita, & id quoque prohibetur, ex quo alienatio sequi potest, glos. 5. num. 12. & iterum glos. 8. nu. 192
 Alienare prohibitus, actiones exercere prohibetur, glos. 5. num. 207
 Alienatio voluntaria inutilis rei legatæ, adimit legatum tacitum, non expressum, glos. 7. nu. 67
 Alienationis prohibitio non habet locum, cum ea fit sui aut suorum redimendorum causa, glos. 8. num. 281. & multis seq.
 Alimentum id conueniens est, quod assimilari potest corpori, quod nutritur, l. 5. nu. 23
 Aliis alia res placent, l. 1. nu. 75
 Aliæ aliis gentibus leges placent, l. 7. nu. 13
 Alius & Alias, dictiones implicatiuæ similitudinis, glos. 5. nu. 28. & iterum num. 48
 Aliud est facere, aliud facienti consentire, glos. 5. nu. 136
 Althæa ex pellicatus incentiuo proprios liberos interemit

teremit, l. 13. nu. 132
 Amathia pulchricoma, l. 2. nu. 38
 Amare & Amari, iuuenilem ætatem decet, l. 6. nu. 9. & multis seq.
 Amantes redamamus, l. 13. nu. 43
 Et quare, ibid. num. 44. & multis seq.
 Amans in alio corpore viuuit, ibid. nu. 45
 Amans amati faciem animo suo insculpit, ibid. nu. 46
 Amantes ardere dicuntur, l. 13. nu. 60
 Amabiles vt fiant mares fœminis, l. 1. nu. 65
 Amatoria plurima, l. 14. nu. 1. & multis seq.
 Amatoria nil virum habere, ibid. num. 7
 Amatorium valentissimum omnium forma, venustas, & id genus cætera sunt, ibidem, num. 8
 Amatoria vim furoris habere, ibid. nu. 10
 Amaterium efficacissimum, cum vxore frequenter congregi, l. 15. num. 1
 Amazones cur dextram mammam exurebant l. 1. num. 64
 Ambidextri qui fuerint, l. 1. nu. 64
 Ambidextra mulier nunquam visa, ibid.
 Ambrosij locus emendatus, l. 10. nu. 23
 Amestris, vxor Xerxis lanificia dedita, l. 10. nu. 42
 Amicis nil fucatum & tectum, sed nuda, & simplicia omnia esse debent, l. 4. nu. 26
 Amici secretò monendi, palam laudandi, l. 9. num. 232
 Amicis non fidendum in asseruatione vxorum, l. 16. num. 28
 Amicitia mutua inter coniuges, omnium maximè est necessaria, l. 4. nu. 18
 Amicitia dissimilium dura & aspera, ibid. num. 21
 Amicitia inter dissimiles, aut omnino non coit: aut si coierit, non cohæret, sed citò dirimitur, ibidem num. 28
 Amicitia opulentiorū vel nobiliorum non satis tuta & firma est, ibid. num. 33
 Sed & ea non innoxia est, ibid.
 Ἀμύτροι vocantur virgines innuptæ, l. 3. num. 31
 Amor pulchritudinis desiderium, l. 2. nu. 7
 Amor per diuersas libidines dispersus torpescit, l. 7. num. 22
 Amor fœmineus cur dicitur, l. 9. num. 84
 Amor animi cura vacantis passio, l. 9. num. 89
 Amor longa absentia languescit, & plerumque euanescit, l. 9. nu. 122
 Amor otiosorum occupatio, l. 9. nu. 173
 Amor otiosus dictus, ibid.
 Amor affectus animæ otiosa, ibidem.
 Amor non alio pretio, quàm seipso emitur, l. 12. nu. 44
 Amor carminibus & poculis an conciliari possit, l. 14. & multis seq.
 Amor λυσιμελής dictus, l. 15. nu. 44
 Amor ignis est, l. 15. num. 58
 Amor flamma, ibid.
 Amor feruidus, ibid.
 Amor flagrans, ibid.
 Amor vere dicitur, l. 15. num. 59
 Amor torrens dicitur, ibid.
 Amoris & libidinis tedium quibusdam rebus fieri, l. 15. num. 93. & seq.
 Amorem sedat fames, l. 16. nu. 48
 Ammonius se nudum conspici puduit, l. 4. num. 35
 Amphiarus temere vxori latebras suas detexit, l. 12. num. 2
 Amphionis & Zethi fratrum dissimilitudo, l. 15. num. 28
 Anacharsis vxorem deformem duxit, l. 2. num. 27
